ſul * Q. Fabius Maximus Tarentum recepit; in qua ingentes copiæ Annibalis erãt: ibi etiam ducem Annibalis Carthalonem occidit, XXV milia [hominum] captiuorum vendidit; prædam militibus diſpertiuit, pecuniam hominum venditorũ ad fiſcum retulit. Tum multæ ciuitates Romanorum, quæ ad Annibalẽ tranſierant prius, rurſus ſe Fabio Maximo * reddiderunt. Inſequẽti anno Scipio in Hiſpania egregias res egit, & per ſe, & per fratrem ſuum Lucium Scipionem; ſeptuaginta ciuitates recepit. In Italia tamen male pugnatum eſt. Nam Claudius Marcellus conſul ab Annibale occiſus eſt. Tertio anno poſtquam Scipio ad Hiſpanias profectus fuerat, rurſus res inclytas gerit: regem Hiſpaniarum magno prœlio victum, in amicitiam accepit, & primus omnium a victo obſides non popoſcit. Deſperans Annibal Hiſpanias contra Scipionẽ diutius poſſe retineri, fratrem ſuum Aſdrubalem ad Italiam cum omnibus copiis euocauit. Is veniens eodem

itinere quo etiam Annibal venerat, a
546 conſulibus Appio Claudio Nerone, & Marco Liuio Salinatore, apud Senam Piceni ciuitatē, in inſidias compoſitas incidit: ſtrenue tamē pugnans occiſus eſt; ingentes eius copiæ captæ aut interfectæ ſunt; magnū pondus auri atque argenti Romam relatum. * Poſt hæc Annibal diffidere iam de belli cœpit euentu; Romanis ingens animus acceſſit. Itaque & ipſi euocauerunt ex Hiſpania Publium Cornelium Scipionem. Is Romam
547 cum ingenti gloria venit. [14] Quinto Cæcilio, Lucio Valerio conſulibus, omnes ciuitates quæ in Bruttiis ab Annibale tenebantur, Romanis ſe
548 tradiderunt. [15] Anno quartodecimo poſtquā in Italiam Annibal venerat, Scipio, qui multa in Hiſpania bene egerat, conſul eſt factus, & in Africam miſſus: cui viro diuinū quiddā ineſſe exiſtimabatur; adeo vt putaretur etiam cum numinibus habere ſermonem. Is in Africa cōtra Annonem ducem Afrorum pugnat, exercitum eius interficit. Secundo prœlio caſtra cepit, cum * quattuor milib. & quingentis militibus; xI milibus occiſis. Syphacē Numidię regē, qui ſe Afris cōiunxerat, capit, & caſtra eius inuadit. Syphax cū nobiliſſimis Numidis, & infinitis ſpoliis, Romam ab Scipione mittitur. qua re audita, omnis fere Italia Annibalē deſerit: ipſe a Carthaginēſibus redire in Africam iubetur, quam Scipio vaſtabat. [16] Ita anno ſeptimodecimo ab Annibale Italia liberata eſt: [quā flēs dicitur reliquiſſe.] Legati Carthaginenſiū pacē a Scipione petiuerūt: ab eo ad Senatum Romā miſſi ſunt: quadraginta & quinq; * dieb. induciæ datę ſunt, quouſq; Romam ire & regredi poſſent: & triginta milia pondo argēti ab his accepta ſunt. Senatꝰ ex arbitrio Scipionis pacē iuſſit cum Carthaginenſibus fieri. Scipio his conditionib. dedit, ne amplius quā triginta naues haberent, & quingenta milia pondo argenti darent, captiuos & perfugas redderent.

τοῖς ὁδοῖς χρώμενος τοῖς ὑπὸ Αννίβου προωδευμέναις, ἐνεδρευθεὶς ὑπὸ τῶν ὑπάτων, * Αππίου τε Κλαυδίου Νέρωνος, καὶ * Αλιβίου τοῦ Σαλινάτορος, περὶ τὴν Σέναν τοῦ * Ποικίλου πόλιν, μετὰ πολλὴν τὸν ἐν τῷ πολέμῳ πόνον καὶ ἣν ἐπεδείξατο μαχόμενος ἀνδρείαν, αὐτός τε πίπτει, καὶ τῆς στρατιᾶς ἁπάσης οἱ νενικηκότες ἐγένοντο κύριοι, πρὸς δὲ καὶ χρυσίου καὶ ἀργύρου πολλῶν ταλάντων· ἃ καὶ Ρωμαίους ἐξέπληξεν. Εντεῦθεν ἤρξατο λοιπὸν Αννίβας μὲν οὐκ ἀγαθὰς ἔχειν περὶ τοῦ πολέμου τὰς προσδοκίας· τοῖς Ρωμαίοις δὲ ηὐξήθη τὸ τῆς ἐλπίδων· καὶ μετακαλοῦνται πρὸς ἑαυτοὺς τὸν Σκηπίωνα. καὶ ὁ μὲν παραγίνεται λαμπρὸς ἐπὶ μεγάλοις ὡς εἰκὸς ἔργοις· [14] Καικιλίῳ δὲ καὶ Οὐαλερίῳ τοῖς ὑπάτοις πᾶσαι Βρεττίων αἱ πόλεις, ὑπὸ τῶν οἰκείων παρεδόθησαν. [15] Αννίβας μὲν οὖν τέταρτον καὶ δέκατον ἦγεν ἐπὶ τῆς Ιταλίας ἔτος. ἐν τούτῳ δὲ ὁ Σκηπίων ὕπατος χειροτονεῖται, ὁ τὰ μέγιστα ἐν Ισπανοῖς ἐργασάμενος· καὶ εἰς αὐτὴν τὴν Αφρικὴν ἐκπλεῖ, πείσας Ρωμαίους ὡς χρὴ μεταστῆσαι τὰ δυσχερῆ τῆς μάχης εἰς τὴν πολεμίαν. * οἷα γὰρ ἐπίπνοια ἐπεπίστευτο, τοσαῦτα κατώρθου· καί τις ἦν λόγος ὡς ἄρα καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς αὐτῷ γίγνοιτο συνουσία. τῆς οὖν Αφρικῆς ἐπιβὰς, Αννωνι συνέμιξε τῷ στρατηγῷ. καὶ προτέρᾳ μὲν συμπλοκῇ τὴν * στρατείαν αὐτοῦ διέφθειρε πανωλεθρίᾳ· δεύτερον δὲ εἰς χεῖρας ἐλθὼν, ἐκβάλλει τῆς παρεμβολῆς αὐτόν· καὶ ταύτης γὰρ κύριος σὺν τοῖς φύλαξι, τετρακισχιλίοις καὶ πεντακοσίοις ἀνδράσιν. οἱ δὲ πεσόντες, ἦσαν ἕνδεκα χιλιάδες. αἱρεῖ δὲ καὶ Σύμφακιν * τῶν Νομάδων βασιλέα, συμμαχοῦντα τοῖς Αφροις· καὶ γὰρ καὶ ταύτης τῆς παρεμβολῆς κύριος. καὶ τὸν μὲν Σύμφακιν εἰς τὴν Ρώμην ἐξέπεμψε μετὰ Νομάδων τῶν ἐπιφανεστάτων, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ πολέμου λαφύρων, καὶ ἀριθμὸν καὶ πολυτέλειαν παρειόντων. Γνωσθέντων δὲ τῶν κατὰ Αφρικὴν Σκηπίωνος ἔργων, πᾶσα μὲν λοιπὸν Ιταλία τὸν Αννίβαν ἀπέλιπεν· αὐτὸς δὲ ὑπὸ Καρχηδονίων * κατεκλήθη, τῆς πολιορκίας αὐτοὺς πιεζούσης. [16] * Επτακαιδεκάτῳ τοίνυν ἐνιαυτῷ τῆς Ιταλίας Αννίβας ἀπεχώρησε· καὶ τότε πρεσβεύονται παρὰ τὸν Σκηπίωνα Καρχηδόνιοι. ὁ δὲ, ἀναπέμπει πρὸς Ρωμαίους, πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἀνακωχὴν δοὺς τῷ πολέμῳ, ὡς ἂν ταύταις ἐπελθεῖν γένοιτο ῥᾴδιον· καὶ τοῦδε αὐτῷ μισθὸς ἦν τριῶν μυριάδων ἀργυρίου σταθμός. δεξαμένη τοίνυν ἡ σύγκλητος τὴν πρεσβείαν, κύριον ποιεῖται τῶν σπονδῶν τὸν Σκηπίωνα· καὶ τίθεται ταῦτα· ἐφ' ᾧτε μὴ πλείους ἢ τριάκοντα ναῦς ἔχειν Καρχηδονίους· καὶ δοῦναι Ρωμαίοις ὑπὲρ τῶν σπονδῶν, πεντήκοντα μυριάδων ἀργυρίου σταθμόν· τοὺς αἰχμαλώτους δὲ ἀπολῦσαι καὶ τοὺς προσηλύτας ἀποδοῦναι.

[17] Ταύτας

17 Ταύτας τὰς σπονδὰς συνετάραξεν ἐπιστὰς Ἀννίβας, καὶ πολλὰ τρόπον πολεμίων Ἄφροι διεπράττοντο· ὥστε καὶ τοὺς πρέσβεις αὐτῶν, ἐκ τῆς Ῥώμης ἐπιδημοῦντας, ὑπὸ τῆς μετὰ Σκιπίωνος στρατιᾶς συλληφθῆναι. ἀλλ' ὁ Σκιπίων αὖθις διαφῆκε, καὶ συνῆπτε μάχην πρὸς τὸν Ἀννίβαν. ἡττηθεὶς δὲ Ἀννίβας ἐν ἁπάσαις ταῖς συμπλοκαῖς, γίνεται καὶ αὐτὸς ἱκέτης ὑπὲρ εἰρήνης. αἱ σπονδαὶ ἀνελήφθησαν ἐφ' οἷς ἐγίνοντο τὴν ἀρχήν, προστεθέντων, ὅτι δὴ τὴν ἀρχὴν παρεσπόνδησαν, ἀργυρίου λιτρῶν εἰς δέκα μυριάδας. ἀλλ' οὐκ ἐδέξαντο τὴν προσθήκην οἱ Καρχηδόνιοι, προσέταξαν δὲ τὸν Ἀννίβαν πολέμῳ κρίνεσθαι. ἐπῆλθε τοίνυν αὐτός τε Σκιπίων τῇ Καρχηδόνι, καὶ Μασινίσσας ἕτερος Νομάδων βασιλεὺς, φίλος καὶ σύμμαχος τῷ Σκιπίωνι γεγενημένος. μελλούσης δὲ κινεῖσθαι τῆς μάχης, ἐβουλήθη κατασκοπῆσαι τὸ στρατόπεδον τὸ Ῥωμαϊκὸν Ἀννίβας, καὶ πέμπει κατασκόπους. τούτους ἑλὼν ὁ Σκιπίων, ἐπιδειχθῆναί τε αὖθις προσέταξε τὸ στράτευμα καὶ τὴν ὅλην τοῦ πολέμου παρασκευήν, δειπνήσαντας δὲ ἀφεθῆναι, μηνύσοντας ἅπερ *τεθέαντο. Ὡς δὲ ἐγγὺς ἦσαν χειρῶν, τὰ μὲν τῆς παρατάξεως ἦν ἄξια θαυμάσαι, δύο στρατηγοῖν ἀρίστοιν τὰ στρατεύματα ταττόντοιν. ὡς δὲ τοῦ ἔργου *ἤρξαντο, νικᾷ τε ὁ Σκιπίων, καὶ μικροῦ ζῶντα τὸν Ἀννίβαν εἷλε. ἀλλ' ὁ μὲν σὺν τέτταρσιν ἱππεῦσι διεσώθη· πλοῦτος δὲ, ὅσος οὔπω πρότερον, ἐν τῇ παρεμβολῇ κατελήφθη τῶν πολεμίων, εἴκοσι μὲν *μυριάδων ἀργυρίου, χρυσίου δὲ ὀκτὼ σταθμός· ἐσθήματα τε πολλὰ καὶ πολυδαπανά. Οὗτος ὁ πόλεμος ἐκύρωσε τὰς σπονδάς· καὶ πρὸς τὴν Ῥώμην ἐπεδήμησεν ὁ Σκιπίων, καὶ *τὴν νίκην ἐθριάμβευσεν, Ἀφρικανός τε ἐπεκλήθη, τῆς ἑαυτοῦ νίκης γενόμενος ἐπώνυμος. Ἐτελεύτησε δὲ ὁ πόλεμος οὗτος, ἐννάτῳ καὶ δεκάτῳ ἐνιαυτῷ.

17 Interim Annibale veniente ad Africam, pax turbata eſt, multa hoſtilia ab Afris facta ſunt; legati tamen eorum ex vrbe venientes, a Romanis capti ſunt, & iubente Scipione dimiſſi. Annibal quoq; frequentibus prœliis victus a Scipione, petit etiam ipſe pacem. Cum ventum eſſet ad colloquium, iiſdem conditionibus data eſt, quibus prius: *addita quingentis milibus pondo argenti, c milia librarum propter nouam perfidiam. Carthaginenſibus cōditiones diſplicuerunt, iuſſeruntq; Annibalem pugnare. Infertur a Scipione, & Maſiniſſa, alio rege Numidarum, qui amicitiam cum Scipione fecerat, Carthagini bellum. Annibal tres exploratores ad Scipionis caſtra miſit: quos captos Scipio circūduci per caſtra iuſſit, oſtendique eis totum exercitum; mox etiam prandium dari, dimittiq; vt renuntiarent Annibali quæ apud Romanos vidiſſent. Interea prœlium ab vtroque duce inſtructum eſt, quale vix vlla memoria fuit; quum periti ſſimi viri copias ſuas ad bellum educerent. Scipio victor recedit, pene ipſo Annibale capto: qui primum cum multis equitibus, deinde cum xx, poſtremo cum quattuor euaſit. Inuenta in caſtris Annibalis argenti pondo viginti milia, auri *octingenta, cetera *ſupellectili copioſa. Poſt id certamen pax cum Carthaginenſibus facta eſt. Scipio Romam rediit, ingenti gloria triumphauit, atque *Africanus* ex eo appellari cœptus eſt. Finem accepit ſecundum Punicum bellum, poſt annum nonum decimum quam cœperat.

ΒΙΒΛΙΟΝ δ΄.

Τὰ μὲν οὖν Ἄφρων τοῦτο Ῥωμαίοις ἦν. ἠκολούθησε δὲ ὁ Μακεδονικὸς πόλεμος, ὁ πρὸς τὸν βασιλέα Φίλιππον, πρώτῳ καὶ πεντηκοστῷ καὶ πεντακοσιοστῷ τῆς πόλεως ἔτει. πρὸς ὃν Τίτος Κοΐντιος *Φλαμίνιος ἐκπεμφθεὶς, νικᾷ τε αὐτόν, καὶ τίθεται σπονδάς· ὥστε καὶ τῶν πόλεων αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν Ἑλληνικῶν, αἳ προσεκεχωρήκεσαν Ῥωμαίοις παρὰ τὸν τοῦ πολέμου καιρόν· καὶ τοὺς αἰχμαλώτους [καὶ τοὺς] προσήλυδας ἀποδοῦναι· καὶ μὴ

LIBER IIII.

TRANSACTO Punico 552
bello, ſecutum eſt *Macedonicum* cōtra Philippum regem. Quingenteſimo & quinquageſimo primo anno ab vrbe condita, T. Quin- 555
tius *Flamininus aduerſus Philippum *regem mittitur: proſpere geſſit: pax ei data eſt his legibus; ne Græciæ ciuitatibus, quas Romani contra eum *defenderant, bellum inferret; [vt] captiuos & trāſfugas redderet; quin-

quaginta * ſolum naues haberet, reliquas Romanis redderet: per annos decem quaterna milia pondo argenti præſtaret; & [obſidem daret] filium ſuum Demetrium. ² T. Quintius etiam Lacedæmoniis intulit bellum; ducem eorum Nabidem vicit; & quibus voluit conditionibus, in fidem accepit: ingenti gloria duxit ante currum nobiliſſimos obſides, Demetrium Philippi filium, & Armenem Nabidis. ³ Tranſacto bello Macedonico, ſecutum eſt *Syriacum* contra Antiochum regem, P. Cornelio Scipione, * Marco Acilio Glabrione conſulibus. Huic Antiocho Annibal ſe iunxerat; Carthaginē patriam ſuam, metu ne Romanis traderetur, relinquens. Marcus Acilius Glabrio in Achaia bene pugnauit. Caſtra regis Antiochi nocturna pugna capta ſunt; ipſe fugatus. Philippo, quia cōtra Antiochum Romanis auxilio fuiſſet, filius Demetrius redditus eſt. ⁴ L. Cornelio Scipione, * C. Lælio cōſulibus, Scipio Africanus fratri ſuo Lucio Cornelio Scipioni conſuli, legatus cōtra Antiochum profectus eſt. Annibal, qui cum Antiocho erat, nauali prœlio victus eſt. Ipſe poſtea Antiochus, circa Sipylum [&] Magneſiam Aſiæ ciuitatem, a conſule Cornelio Scipione ingenti prœlio fuſus eſt. Auxilio fuit Romanis in ea pugna Eumenes, Attali regis frater, qui Eumeniā in Phrygia condidit. quinquaginta milia peditum, * tria equitum, eo certamine ex parte regis occiſa ſunt. Tum rex [Antiochus] pacē petit: [quæ] iiſdem conditionibus datur a Senatu, quamquam victo, quibus ante offerebatur; vt ex Europa & Aſia recederet, atque intra Taurum ſe contineret; decem milia talentorum, & viginti obſides præberet; Annibalem concitatorē belli dederet. Eumeni regi donatæ ſunt a Senatu omnes Aſiæ ciuitates quas Antiochus bello perdiderat; & Rhodiis, qui auxilium Romanis contra regem Antiochum tulerant, multæ vrbes conceſſæ ſunt.

561 (beside "nem Nabidis. ³ Tranſacto bello Ma-")
562 (beside "tra Antiochum regem, P. Cornelio")
563 (beside "tus eſt. ⁴ L. Cornelio Scipione, * C.")
5[illegible] (beside "ſides præberet; Annibalem concita-")
5[illegible] (beside "manis contra regem Antiochum tu-")

πλείους ἔχειν πεντήκοντα νεῶν· τὰς δὲ λοιπὰς ἁπάσας παραδοῦναι· ὡς * δὲ καὶ τοῖς ἑξῆς ἐνιαυτοῖς διδόναι φόρον * ἐτήσια τετρακισχίλια τάλαντα ἀργυρίου· καὶ προσέτι τὸν Δημήτριον ὅμηρον παραδοῦναι. ² Μετασήσας δὲ ἐπὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ὁ * Φλαμίνιος τὴν στρατιὰν, κρατεῖ τε αὐτῶν μάχῃ, καὶ τὸν στρατηγὸν αἱρεῖ· καὶ συνθήκας ἃς ἐβουλήθη ποιησάμενος * ὑπὸ σπονδὰς, θριαμβεύων εἰς τὴν Ῥώμην εἰσῆλθε, προτρεχόντων αὐτοῦ τοῦ ἅρματος, Δημητρίου τε τοῦ Φιλίππου παιδὸς, καὶ Αρμένου τοῦ Νάβιδος. ³ Οὕτω καὶ τῶν Μακεδονικῶν καὶ τῶν Λακωνικῶν ἡσυχασάντων, πρὸς Αντίοχον τὸν βασιλεύοντα Συρίας ἀνήφθη πόλεμος. ὕπατοι δὲ ἦσαν Πούβλιος Κορνήλιος Σκηπίων, καὶ * Μάρκος Ακίλιος Γλαβρίων. συνεμάχει δὲ τῷ μὲν Αντιόχῳ πεφευγὼς ἐκ τῆς Καρχηδόνος Αννίβας, (δέος γὰρ αὐτὸν ἐξήγαγε τῆς πατρίδος, ὡς Ῥωμαίοις ἐκδοθησόμενον) Ῥωμαίοις δὲ ὁ * Μακεδόνων Φίλιππος. γίνεται δὲ ναυμαχία κατὰ τὴν Αχαΐαν, ὑφ᾽ ἡγεμόνι τῷ Γλαβρίωνι· καὶ τῆς μὲν παρεμβολῆς τοῦ βασιλέως οἱ Ῥωμαῖοι γίγνονται κύριοι· φεύγει δὲ ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ λοιπὸν τῆς βασιλείας· Φιλίππῳ δὲ Δημήτριος ὁ παῖς ἀπεδόθη, τῆς συμμαχίας χάριν. ⁴ Τούτοις διαδέχονται τοὺς ὑπάτους, Λούκιος Κορνήλιος Σκηπίων, (ἀδελφὸς ὢν τοῦ κληθέντος Αφρικανοῦ· καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ χειροτονεῖται λεγάτος) καὶ Γάιος Λέλιος· καὶ φέρεται κλήρῳ τὰ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Αντίοχον, ἐπὶ τὸν Σκηπίωνα. καὶ πρότερον μὲν ναυμαχία τῆς βασιλικῆς ἐκράτησε στρατιᾶς· (ἡγεμόνα δὲ εἶχεν Αννίβαν ὁ στόλος) ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸν Αντίοχον ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Σιπύλῳ τῆς Ασίας, νικᾷ τε, καὶ εἰς φυγὴν τρέπει. κοινωνὸς δὲ αὐτῷ ταύτης ἐγένετο τῆς μάχης Εὐμένης, Ατάλου τοῦ τῆς Ασίας βασιλέως ἀδελφὸς, ὃς ἐπώνυμον ἑαυτοῦ πόλιν ἐδείματο τὸ Εὐμένιον. ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ πέντε μυριάσι πεζομάχων, καὶ τρισχιλίοις ἱππεῦσιν, ἥττων ὁ βασιλικὸς ἐγένετο στρατός. αἰτεῖ γοῦν εἰρήνην Αντίοχος, καὶ δίδωσιν ἡ σύγκλητος, ἐφ᾽ αἷς καὶ πρότερον προὔτεινε συνθήκαις, οὐ βαρύνασα τὰς σπονδὰς ὡς ἡττημένῳ. αἱ συνθῆκαι δὲ εἶχον ὧδε· τῆς μὲν Εὐρώπης αὐτὸν καὶ τῆς Ασίας ἀποχωρεῖν ἁπάσης· μένειν δὲ ἐπὶ τῶν ἐντὸς τοῦ Ταύρου πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον· εἰσενέγκαι δὲ μυρία τάλαντα, καὶ ὁμήρους εἴκοσι παραδοῦναι· τόν τε Αννίβαν ἐκδοῦναι, ὡς τὴν παραχὴν ἐκείνῳ τε καὶ αὖθις αἰτιώτατον. Τὰ μὲν πρὸς Αντίοχον τάδε. Εὐμένει δὲ, τῆς συμμαχίας χάριν, ἐδωρήθησαν αἱ πόλεις τῆς Ασίας, ἃς ἐξελείπετο κατὰ τὰς σπονδὰς Αντίοχος. Ῥοδίοις τε, καὶ αὖθις συμμεμαχηκόσι, πολλαὶ τῶν πόλεων ὑπακούειν ἐπετάχθησαν.

ὁ δὲ

ὁ δὲ Σκηπίων ἐπὶ τούτοις τοῖς ἔργοις ἐθριάμβευσε, κλησάμενος καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν κατορθωθέντων ὄνομα· τοῦτο δὲ ἦν Ἀσιατικός. [5] Σπουρίου δὲ Ποστουμίου Ἀλβίνου, καὶ Κοΐντου Μαρκίου Φιλίππου τὴν ὑπατείαν *εἰσδεξαμένων, Φούλβιος μὲν κατὰ Αἰτωλῶν ἐθριάμβευσεν· Ἀννίβας δέ, ἀσθενέστερον τὸν Ἀντίοχον ὁρῶν, καταφεύγει πρὸς Προυσίαν, τὸν Βιθυνῶν βασιλέα· αἰτούντων δὲ αὐτὸν Ῥωμαίων διὰ τοῦ *Φλαμινίου, παραχρῆμα ἐξεδόθη· καὶ φόβῳ τῆς τιμωρίας, φάρμακον σπάσας, ἀποθνήσκει· καὶ θάπτουσιν αὐτὸν ἐν Λιβύσσῃ, τῆς Βιθυνίας χωρίῳ· καὶ ὁ τάφος ἐς τόδε ὁρᾶται. [6] Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, Φίλιππος μὲν ἐτελεύτησεν ὁ βασιλεὺς τῆς Μακεδονίας· ὁ δὲ τούτου παῖς, (Περσεὺς ἦν ὄνομα αὐτῷ) ἐτυράννησε κατὰ Ῥωμαίων, πολλὴν συλλέξας στρατιάν, συμμαχικόν τε οὐ μικρόν. Κότυν τε γὰρ τὸν Θρᾳκῶν βασιλέα, καὶ Γέντιον τὸν Ἰλλυριῶν, προσεκέκλητο. παρασκευὴ τοίνυν ἦν ἑκατέρωθεν ἅπασα· Ῥωμαίοις ἐπικουρούντων Εὐμενοῦς τε ὃς τῆς Ἀσίας ἐκράτει, καὶ τοῦ Καππαδοκῶν βασιλέως *Ἀριαράθου, καὶ τῆς Συρίας Ἀντιόχου, καὶ Πτολεμαίου τοῦ Αἰγύπτου, καὶ Μασινίσσου τοῦ Νομάδου. Προυσίας γάρ, εἰ καὶ κηδεστὴς ἦν ἐπ' ἀδελφῇ τοῦ Περσέως, ἑκατέροις γε ὅμως αὐτὸν ἴσον παρέσχεν. ἡγεῖτο δὲ τῆς Ῥωμαϊκῆς στρατιᾶς Πούβλιος Λικίνιος ὕπατος, τούτῳ αὐτῷ τὸν πόλεμον ἀποκληρώσαντος τοῦ δήμου· καὶ νικᾶται τῇ μάχῃ. καίτοι νενικηκὼς ὁ Περσεύς, εἰρήνην ἐπαγγείλας παρὰ τῶν Ῥωμαίων, διήμαρτεν. ὁ γὰρ δῆμος οὐκ ἔφη δώσειν, εἰ μὴ καὶ αὐτὸς ἑαυτόν, καὶ τοὺς αὐτοῦ πάντας, ἐκδοίη τοῖς *αὐτὸ παραστησαμένοις. Δεύτερος οὖν ἐπ' αὐτὸν πέμπεται Λούκιος Αἰμίλιος Παῦλος· καὶ Γάιος *Ἄννιος ἑτέρῳ στρατεύματι ἐπὶ τὸν Ἰλλυριὸν Γέντιον. ὁ μὲν οὖν Γέντιος ἅμα τε συνέμιξε καὶ ἡττήθη· καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἑαυτὸν παρέδωκεν *αὐτῇ μητρί, καὶ γαμετῇ, καὶ παισὶ δύο, καὶ δὴ καὶ ἀδελφῷ· καὶ τὸ ἔθνος πᾶν ἐκτήθη. ἐγένετο δὲ τὸ ἔργον *ἡμέραις τριάκοντα· ἔφθασε τε τὴν τῆς συμπλοκῆς ἡ τῆς νίκης ἀκοή. [7] Παῦλος δέ, *τρίτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ σεπτεμβρίου συμμίξας τῷ Περσεῖ, διέφθειρε μὲν αὐτοῦ χιλιάδας εἴκοσι τοῦ πεζοῦ· ἐκεῖνον δὲ ἐδίωξε μετὰ τοῦ ἵππου αὐτοῦ, οὐδὲ ἐκατὸν ἀποβαλὼν τῶν μαχομένων. αἱ μὲν οὖν πόλεις, εὐθὺς προσεχώρησαν Ῥωμαίοις. ὁ Περσεὺς δέ, καὶ ὑπὸ τῶν συμπεφευγότων καταλειφθείς, ἑαυτὸν παρέδωκε Ῥωμαίοις· καὶ ὁ Παῦλος

Scipio Romam rediit, ingenti glo-
ria triumphauit: nomen & ipſe, ad
imitationem fratris, **Aſiatici* acce-
pit, quia Aſiam vicerat; ſicuti frater
ipſius propter Africam domitam, *A-
fricanus* appellabatur. [5] Spurio Po- 567
ſtumio Albino, * Q. Marcio Philippo
conſulibus; Marcus Fuluius de *Aeto-
lis* triumphauit. Annibal, qui victo
Antiocho, ne Romanis traderetur, 566
ad Pruſiam Bithyniæ regem fugerat,
repetitus etiam ab eo eſt per Titum
Quintium Flamininum: & cum tra-
dendus Romanis eſſet, venenum bi-
bit, & apud Libyſſam in finibus Ni-
comedenſium ſepultus eſt. [6] Phi-
lippo rege Macedoniæ mortuo, qui
& aduerſum Romanos bellum geſ-
ſerat, & poſtea Romanis contra An- 581
tiochum auxilium tulerat; filius eius
Perſeus in Macedonia rebellauit, in-
gentibus copiis ad bellum paratis.
Nã adiutores habebat *Cotyn Thra-
ciæ regem; Illyrici[regem,] Gentium
nomine. Romanis autem in auxilio
erant Eumenes Aſiæ rex, Ariarathes
Cappadociæ, Antiochus Syriæ, Pto-
lemæus Ægypti, Maſiniſſa Numidiæ.
Pruſias autem [rex] Bithyniæ, quam-
quam ſororem Perſei vxorem habe-
ret, vtriſque ſe æquum præbuit.
Dux Romanorum P. Licinius *con-
ſul, contra eum miſſus eſt, & a rege
graui prœlio victus: neq; tamen Ro-
mani, quamquã ſuperati, regi peten-
ti pacem præſtare voluerunt; niſi his
cõditionibus; vt ſe & ſuos Senatui &
populo Romano dederet. Mox miſ-
ſus cõtra eũ Lucius Æmilius Paulus
conſul; & in Illyricũ *Caius Anicius
prætor cõtra Gentium. ſed Gẽtius fa-
cile vno prœlio victus, mox ſe dedi-
dit. Mater eius & vxor, & duo filii;
*frater quoq; eius, ſimul in poteſtatẽ
Romanorum venerũt. Ita bello intra
xxx dies perfecto, ante cognitũ eſt
Gentium victũ, quã cœptum bellum
nunciaretur. [7] Cũ Perſeo aũt Æmi-
lius Paulus cõſul tertio nonas Septẽ-
bris dimicauit; vicitq; eũ, viginti mi-
libus peditũ eius occiſis: equitatus cũ
rege *fugit integer; Romanorum c
milites amiſſi ſunt: vrbes Macedoniæ
omnes quas rex tenuerat, Romanis
ſe dediderunt. ipſe rex, cum deſerere-
tur ab amicis, venit in Pauli poteſta-
tem. ſed honorem ei Æmilius Paulus

conſul nō quaſi victo habuit. nam & volentē ad pedes ſibi cadere non permiſit; * ſed iuxta ſe in ſella collocauit. Macedonibus & Illyriis hæ leges * a Romanis datæ; vt liberi eſſent; & dimidium eorū tributorum præſtarent quæ regibus præſtitiſſent; [vt appare-
» ret] Populum Romanū pro æquitate
» magis quam auaritia dimicare. atque in conuentu * finitimorū populorum Paulus * hæc pronuntiauit; & legationes multarum gentium, quæ ad eum venerant, * magnificentiſſimo pauit
» conuiuio; dicens, Eiuſdem hominis
» eſſe debere & bello vincere, & [in]
» conuiuii apparatu elegantem eſſe.

Mox ſeptuaginta ciuitates Epiri, quæ * rebellarant, cepit: prædam militibus diſtribuit; Romā ingenti pompa rediit, in naue Perſei; quæ inuſitatæ magnitudinis fuiſſe traditur: adeo vt XVI ordines dicatur habuiſſe remorum. Triumphauit autem magnificentiſſime in curru aureo cum duobus filiis, vtroque latere adſtantibus. ducti ſunt ante currum duo regis filij, & ipſe Perſeus, XLV annos natus. Poſt eum etiā [C.] Anicius de Illyriis triumphauit: Gentius cū fratre & filiis ante currum ductus eſt. Ad hoc ſpectaculum reges multarum gentium Romam venerunt: inter alios venit etiam Attalus atq; Eumenes Aſiæ reges, & Pruſias Bithyniæ. magno honore * accepti ſunt: & permittēte Senatu [dona] quæ attulerunt, in Capitolio poſuerūt. Pruſias etiam filium ſuum Nicomedem Senatui cōmendauit. * Inſequente anno Lucius Memmius in * Lyſitania bene pugnauit. Marcellus poſtea conſul res ibidem proſpere geſſit.

604 * Tertium deinde bellum cōtra *Carthaginem* ſuſcipitur, ſexcenteſimo & altero ab vrbe condita anno, * L. Manlio Cenſorino, & Marco Manilio cōſulibus, anno LI poſtquā ſecundum Punicum [bellum] tranſactum erat. Hi profecti, Carthaginem oppugnauerunt. Contra eos Aſdrubal dux Carthaginenſium dimicabat. * Famea dux alius, equitatui Carthaginenſium præerat. Scipio tunc, Scipionis Africani nepos, tribunus ibi militabat. huius apud omnes ingēs metus & reuerentia erat. Nam & paratiſſimus ad dimicandum, & cōſultiſſimus habebatur. Itaq; per eum * multa proſpere a-

οὐχ ὡς ἡττημένον εἶδεν, ἀλλὰ καὶ προσπίπτοντα πρὸς τὰ γόνατα ἀνώρθωσε, καὶ καθέδρας ἠξίωσε τῆς αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀρχῆς μετέδωκε τιμῆς. Ἐντεῦθεν Ἰλλυριοί τε καὶ Μακεδόνες ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐτέλουν, ὅροις τοῖσδε· εἶναι μὲν αὐτοὺς αὐτονόμους· τῇ πόλει δὲ τῇ Ῥωμαίων εἰσφέρειν ὧν τοῖς βασιλεῦσιν εἰσέφερον μέρος ἥμισυ. πείθειν γὰρ ἐβούλοντο Ῥωμαῖοι τοὺς ὑπηκόους, ὡς οὐκ ἐπιθυμοῦσι χρημάτων. Τοὺς μὲν ὅρους τούτους, ἐν κοινῷ τῶν πανταχόθεν πρέσβεων ἀπήγγελεν ὁ Παῦλος· ἐκάλεσε τε αὐτοὺς εἰς εὐωχίας, φάσκων χρῆναι καὶ νικᾷν * τε ὅπλοις, καὶ νενικημένους ἑστιᾷν. Ἑβδομήκοντα δὲ τῶν Ἠπειρωτικῶν πόλεων, ἀντιτεταγμένας ἔτι Ῥωμαίοις, εἷλε πολιορκίᾳ· καὶ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου λείαν διένειμε τῷ στρατῷ· σὺν μεγίστῃ τε εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανῆκε πομπῇ, νεὼς ἐπιβεβηκὼς Μακεδονικῆς, ἣ τοῦ βασιλεύσαντος ἦν Περσέως παμμεγέθης, * ὡς δεκαπέντε χωρεῖν ἐρέτας ἐξ ἀμφοτέρων τῶν πλευρῶν. καὶ ἀποβὰς, ἐθριάμβευσεν ἐφ' ἅρματος χρυσοῦ, τοῖς δύο παισὶ παρεστοιχισμένος, προτρεχόντων τοῦ ἅρματος αὐτοῦ, Περσέως, πέντε καὶ τετταράκοντα γεγονότος ἐνιαυτοὺς, καὶ υἱέων δύο. Ἐδόθη δὲ καὶ * Ἀνικίῳ κατὰ τῶν Ἰλλυριῶν θρίαμβος· καὶ αὐτοῦ προεπόμπευσαν Γέντιός τε, καὶ ὁ ἀδελφὸς Γεντίου, καὶ οἱ παῖδες. Τούτων τῶν θριάμβων μετέσχον εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικόμενοι, Ἄτταλός τε καὶ Εὐμένης ἐκ τῆς Ἀσίας, καὶ Προυσίας ἐκ τῆς Βιθυνίας· δῶρά τε προσεκόμισαν. ἃ προσιέμενοι Ῥωμαῖοι, προσέταξαν ἀνατεθῆναι τῷ Καπιτωλίῳ. Προυσίας δὲ καὶ τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ Νικομήδη * παρακατέθετο τῷ δήμῳ. * Τῷ δὲ ἑξῆς ἐνιαυτῷ Λεύκιος Μέμμιος τοὺς Λυσιτανοὺς ἐνίκησε πολέμῳ· καὶ μετὰ τοῦτο Μάρκελλος.

* Κἀντεῦθεν ὁ τρίτος κατὰ τῶν Ἀφρων ἐκινήθη πόλεμος, ἑξακοσιοστῷ μὲν καὶ ἑνὶ τῆς πόλεως ἔτει, πεντηκοστῷ δὲ καὶ δευτέρῳ μετὰ τὴν τοῦ δευτέρου τοῦ κατὰ Ἀννίβα πολέμου λύσιν. ὕπατοι δὲ χειροτονηθέντες, Λεύκιος Μάνλιος Κηνσωρῖνος, καὶ Μάρκος Μανίλιος, ἐπὶ τὴν Ἀφρικὴν ἐξέπλευσαν, καὶ τῇ Καρχηδόνι προσεκάθηντο πολιορκοῦντες· ἡγεῖτο δὲ Καρχηδονίων, τοῦ πεζοῦ μὲν, Ἀσδρούβας· τῶν δὲ ἱππέων, Φαμέας· συνῆν δὲ τοῖς ὑπάτοις ἀρχήν τινα στρατιωτικὴν ἔχων Σκηπίωνος ἔκγονος, τοῦ κληθέντος Ἀφρικανοῦ· οὗ τοσοῦτον ἦν παρὰ τοῖς πολεμίοις δέος, καὶ τοσοῦτον παρὰ τῆς ἀνδρείας θαῦμα, ὡς βουλευομένου τε ἄριστα, καὶ ἐπιτελοῦντος ἔργοις τὰ δοκοῦντα ὀξέως· ὥστε τοὺς ὑπάτους αὐτοὺς, κοινωνὸν μὲν αὐτὸν καὶ βουλῆς καὶ ἐγχειρημάτων ἔχειν, αὐτοὶ δὲ χρῆσθαι

πρὸς

πρὸς τὰ πράγματα, ἐπειδήπερ ἑώρων τοὺς πολεμίους τὴν πρὸς αὐτὸν ἐκκλίνοντας συμπλοκήν. [10] Μασινίσσας γοῦν, ὁ τῶν Νομάδων βασιλεὺς, τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν ἔτεσιν ἑξήκοντα τετηρηκὼς, ἡνίκα ἀπέθνησκεν, ἐνενηκοστὸν καὶ ἕβδομον τῆς ἡλικίας πεπληρωκὼς ἔτος, Σκηπίωνα ἱκέτευσε τοῖς παισὶ τοῖς αὐτοῦ (τέσσαρες δὲ οὗτοι ἦσαν καὶ τετταράκοντα) τὴν βασιλείαν διελεῖν. [11] Αὕτη τοῦ Σκηπίωνος ἡ δόξα, τὸν δῆμον ἔπεισε τὴν ὑπατείαν ἐπ' αὐτὸν ἐπαγαγεῖν, τῆς νεότητος οὔπω τοῦτο ἐπιτρεπούσης· καὶ θᾶττον ἐλπίδος αἱρεῖ τὴν Καρχηδόνα καὶ κατασκάπτει· καὶ τὸν κόσμον ἅπαντα τῆς πόλεως, τὸν ἐκ πολέμων αὐτῇ συνειλεγμένον, λαβὼν, τοῦτον εὐθὺς ἀπέδωκε τῶν πόλεων ταῖς ἀφῃρημέναις· αὐτὸς δὲ ἐπανῆλθε· καὶ δοθέντος αὐτῷ θριάμβου, προσετέθη καὶ τὸ ἐπώνυμον τοῦ πάππου. Ἀφρικανὸς γάρ τοι νέος καὶ οὗτος ἐπεκλήθη. * ἀπώλετο τοίνυν ἡ Καρχηδὼν ἑπτακοσιοστῷ πέμπτῳ μετὰ τὸν συνοικισμὸν ἔτει. [12] Μετὰ τούτους τοὺς χρόνους ἀνήρ τις Ψευδοφίλιππος, αὐτῆρε χεῖρας Ῥωμαίοις· καὶ τὸν στρατηγὸν Ἰουβέντιον, ἐπ' αὐτὸν χωρήσαντα μετὰ τοῦ στρατεύματος, ἐνίκησε τῇ μάχῃ, καὶ πανωλεθρίᾳ διέφθειρε. ἀλλὰ Μέτελλος, ὕστερος * ἀπελθὼν, ἐνίκησέ τε αὐτὸν, καὶ πεντακισχιλίους ἀνελὼν, ἀνεκτήσατο τὴν Μακεδονίαν, ὑφ' ἑαυτῷ τε τὸν Ψευδοφίλιππον ἐποίησε. [13] Τότε καὶ Κορίνθῳ, πόλει τῶν Ἑλλήνων ἐπιφανεστάτῃ, πόλεμος ἐπηνέχθη Ῥωμαϊκὸς· ἐπεὶ κατὰ τῶν ἐκ Ῥώμης πρεσβευτῶν πεπαρῳνήκεσαν. καὶ Μόμμιος ἐκπεμφθεὶς, εἷλέ τε αὐτὴν καὶ κατέσκαψε. τρεῖς τε ἅμα θρίαμβοι, θέαμα καινὸν, ἐφάνησαν ἐπὶ τῆς Ῥώμης· ὁ ἐξ Ἀφρικῆς μὲν, Σκηπίωνος· οὗ τῶν ἁρμάτων, Ἀσδρούβας ἡγεῖτο· Μετέλλου δὲ, ἐκ Μακεδονίας· οὗ προεξῆρχεν Ἀνδρίσκος (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ Ψευδοφιλίππῳ) κατὰ Κορινθίων δὲ Μομμίου, πολλῶν αὐτοῦ κατακοσμούντων, χαλκῶν τε ἀγαλμάτων, καὶ σανίδων γραφαῖς ἐξησκημένων. [14] Οὐ μὴν πάντα τὰ Μακεδόνων ἡσύχαζεν· ἀλλ' αὖθις ἕτερος Ψευδοπερσεὺς, παῖδα λέγων ἑαυτὸν Περσέως, οἰκετικὴν συλλέξας στρατιὰν, ἐπεχείρει πολεμεῖν ὥστε * αὐτοὺς τοὺς ὁπλίτας εἰς ἑξακισχιλίους τελεῖν πρὸς τοῖς μυρίοις. ἀλλὰ τοῦτον ἔπαυσε μάχῃ νικήσας Τρεμέλλιος. [15] Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ χρόνον Μέτελλος ἐν Ἱσπανίᾳ πρὸς Κελτίβηρας ἐμαχέσατο γενναίως καὶ παραδίδωσι τήν τε ἀρχὴν καὶ τὸν πόλεμον Πομπηΐῳ. εἶτ' ἐφεξῆς αὐτός τε, καὶ Πομπήιος, καὶ Κοΐντος * Σκηπίων, ἐπὶ τὸν * Οὐειάνθον ἐξεπέμφθησαν, ὃς

conſulibus geſta ſunt. nec quidquam
magis vel Aſdrubal vel Famea vita-
bant; quã contra eam Romanorum
partem cõmittere, vbi Scipio dimica-
ret. [10] Per idẽ tempus Maſiniſſa [rex 605
Numidarum, per annos ſexaginta fe-
re] amicus populi Romani, anno vitæ
XCVII, mortuus eſt, XL & IIII filiis
relictis. Scipionem diuiſorem regni
inter filios ſuos eſſe iuſſit. [11] Cũ igi- 606
tur clarũ Scipionis nomen eſſet, iuue-
nis adhuc, conſul eſt factus; & contra
Carthaginem miſſus. is eam cepit, ac
diruit. ſpolia ibi inuenta, quæ [de] va-
riarũ ciuitatũ excidiis Carthago col-
legerat: & ornamenta vrbiũ ciuitati-
bus Siciliæ, Italiæ, Africæ reddidit,
quæ ſua recognoſcebant. Ita Cartha-
go, ſeptingẽteſimo anno [poſt] quam
cõdita erat, deleta eſt. Scipio nomen
quod auus eius acceperat, meruit;
ſcilicet vt propter virtutẽ etiam ipſe
Africanus iunior vocaretur. [12] Interim 605
in *Macedonia* quidam Pſeudophilip-
pus arma mouit: & Romanum præ-
torem Publium Iuuentium contra ſe
miſſum, ad * internecionem vicit.
Poſt eum Q. Cæcilius Metellus dux
a Romanis contra Pſeudophilippum
miſſus eſt: & viginti quinque mili-
bus [ex militibus] eius occiſis, Mace-
doniam recepit. Ipſum etiã Pſeudo-
philippum in poteſtatem ſuam rede-
git. [13] *Corinthiis* quoq; bellũ indictũ 606
eſt, nobiliſſimæ Græciæ ciuitati, pro-
pter iniuriã legatorum Romanorũ.
Hãc Mummius cõſul cepit ac diruit.
Tres igitur Romæ ſimul celeberrimi
triumphi fuerunt: Africani, ex Afri-
ca; * ante cuius currum ductus eſt Aſ-
drubal: Metelli, ex Macedonia; cuius
currum præceſſit Andriſcus, * qui &
Pſeudophilippus [dicitur:] Mummii,
ex Corintho; ante quẽ ſigna ænea &
pictæ tabulæ, & alia vrbis clariſſimæ
ornamenta prælata ſunt. [14] Iterum
in Macedonia Pſeudoperſeus, qui ſe
Perſei filiũ eſſe dicebat, collectis * ſer-
uis, rebellauit; & cum * ſeptemdecim
armatorum milia haberet, a Tremel-
lio quæſtore ſuperatus eſt. [His die-
bus androgynus Romæ viſus, iuſſu
aruſpicũ in mare merſus eſt.] [15] Eo-
dem tẽpore Metellus in *Celtiberia* a-
pud Hiſpanos res egregias geſſit. Suc-
ceſſit ei Quintus Pompeius. Nec mul-
to poſt, Quintus quoque Cæpio ad
idem bellũ miſſus eſt; quod quidem 607

Viriathus cōtra Romanos in Luſitania gerebat. Quo metu Viriathus a ſuis interfectus eſt; cū quatuordecim annis Hiſpanias aduerſum Romanos mouiſſet. paſtor primo fuit; mox latronū dux: poſtremo tātos ad bellum populos cōcitauit, vt adſertor contra Romanos Hiſpaniæ putaretur. & cū interfectores eius præmiū a Cępione cōſule peterent, reſponſum eſt, *numquam Romanis placuiſſe, Imperatorem a*
612 *ſuis militib. interfici.* [16] Quintus Pompeius deinde cōſul a *Numantinis*, quæ Hiſpaniæ ciuitas fuit opulentiſſima, ſuperatus, pacē [ignobilē] fecit. Poſt eū Caius Hoſtilius Mancinus conſul iterum cū Numantinis pacē fecit infamem: quā Populus & Senatus iuſſit infringi, atq; ipſum Mancinū hoſtib. tradi: vt in illo quē auctorem fœderis habebāt, iniuriā ſoluti fœderis vindicarent. Poſt tantā igitur ignominiā, qua a Numantinis bis Romani exercitus fuerāt ſubiugati, Publius Scipio Africanus ſecundo Conſul factus, & ad Numantiā miſſus eſt. Is primū militem vitioſum & ignauū, exercendo magis quā puniēdo, ſine aliqua acerbitate correxit. Tū multas Hiſpaniæ ciuitates partim [bello] cepit, partim in deditionem accepit. Poſtremo ipſam Numantiā diu obſeſſam, *fame cōfecit, & a ſolo euertit: reliquā prouinciam in fidē accepit. [17] *Eo tēpore Attalus rex Aſiæ, frater Eumenis, mortuus eſt; heredemq; populū Romanū reliquit. ita imperio Romano
617 per teſtamentū *Aſia* acceſſit. [18] Mox [etiā] Decimus Iunius Brutus de *Callecis*, & *Luſitanis* magna gloria triumphauit: & Publius Scipio Africanus de Numantinis ſecundū triumphum egit, quartodecimo anno poſtquam
622 priorē de Africa egerat. [19] Motū interim in *Aſia* bellū eſt ab Ariſtonico Eumenis filio, qui ex cōcubina ſuſceptus fuerat. hic Eumenes, frater Attali fuerat. Aduerſus cū miſſus P. Licinius Craſſus, infinita regū habuit auxilia. nā & Bithyniæ rex Nicomedes [Romanos iuuit:] & Mithridates Pōticus, cum quo bellum poſtea grauiſſimum fuit: & Ariarathes Cappadox, & Pylæmenes Paphlagon. victus eſt tamen Craſſus, & in prœlio interfectus. caput ipſi⁹ Ariſtonico oblatū eſt,

ἐν τῇ Λυσιτανίᾳ κατὰ Ῥωμαίων ἤρξατο* πόλεμον, καὶ τοὺς Ἱσπανοὺς ἀνηρέθισε, τέταρτον ἤδη καὶ δέκατον ἔτος ἡσυχάσαντας. ἦν δὲ ὁ* Οὐρίαθος ποιμήν· εἶτα λῃστρικὸν μετῆλθε βίον· τελευτῶν δὲ, εἰς τοῦτο ἦλθε παρανοίας, ὡς* ἐν ᾧ λαβεῖν ἐλευθερῶσαι δύνασθαι τοὺς Ἱσπανοὺς ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων. ὁ μὲν οὖν, ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀνῃρέθη·* Σκηπίων δὲ τοῖς ἀνελοῦσι, μισθὸν ἐπαγγέλλουσιν, ἀπεκρίνατο, μηδαμῶς ἀρέσκειν Ῥωμαίοις, ἀναιρεῖσθαι τὸν ἡγούμενον ὑπὸ τῶν ὑπηκόων. [16] Πομπήιος δὲ, τῇ πρὸς Νουμαντίνους ἡττηθεὶς μάχῃ, σπονδὰς ἐπονειδίστους ἐποιήσατο. καὶ Ὁστίλιος δὲ Μαγκῖνος, ὁ μετ' αὐτὸν ὕπατος, ἀναλαβὼν τὴν μάχην, χαλεπώτερόν τε ἡττηθεὶς ἢ Πομπήιος, ἐπὶ σπονδαῖς ἀνεχώρησεν αἰσχροτέραις· ὡς τὸν δῆμον τὸν τῶν Ῥωμαίων μήτε δέξασθαι τὰς σπονδὰς, καὶ τὸν Μαγκῖνον παραδοῦναι τοῖς πολεμίοις, πεισόμενον ὅ τι ἂν αὐτοῖς δοκῇ. Ἐν τοσαύτῃ τοίνυν ἀτιμίᾳ διπλῇ, καὶ ἥττης καὶ συνθήκης, ἐκπέμπεται Σκηπίων, ὁ καλούμενος Ἀφρικανὸς, μετὰ τῆς ὑπατικῆς ἐξουσίας. οὗτος πρότερον μὲν ἐπεμελήθη τῆς στρατιᾶς, ὑπὸ τοῖς προτέροις ἡγεμόσι διεφθαρμένης· γυμνασίοις τε αὐτοὺς καταμελετῶν, καὶ χωρὶς ὠμότητος καὶ τιμωρίας εἰς τὸ δέον ἐπανάγων, ὡς* δὲ ἥρμοσε τοὺς ἄνδρας, ἐπῆλθε τῶν πόλεων ταῖς ἀποστάσαις· καὶ τοὺς μὲν, σφᾶς αὐτοὺς παραδόντας· τοὺς δὲ, πολιορκίαις ὑπηγάγετο. τελευταῖον δὲ, ἐπὶ τὸ κεφάλαιον ἦλθε τοῦ πολέμου, τὴν Νουμαντίαν· καὶ προσκαθεσθεὶς, λιμῷ τε πιέσας τοὺς ἔνδον, τήν τε πόλιν εἷλε καὶ κατέσκαψε· καὶ τὸ ἔθνος ἅπαν ἀπέδωκε τῇ Ῥώμῃ. [17] Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τελευτᾷ τῆς Ἀσίας ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος, ὁ Εὐμένους ἀδελφὸς, κληρονόμῳ χρησάμενος τῷ δήμῳ Ῥωμαίων· καὶ γέγονε κύριος τῆς Ἀσίας ὁ δῆμος καὶ τῷ τῆς διαδοχῆς δικαίῳ. [18] Καὶ Βροῦτος δὲ κατὰ * Γαλλαικῶν καὶ Λυσιτανῶν, ἐνδοξότατα ἐθριάμβευσε· καὶ Σκηπίων κατὰ Νουμαντίνων, τεσσαρεσκαίδεκα ἔτεσιν ὕστερον τοῦ κατὰ Ἄφρων θριάμβου. [19] Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἀριστόνικος, ἐκ παλλακῆς παῖς Εὐμένους, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἀττάλου, πόλεμον ἤρατο πρὸς Ῥωμαίους ἐπὶ τῆς Ἀσίας αὐτῆς. καὶ πεμφθεὶς ἐπ' αὐτὸν Λικίνιος Κράσσος μετὰ πολλοῦ συμμαχικοῦ. Νικομήδης τε γὰρ Βιθυνίας βασιλεὺς, καὶ Μιθριδάτης ὁ Πόντου, (πρὸς ὃν, μικρὸν ὕστερον μέγιστος καὶ πολυχρόνιος συνέστη πόλεμος) καὶ Ἀριαράθης ὁ Καππαδοκίας, καὶ Πυλαιμένης ὁ Παφλαγονίας, ἐπικουροῦντες παρῆσαν. ἡττήθη δὲ ὁ Κράσσος, καὶ ἔπεσεν ἐν τῇ παρατάξει· καὶ τὴν μὲν κεφαλὴν ἀποτεμόντες οἱ δορυφόροι, προσεκόμισαν Ἀριστονίκῳ· τὸ σῶμα·

τὸ σῶμα δὲ ἐκεῖνος προσέταξε ταφῆναι, καὶ ἡ Σμύρνα τὸν τάφον ἐδέξατο. Ἐκδέχεται δὴ καὶ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸν πόλεμον ὁ ὕπατος Περπέρνας· καὶ τὰ πεπραγμένα γνοὺς, ἠπείχθη πρὸς τὴν Ἀσίαν· καὶ νικήσας τὸν Ἀριστόνικον μάχῃ, κατέκλεισεν ἐν Στρατονίκῃ τῇ πόλει. πολιορκίᾳ δὲ καὶ ταύτην κἀκεῖνον ἑλὼν, ἐπιδημιῶν ἐπὶ τὴν Ῥώμην, ἐτελεύτησε. Ῥωμαῖοι δὲ, τὸν Ἀριστόνικον δήσαντες, εἶτα ἀπέπνιξαν. [20] Μετὰ τοῦτον ἦκε τὰ τῆς ὑπατείας ἐπὶ Λύκιον * Δίλιον Μέτελλον, καὶ Τίτον Κυΐντιον * Φλαμίνιον. κατὰ τοῦτον Ῥωμαῖοι τὸν ἐνιαυτὸν προσέταξαν οἰκοδομηθῆναι τὴν Καρχηδόνα τὴν νῦν ἔτι φαινομένην, δύο καὶ εἴκοσι ὕστερον ἔτεσι μετὰ τὴν ὑπὸ Σκηπίωνος κατασκαφήν. *ἔπεμψαν εἰς αὐτὴν ἐξ αὐτῶν ἀποίκους. [21] Ἑξακοσιοστῷ δὲ καὶ εἰκοστῷ καὶ ἑβδόμῳ τῆς πόλεως ἔτει, Γάϊος Κάσιος Λογγῖνος, καὶ Σέξτος Δομίτιος * Ἀλβῖνος ὕπατοι, τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις Γαλάταις ἐπήγαγον πόλεμον, καὶ τὴν μεγίστην αὐτῶν πόλιν * Ἀρβέρνας περιεκαθέσθησαν. ἡγεῖτο δὲ Γαλατῶν * Διτόνιος. μαχεσάμενοι τοίνυν περὶ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν, πολὺν μὲν αὐτῶν στρατὸν ἀνεῖλον· τοσαύτης δὲ ἐπελάβοντο λείας, ὥστε ἐκ τῶν στρεπτῶν, οὓς ἐπὶ τῶν τραχήλων εἶχον οἱ πολέμιοι, πολύν τινα χρυσοῦ σταθμὸν εἰσπέμψαι Ῥωμαίοις. * Βιτύϊτος δὲ ὁ στρατηγὸς ἁλοὺς, μέρος ἐγένετο τοῦ θριάμβου· καὶ ἐπὶ τούτοις τοῖς ἔργοις ἑκάτερος τῶν ὑπάτων ἐθριάμβευσεν.

[22] Ἐντεῦθεν Πόρκιος Κάτων, καὶ Κυΐντος Μάρκιος Ῥὴξ, δέχονται τὴν ἀρχὴν, ἑξακοσιοστοῦ καὶ τριακοστοῦ τῆς πόλεως ἔτους. οὗτοι κατήγαγον ἀποικίαν εἰς Γαλάτας, Ναρβῶνα δειμάμενοι * πόλιν. Καὶ μικρὸν ὕστερον οἱ μετὰ τούτους ὕπατοι, Κυΐντος Καικίλιος Μέτελλος, καὶ Κυΐντος Μούκιος * Σκαιβόλας, κατὰ Δαλματῶν ἐθριάμβευσαν. [23] Εἶτα πολλοῖς ὕστερον χρόνοις, ὁ ὕπατος Κάτων κατὰ * Κορδίσκων κινήσας πόλεμον, ἡττήθη τε αἰσχρῶς, καὶ ἀπεχώρησε. [24] Γαΐου δὲ Καικιλίου Μετέλλου καὶ Γνέου Κάρβωνος ὑπάτων γενομένων, οἱ ἀδελφοὶ Μέτελλοι κατὰ τὴν Ῥώμην ἐθριάμβευσαν· ὁ μὲν, κατὰ Σαρδῶν· κατὰ Θρᾳκῶν δὲ ἕτερος. Τότε φήμη κατέλαβε Ῥωμαίους, Γαλατῶν τοὺς καλουμένους Κίμβρους, ἔφοδον κατὰ τῆς Ἰταλίας ποιήσασθαι. [25] Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἤδη Πουβλίου Σκηπίωνος τοῦ Νασίκου, καὶ Πουβλίου Καλπουρνίου * Θησίου τὴν ἀρχὴν ὑποδεξαμένων, ὁ πρὸς Ἰουγούρθαν τὸν Νομάδων ἤρξατο πόλεμος, αἰτίας ἔχων τὸν Ἰεμψάλου καὶ * Μικίψου φόνον, οἳ παῖδες ἦσαν τοῦ βασιλεύσαντος Νουμίδων Μικίψου, φίλου καὶ συμμάχου Ῥωμαίων. ἐπὶ τοῦτον ὕπατος πέμπεται Καλπούρνιος· καὶ διαφθαρεὶς χρήμασιν, αἴσχιστα πρὸς Ἰουγούρθαν ἐσπείσατο. ταύτας οὖν ὁ δῆμος ἀκυρώσας τὰς σπονδὰς, πέμπει τὸν ἑξῆς ὕπατον Σπούριον Ποσούμιον Ἀλβῖνον. ἅμα καὶ οὗτος, τῷ ἀδελφῷ τὸ ἔργον ἐπιτρέψας,

corpus Smyrnæ ſepultum. Poſtea
Perpenna conſul Romanus, qui ſuc-
ceſſor Craſſo veniebat, audita belli
fortuna, ad Aſiā celerauit: & acie vi-
ctū Ariſtonicū, apud Stratonicen ci-
uitatem, quo confugerat, fame ad de-
ditionē cōpulit. Ariſtonicus iuſſu Se-
natus Romæ in carcere ſtrangulatus
eſt: triumphari [enim] de eo non po-
terat, quia Perpenna apud Pergamū,
Romam rediens, diē obierat. [20] Lu- 630
cio Cæcilio Metello, & Tito Quintio
Flaminino cōſulib⁹, Carthago in A-
frica iuſſu Senatus reparata eſt, quæ
nunc manet; annis duobus & viginti
poſtquā a Scipione fuerat euerſa. De-
ducti eo ſunt ciues Romani. [21] Anno 631
DCXXVII ab vrbe cōdita, Caius Caſ-
ſius Lōginus, & *Sextus Domiti⁹ Cal-
uinus cōſules, *Gallis* * *Tranſalpinis* bel-
lū intulerunt, & Aruernorū tunc no-
biliſſimæ ciuitati, atq; eorū * regi Bi-
tuito: infinitamq; multitudinē iuxta
Rhodanum fluuiū interfecerūt. Præ-
da ex torquibus Gallorū ingens Ro-
mam perlata eſt. Bituitus ſe Domitio
* dedidit; atq; ab eo Romam * ductus
eſt: magnaq; gloria cōſules ambo tri-
umphauerunt. [22] Marco Porcio Ca-
tone & Quinto Marcio Rege cōſuli-
bus, * DCXXX anno & tertio ab vrbe
condita, * *Narbona* in Gallia colonia
deducta eſt. Poſtea L. Cæcilio Me-
tello & Quinto Mucio Scæuola cōſu-
lib. de *Dalmatia* triumphatū eſt. [23] Ab
vrbe cōdita anno DCXXXV, *Caius Ca 639
to conſul *Scordiſcis* intulit bellū, igno-
minioſeq; pugnauit. [24] C. Cæcilio 640
Metello & Cnæo Carbone cōſulib.
duo Metelli fratres eodē die alterū ex
Sardinia, * alterū ex Thracia triūphū
egerunt. Nuntiatūq; Romæ eſt, *Cim-
bros* ex Gallia in Italiā tranſiſſe. [25] P. 642
Scipione Naſica, & L. Calpurnio Be-
ſtia cōſulibus, *Iugurtha* Numidarum
regi bellū illatū eſt, quod Adherbalē
& Hiempſalē, Micipſæ filios, fratres
ſuos, reges, & populi Romani ami-
cos, interemiſſet. Miſſus aduerſus eū
conſul Calpurnius Beſtia, corruptus
regis pecunia, pacē cum eo flagitioſiſ-
ſimam fecit; quæ a Senatu reprobata
eſt. Poſtea contra eundē inſequen-
ti anno Spurius Poſtumius Albinus
profectus eſt. Is quoque per fratrem

ignominioſe cõtra Numidas pugnauit. Tertio miſſus eſt Quintus Cæcilius Metellus cõſul. is exercitum ingenti ſeueritate & moderatione correctum, cum nihil in quemquã cruentum faceret, ad diſciplinã Romanam reduxit. Iugurtham variis prœliis vicit; elephantos eius occidit, vel cepit: [multas ciuitates ipſius cepit.] Et cum iam finem bello poſiturus eſſet, ſucceſſum eſt ei a C. Mario. is Iugurtham, & Bocchũ Mauritaniæ regem, qui auxilium Iugurthę ferre cœperat, pariter ſuperauit. Aliquanta & ipſe oppida Numidiæ cepit: belloque terminum poſuit, capto Iugurtha per quæſtorem ſuũ Cornelium Syllam, ingentem virũ; tradente Boccho Iugurtham, qui pro eo ante pugnauerat. [16] A Marco Iunio * Silano collega Quinti Metelli, *Cimbri* in Gallia; & a Minucio Rufo in Macedonia Scordiſci & Triballi; & a Seruilio Cæpione in Hiſpania Luſitani victi ſunt; & duo triumphi de Iugurtha, primus per Metellum, ſecundus per Marium acti ſunt. ante currum tamen Marii Iugurtha cum duobus filiis ductus eſt catenatus, & mox iuſſu conſulis in carcere ſtrangulatus.

οὐκ ἀγαθὸν ἔσχε τῆς μάχης τὸ τέλος. τρίτος ἐξαπεστάλη Κόϊντος Καικίλιος Μέτελλος· καὶ τὴν στρατιὰν ἐξ ἀτόπου μελέτης, τῆς ὑπὸ τοῖς προτέροις ὑπάτοις, πρὸς τὸ δέον ἁρμόσας ἐπιεικῶς πάνυ, πολλαῖς τὸν Ἰουγούρθαν ἐνίκησε μάχαις· καὶ τούς τε ἐλέφαντας κατέσφαξεν, οὐκ ὀλίγους ζῶντας ἑλών· τῶν τε πόλεων αὐτοῦ προσεχώρησαν αἱ πλείους. πρὸς αὐτῷ δὲ ὢν τῷ τέλει, παύεται τῆς ἀρχῆς ὑπὸ Μαρίου. γενόμενος δὲ ἐν τοῖς πράγμασιν ὁ Μάριος, Ἰουγούρθαν καὶ Βόκχον τὸν βασιλέα τῶν Μαύρων, σύμμαχον τῷ Ἰουγούρθᾳ γεγενημένον, ἐνίκησε μάχῃ· καὶ τοῦ μὲν Βόκχου περιέκοψε τὰς δυνάμεις· Ἰουγούρθαν δέ, ἐκδοθέντα παρ' αὐτοῦ, τοῖς Ῥωμαίοις ἐξέπεμψε, δι' ἀνδρὸς ἀρίστου Σύλλου, ταμίου τότε ὄντος αὐτῷ τῶν δημοσίων χρημάτων. [16] Μετὰ δὲ ταύτης τῆς νίκης καὶ ἑτέρα συνέβη. Ἰούνιος γὰρ Σιλανός, ὁ Μετέλλου συνύπατος, Κίμβρους νικήσας· καὶ Μινούκιος Ῥοῦφος τοὺς * Κορδίσκους καὶ Τριβαλλούς· καὶ Σερβίλλιος * Σκηπίων τοὺς Λυσιτανούς, ἐπολέμησαν· θρίαμβοι μὲν κατὰ Ἰουγούρθου καὶ τῷ Μετέλλῳ καὶ τῷ Μαρίῳ παρὰ τῆς πόλεως ἐψηφίσθησαν· ὧν ἐφαίνη λαμπρότερος ὁ Μάριος, Ἰουγούρθαν σὺν τοῖς δύο παισὶ πρὸ τοῦ ἅρματος ἔχων· ὃν δεσμωτηρίῳ παραδόντες οἱ Ῥωμαῖοι διεχρήσαντο.

LIBER V.

647 DVM bellum in Numidia
648 contra Iugurthã geritur, Romani cõſules * Marcꝰ Manilꝰ & Quintus Cæpio a *Cimbris* & *Teutonis* & * *Tigurinis* & *Ambronibus*, quæ erãt Germanorum & Gallorum gentes, victi ſunt iuxta flumen Rhodanũ: & ingenti internecione [attriti] etiã caſtra ſua & magnã partẽ exercitus perdiderunt. Timor Romæ grandis fuit, quantus vix Annibalis tẽpore * Punici belli, ne iterũ Galli Romam * redirẽt. Ergo Marius poſt victoriã Iugurthinã ſecũdo cõſul eſt factus; bellumq; ei contra Cimbros & Teutones decretũ eſt. Tertio quoq; ei & quarto delatus eſt cõſulatus; quia bellũ Cimbricũ ꝓtrahebatur. ſed in quarto cõſulatu collegã habuit Quintũ * Lutatiũ Catulũ. cũ Cimbris itaq; conflixit, & duobus prœliis CC milia hoſtiũ cecidit, * LXXX milia cepit, & ducem eorum * Teutobodũ. propter quod meritum abſens quinto cõſul eſt factus.

ΒΙΒΛΙΟΝ ε΄.

ὍΤΕ δὲ ὁ πρὸς Ἰουγούρθαν ἐπεράττετο πόλεμος, πολλαῖς ἑτέραις μάχαις ἐκεκράτουν Ῥωμαῖοι διὰ τῶν ὑπάτων. Μάλλιος γὰρ καὶ * Σκηπίων Κίμβροις καὶ Τεύτονας, καὶ * Τιγουρίνοις καὶ Ἄμβρωνας (ἔθνη δὲ ἐστὶ ταῦτα Γερμανῶν τε καὶ Γαλατῶν) κατεπολεμήθησαν. οὗτοι μετὰ τοσαύτης ἐπολέμησαν τῷ δήμῳ στρατιᾶς, ὅσην ἤνεγκε φόβον οὐχ ἧττω τῆς Ἀννίβου τυραννίδος. περὶ αὐτῆς γοῦν ἔδεισαν Ῥωμαῖοι τῆς πόλεως. πολλάκις γοῦν συμμίξαντες, καὶ πολλάκις ἡττηθέντες, ἔμενον ἔτι πολέμιοι. ἀλλὰ Μάριος μετὰ τὴν κατὰ Ἰουγούρθα νίκην, ἐπὶ Κίμβρους καὶ Τεύτονας ἐξεπέμφθη. καὶ παρασυρομένου τοῦ πολέμου, τρίτον τε αὐτῷ καὶ τέταρτον ἐπισυνήφθη τὰ τῆς ἀρχῆς τῆς ὑπάτου. κατὰ δὲ τὴν τετάρτην ὑπατείαν κοινωνὸς αὐτῷ ἦν τῆς ὑπατείας Κόϊντος * Λυτάτιος Κάτουλος. ἄμφω τοίνυν συνέμιξαν τοῖς Κίμβροις, καὶ δύο νικῶσι μάχας, οὕτω σφοδρῶς, ὡς εἴκοσι μὲν μυριάδας ἀνδρῶν πεσεῖν, αἰχμαλώτων δὲ ὀκτὼ γενέσθαι, καὶ προσέτι * Τευτόβολον τὸν στρατηγὸν τῶν πολεμίων. ὑπὲρ ταύτης οὖν τῆς νίκης καὶ πέμπτον αὐτῷ τὰ τῆς ἀρχῆς ἐψηφίσθη, καὶ ταῦτα ἀπόντι.

* Οὐμλιῷ.

Οὐ μὴν ἡσύχαζον Κίμβροι καὶ Τεύτονες· ἀλλ' ἔτι τῷ πλήθει χειμάζοντες, (οὐχ ἧττον γὰρ ἦν τὸ διεφθαρμένον τὸ λειπόμενον) τὰ σφέτερα αὐτῶν ἀφέντες, παρῆλθον ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν· ὑπὸ τῶν αὐτῶν δὲ αὖθις, Μαρίου τε καὶ Κατύλου, καταπεπολέμηνται. ἔνθα δὴ καὶ λαμπρότερον ἐγένετο τὸ ἔργον Κατύλου· καὶ πίπτουσιν ἐν τῇ τελευταίᾳ μάχῃ δέκα καὶ τέσσαρες ἀνδρῶν μυριάδες, ἓξ δὲ αἰχμαλώτων ἀλῶναι), διακοσίων μόνον ἐκ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πεσόντων στρατοῦ. στρατιωτικὰ δὲ σημεῖα ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένοντο τρία καὶ τριάκοντα· ὧν ἓν μὲν καὶ τριάκοντα εἷλον οἱ ὑπὸ Κατύλῳ μαχόμενοι· δύο δὲ, ὧν ἡγεῖτο Μάριος. ἑκάτεροι δὲ ὅμως ἐθριάμβευσαν. Τῷ δὲ ἑξακοσιοστῷ καὶ πεντηκοστῷ καὶ ἐνάτῳ τῆς πόλεως ἔτει, τὴν μὲν ὕπατον εἶχον ἀρχὴν Σέξτος Ἰούλιος Καῖσαρ, καὶ Λεύκιος Μάρκιος Φίλιππος· σχεδὸν δὲ ἅπας ἡσύχαζε πόλεμος. ἀλλ' ἐξαίφνης Πικέντες *καὶ Πελίγνοι, ἀστασιάστως τὸν παρελθόντα ἅπαντα χρόνον ὑπακούσαντες Ῥωμαίοις, ἀπεθρασύνοντο, καὶ τὸ ἴσον αὐτοῖς ὑπάρχειν ἠβούλοντο πρὸς τὸν δῆμον. ἐγένετο τοίνυν βαρὺς οὗτος ὁ πόλεμος, ὡς καὶ *ὕπατον ἐν αὐτῷ πεσεῖν, ἄριστον ἄνδρα, Πούβλιον Ῥουτίλιον *Σκηπίωνα τῶν ἐπιφανῶν νεανίσκον καὶ Πόρκιον Κάτωνα, καὶ αὐτὸν ὕπατον. Ἡγοῦντο δὲ τοῦ στρατοῦ τῶν πολεμίων, Πικέντων καὶ Μάρσων, *Τίτος Βήττιος, *Ἱέριος *Ἀσιαίνιος, *Τίτος Ἐρρέννιος, Αὖλος Κλυέντιος. οὗτος ὁ θόρυβος ἐποίησε Μάριον *ἕκτην δέξασθαι τὴν ὕπατον ἀρχήν. τὸ δὲ ἔργον ἐπὶ πέρας ἦλθε παρά Πομπηΐου τε καὶ Σύλλου, τῇ μάχῃ καὶ αὐτῶν ἐπιστατούντων. Σύλλας γοῦν Κλυέντιον τὸν μαχιμώτατον τῶν ἐναντίων στρατηγὸν, μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως εἷλε. τέσσαρσιν ἐνιαυτοῖς ἀεί *τε συμπλεκόμενος καὶ νικῶν, ἐν τῷ πολλῷ χρόνῳ φαίνεται μόνον ἕνα τῶν οἰκείων ἀποβαλὼν στρατιώτην. *Πεντεκαιδεκάτῳ μὲν οὖν ἔτει τέλος ἔσχεν οὗτος ὁ πόλεμος, τοῦ Σύλλου κατορθώσαντος αὐτὸν ἐν ὑπατικῇ λοιπὸν ἐξουσίᾳ· τὰ γὰρ πρότερα πραίτωρ ἐτύγχανεν εἰργασμένος. *Τῷ δὲ ἑξακοσιοστῷ καὶ ἑβδομηκοστῷ καὶ δευτέρῳ τῆς πόλεως ἔτει, πρῶτος ἐμφύλιος ἀνεφύη πόλεμος· καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτον ἐνιαυτὸν ὁ πρὸς Μιθριδάτην, μέγιστος, εἴπερ τις ἕτερος. Ὁ μὲν οὖν ἐμφύλιος, αἰτίαν ἔσχε τήνδε· Μάριος ἐπὶ τὴν ἕκτην ὑπατείαν κληθεὶς, συνύπατον ἔσχε τὸν Σύλλαν, ᾧ τὰ πρὸς Μιθριδάτην ἀπεκληρώθη. τοῦ Σύλλου δὲ περὶ τὴν Καμπανίαν διατρίβοντος, (ἐβούλετο γὰρ οὐδὲ πάρεργον ποιήσασθαι τὴν τῶν Ἰταλικῶν ἐπανόρθωσιν πραγμάτων, καὶ τὰ λείψανα τῆς παλαιᾶς ἀνελεῖν στάσεως) ὁ Μάριος πείθει τὸν δῆμον ἐπ' αὐτὸν μεταθεῖναι τὴν Μιθριδατικὴν μάχην. καὶ συνήργησεν αὐτῷ, πολὺς ὢν ἤδη, λοιπὸν ὁ περὶ Μιθριδάτην λόγος, ὡς ἤδη τήν τε Ἀσίαν καὶ τὴν Ἀχαΐαν *κατειληφότος.

Interea Cimbri & Teutones, quo-
rum copia adhuc infinita erat, ad Ita-
liam tranſierunt. Iterum a Caio Ma- 651
rio & Quinto Catulo [contra eos]
dimicatū eſt: ſed a Catuli parte feli-
cius. Nā [eo] prœlio quod ſimul ambo
geſſerūt, CXL milia aut in pugna, aut
in fuga cæſa ſunt; *LX milia capta. Ro-
mani milites ex vtroq; exercitu tre-
centi perierunt. Tria & triginta Cim-
bris ſigna ſublata ſunt. ex his exerci-
tus Marii duo reportauit, Catuli exer-
citus XXX & vnū. Is belli finis fuit: tri-
umphus vtriq; decretus eſt. Sexto 662
Iulio Cæſare, & L. Marcio Philippo
cōſulibus, ſexcēteſimo quinquageſi-
mo nono [anno] ab vrbe cōdita, cum
prope alia omnia bella ceſſarēt, in Ita-
lia grauiſſimū bellum Picētes, Marſi,
Pelignīq; mouerūt: qui, cū annis nu-
meroſis iā populo Romano obœdi-
rent, tū libertatem ſibi æquā adſerere
cœperūt. Pernicioſum admodū hoc
bellum fuit. P. Rutilius cōſul in eo oc-
ciſus eſt: Cæpio nobilis iuuenis, &
Porcius Cato alius cōſul. Duces aūt
aduerſus Romanos Picentib. & Mar-
ſis fuerunt, Titus Vettius, *Hierius A-
ſinius, *Titus Herennius, Aulus Clu-
entius. A Romanis bene cōtra eos pu-
gnatū eſt; a C. Mario, qui ſexies con-
ſul fuerat; & a Cnæo Pompeio: ma-
xime tamen a Lucio Cornelio Sylla,
qui inter alia [facta] egregia, ita Cluē-
tium hoſtium ducē, cū magnis copiis
fudit, vt ex ſuis [nec] vnum amitteret.
Quadriennio, cū graui tamē calami-
tate, hoc bellū tractū eſt. Quinto de-
mum anno finē accepit per Lucium
Corneliū Syllam cōſulem, cū antea in
eodem bello ipſe multa ſtrenue [ſed]
prætor *geſſiſſet. Anno vrbis cōdi- 665
tæ *DCLXII, primū Romæ *bellum ciuile*
cōmotum eſt: eodē anno etiā *Mithri-
daticum*. Cauſam bello ciuili C. Ma-
rius ſexies conſul dedit. Nam cū Sylla
conſul contra Mithridatem geſturus
bellum, qui Aſiam & Achaiam oc-
cupauerat, mitteretur: iſq; exercitum
in Cāpania pauliſper teneret, vt bel-
li ſocialis, (de quo diximus) quod in-
tra Italiā geſtum fuerat, reliquiæ tol-
lerentur, Marius adfectauit vt ipſe
ad bellum Mithridaticū mitteretur.

Quare Sylla cōmotus, cū exercitu ad vrbē venit. Illic cōtra Marium & Sulpiciū [dimicauit.] primus vrbem Romam [armatus] ingreſſus eſt; Sulpiciū interfecit, Mariū fugauit: atq; ita conſulibus ordinatis in futurum annum, Cnæo Octauio, & L. Cornelio Cinna, ad Aſiā profectus eſt. Mithridates enim, qui Ponti rex erat, atq; Armeniam minorē, & totū Ponticum mare in circuitu cū Boſphoro tenebat, *primo Nicomedē amicū populi Romani Bithynia voluit expellere: Senatuique mādauit, bellū ſe ei propter iniurias quas paſſus fuerat, illaturū. a Senatu reſpōſum Mithridati eſt, ſi id faceret, quod bellum a Romanis & ipſe pateretur. Qua re iratus, Cappadociā ſtatim occupauit, & ex ea Ariobarzanem regē & amicū populi Romani fugauit. Mox etiā Bithyniam inuaſit, & Paphlagoniā, pulſis ex ea regibus, amicis populi Romani, Pylæmene & Nicomede. Inde [ad] Epheſum contendit: & per omnem Aſiam litteras miſit, vt vbicumq; inuēti eſſent ciues Romani, vno die occiderētur. Interea etiam Athenę ciuitas Achaię, ab Ariſtone Athenienſi Mithridati tradita eſt. Miſerat. n. iam ad Achaiā Mithridates Archelaū ducem ſuum, cū centum & viginti milib. equitū ac peditum: per quē etiā reliqua Græcia occupata eſt. Sylla Archelaum apud Piræeum nō longe ab Athenis obſedit, *ipſamq; vrbē cepit. poſtea cōmiſſo prœlio cōtra Archelaum, ita eū vicit, vt ex CXX milibus vix decē Archelao ſupereſſent, ex Syllæ exercitu XIII tātum homines interficerentur. Hac pugna Mithridates cognita, LXX milia lectiſſima ex Aſia Archelao miſit. *contra quē Sylla iterum commiſit. Primo prœlio *viginti milia hoſtium interfecta ſunt, & fili⁹ Archelai Diogenes: ſecundo, omnes Mithridatis copiæ exſtinctæ ſunt: Archelaus ipſe triduo nudus in paludibus latuit. Hac re audita, Mithridates *cum Sylla de
668 pace agere cœpit. 'Interim eo tempore Sylla etiam *Dardanos, Scordiſcos, Dalmatas & Mæſos* partim vicit, alios in fidem accepit. Sed cum legati a rege Mithridate, qui pacem petebant, veniſſent, non aliter ſe daturum

τοῦτο πρὸς ὀργὴν ἐκίνησε τὸν Σύλλαν· καὶ μετὰ τοῦ στρατεύματος εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανῆκε· καὶ εἰς χεῖρας ἀφικνεῖται Μαρίῳ τε καὶ Σουλπικίῳ· πρῶτός τε μεθ' ὅπλων ἐπὶ τῆς πόλεως ὤφθη. Μάριος μὲν οὖν, τοῦ Σουλπικίου πεσόντος, διεσώθη φυγών· Σύλλας δὲ, χειροτονήσας τοὺς τοῦ μέλλοντος ἔτους ὑπάτους, Γνέον τε Ὀκτάβιον, καὶ Λούκιον Κορνήλιον Κίνναν, ὥρμησε πρὸς τὴν Ἀσίαν. μεταξὺ γὰρ ὁ Μιθριδάτης, τοῦ τε Πόντου κρατῶν καὶ τῆς μικρᾶς καλουμένης Ἀρμενίας, καὶ πάσης τῆς Ποντικῆς θαλάσσης τῆς κύκλῳ τοῦ Βοσπόρου, Νικομήδην ἐπειρᾶτο, φίλον ὄντα καὶ σύμμαχον Ῥωμαίων, τῆς Βιθυνίας ἐκβαλεῖν, τῷ τε δήμῳ προσηγόρευσε τῷ Ῥωμαίων, ὑβρισμένος ἀμύνεσθαι τὸν Νικομήδην, οὐκ αὐτοῖς ἀντιταττόμενος. ὁ μὲν οὖν δῆμος ἀπεκρίνατο, πόλεμον αὐτὸν ἐφ' ἑαυτῷ κινήσειν Ῥωμαϊκὸν, εἰ μὴ Νικομήδους ἀποσταίη. βαρέως δὲ ἐνεγκὼν ὁ Μιθριδάτης, ἔπεσε Καππαδόκαις, καὶ τὸν Ἀριοβαρζάνην, ὑπόσπονδον ὄντα Ῥωμαίοις, ἐξέβαλε τῆς βασιλείας. εἶτα μετέστησε τὴν στρατιὰν εἰς Βιθυνίαν τε καὶ Παφλαγονίαν· καὶ τοὺς ἐκεῖ βασιλεύοντας ἐξήλασε, Ῥωμαίων ὄντας ὑπηκόους τε καὶ φίλους, Πυλαιμένην τε καὶ Νικομήδην. ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Ἔφεσον ὥρμα τὸν δρόμον· καὶ προσγράμματα τοὺς καταλαμβανομένους ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ῥωμαίους, ἀναιρεθῆναι προσέταξε. προσετέθη δὲ αὐτῷ καὶ ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις, Ἀρίστωνος αὐτὴν τοῦ Ἀθηναίου προπιόντος. ἐπραγματεύετο γὰρ ἤδη τῆς Ἀχαΐας τὴν κτῆσιν, Ἀρχέλαον ἐκπέμψας σὺν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι χιλιάσι πεζῶν τε καὶ ἱππέων· καὶ δι' ὧν ἅπασαν αὐτῷ προσηγάγετο τὴν Ἑλλάδα. Σύλλας τοίνυν ἐν Πειραιεῖ προσκαθεσθεὶς, τὰς μὲν Ἀθήνας εἷλεν· ἐπεξελθὼν δὲ Ἀρχελάῳ, καὶ συμμίξας, μετὰ τοσαύτης ἐκράτησε περιουσίας, ὥστε δέκα μὲν Ἀρχελάῳ διασωθῆναι χιλιάδας ἐκ τῶν ἑκατὸν εἴκοσι, τοῦ δὲ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος τρεῖς καὶ δέκα μόνους ἄνδρας πεσεῖν. ἀλλ' ὁ Μιθριδάτης, τὴν Ἀρχελάου δυσπραγίαν γνοὺς, ἀπέστειλεν ἑβδομήκοντα χιλιάδας αὐτῷ, τοὺς ἀρίστους ἐκ τῆς Ἀσίας ἐκλεξάμενος. γίνεται δὴ δευτέρα συμπλοκή· καὶ οὐ μετὰ τῆς ἴσης ἑκάτεροι διεκρίθησαν τύχης. ἡττᾶται γὰρ Ἀρχέλαος· καὶ πίπτουσιν αὐτοῦ δεκαπέντε χιλιάδες· καὶ πρός, Διογένης ὁ Ἀρχελάου παῖς· αὐτὸς δὲ, ἐν τοῖς πλησίον ἕλεσι τρεῖς διαλαθὼν ἡμέρας, ἐσώθη. ταῦτα τὸν Μιθριδάτην ἠνάγκασε περὶ σπονδῶν ποιήσασθαι πρὸς τὸν Σύλλαν λόγους, 'ἑτέρους ἤδη κατορθοῦντος πολέμους. Σκορδίσκους γὰρ καὶ Δαλμάτας καὶ Δαρδάνους, τοὺς μὲν χερσί, τοὺς δὲ φόβῳ συνῆψε Ῥωμαίοις. ἔνθα δὴ καὶ οἱ τοῦ Μιθριδάτου παραγενόμενοι πρέσβεις, τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀπήγγελλον. ὁ δὲ, οὐ πρότερον ἔφη

πρὸς

[8] Ἀλλ' ὁ Τιβέριος, ῥαθυμίᾳ τε ἐχρήσατο πολλῇ, καὶ ὠμότητι καὶ πλεονεξίᾳ· ἡδοναῖς τε ἐξέδωκεν ἑαυτόν, πολέμου μὲν οὐδενὸς μεταχών· εἰ δέ που συσταίη, καὶ τοὺς καλουμένους λεγάτους ἐκπέμπων. πίστεως τε ὀλίγος ἦν αὐτῷ λόγος. πολλοὺς γοῦν τῶν κατὰ ἔθνη βασιλευόντων, ἐξ ἀπάτης εἰς ἑαυτὸν καλῶν, κατεῖχεν ἀκρίτως· ὡς Ἀρχέλαον τὸν Καππαδοκῶν βασιλέα, ὃν καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκβαλών, ἐπαρχίαν τε ἐποίησε τὸ ἔθνος, καὶ τὴν μεγίστην πόλιν ὀνόματι προσηγόρευσεν οἰκείῳ Καισάρειαν, *Μάζακαν πρότερον καλουμένην. οὗτος μὲν οὖν τρίτῳ καὶ *τριακοστῷ τῆς βασιλείας ἔτει, τὸν βίον ἐτελεύτησεν ἐπὶ τῆς Καμπανίας, ἑβδομήκοντα καὶ ὀκτὼ γεγενημένος ἔτη. μεγίστην τε ἔτεκεν ἅπασιν εὐφροσύνην ἡ τελευτή. [9] Καὶ δέχεται τὴν βασιλείαν Γάιος Καῖσαρ, ὥσπερ ἦν ἐπώνυμον *Καλιγούλας, Δρούσου τε ἀδελφιδοῦς, καὶ αὐτοῦ Τιβερίου παμμιαρὸς καὶ πάσης πέρα συμφορᾶς· ὃς ἐκ τῆς αὐτοῦ κακίας πλείστην ἔδωκε τοῖς Τιβερίου πταίσμασιν ἀπολογίαν. οὗτος πόλεμον ἐπαγαγὼν τοῖς Γερμανοῖς, ἀνεχώρησε μὲν ἐκ τῆς μάχης αἰσχρῶς. βιασάμενος δὲ τὰς ἀδελφάς, καὶ συνελθὼν ἑκατέραις, θυγατέρα ἐκ μιᾶς αὐτῶν ἐποιήσατο. καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐκγόνης αὖθις ἐγένετο *φθορεύς. φιλάργυρος δὲ ὤν, καὶ πλεονεξίᾳ κατὰ πάντων χρώμενος, οὐδεμιᾶς δὲ ἀπεχόμενος ἡδονῆς, καὶ τοῖς αἰσχροῖς ὠμότητα συνάπτων, ἐν τῷ παλατίῳ κατεσφάγη, ἐνάτῳ μὲν καὶ εἰκοστῷ τῆς ἡλικίας ἔτει, τρίτῳ δὲ τῆς βασιλείας, πρὸς δέκα μησί, καὶ ἡμέραις ὀκτώ.

[10] Μετὰ τοῦτον βασιλεύει Κλαύδιος· ὃς ἦν μὲν *τοῦ Καλιγούλου, Δρούσου δὲ παῖς, οὗ μνημεῖον ἐστὶν ἐν Μογοντιακῷ. οὗτος βασιλικώτερον ἑαυτὸν ἤγαγε· μετριότητι μὲν πρὸς τοὺς πλείστους καὶ ἡμερότητι χρώμενος, ὠμότητι δὲ πρὸς ὀλίγους σφόδρα. καὶ πρῶτος μετὰ τὸν *πρόγονον αὐτοῦ Γάιον Καίσαρα, Βρεττανοῖς ἐπήνεγκε πόλεμον· νικήσας τε αὐτούς, καὶ φόρους ὑπαγαγών, διὰ *Γνέου δὲ Μαρτίου . . . τῶν στρατηγῶν, ἐθριάμβευσεν· ὑπὲρ δὲ Βρεττανούς, τὰς Ὠκεανίτιδας νήσους, αἳ καλοῦνται νῦν Ὀρκάδες, συνῆψε Ῥωμαίοις. ὅλως δὲ *πολιτείᾳ μᾶλλον ἦν πρέπων. ἀμέλει τὸν Πλαύτιον, πολλὴν ἀνδρείαν ἐπιδεδειγμένον ἐν τοῖς ὅπλοις, θριαμβεῦσαι τιμήσας, αὐτὸς αὐτὸν προέπεμψε, καὶ ἐπὶ τὸ Καπιτώλιον συνηκολούθησεν, ἐν δεξιᾷ τὸν Πλαύτιον ἔχων. βασιλεύσας τέσσαρας ἐνιαυτοὺς καὶ δέκα, καταπεράνθη τε μετὰ τελευτήν, καὶ προσηγορεύθη θεός.

[11] Καὶ παρῆλθεν εἰς τὴν βασιλείαν ὁ Νέρων, ἐξ ἀδελφῆς μὲν τοῦ Καλιγούλου γεγονώς, *προσεοικὼς δὲ πάσῃ πονηρίᾳ τῷ θείῳ Γαΐῳ. τήν τε γὰρ ἀρχὴν κατῄσχυνε, καὶ πολλὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐμείωσε δικαίων.

[8] *Tiberivs ingenti ſocordia imperium geſſit, graui crudelitate, ſceleſta auaritia, turpi libidine. nam nuſquam ipſe pugnauit; bella per legatos geſſit ſuos. quoſdam reges per blanditias ad ſe euocatos, numquam remiſit; in *queis Archelaum Cappadocem: cuius etiam regnũ in prouinciæ formam redegit, & maximam ciuitatem appellari nomine ſuo iuſſit; quæ [nunc] *Cæſarea* dicitur, cum *Mazaca antea vocaretur. Hic tertio & *viceſimo imperii anno, ætatis *ſeptuageſimo octauo, ingenti omnium gaudio mortuus eſt in Campania.

Tiberius Imp. III, 766

[9] Succeſſit ei Caivs Cæsar, cognomento Caligvla, Druſi priuigni Auguſti, & ipſius Tiberii nepos: ſceleratiſſimus ac funeſtiſſimus, & qui etiã Tiberii dedecora purgauerit. Bellũ contra Germanos ſuſcepit: & ingreſſus Sueuiam, nihil ſtrenue fecit. Stupra ſororibus intulit; ex vna etiam natam filiam cognouit. Cũ aduerſum cunctos ingenti auaritia, libidine, crudelitate ſæuiret, interfectus in palatio eſt, anno ætatis ſuę *vicenſimo nono, imperii tertio, menſe decimo, die octauo.

C. Caligula, IIII, 789

[10] Poſt hunc Clavdivs fuit, patruus Caligulæ, Druſi, qui apud Mogontiacum monumẽtum habet, filius: cuius & Caligula nepos erat. Hic medie imperauit; multa gerens tranquille atque moderate, quædam crudeliter & inſulſe. *Britanniæ bellum intulit, quã nullus Romanorum poſt *Iulium Cæſarem attigerat: eaq; deuicta per Cnæum Sentium & Aulum Plautium, illuſtres ac nobiles viros, triumphum celebrẽ egit. Quaſdam inſulas etiam vltra *Britanniam in Oceano poſitas, imperio Romano addidit; quæ appellantur Orchades: *filioq; ſuo *Britannici* nomen impoſuit. Tam ciuilis autẽ circa quoſdam amicos exſtitit, vt etiam Plautium nobilem virum, qui [in] expeditione *Britannica multa [ac] egregia fecerat, triumphantem ipſe proſequeretur, & conſcendenti Capitolium læuus incederet. Is vixit annos IIII & LX: imperauit XIIII. poſt mortẽ conſecratus eſt, *Diuus*que appellatus.

Claudius, VI, 793

[11] Succeſſit huic Nero, Caligulæ auunculo ſuo ſimillimus: qui Romanũ imperiũ & deformauit & diminuit:

Nero, V, 806

inuſitatæ luxuriæ ſumptuumque: vt qui exemplo Caii Caligulæ, [in] calidis & frigidis lauaret *vnguentis, retibus aureis piſcaretur, quæ *blatteis funibus extrahebat. Infinitam Senatus partem interfecit; bonis omnibus hoſtis fuit. ad poſtremum ſe tanto dedecore proſtituit, vt ſaltaret & cantaret in *ſcena citharœdico habitu *& tragico. parricidia multa cõmiſit, fratre, vxore, matre interfectis. vrbem Romam incendit, vt *ſpectaculi eius imaginem cerneret, quali olim Troia capta arſerat. In re militari nihil omnino auſus, Britanniam pene amiſit. Nam duo ſub eo nobiliſſima oppida capta illic atque euerſa ſunt: Armeniam Parthi ſuſtulerunt, legionesque Romanas ſub iugum miſerunt. Duæ tamen ſub eo prouinciæ factæ ſunt, Pontus Polemoniacus, concedente rege Polemone; & Alpes Cottiæ, Cottio rege defuncto. * Propter hoc Romanæ vrbi exſecrabilis, ab omnibus ſimul deſtitutus, & a Senatu hoſtis iudicatus, cum quæreretur ad pœnam, (quæ pœna erat talis, vt nudus per publicum ductus, furca capiti eius inſerta, virgis vſque ad mortem cæderetur, atque ita præcipitaretur *de ſaxo) e palatio fugit: & in ſuburbano ſe liberti ſui, quod [eſt] inter Salariam & Nomentanam viam, ad quartum vrbis miliarium, interfecit. [Is] ædificauit Romæ thermas, quæ ante *Neroniana* dictæ, nunc **Alexandrinæ* appellantur. Obiit *trigeſimo & altero ætatis anno, imperii quarto decimo. atque in eo omnis Auguſti familia conſumpta eſt.

Galba, VII. 820 [11] Huic Servius Galba ſucceſſit, antiquiſſimæ nobilitatis Senator; cum ſeptuageſimum & tertium annum ageret ætatis: ab Hiſpanis & Gallis Imperator electus, mox ab vniuerſo exercitu libenter acceptus [eſt.] *Nam priuata eius [vita] inſignis fuerat militaribus & ciuilibus rebus; ſæpe conſul, ſæpe *pro conſule; frequenter dux in

οὕτω δὲ ἐδούλευεν ἡδοναῖς, ὡς μηδὲ μιᾶς ὑπὲρ αὐτῶν φείδεσθαι δαπάνης. ἐλούετο μὲν γὰρ *μύροις θερμοῖς μὲν, ἀντὶ θερμῶν ὑδάτων· ψυχροῖς δὲ, ἀντὶ τῶν ψυχρῶν· δίκτυα τε κατασκευάσας ἐκ χρυσοῦ τε καὶ ἀλουργίδος, τούτοις εἰς θήραν ἰχθύων ἐχρῆτο. τελευτῶν τε, εἰς τοσαύτην ἤλασεν ἀσέλγειαν, ὥστε ἐν θεάτροις πρὸς ὀρχηστὰς καὶ κιθαριστὰς καὶ φωνάσκους ἀγωνίσασθαι σχήματι καὶ στολῇ τῶν ταῦτα ἐπιδεικνυμένων. ἰσόρροπα δὲ ἦν αὐτῷ καὶ τὰ τῆς ὠμότητος, ὥστε μηδὲ τοῦ τῶν φιλτάτων αἵματος ἀποσχέσθαι. πολλούς τε τῶν συγκλητικῶν ἀποσφάξας, ὕστερον τὸν ἀδελφὸν καὶ τὴν μητέρα καὶ τὴν ἀδελφὴν καὶ τὴν γαμετὴν διεχρήσατο. καὶ τὸ μέγιστον τοῦ διεφθάρθαι τὴν ψυχὴν αὐτῷ, σημεῖον, ἐκεῖνο ἐστίν. ἐπιθυμήσας γὰρ ὀφθαλμοῖς δέξασθαι τὸν ἐν ταῖς συγγραφαῖς τῆς Τροίας ἐμπρησμὸν, *ἐκέλευσε τοῖς λαμπροτέροις τῆς Ῥώμης οἰκοδομήμασιν ἐπιβληθῆναι πῦρ· καὶ τέρψεως εἶδος ἐποιεῖτο τοσαύτην συμφοράν. τούτου βασιλεύοντος αἱ μέγισται τῶν Βρεταννικῶν ἀφῃρέθησαν πόλεων, καὶ Πέρσαις Ἀρμενία προσεχώρησε· καὶ ὅλως ἐν αἰχμῇ τὰ Ῥωμαίων*. κατεστήσατο γε μὴν ἐπαρχίας, τόν τε Πολεμωνιακὸν καλούμενον Πόντον, καὶ τὰς *Σκοττίας ἄλπεις· τὴν μὲν, συγχωροῦντος *τότε Πολέμωνος βασιλεύοντος Πόντου· τὴν δὲ, *Σκόττου τελευτήσαντος· ἐπειδὴ γὰρ ὁ κωλύων οὐκ ἦν. Ἐκ τούτων ἐπάρατος μὲν ἦν ἐν πάσῃ τῇ βασιλευομένῃ γῇ, ψηφίσματι δὲ τῆς συγκλήτου καὶ πολέμιος ἀπεφάνθη· καὶ *καταληφθεὶς ὑπὸ τῶν δορυφόρων τε καὶ ἡγουμένων, ἐκαλεῖτο πρὸς τιμωρίαν· δόγμα δὲ ἦν ὥστε γυμνὸν αὐτὸν παντὸς ἐσθήματος περιαχθῆναι, ζυγοῦ κατὰ τῶν τενόντων κειμένου· καὶ καταξανθέντα τὸ σῶμα ῥάβδοις, κατακρημνισθῆναι. τούτων οὕτω λελεγμένων αἰσθόμενος, κατέφυγεν ἐπὶ τὸ προάστειον, μεταξὺ Σαλαρίας καὶ Νωμεντανῆς, τετάρτῳ τῆς Ῥώμης σημείῳ· καὶ τελευτὴν ἐπήγαγεν ἑαυτῷ. αὐτοῦ δὲ ἦν ἔργον τὸ λουτρὸν ὃ νῦν Ἀλεξανδρείας προσαγορεύουσι, Νερωνείας τὸ πρὶν καλούμενον. ἔδοξε γὰρ μηδαμοῦ τὴν προσηγορίαν αὐτοῦ φέρεσθαι. τριακοστοῦ δὲ καὶ ἑνὸς ἔτους τῆς ἡλικίας ἀπώλετο, τέτταρα ἐπὶ τοῖς δέκα βασιλεύσας· εἰς αὐτόν τε *ἔστη τῆς τοῦ Καίσαρος συγγενείας ἡ διαδοχή. [12] Μετὰ τοῦτον βασιλεύει Σέρβιος Γάλβας, ἐκ τῶν πορρωτάτω προγόνων ἐπιφανὴς, καὶ τῆς συγκλήτου τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπισημότατος, ἔτη γεγονὼς τρία καὶ ἑβδομήκοντα. ἦγαγον δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν οἱ Ἰσπανοί τε καὶ Γαλλοί· καὶ μετὰ τὴν ἐκείνων ἀνάρρησιν, ὁ πᾶς κατηκολούθησε στρατὸς, θαῦμα ἔχων αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς ἁπάσης, ἣν ἰδιωτεύοντι συνῄδει περὶ τὰ πολιτικὰ πράγματα, καὶ τὰς περὶ τοὺς πολέμους μάχας, ἐν αἷς ἐξέλαμψεν, νῦν μὲν ὑπατικὴν, νῦν δὲ ἀνθύπατον ἐξουσίαν ἔχων, ἄλλοτε δὲ στρατηγῶν μόνον,

μόνον, δίχα τινὸς ἀρχῆς. ἐλάχιστον δὲ ἐβασίλευσε χρόνον, ἐν μὲν τοῖς προοιμίοις εὐδοκιμήσας, ἐξ ὠμότητος δὲ μετὰ ταῦτα χείρονα δόξαν λαβών. τελευτᾷ δὲ ἐξ ἐπιβουλῆς Ὄθωνος, ἑβδόμῳ τῆς βασιλείας μηνί, *ἀγχόνῃ διαφθαρεὶς ἐπὶ τῆς Ῥώμης· ἐτάφη τε ἐν τοῖς ἑαυτοῦ κήποις τοῖς περὶ τὴν ὁδὸν τὴν καλουμένην Αὐρηλίαν. [13] Βασιλεύει δὲ μετ᾽ αὐτὸν ὁ τούτου φονεύς, ἐξ ἐπισήμων κατιὼν πατέρων, ἐπιφανεστέρου δὲ τοῦ μητρῴου· ἀνὴρ ἀγαθός τε καὶ πρᾷος καὶ φίλος μὲν ἐς τὰ μάλιστα Νέρωνι, οὐδὲν δὲ ὑπὸ τῆς πρὸς ἐκεῖνον συνηθείας βλαβείς. ἐν μέν τοι τῇ βασιλείᾳ γενναῖον οὐδὲν ἐπεδείξατο, δι᾽ αἰτίαν τήνδε· Βιτέλλιος, ἡνίκα οὗτος ἐβασίλευσεν, ὑπὸ τῆς ἐν Γερμανοῖς στρατιᾶς ἀνερρήθη· καὶ γίγνεται πόλεμος Ὄθωνί τε καὶ ἐκείνῳ, καὶ τοῖς μεθ᾽ ἑκατέρου στρατεύμασι. μετὰ πλείονος δὲ πλήθους οὗτος παραταττόμενος, ἧττον ἔσχεν ἐν τῇ πρώτῃ συμπλοκῇ· δεινόν τε ποιησάμενος ὅτι δὴ τῆς ἐλάττονος στρατιᾶς ἔλαττον σχοίη, πρὸς θάνατον ὥρμησε. κωλυόντων δὲ αὐτὸν τῶν στρατιωτῶν σὺν τοῖς ἡγεμόσιν αὐτῶν, καὶ πειθόντων ὡς ἀπαγορεύειν ἤδη τοῦ τέλους ἀπερίσκεπτον ἂν εἴη, τὴν ἑαυτοῦ γνώμην *ἐκύρωσε· μὴ τοσούτου ποιεῖσθαι τὰ καθ᾽ ἑαυτόν, ὥστε *ἀξιόχρεων νομίζειν αὐτὰ πρὸς ἐμφύλιον εἶναι πόλεμον· ἐπήγαγεν ἑαυτῷ τελευτήν, ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ τῆς ἡλικίας ἔτει, τῆς δὲ βασιλείας πέντε καὶ ἐνενήκοντα ταῖς πάσαις ἡμέραις. [14] Βιτέλλιος οὖν ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας, ἐκ πατέρων γεγεννημένος γένους μὲν οὐκ ἐπισήμων, τὰς τιμὰς δὲ ἐξ ἀρετῆς κτησαμένων. ὁ γοῦν πατὴρ αὐτοῦ, τρίτον ἐπὶ τὴν ὑπατείαν κληθείς, οὐ κατῄσχυνε τοὺς ἑλομένους, εἰς δέον ταῖς ἐξουσίαις χρησάμενος. ἀλλ᾽ *ἐγένετο κατὰ τὴν βασιλείαν ἀτοπώτατος, καὶ τῇ γαστρὶ πάντα μετρῶν· ὥστε νύκτας ἡμέραις συνῆπτεν ἐν συμποσίοις. φασὶ γοῦν αὐτῷ τὸν ἀδελφὸν παρασκευάσαι τράπεζαν· παρατεθῆναι δὲ αὐτῷ *δισμυρίους μὲν ἰχθῦς, ἑπτακισχίλια δὲ πτηνά, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν δαπάνην ἐφάμιλλον. μιμεῖσθαι δὲ ἐπεμελεῖτο τὸν Νέρωνα· καὶ πρὸς τὸν ἐκείνου ζῆλον ἅπαντα πράττειν *ἐποιεῖτο· τόν τάφον τε αὐτοῦ λαμπρότερον ἐποίησε γενέσθαι κατορώρυκτο γὰρ ἀσήμως, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν *ἐνδεδήλωται). Ταῦτα οὔτε ὁ δῆμος ἠνέσχεν, οὔτε ὁ στρατὸς ὁ τεταγμένος ὑπὸ Οὐεσπασιανῷ (στρατηγὸς δὲ ἦν οὗτος τότε πρὸς Ἰουδαίους διαχειριζόμενος μάχην) ἀλλὰ *προσάγουσι μὲν αὐτὸν εἰς τὸ δημόσιον, ἐπεὶ καὶ τὸν ἀδελφὸν Οὐεσπασιανοῦ Σαβῖνον συνεμπρήσας ἐτύγχανε τῷ Καπετωλίῳ. κρεμάσαντες δὲ ἀπὸ τῆς κόμης, καὶ τῷ λαιμῷ ξίφος ὑποθέντες, εἷλκον διὰ τῆς πό-

grauiſſimis bellis. Huius breue imperium fuit, & quod bona haberet exordia; niſi ad ſeueritatem propenſior videretur. Inſidiis tamen Othonis occiſus eſt, imperii menſe ſeptimo; iugulatus in foro Romæ, ſepultusque in hortis ſuis, qui ſunt Aurelia via, non longe ab vrbe Roma.

[13]* OTHO, occiſo *Galba, inuaſit imperium: materno genere nobilior quam paterno, neutro tamen obſcuro: in *priuata vita mollis, in imperio documentum ſui non potuit oſtendere. Nam cum iisdem temporibus quibus Otho Galbam occiderat, etiam Vitellius factus eſſet a Germanicianis exercitibus Imperator, bello contra eum ſuſcepto, cum apud *Bebriacum in Italia leui prœlio victus eſſet, ingentes tamen copias [ad bellum] haberet, ſponte ſemet [ipſum] occidit. & petentibus militibus, ne tam cito de belli deſperaret euentu, cum tanti ſe non eſſe dixiſſet, vt propter eum ciuile bellum *commoueretur, voluntaria morte obiit, *trigeſimo & octauo ætatis anno, nonageſimo & quinto imperii die. Otho, VIII. 821

[14] Dein VITELLIVS *imperio potitus eſt, familia honorata magis quam nobili. nam pater eius non admodum clare natus, tres tamen ordinarios geſſerat conſulatus. Hic cum multo dedecore imperauit, & graui ſæuitia notabilis. præcipue *ingluuie & voracitate: quippe cum de die ſæpe quartó vel quintó feratur epulatus. notiſſima certe cœna memoriæ mandata eſt, quam ei Vitellius frater exhibuit: in qua ſuper ceteros ſumptus, duo milia piſcium, ſeptem auium milia adpoſita traduntur. Hic cum Neroni ſimilis eſſe vellet, atque id adeo præ ſe ferret, vt etiam exſequias Neronis, quæ humiliter ſepultæ fuerant, honoraret, a Veſpaſiani ducibus occiſus eſt, interfecto prius [in vrbe] Sabino Veſpaſiani Imperatoris fratre; quem cum Capitolio incendit. Interfectus autem, eſt [cum] magno dedecore tractus per vrbem Romam Vitellius, X. 822

publice, nudus,*erecta coma & capite, ſubiecto ad mentum gladio; ſtercore in vultum & pectus ab omnibus obuiis adpetitus: poſtremo iugulatus,& in Tiberim deiectus, etiam communi caruit ſepultura. Periit autem ætatis anno ſeptimo & quinquageſimo, imperii menſe octauo,& die vno.

Veſpaſianus, x. 8II

‘‘ VESPASIANVS huic ſucceſſit, factus *apud Palæſtinam Imperator: princeps obſcure quidem natus, ſed optimis comparandus: priuata vita illuſtris; vt qui a Claudio in Germaniam,[&] deinde in Britanniam miſſus, tricies & bis *cum hoſte conflixerit; duas validiſſimas gentes, viginti oppida, inſulam Vectam Britanniæ proximam, imperio Romano adiecerit. Romæ ſe in imperio moderatiſſime geſſit: pecuniæ *tamen auidior fuit, ita vt eam nulli iniuſte auferret: [quam cúm omni diligentiæ prouiſione colligeret,] tamen ſtudioſiſſime largiebatur, præcipue indigentibus. „ nec facile ante eum cuiuſquam principis „ vel maior eſt liberalitas comperta, „ vel iuſtior. „ placidiſſimæ *bonitatis; „ vt qui maieſtatis quoque contra ſe „ reos non facile *puniret vltra exſilii pœnam. Sub hoc Iudæa Romano acceſſit imperio: & Hieroſolyma, quæ fuit vrbs *clariſſima Palæſtinæ: Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, quæ liberæ ante *hoc tempus fuerant: item Thraciam, „Ciliciam [Tracheam,] Commagenen, quæ ſub regibus amicis *erant, in prouinciarum formam redegit.

Offenſarum & inimicitiarum immemor fuit: conuitia a cauſidicis & philoſophis in ſe dicta, *leniter tulit. diligens tamen coercitor diſciplinæ militaris. Hic cum Tito filio de Hieroſolymis triumphauit. Per hęc cũ Senatui & populo, poſtremo cunctis amabilis ac iucundus eſſet, profluuio ventris exſtinctus eſt in villa propria, circa Sabinos, annum agens ætatis ſexageſimum nonum, imperii nonum, & diem ſeptimum: atque inter diuos relatus eſt. Genituram filiorum ita cognitam habuit, vt cum multæ contra eum coniurationes

λεως· τό τε στέρνον γυμνώσαντες, ὥστε τοὺς ἐντυγχάνοντας κατ' ἐξουσίαν πλήττειν, καὶ τοῦτον αἰκισάμενοι τὸν τρόπον, τὸ τελευταῖον *ἀπέπνιξαν, καὶ τὸ σῶμα ἔρριψαν εἰς τὰ ῥεύματα τοῦ Θύμβρεως· ὡς οὐκ ἄξιον ὂν ἐπικαλυφθῆναι τῇ γῇ. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐτελεύτησεν, ἑβδόμῳ καὶ πεντηκοστῷ τῆς ἡλικίας ἔτει, τῆς βασιλείας ἐν ὀγδόῳ μηνί, μιᾶς περιττευούσης ἡμέρας. ‘‘ Διαδέχεται δὲ τὴν βασιλείαν Οὐεσπασιανὸς, ἐπὶ τῆς Παλαιστίνης ἀναῤῥηθείς· γένει μὲν οὐ λαμπρὸς, ἀρετὴν δὲ οἷος τοῖς σφόδρα ἀρίστοις συμφέρεσθαι· καὶ δόξαν ἀεὶ δήποτε μεγίστην ἐπὶ μεγίστοις ἔργοις κεκαρπωμένος, ἡνίκα Κλαυδίῳ τῷ βασιλεύσαντι στρατηγῶν, ὡς μικρῷ πρόσθεν εἴρηται, δύο καὶ τριάκοντα μάχαις τήν τε Γερμανῶν καὶ Βρεττανῶν ἅπασαν γῆν συνῆψε Ῥωμαίοις, πόλεις τε αὐτῶν εἷλεν εἴκοσι περιφανεστάτας, καὶ τὴν μεγίστην τῶν Βρεττανικῶν νήσων, τὴν Βέκτην. οὕτω δὲ ἐβασίλευσεν, ὥστε μηδὲ ἔξωθεν δοκεῖσθαι μετριότητος, μήτε ὑπεροφθῆναι παρὰ τῶν ὑπηκόων· χρημάτων δὲ ἐπεμελεῖτο μὲν, ἄδικον δὲ ἔφευγε κτῆσιν. τὸν πλοῦτον γε μὴν ὃν συνέλεγε, τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐδωρεῖτο, καὶ τοῖς μάλιστα τῶν τιμῶν ἀξιωτάτοις. οὐδεὶς γοῦν τῶν προτέρων τοσαύτην ἐπεδείξατο μεγαλοψυχίαν. τοσαύτη δ' ἦν ἡ φιλανθρωπία καὶ ἡ πραότης, ὥστε τοὺς ἐπιβουλεύειν αὐτοῦ τῇ βασιλείᾳ δόξαντας, μὴ βαρέως ἀμύνασθαι, ἀλλ' ἄχρι τοῦ τῆς πόλεως ἐκβαλεῖν, στῆσαι τὰς τιμωρίας. τῇ τε ἀρχῇ προσέθηκεν Ἰουδαίους τε καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, τότε πρῶτον αὖθις ὑπαγαγὼν τῇ δουλείᾳ. Ἀχαΐαν τε καὶ Λυκίαν, καὶ Ῥόδον, καὶ τὸ Βυζάντιον, καὶ Σάμον, αὐτονόμους οὔσας, ἠνάγκασε τοῖς Ῥωμαϊκοῖς πολιτεύεσθαι θεσμοῖς. Θρᾷκας τε ἐπὶ τούτοις καὶ Κίλικας, καὶ Κομμαγηνοὺς, οἰκείας ἔχοντας βασιλείας, εἰς ἐπαρχιῶν σχῆμα μετέστησε. πάντων δ' μέγιστον ἐκέκτητο, τὸ μήτε ἀπεχθείας μνημονεύειν, πρός τε τοὺς κατηγοροῦντας ῥήτοράς τε καὶ φιλοσόφους μὴ βαρέως ἔχειν· τῶν γε μὴν στρατιωτικῶν πλημμελημάτων τιμωρὸς ἦν ἀκριβὴς, πικροτέραις αὖθις ἀεὶ σωφρονίζων ἐπιστροφαῖς. καὶ τοιοῦτος ἦν ἐπὶ τῆς βασιλείας. θριαμβεύει δὲ ἐν Ῥώμῃ κατὰ Ἰουδαίων μετὰ τοῦ παιδός. Πάντας τοίνυν *αἱρημένος τούς τε ἀπὸ τοῦ δήμου, καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἡγεμονίαις, καὶ τὸ ὑπήκοον ἅπαν, ἐπίσης τε ὑπὸ πάντων θαυμαζόμενος, ἐτελεύτησε τῆς γαστρὸς αὐτοῦ καταῤῥαγείσης, ἐν ἀγρῷ περὶ τὰ ὄρια *Ἀθηνῶν· οἰκείως τε καὶ θεός τε προσηγορεύθη, καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων ἐτάφη λαμπρῶς, σφόδρα αὐτοῦ τὴν τελευτὴν ὀδυρομένων. τούς γε μὴν παῖδας γενεθλιαλογήσας, ἑκατέρους αὐτοῦ ἐπίστευσε διαδόχους ἔσεσθαι τῆς ἀρχῆς. ὥστε πολλῶν ἐπιβουλευσάντων

πολλάκις

πολλάκις, μηδὲν ἐπιστραφῆναι, φῆσαι δὲ ἐν κοινῇ ποτὲ συνόδῳ, ἢ μηδένα μετ' αὐτὸν βασιλεύσειν, ἢ τοὺς ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένους. ἐτελεύτησε δὲ . . ἐνάτῳ, καὶ ἡμέραις ἑπτά. [16] Μετὰ τοῦτον δεῖνα διεδέξατο τὴν βασιλείαν Τίτος ὁ παῖς, ὁμώνυμος μὲν τῷ τοῦ πατρὸς τελευτὴν γενόμενος τῷ πατρί· ταῖς ἀρεταῖς ἁπάσαις πᾶσαν εὐφημίαν νικῶν· τὸ πλῆθος γοῦν αὐτὸν Κοινὸν ἔρωτα προσηγόρευε. ἦν δὲ οὐχ ἧττον τὴν γλῶτταν ἠσκημένος εἰς λόγους, ἢ τὴν χεῖρα πρὸς μάχας· ἐν οὐδενὶ δὲ τοῦ εἰκότος τὸ μέτρον ὑπερέβαινεν. ἠγωνίσατο δὲ καὶ τοὺς ἐν δικαστηρίοις ἀγῶνας, καὶ δημιουργὸς μέτρων ἄριστος ἦν, ὡς καὶ τραγῳδίαν Ἑλλάδι φωνῇ συνθεῖναι. ἡνίκα δὲ τῷ πατρὶ κατὰ τῶν Ἰουδαίων συνεστρατεύετο, δύο καὶ δέκα τῶν προμάχων ἰσαρίθμοις βέλεσι κατηκόντισε. καὶ γενόμενος ἐπὶ τῆς βασιλείας, οὕτως ἦν κοινὸς καὶ μέτριος, ὡς μηδένα μὲν ἀπαιτῆσαι τιμωρίαν, τοὺς δὲ ἐπ' αὐτῷ συστάντας ἔξω συνωμοσίας, ἀφεῖναί τε, καὶ καταριθμῆσαι τοῖς φίλοις. τὸ μεγαλόψυχον δὲ αὐτοῦ καὶ φιλόδωρον τοσοῦτον ἦν, ὥστε αὐτῷ τινας εὐκολίαν ἐγκαλεῖν· τὸν δὲ, ἀπολυόμενον τὴν κατηγορίαν, εἰπεῖν, μηδένα χρῆναι σκυθρωπὸν ἔχειν ἀπὸ βασιλέως τὴν ἀναχώρησιν· ἐπήνει δὲ ποτὲ, καὶ λογισάμενος ὡς οὐδὲν οὐδεὶς ἐκείνην εὖ πάθοι τὴν ἡμέραν, σχετλιάσαι, καὶ καθάπερ αὐτῷ τῆς ἡμέρας ἀπολωλυίας, εἰπεῖν, Οὐκ ἐβασίλευσα τὴν παροῦσαν ἡμέραν· οὐδεὶς γὰρ ἐξ ἐμοῦ εὖ πέπονθε σήμερον. Κατασκευάσας δὲ Ῥωμαίοις τὸ καλούμενον Ἀμφιθέατρον, ἀπήρξατο τῆς ἐν αὐτῷ θέας, πεντακισχίλια μὲν ἐγκατασφάξας τῷ τόπῳ θηρία, πολλὴν δὲ καὶ ἄλλην ἐπιδειξάμενος πολυτέλειαν. Ἐτελεύτησε δὲ ὑπ' ἀρρωστίας, ἐν ᾧπερ καὶ ὁ πατὴρ ἀγρῷ, δύο τοῦ πατρὸς ὕστερον ἔτεσι, καὶ μησὶν ὀκτὼ, καὶ ἡμέραις εἴκοσι βασιλεύσας, προβὰς εἰς ἡλικίας ἔτος ἑνὸς πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα. καὶ ἦγε τῷ δήμῳ πένθος μέγα, ὥστε κοινὸν αὐτὸ καὶ δημόσιον δογματισθῆναι· καὶ οὐ μᾶλλον ἦν πάντων ἢ ἴδιον ἑκάστου τὸ πάθος· οὐδεὶς γὰρ ἦν ὃς οὐ τῆς οἰκίας ἐνόμιζε τὴν αὐτοῦ τὴν συμφοράν. ἀρχομένης γοῦν ἑσπέρας αὐτοῦ μεταστάντος, σύνοδος ἐγένετο τοῦ λαμπροῦ πλήθους ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, χάριτας ὁμολογούντων καὶ τεθνηκότι τῷ Τίτῳ. μόνος τε οὗτος ἐκ πάντων, πλείους ἐδέξατο θεραπείας ἐκ λόγων ἢ ζῶντες ἕτεροι. συνηριθμήθη δὲ τοῖς θεοῖς, τὴν βασιλείαν ἐπὶ τὸν νεώτερον ἀδελφὸν παραπέμψας Δομετιανόν. [17] Οὐ Νέρωνι ἢ Καλιγούλᾳ ἢ Τιβερίῳ εἰπὼν, οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι. τοσοῦτον ἦγε πρὸς αὐτοὺς τὸν ζῆλον, οὔτε τοῦ πατρὸς, οὔτε τοῦ ἀδελφοῦ μιμησάμενος οὐδέν· ἀλλ' ἐν προοιμίοις μὲν τῆς βασιλείας, μετριότητός τινος ἐπεμελήθη· κατὰ μέρος δὲ αὔξων τὴν πονηρίαν, εἰς πλῆθος προῆλθεν ἡδονῶν τε, καὶ θυμοῦ, καὶ ὠμότητος· καὶ ταῦτα ἐνίκα τὴν πλεονεξίαν. μῖσος οὖν, ὡς εἰκὸς, ἐκληρώθη μέγιστον· ὥστε τὰ τοῦ πατρός τε καὶ ἀδελφοῦ καλὰ διαφθορὰν τῆς μνήμης ἐκβῆναι. οὗτος γοῦν πολλοὺς μὲν αἱρεῖ τῆς συγκλήτου

fierent, quas patefactas ingenti diſſimulatione contempſit, in ſenatu dixerit; aut filios ſibi ſucceſſuros, aut neminē. [16] Huic TITVS filius ſucceſſit; qui & ipſe VESPASIANVS eſt dictus: vir omnium virtutum genere mirabilis; adeo vt *amor & *deliciæ humani generis* diceretur. facūdiſſimus, bellicoſiſſimus, [moderatiſſimus:] cauſſas latine egit; poemata & tragœdias græce compoſuit. In oppugnatione *Hieroſolymorū ſub patre militās, duodecim propugnatores duodecim ſagittarum cōfixit ictibus. Romæ tantæ ciuilitatis in imperio fuit, vt nullum omnino puniret; cōuictos aduerſum ſeſe coniurationis, *ita dimiſerit, vt in eadem familiaritate, qua antea, habuerit. Facilitatis tantæ fuit [& liberalitatis,] vt cū nulli quidquam negaret, & ab amicis reprehenderetur, reſponderit, *Nullum triſtem debere ab Imperatore diſcedere*: *præterea cum quadam die in *cœna recordatus fuiſſet, nihil ſe illo die *cuiquam præſtitiſſe, dixerit; [O] *amici, hodie diem perdidi.* Hic Romæ amphitheatrum ædificauit, & quinque milia ferarum in dedicatione eius occidit. Per hæc inuſitato fauore dilectus, morbo periit, in ea qua pater villa, poſt biennium, mēſes octo, dies viginti, quam Imperator erat factus, ætatis anno altero & quadrageſimo. Tantus luctus eo mortuo publicus fuit, vt omnes tamquam in propria doluerint orbitate. Senatus obitu ipſius circa veſperam nūtiato, nocte irrupit in curiam: & tantas ei mortuo *gratias laudeſque congeſſit, quantas nec viuo vmquam egerat nec præſenti. Inter diuos relatus eſt.

Titus Veſp. XI. Imp.

[17] DOMITIANVS mox accepit imperium, frater ipſius iunior; Neroni aut Caligulæ, aut Tiberio ſimilior, quam patri vel fratri ſuo. primis tamē annis moderatus in imperio fuit: mox ad ingentia vitia progreſſus, libidinis, iracundiæ, crudelitatis, auaritiæ, tantum in ſe odium concitauit, vt merita & patris & fratris *aboleret. Interfecit nobiliſſimos ex Senatu.

Domitianus XII. Imp.

Dominum ſe & *Deum* primus appellari iuſſit: nullam ſibi niſi auream & argenteam ſtatuam in Capitolio poni paſſus eſt. conſobrinos ſuos interfecit. ſuperbia quoque in eo exſecrabilis fuit. Expeditiones quattuor habuit; vnam aduerſum Sarmatas, alteram aduerſum *Cattos, duas aduerſum Dacos. de Dacis Cattiſque duplicẽ [quidem] triumphum *egit; de Sarmatis ſolam lauream vſurpauit. Multas tamen calamitates iiſdem bellis paſſus eſt. nam in Sarmatia *legio eius cum duce interfecta: & a Dacis Appius Sabinus conſularis, & Cornelius Fuſcus præfectus prætorio, cum magnis exercitibus occiſi ſunt. Romæ quoque multa opera fecit; in his Capitolium & Forum tranſitorium, *diuorum porticus, *Iſium ac Serapium, & Stadium. Verum cum ob ſcelera vniuerſis exoſus eſſe cœpiſſet, interfectus eſt ſuorum coniuratione in palatio, anno ætatis *XLV, imperii quintodecimo. Funus eius [cum] ingenti dedecore per *veſpillones exportatum, & ignobiliter eſt ſepultum.

θεὸν δὲ αὐτὸν ἠνάγκαζε προσαγορεύειν, οὐκ ἀνεχόμενος ἀνδριάσι πλὴν χρυσοῖς καὶ ἀργυροῖς τιμᾶσθαι, καὶ τούτοις ἐν Καπετωλίῳ. ἐπλήρωσε δὲ καὶ ἐμφυλίου τὰς χεῖρας αἵματος, τοὺς *ἀνεψιοὺς ἀνελών. καὶ τὰ τῆς ὑπεροψίας ἤρετο. καὶ τὰς ἐκστρατείας ἐκ μεγίστων ἐποιήσατο συμφορῶν, ἐπὶ Σαρμάτας τε ἅμα καὶ Σκύθας, Δάκας τε ἅμα καὶ *Κάττας· τάγμα τε *ἓν ἀπώλεσε μετὰ τοῦ στρατηγοῦ· καὶ Σαβῖνος ὑπατικός, καὶ Κορνήλιος Φοῦσκος ὕπαρχος, ἔπεσον σὺν πολλῇ στρατιᾷ. ἐθριάμβευσε δὲ κατ' αὐτῶν ἀναιδῶς. καὶ τὸ Καπετώλιον, καὶ τὴν παροδικὴν ἀγοράν, καὶ τὸ Ἴσιον, καὶ τὸ Σαράπιον, καὶ τὸ Στάδιον, ᾠκοδόμησέ τε καὶ κατεκόσμησε. Μίσους δὲ ἐπὶ πλεῖστον προϊόντος, συνομόσαντές τινες τῶν περὶ αὐτὸν, ἐν ταῖς βασιλικαῖς αὐλαῖς αὐτὸν διεχειρήσαντο, πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ τῆς ἡλικίας ἔτει, τῆς βασιλείας δὲ δεκάτῳ καὶ πέμπτῳ. τὰ νενομισμένα δὲ ἀπεπλήρωσε τῶν ἐν λόγῳ μὲν οὐδείς· μόνοι δὲ οἱ ταῖς κοιναῖς ἐπιτεταγμένοι ταφαῖς, ἀφανῶς αὐτὸν, καὶ ὡς σῶμα ἀπερριμμένον, κατώρυξαν.

LIBER VIII.

Nerua, XIII, 848

*ANNO octingenteſimo & quinquageſimo ab vrbe condita, Vetere & Valente conſulibus, Reſp. ad proſperrimũ ſtatum rediit, bonis principibus ingenti felicitate commiſſa. Domitiano enim *exitiali tyranno NERVA ſucceſſit, vir in *priuata vita moderatus, & ſtrenuus; nobilitatis mediæ. qui ſenex admodum, operam dante Petronio Secundo, præfecto prætorio, item Parthenio interfectore Domitiani, Imperator factus, æquiſſimum ſe & ciuiliſſimum præbuit. Reipubl. diuina prouiſione conſuluit, Traianum adoptando. Mortuus eſt Romæ poſt annum & quattuor mẽſes imperii ſui, ac dies octo: ætatis ſeptuageſimo & altero anno. atque inter diuos relatus eſt.

Traianus, XIIII. 850.

*Succeſſit ei VLPIVS CRINITVS TRAIANVS, natus Italicæ in Hiſpania, familia antiqua magis quam clara: [nam] pater eius primum conſul fuit. Imperator autem apud Agrippinam [ciuitatem] in Galliis factus eſt.

BIBΛΙΟΝ η'.

*ΤΗΣ μὲν οὖν πόλεως ἦν ὀκτακοσιοστὸν καὶ πεντηκοστὸν ἔτος, τῶν ὑπάτων δὲ εἶχον ἀρχὴν Βετέριός τε καὶ Οὐάλης. τότε τοίνυν ἀνέθαλε τὰ τῆς Ῥώμης πράγματα, θαυμαστῶν ἐπιτυχόντα βασιλέων. Δομετιανοῦ γὰρ ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων, οὗ πονηρίᾳ πάντας ὑπερβαλλομένου, διεδέξατο τὴν ἀρχὴν ἀνὴρ ἰδιώτης, ἄριστος δὲ, καὶ τῶν πολεμικῶν ἐπιστήμων, Νέρβας εἰ καὶ ἧττον περιφανῶν πατέρων πρεσβύτης ἤδη παρελθὼν εἰς αὐτὴν σπουδῇ Πετρωνίου Σεκούνδου, καὶ Παρθενίου. τούτων ὁ μὲν, ὕπαρχος ἦν· ὁ δὲ ἕτερος, εἷς τῶν Δομετιανοῦ φονέων. οὗτος, ἁπάσης ἀρετῆς οἱονεὶ τινὰς εἰκόνας διὰ τῶν ἔργων ἀναφήνας, προαπηρπάσθη τοῦ τέλους. εἰσποιησάμενος γὰρ παῖδα Τραϊανὸν, ἐτελεύτησεν ἐπὶ τῆς Ῥώμης, ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας τέσσαρας βασιλεύσας, ὀκτώ τε πρὸς ἡμέρας, ἑνὶ καὶ ἑβδομηκοστῷ τῆς ἡλικίας ἔτει· καὶ τῇ τῶν θεῶν ἐπεκλήθη προσηγορίᾳ. *Φέρουσι τοίνυν τὴν βασιλείαν ἐπὶ τὸν πεποιημένον αὐτοῦ Τραϊανόν· *Ἰταλικοῦ μὲν γένους, τραφέντα δὲ ἐν Σπανίαις. πρόγονοι δὲ αὐτοῦ, λαμπροὶ μὲν οὐ κατῆγον τὴν διαδοχὴν, τιμὰς δὲ ὧν διετύγχανον ἐξ ἀρετῆς ἐσχηκότες· ὁ γοῦν πατὴρ αὐτοῦ τὴν ὑπατικὴν ἦν. οὗτος, στρατηγὸς μὲν ἐγένετο τοῦ πρὸς Γάλλους πολέμου, στάντος ἐν Ἀγριππίνῃ.

βασιλεύων

βασιλεύων δὲ ὁ Τραϊανός, οὕτω περιέστη τῶν πραγμάτων, ὡς εἰκότως ἂν πάντων προτιμηθῆναι τῶν βασιλευσάντων. δημαγωγὸς γὰρ ἦν ἄριστος, καὶ ἐν ταῖς μάχαις ἀνδρειότατος. τὴν Ῥωμαϊκὴν γοῦν ἀρχὴν τῶν ἔμπροσθεν μόλις κατασχεῖν δυνηθέντων, ηὔξησεν ἐπὶ πλεῖστον, καὶ τὰ ὅρια τῆς βασιλείας ὅσον ἐπὶ μήκιστον ἐξέτεινε. πόλεις γοῦν ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον ἐν μέσοις ἐδείματο τοῖς Γερμανοῖς· Δάκας τε, τὸν ἡγούμενον αὐτῶν καθελὼν Δεκίβαλον, ὑπηγάγετο· ἐπαρχίαν τε ὑπὲρ τὸν Ἴστρον κατεστήσατο· καὶ τὴν γῆν ἐκείνην ἅπασαν, ἣν νῦν Θαΐφαλοι καὶ Βικτόαλοι καὶ * Τερβίται προσοικοῦσι, συνῆψε τῇ βασιλείᾳ, χιλίοις διαμετρουμένην κύκλῳ σημείοις. τὴν Ἀρμενίαν τε ἀνεκτήσατο παρὰ Πάρθων. * Αλμάτας τε ὑφ' ἑαυτοῦ κατέστησε, τὸν Φατόσιριν ἀνελών, ὃς ἐτυράννει τοῦ ἔθνους· Ἀλβανοῖς τε αὐτὸς ἔδωκε βασιλέα· Ἰβήρων τε καὶ Σαυροματῶν, καὶ τῶν ἐν Βοσπόρῳ, ἔτι δὲ Ἀράβων καὶ Ὀσδροηνῶν τοὺς βασιλεύοντας, ὑποσπόνδους ἐποιήσατο. καὶ μὴν καὶ * Ἀρδουηνῶν καὶ Μαρκομήδων, καὶ τὴν Ἀνθεμουσίαν, χωρίον Περσῶν εὐρύ τε καὶ εὔγαιον· Σελεύκειάν τε καὶ Κτησιφῶντα καὶ Βαβυλῶνα προσεκτήσατο. Μεσηνίους τε μάχῃ νικήσας, κτῆμα τε καὶ τούτους αὐτοῦ ποιησάμενος, ἄχρις αὐτῶν ἐχώρησεν Ἰνδῶν, καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς καλουμένης θαλάσσης. ὅθεν ἀρξάμενος, τρεῖς ἐπαρχίας κατῴκισεν, Ἀρμενίαν τε καὶ Ἀσσυρίαν, καὶ τὴν μέσην τῶν ποταμῶν ἧς μέρος ἦν καὶ ἡ τῶν * Ναρικύων χώρα. πρὸς τούτοις καὶ τὴν Ἀραβίαν ἐπαρχίαν ἐποίησε. στόλον δὲ ἐγκατέστησε κατὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν· ὥστε αὐτοῦ καὶ διὰ θαλάττης ἐξεῖναι πολιορκεῖν Ἰνδούς. Τοιοῦτος δὲ ὢν τὰ κατὰ τοὺς πολεμίους, ὑπερεχώρει τοῖς περὶ τὰ πολιτικὰ θαύμασιν. οὔτε γὰρ πλέον, οὔτε ἔλαττον εἶχεν ἑτέρους ἑτέρων. οὕτω δὲ ἐπεμελεῖτο τῶν πρὸς τοὺς φίλους καθηκόντων, ὥστε συνήθως παρ' αὐτοὺς φοιτᾶν ἢ νόσῳ κατακεκλιμένους, ἢ καὶ προσρήσεως μόνης χάριν. ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἑορτάζουσιν, ἰδίας τινὰς πανηγύρεις ἐποίει, καὶ συνειστιᾶτο· ἀμοιβαίοις τε καὶ αὐτὸς εὐωχίαις αὐτοὺς ἐγέραιρεν. ἐχρῆτο δὲ καὶ τοῖς ὀχήμασιν ἐκείνων, τὸ βασιλικὸν ἀπολιπὼν δίφρον. οὐδενὶ τε τῶν ἐν Ῥώμῃ λαμπρῶν, ἐπήγαγε βλάβην· οὐδὲ ηὔξησε τοὺς θησαυροὺς ἐξ ἀδίκου προσθήκης. φιλοδωρότατός τε ἦν, δημοσίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ· καὶ περὶ τὸ διδόναι τὰς ἀρχὰς ἀφθονώτατος· πλέον δὲ ἦν τὸ περὶ αὐτὰ ταῦτα τοῖς φίλοις. οἰκοδομημάτων δὲ αὐτοῦ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης πολὺς ἦν ὁ λόγος· καὶ τὰς πόλεις ἀτελείας ἠξίου. κεφάλαιόν τε τῆς ἡμερότητός τε αὐτοῦ καὶ φιλανθρωπίας, παρὰ πάντα τὸν τῆς βασιλείας χρόνον, * εἷς ὑπέμεινε θάνατον, τῆς συγκλήτου τὴν ψῆφον ἐπαγαγούσης, ἀγνοοῦντος τοῦ βασιλέως. Τούτων ἕνεκα, κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἰσόθεος ὑπείληπτο,

Remp. ita adminiſtrauit, vt omnibus principibus merito præferatur. Inuſitatæ ciuilitatis & fortitudinis [fuit.] Romani imperii, quod poſt Auguſtũ defenſum magis fuerat quã nobiliter ampliatũ, fines longe lateq; diffudit: vrbes trans Rhenũ in Germania * reparauit: Daciam Decibalo [victo ſubegit, prouincia trãs Danubium facta in his agris quos nunc Taiphali &] * Victophali & * Theruingi habẽt. Ea prouincia decies centena [milia] in circuitu * tenuit. Armeniam, quã occupauerãt Parthi, recepit, * Pharnace Syro occiſo qui eam tenebat. Albanis regem dedit. Iberorũ regem & Sauromatarum & Bosporanorum, & Arabum & Oſdroenorum & Colchorum, in fidem accepit. * Adiabenos, Marcomedos occupauit: & Anthemuſium magnã Perſidis regionem; Seleuciam & Creſiphontem, Babylonem & * Edeſſios vicit, ac tenuit: vſq; ad Ind'ę fines & mare rubrum acceſſit: atque ibi tres prouincias fecit, Armeniam, Aſſyriam, Meſopotamiam, cum his gentibus quæ Madenam attingunt. Arabiam poſtea in prouinciæ formam redegit. in mari rubro claſſem inſtituit; vt per eam Indiæ fines vaſtaret. Gloriam tamen militarem ciuilitate & moderatione ſuperauit, Romæ & per prouincias æqualem ſe omnibus exhibens; amicos ſalutandi cauſa frequentans, vel ægrotantes; vel cum feſtos dies habuiſſent, conuiuia cum iiſdem indiſcreta viciſſim habens; ſæpe in vehiculis eorum ſedens: nullum ſenatorem lędens, nihil iniuſtum ad augendum fiſcum agens: liberalis in cunctos, publice priuatimq; ditans omnes & honoribus augens, quos vel mediocri familiaritate cognouiſſet: orbem terrarum ædificans; multas immunitates ciuitatibus tribuens; nihil nõ tranquillum & placidum agens; adeo vt omni eius ætate vnus [tantum] Senator damnatus ſit; * at is tamen per Senatum ignorante Traiano. Ob hæc per orbem terrarum Deo proximus,

nihil non venerationis meruit, & viuus & mortuus. Inter alia dicta hoc *illius fertur egregium. amicis enim culpantibus, quod *nimium circa omnes* comis eſſet, reſpondit; *Talem ſe Imperatorem eſſe priuatis, quales eſſe ſibi Imperatores priuatus optaſſet.* Poſt ingentem igitur gloriam belli domique quæſitam, e Perſide rediens, apud Seleuciam Iſauriæ profluuio ventris exſtinctus eſt. Obiit autem ætatis anno *ſexageſimo tertio, menſe vno, die quarto: imperii nonodecimo, menſe ſexto, die quintodecimo. Inter Diuos relatus eſt, ſolusque omnium intra Vrbem ſepultus. Oſſa [eius] *collocata in vrna aurea, in foro quod ædificauit, ſub columna *ſita ſunt: cuius altitudo, CXLIIII pedes habet. Huius tantum memoriæ delatum eſt, vt vſque ad noſtram ætatem non aliter in Senatu principibus acclametur, niſi FELICIOR AVGVSTO, MELIOR TRAIANO. Adeo in eo gloria bonitatis obtinuit, vt vel adſentantibus, vel vere laudantibus, occaſionē magnificentiſſimi præſtet exempli. [3] Defuncto Traiano, ÆLIVS ADRIANVS creatus eſt princeps; ſine aliqua quidem voluntate Traiani, ſed operam dante* Plotina Traiani vxore. nam eum Traianus, quamquam cōſobrinæ ſuæ filium, *viuens noluerat adoptare. Natus & ipſe Italicæ in Hiſpania. qui Traiani gloriæ inuidens, ſtatim prouincias tres reliquit, quas Traianus addiderat; & de Aſſyria, Meſopotamia, & Armenia, reuocauit exercitus; ac finem imperii eſſe voluit *Euphratem. Idem de Dacia facere conatum, amici deterruerūt; ne multi ciues Romani barbaris traderentur: propterea* quod Traianus victa Dacia, ex toto orbe Romano infinitas eó copias hominum tranſtulerat, ad agros & vrbes colendas. Dacia enim diuturno bello Decibali, viris fuerat exhauſta. Pacem tamen omni imperii ſui tempore habuit; ſemel tātum per præſidem dimicauit: orbem Romanum circumiit: multa ædificauit. Facundiſſimus Latino ſermone, Græco eruditiſſimus fuit. Non magnam clementiæ gloriam habuit. diligentiſſimus tamē circa ærarium, & militum diſciplinā. Obiit in Campania, maior ſexagenario, imperii

Adrianus. xv. 869.

καὶ τῶν κρειττόνων ἐπιμάτο τιμῆς. καὶ γὰρ δὴ κἀκεῖνο περὶ αὐτοῦ φασὶν, ὅτι δὴ τινῶν αὐτοῦ τὴν πολλὴν κοινότητα καταμεμφομένων, ἀπεκρίνατο, χρῆναι τὸν βασιλέα τοιοῦτον εἶναι πρὸς τοὺς ἰδιώτας, οἷον ἰδιώτης ὤν τις εὔξαιτο τὸν βασιλέα περὶ αὐτὸν εἶναι. Τοσαύτης δὴ συγκεκροτημένης αὐτῷ τῆς εὐκλείας ἔν τε πολέμοις καὶ ἡσυχίαις, ἐκ τῆς Περσικῆς ἐπανιὼν, *τῆς ἐν Σελευκείᾳ τῇ τῶν Ἰσαύρων, ὑπερεκχυθείσης ἀθρόως τῆς γαστρὸς, διεφθάρη· τῆς μὲν ἡλικίας τρίτον καὶ ἑξηκοστὸν ἄγων ἔτος, καὶ μῆνας ἐννέα, καὶ ἡμέρας πέντε· τῆς δὲ βασιλείας, ἐνιαυτοὺς ἐννεακαίδεκα, καὶ μῆνας ἕξ, καὶ ἡμέρας πεντεκαίδεκα. μόνῳ τε αὐτῷ τάφος ἐγένετο κατὰ μέσην τὴν Ῥώμην ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, ἣν αὐτός τε ἐδείματο, καὶ κατωνόμασεν ἑαυτοῦ. κίων δὲ μηνύει τὴν ταφὴν, εἰς ὕψος τεσσαράκοντα καὶ τεσσάρων ποδῶν ἐγηγερμένος. τοιαύτη δὲ τούτου τοῦ βασιλέως ἡ μνήμη καὶ μετὰ ταῦτα διέμεινεν, ὥστε ὁπότεν ἡ σύγκλητος εἰς τὸ βουλευτήριον ἐπ' εὐφημίαις τῶν βασιλευόντων *συνίῃ, τοιαύτην τινὰ γίνεσθαι φωνὴν, Εὐτυχέστερος Αὐγούστου, τοῦ Τραϊανοῦ βελτίων. καὶ τὴν εἰκόνα ταύτην ποιοῦνται κόσμον οἱ κολακεύοντες, ἢ κατὰ ἀλήθειαν ἐπαινοῦντες. [3] Παρὰ τούτου τὴν βασιλείαν Ἀδριανὸς ἐδέξατο· Τραϊανοῦ μὲν οὔτε βουληθέντος, οὔτε ἐντειλαμένου· τῆς δὲ ἐκείνου γαμετῆς Πλωτίνης καταπραξαμένης. οὐδὲ γὰρ ἀνεψιδοῦν ὄντα αὐτὸν εἰσεποιήσατο Τραϊανός. *προγόνων δὲ ἦν καὶ οὗτος Ἰταλῶν, ἐν Ἰταλίαις τεχθείς τε καὶ τραφείς. εὐθὺς μὲν οὖν εἷλεν αὐτὸν ὁ τῆς Τραϊανοῦ δόξης φθόνος· *καὶ τῶν ἐπαρχιῶν, ἃς κατεστήσατο, πάμπαν τὴν φυλάττουσαν αὐτὰς στρατιὰν ἀνακαλεσάμενος· συνέστειλέ τε τοὺς τῆς βασιλείας ὅρους ἐντὸς Εὐφράτου ποταμοῦ. βουλευόμενον δὲ αὐτὸν ὅμοια καὶ περὶ τῶν Δακῶν, οἱ φίλοι διεκώλυσαν. τοὺς γὰρ ἀποίκους, τοὺς ἐκ τῶν πολιτῶν Ῥωμαίων ὑπὸ Τραϊανοῦ μεταστάντας, οἰκήσεως ἕνεκα καὶ γεωργίας, ἀνόσιον εἶναι γίνεσθαι βαρβάρους. τοῦ γὰρ οἰκείου πλήθους ἀπεσεσύλητο, τῷ χρονίῳ πολέμῳ καταναλωμένου. εἰρήνης γε μὴν καὶ ἡσυχίας πολλὴν ἐποιήσατο πρόνοιαν, πλὴν μιᾶς μικρᾶς τε καὶ ἀσήμου μάχης, ἣν δι' ἑνὸς τῶν ἀρχόντων συνεκρότησε. περιῆλθε δὲ τὴν βασιλευομένην ἅπασαν· καὶ τοῖς οἰκοδομήμασι πολλὴν εἰσήνεγκε σπουδήν. γλώττῃ τε τῇ Ἰταλῶν καὶ Ἑλλήνων ἐπίσης ἐξέλαμψε· καὶ ἡμερότητος μὲν παντελῶς ἀπεῖχε· τῶν χρημάτων δὲ καὶ τῶν θησαυρῶν ἐπεμελήθη, καὶ τῆς στρατιωτικῆς τάξεώς τε καὶ ἁρμονίας. ἐτελεύτησε δὲ περὶ τὴν Καμπανίαν, ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη, ἕνα καὶ

εἴκοσι

εἴκοσι βασιλεύσας ἐνιαυτοὺς, καὶ μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ἐννέα. πολλῶν δ' ἀντιλεγόντων χρῆναι τὰς θείας αὐτῷ νομισθῆναι τιμὰς, ὁ διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν *Μάρκος Ἀντωνῖνος ἐξῄτησε χάριν· καὶ τὰς τῶν ἀνθισταμένων βιασάμενος γνώμας, ἔτυχεν. ⁴ Ἐβασίλευσε τοίνυν αὐτὸς οὗτος Ἀντωνῖνος Φούλβιος, ὃς καὶ Βοϊώνιος ἐπεκλήθη, καὶ Πίος· ἐκ γένους τε καπιῶν λαμπροῦ, τόγε εἰς τοὺς ἐγγὺς προγόνους. παλαιότητα γὰρ οὐκ εἶχε διεγνωσμένην. δικαίως τ' ἂν ἐξισωθεὶς *τοὔνομα Πομπιλίῳ, ὥσπερ οὖν καὶ Τραϊανὸς Ῥωμύλῳ. οὗτος, σεμνὸς μὲν ἦν καὶ ἰδιωτεύων, οὐ διέφθειρε δὲ αὐτὸν οὐδὲ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, τραχύτητος πάμπολυ ἀπέχων, ἥμερος δὲ πρὸς ἅπαντας, καὶ ἁπλοῦς· ἐπιστήμῃ δὲ τῶν πολεμικῶν κεκοσμημένος· ἄδικον δ' οὐκ ἐπάγων πόλεμον. φυλάττειν γὰρ ἦν αὐτῷ τὰ κτηθέντα σκοπὸς, οὐχ ἕτερα προσεπιθεῖναι. καὶ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἦγεν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ πάσης τιμῆς ἠξίου· τῶν πονηρῶν δὲ ἕκαστος *αὐτῶν προΐστατο, μηδεμίαν περιβαλλόμενος συμφοράν. τοῖς *ἀσπόνδοις δὲ τῶν κατὰ ἔθνη βασιλέων, φοβερός τε ἦν ἅμα καὶ ἐπέραστος. ὥστε πολλοὺς τῶν βαρβάρων, ἀποθεμένους τὰ ὅπλα περὶ τῶν διαφορῶν, ὑπ' αὐτῷ κρίνεσθαι, στέργειν τε ἅπερ ἂν γνοίη. πλοῦτον δ' ἔχων πρὸ τῆς βασιλείας οὐκ ὀλίγον, μετὰ τὴν βασιλείαν διένειμεν ἅπαντα τοῖς στρατιώταις, καὶ τοῖς φίλοις· ὥστε τὰ δημόσια χρήματα, τῆς δαπάνης οἴκοθεν γινομένης, πολυπλασιασθῆναι. Εὐσεβὴς δ' ἐπικληθεὶς διὰ τὴν φιλανθρωπίαν, τελευτᾷ τὸν βίον ἐν ἀγρῷ (Λωρεῖον ἦν ὄνομα αὐτῷ, τῆς Ῥώμης πόρρω δυοκαίδεκα σημείων) ἑβδομηκοντατετὴς γενόμενος, βασιλεύσας δὲ μία καὶ εἴκοσιν ἔτη. καθιερώθη καὶ οὗτος δόγματι κοινῷ. ¹ Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Μάρκος Ἀντωνῖνος *Οὔηρος· ἐξ ἐπιφανῶν καὶ οὗτος πατέρων. τὸ γὰρ δὴ γένος αὐτῷ πρὸς τὸν Νουμᾶν Πομπίλιον ἀνεφέρετο τὸ πατρῷον. μητρὸς δ' ἦν ἐκ βασιλικοῦ σπέρματος κατιούσης· Σολεντῖνος γὰρ ἦν βασιλεύς τις, ὁ ταύτης προπάτωρ. καὶ συνεβασίλευσεν αὐτῷ Λούκιος Ἀντωνῖνος Οὔηρος. καὶ τότε δὴ πρῶτον ὑπὸ δύο τὰ Ῥωμαϊκὰ βασιλεῦσιν ἤγετο, τῶν πρόσθεν καθ' ἕνα βεβασιλευκότων. συνῆγε δ' αὐτοὺς καὶ συγγένεια, ἀγχιστεία τε καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ γάμου. ὁ γὰρ Ἄννιος Ἀντωνῖνος Οὔηρος, τοῦ Μάρκου Ἀντωνίνου κηδεστὴς ἦν ἐπὶ θυγατρί· ἐκεῖνος δὲ ἀνεψιᾷ κηδεύσας ἐτύγχανεν Ἀντωνίνῳ τῷ Πίῳ. Οὗτοι δὲ βασιλεύοντες, ἐπήγαγον Πάρθοις πόλεμον, τότε πρῶτον ἀντιδιαταξαμένοις μετὰ τὴν Τραϊανοῦ νίκην· καὶ στρατεύει μὲν ἐπ' αὐτοὺς Λούκιος Ἄννιος Ἀντωνῖνος· τὰς διατριβὰς δὲ περὶ Ἀντιόχειαν καὶ

anno vicenſimo primo, menſe decimo, die *viceſimo. Senatus ei tribuere noluit diuinos honores. tamē cum ſucceſſor ipſius Titus Aurelius Fuluius Antoninus hoc vehemēter exigeret, & vniuerſi ſenatores palā reſiſterēt, tandē obtinuit. ⁴ Ergo Adriano ſucceſſit *T. ANTONINVS FVLVIVS BOIONIVS: idem etiā PIVS nominatus; genere claro, ſed non admodū vetere: vir inſignis, & qui merito Numæ Pompilio cōferatur: ita vt Romulo Traianus æquetur. Vixit ingenti honeſtate, priuatus; maiore, in imperio. nulli acerbus, cunctis benignus. in re militari moderata gloria; defendere magis prouincias quā amplificare ſtudēs; viros *iuſtiſſimos ad adminiſtrandā Rempubl. quęrēs; bonis honorē habens, improbos ſine aliqua acerbitate deteſtās: regib. amicis venerabilis non minus quā terribilis: adeo vt barbarorum *plurimæ nationes, depoſitis armis, ad eū cōtrouerſias ſuas liteſq; deferrent, ſententiæq; eius parērent. Hic ante imperiū ditiſſimus, opes quidē [omnes] ſuas ſtipēdiis militū, & circa amicos liberalitatib. minuit; verū ærariū opulentū reliquit. PIVS ꝑpter clementiā dictus eſt. Obiit apud Lorium, villā ſuā miliario ab vrbe duodecimo: vitæ anno ſeptuagenſimo tertio, [imperii XXIII.] atq; inter Diuos relatus eſt, & merito *cōſecratus. ¹ Poſt hūc imperauit M. ANTONINVS VERVS; haud dubie nobiliſſimus: quippe cum eius origo paterna a Numa Pompilio, materna a *Salentino rege penderet: & cum eo *L. ANNIVS ANTONINVS VERVS. tuncque primum Romana Reſpubl. duobus æquo iure imperiū adminiſtrantibus paruit; cum vſque ad eum ſingulos ſemper habuiſſet Auguſtos. Hi & genere inter ſe coniuncti fuerunt, & adfinitate. nā Verus Annius Antoninus, M. Antonini filiā in matrimonium habuit: Marcus autem Antoninus, gener Antonini Pii fuit, per vxorem Galeriam Fauſtinam iuniorem conſobrinam ſuam. Hi bellum contra Parthos geſſerunt; qui poſt victoriam Traiani tum primum rebellauerant. Verus Antoninus ad id profectus eſt: qui Antiochiæ &

Antoninus Pius, XVI, 890.

M. Antoninus philosoph. XVII, 913.

circa Armeniam agēs, multa per duces ſuos & ingentia patrauit: Seleuciam * Aſſyriæ vrbem nobiliſſimam cum quadringētis milibus hominum cepit: Parthicum triumphū reuexit; cū fratre eodemq; ſocero triumphauit. Obiit tamen in Venetia, cum a Concordia ciuitate Altinum proficiſceretur, & cum fratre in vehiculo ſederet; ſubito ſanguine ictus, caſu morbi quem Græci * *apoplexin* vocant. vir ingenii parum ciuilis; reuerentia tamen fratris nihil vnquā atrox auſus. Cū obiſſet vndecimo imperii anno, inter * Diuos relatus eſt. Poſt eum Marcvs Antoninvs ſolus Remp. tenuit; vir quem mirari facilius quis quā laudare poſſit. [A] principio vitæ tranquilliſſimus: adeo vt * in infantia quoq; vultum nec ex gaudio, nec ex * mœrore mutaret. Philoſophię deditus Stoicæ, ipſe etiam non ſolum vitæ moribus, ſed etiam eruditione philoſophus. tantæ admirationis adhuc iuuenis, vt eum ſucceſſorem parauerit * Adrianus relinquere; adoptato tamen Antonino Pio, generum ei idcirco eſſe voluerit, vt hoc ordine ad imperium perueniret. Inſtitutus eſt ad philoſophiam per Apollonium Chalcedonium; ad ſcientiam litterarum Græcarū, per [Sextum] Chæronēſem, Plutārchi nepotē. Latinas autem cū litteras Fronto orator nobiliſſimus docuit. Hic cū omnib. Romæ æquo iure egit; ad nullā inſolentiam elatus imperii faſtu: * liberalitatis promptiſſimę, prouincias ingenti benignitate & moderatione tractauit. Contra Germanos eo principe res feliciter geſtæ ſunt. Bellum ipſe vnum geſſit, Marcomannicum; ſed quantū nulla memoria fuit; adeo vt Punicis conferatur. nam [eo] grauius eſt factum, quod * vniuerſi exercitus Romani perierant. Sub hoc enim tantus caſus peſtilentiæ fuit, vt poſt victoriā Perſicam, Romę ac per Italiā prouinciaſque, maxima hominum pars, militū omnes fere copiæ, languore defecerint. Ingenti ergo labore & moderatione, cum apud Carnuntum iugi triēnio perſeueraſſet, bellum Marcomannicum confecit; quod cum his Quadi, Vandali, Sarmatæ, Suevi, atq; omnis barbaria commouerat:

τῆς Ἀρμενίας ποιούμενος, διὰ τῶν στρατηγῶν ἄπειρα κατώρθου· καὶ Σελεύκειαν τῶν Ἀσσυρίων πόλιν ἐπιφανεστάτην ἑλών, μετὰ τῶν ἐγκαθημένων αὐτῇ στρατιωτῶν τετρακισμυρίων, ἐθριάμβευσεν ἐπὶ τῇ νίκῃ, κοινὸν ἔχων τὸν θρίαμβον τῷ κοινωνῷ τῆς βασιλείας, καὶ τοῦ γένους τῷ κηδεστῇ. ἐτελεύτησε δὲ ἐν Βενετίᾳ, φερόμενος ἐπ' ὀχήματος ἅμα τῷ συμβασιλεύοντι, (πορεία δὲ ἦν αὐτοῖς ἀπὸ Κονκορδίας εἰς Ἄλτινον) νόσον ὑπομείνας * τὴν ἀποπληξίαν. συνηριθμήθη τε τοῖς θεοῖς, ὑποληφθεὶς ἀνὴρ κοινός τε καὶ ἀγαθὸς εἶναι. καίτοι γε οὐκ ἦν, ἀλλ' ἐπέκρυπτεν αὐτὸν ἡ τοῦ βασιλέως ἀρετή. Μόνος τοίνυν ἔμεινεν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς * ἕτερος Ἀντωνῖνος Μάρκος, * οὗ θαῦμα μόνον ἄξιον ἔχειν, οὐκ ἐπαίνους ἀπαριθμεῖν. ἐκ πρώτης γὰρ ἡλικίας ἥμερός τε ἐγένετο καὶ γαληνὸς ἰδεῖν· ὥστε μηδὲ παιδὸς ὄντος, ἡδονὴν ἢ λύπην καταχρατῆσαι, μηδὲ ἐξ ἑτέρου τύπου αὐτοῦ τὸ πρόσωπον ἀλλοιότερον φανῆναι. φιλοσοφίας τε ἦν ἐραστής, ὑπὸ τοῖς στωϊκοῖς πεπαιδευμένος, ὥστε μὴ μόνον τὸ ἦθος οὕτως ἠσκῆσθαι τοῖς παραγγέλμασιν, ἀλλὰ καὶ τὴν γλῶτταν ἐν τῇ λογικῇ, τῶν ἄλλων πλέον ἔχειν. οὔπω τε ἦν εὐκλεὴς ἔτι νέος, ὡς Ἀδριανὸν σκοπούμενον ὅστις αὐτῷ διαδέξεται τὴν βασιλείαν, ἐπὶ τοῦ προτιμᾶν ἠναγκάζετο τὸν Πίον, παῖδα αὐτῷ πεποιημένον, συνάψαι τοῦτον ἐκείνῳ διὰ τοῦ γάμου τῆς θυγατρὸς, ὅπως ἂν ἐπ' αὐτὸν, ἔκ τινος ἀκολουθίας, ἡ βασιλεία κατενεχθῇ. διδασκάλῳ δὲ ἐχρῆτο τῆς φιλοσοφίας μὲν, Ἀπολλωνίῳ τῷ * Καρχηδονίῳ· ῥητορείας δὲ, Ἑλληνικῆς μὲν, * Χερρονήσῳ τῷ Πλουτάρχου συγγενεῖ· τῆς Ἰταλῶν δὲ, Φρόντωνι, * τῷ τε ἀρίστῳ ῥητόρων. Ἐγένετο δὲ πάντων μάλιστα τῶν βασιλευσάντων, τῆς ἰσότητος ἐραστὴς, πρὸς οὐδεμίαν ὑπεροψίαν ἀρθείς. καὶ μεγαλόδωρος δὲ ἦν· καὶ τὰ τῶν ὑπηκόων, ἐκ φιλαγαθίας διῳκεῖτο. Πολέμους δὲ, τὸν μὲν κατὰ Γερμανῶν διὰ τῶν στρατηγῶν ἐνίκησε· τὸν δὲ κατὰ Μαρκομάνων, αὐτὸς παρών τε καὶ αὐτουργῶν· ὃς οὕτως ἰσχυρὸς ἐγένετο καὶ μέγας, ὥστε τοῖς Ἄφροις αὐτὸν παραβάλλεσθαι. * μετὰ γὰρ πολὺ πτῶμα τῶν ἐναντίων τὸ κατὰ τὴν μάχην, ἐγένετο μεῖζον ἕτερον, ἐπελθόντος λοιμοῦ, τοῦ τε ἀέρος ἐπὶ τοσοῦτον φθαρέντος, ὥστε μετὰ τὴν νίκην, ἅπασαν σχεδὸν τὴν στρατιὰν διαφθαρῆναι. καμνόντων τοίνυν αὐτῷ τῶν πραγμάτων, ὅμως προσεκαθέσθη τε, καὶ τέλος ἐπέθηκε τῷ πολέμῳ, συνεπιθεμένων Μαρκομάνοις Κουάδων τε καὶ Οὐανδάλων, καὶ Σαρματῶν, καὶ * Σίλβων, καὶ πάντων τῶν αὐτόθι βαρβάρων.

πολυστρατίᾳ

πολυστραΐᾳ πολλὴν αὐτοὺς ἀνεῖλε, καὶ τοὺς Παίονας ἠλευθέρωσε δουλείας· ἐθριάμβευσέ τε ἐπὶ τῆς Ῥώμης μετὰ Κομόδου τοῦ παιδὸς, καίσαρα χειροτονήσας αὐτὸν, Κόμοδόν τε Ἀντωνῖνον προσειπών. Φασὶ δὲ, τῆς δαπάνης αὐτὸν ἐπιλειπούσης, ἐπεὶ φόρους ἐπάγειν ἑτέρους ἠρυθρία, τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα πᾶσαν καὶ τὰ σκεύη τὰ ἐξ ἀργύρου τε καὶ κρυστάλλου, τὴν βασιλικήν τε ἅπασαν σκευὴν, ὤνιον προθεῖναι, καὶ τὸ *συναχθὲν χρυσίον καταναλῶσαι εἰς τὸν πόλεμον. *περαιουμένων δὲ τῶν πραγμάτων, τοῖς μὲν ἀποδοῦναι βουληθεῖσι, τὰ τιμήματα ἀπαριθμῆσαι· τοὺς δὲ [μὴ] κατέχειν ἑλομένους, μὴ βιάσασθαι· ἐπιτρέψαι τε *καὶ τὸ σχῆμα τὸ βασιλικὸν εὐωχεῖσθαι, καὶ τοὺς ὑπηκόους οἰκέτας ὁμοίᾳ περιβαλεῖν στολῇ, μηδὲν τοῦ βασιλέως πλέον ἀπονέμοντας. ἐπεὶ οὕτως ἦν ἀφθονώτατος, μεγαλοψυχίαν ἐπεδείξατο τοσαύτην, ὥστε νικητηρίους ἀγὼν ἑορτὰς, ἐν ταῖς πρὸς τὰ θηρία τῶν ἀνδρῶν μάχαις, ἑκατὸν ἅμα λέοντας ὑπὸ τοῖς θεαταῖς ἀνεῖλεν. Ἐν τοσαύτῃ τῶν κοινῶν εὐδαιμονίᾳ, καὶ τοῦ κρατοῦντος ἀρετῇ, τέλος ἐπῆλθε τοῦ βασιλέως δεκάτῳ καὶ ὀγδόῳ τῆς ἀρχῆς ἔτει, τῆς δὲ ἡλικίας ἑνὶ καὶ ἑξηκοστῷ· γνώμῃ τε ἁπάντων μιᾷ, συνηριθμήθη τοῖς θεοῖς· [6] παραπέμψας τῷ παιδὶ τὴν βασιλείαν, Λουκίῳ Ἀντωνίνῳ Κομόδῳ, μήτε κληρωσαμένῳ τι τῆς πατρῴας ἀρετῆς, *ἐπιδειξαμένῳ πλὴν ὅτι πρὸς Γερμανοὺς καὶ αὐτὸς ἔσχεν εὐτυχῆ πόλεμον. ἐπεχείρησε μέν τοι τὸν μῆνα τὸν κατὰ Ῥωμαίους Νοέμβριον, ἐπώνυμον ἑαυτοῦ ποιῆσαι, Κόμοδον· οὐ μὴν ἐδυνήθη. τρυφαῖς δὲ καὶ ἀσελγείαις κατὰ μικρὸν διαφθειρόμενος, εἰς τοῦτο προῆλθεν ἀτοπίας, ὥστε καὶ ἐν τῷ μονομαχικῷ σταδίῳ, καὶ μετὰ ταῦτα, ἐν δημοτελεῖ θέᾳ, κατὰ τὸ καλούμενον ἀμφιθέατρον διαγωνίσασθαι πρὸς *τοῦτο ἐπιδεικνυμένους. Θάνατος δὲ ἐξαπιναῖος ἐπελθὼν αὐτῷ, δόξαν ἤνεγκε τοῖς πολλοῖς, ὡς ἄγχοινή τις αὐτὸν, ἢ φαρμάκῳ, καί τισι μαγγανείαις ὑπεξαγάγοι τοῦ βίου. δώδεκα δὲ ἐξεπλήρωσε βασιλεύων ἐνιαυτοὺς μετὰ τὸν τοῦ πατρὸς θάνατον, καὶ μῆνας ὀκτὼ, παρὰ πάντων ὁμοίως κοινὸς ἐχθρὸς καὶ μετὰ τὸν θάνατον ὀνομαζόμενος. [7] Μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσε Περτίναξ, ἀνὴρ εἰς γῆρας ἤδη προβεβηκὼς, ἑβδομηκοστόν τε ἰὼν τῆς ἡλικίας ἔτος. ὕπαρχος δὲ τῆς Ῥώμης ἦν ὅτε παρῆλθεν εἰς τὴν βασιλείαν, δόγματι τῆς συγκλήτου πάσης ἀναρρηθείς· ἀλλ' ὀγδοηκοστῇ τῆς βασιλείας ἡμέρᾳ στρατιωτῶν ὑπεξήγαγε στάσις, τῶν καλουμένων πραιτωριανῶν. [8] Ἰουλιανὸς δὲ ἦν ὁ ταύτην ἐγείρας τὴν στάσιν ὃς καὶ τὴν βασιλείαν ἥρπασεν· ἐπιφανὴς μὲν, καὶ νόμους ἐξησκημένος· (Ἰουλιανοῦ γὰρ ἔκγονος ἦν,

multa hominum milia interfecit: ac Pannoniis ſeruitio liberatis, Romæ rurſus cum Cōmodo Antonino filio ſuo, quē iam Cęſarem fecerat, triumphauit. Ad huius belli ſumptum cum ærario exhauſto largitiones nullas haberet, neque indicere prouincialibus aut ſenatui aliquid vellet, inſtrumentū regii cultus, facta in foro diui Traiani *ſectione, diſtraxit: vaſa aurea, pocula cryſtallina & murrhina, vxoriam ac ſuā ſericam [&] aureā veſtem, multa ornamēta gemmarum: ac per duos continuos menſes ea venditio habita eſt, multumq; auri redactum. Poſt victoriā tamen *emptoribus pretia reſtituit, qui reddere cōparata voluerunt: moleſtus nulli fuit, qui maluit ſemel empta retinere. Hic permiſit viris clarioribus, vt cōuiuia eodem cultu quo ipſe, & miniſtris ſimilibus exhiberent. In *editione munerum poſt victoriam adeo magnificus fuit, vt centum ſimul leones exhibuiſſe tradatur. Cum igitur fortunatam Remp. & virtute & manſuetudine reddidiſſet, obiit XVIII imperii anno, vitæ *LXI: & omnibus certatim adnitentibus, inter diuos relatus eſt. [6] Huius ſucceſſor L. ANTONINVS COMMODVS, nihil paternum habuit; niſi quod contra Germanos feliciter & ipſe pugnauit. Septembrem menſem ad nomen ſuum transferre conatus eſt, vt Cōmodus diceretur. ſed luxuria & obſcænitate deprauatus, *gladiatoriis armis ſępiſſime in ludo, deinceps etiā in amphitheatro cū huiuſmodi hominibus ſæpe dimicauit. Obiit morte ſubita; [atq;] adeo vt ſtrāgulatus vel veneno interfectus putaretur; cū annis *XII poſt patrem, & VIII menſibus imperaſſet; tanta exſecratione omnium, vt hoſtis generis humani etiā mortuus iudicaretur. [7] Huic ſucceſſit PERTINAX; grandæuus iam, *vt qui ſeptuagenariam attigiſſet ætatem; præfecturam vrbi tum agens; ex *S. C. imperare iuſſus. Octogēſimo imperii die prætorianorum militum ſeditione, & Iuliani ſcelere occiſus eſt.

Commodus XVIII.

Pertinax, XIX, 944.

[8] Poſt eum SALVIVS IVLIANVS Remp. inuaſit; vir nobilis, & *iuris peritiſſimus; nepos Saluii Iuliani,

Iulianus, XX, 945.

qui ſub diuo Adriano perpetuũ compoſuit edictum. Victus eſt a Seuero apud *Muluium pontem, interfectus in palatio. Vixit mẽſibus ſeptem, poſtquam cœperat imperare.

Seuerus. XXI. 945. * Hinc imperii *Romani adminiſtrationem SEPTIMIVS SEVERVS accepit: oriundus ex Africa, prouincia Tripolitana, oppido Lepti. ſolus omni memoria & ante & poſtea ex Africa Imperator fuit. Hic primum fiſci aduocatus, mox militaris tribunus, per multa deinde & varia officia atque honores vſque [ad] adminiſtrationem totius Reip. *peruenit. *Pertinacem* ſe appellari voluit, in honorem eius Pertinacis qui a Iuliano fuerat occiſus. Parcus admodũ fuit: natura ſæuus. Bella multa & feliciter geſſit. *Peſcennium Nigrum*, qui in Ægypto & Syria rebellauerat, apud Cyzicum interfecit. Parthos vicit: & Arabas eo vſque ſuperauit, vt etiam prouinciam ibi faceret: idcirco Parthicus [&] Arabicus dictus eſt. Multa toto orbe Romano reparauit. Sub eo etiam *Clodius Albinus*, qui in occidendo Pertinace ſocius fuerat Iuliano, Cæſarem ſe in Gallia fecit: victuſque apud Lugdunum eſt & interfectus. Seuerus *autem præter bellicam gloriam, etiam ciuilibus ſtudiis clarus fuit, & litteris doctus, philoſophiæ ſcientiam ad plenum adeptus. Nouiſſimum bellum in Britannia habuit: vtque receptas prouincias omni ſecuritate muniret, vallũ per *CXXXII paſſuum milia a mari ad mare deduxit. Deceſſit *Eboraci admodum ſenex, imperii anno *XVIII, menſe IIII: & Diuus appellatus eſt. nam filios *duos ſucceſſores reliquit, Baſſianũ & Getam: ſed Baſſiano Antonini nomen a Senatu voluit imponi. itaque dictus eſt *M. Aurelius Antoninus Baſſianus*: patriq; ſucceſſit. Nam Geta hoſtis publicus iudicatus, confeſtim periit.

Antonin. Caracalla, XXII. 963. [10] MARCVS igitur AVRELIVS ANTONINVS BASSIANVS, idemque CARACALLA, morum fere paternorum fuit: paulo aſperior, & minax. Opus Romæ egregium

Quinto tamen Cōſtantinus imperii ſui anno, bellum aduerſum Maxentium ciuile commouit, copias eius multis prœliis fudit: ipſum poſtremo Romæ aduerſum nobiles omnibus exitiis ſæuientem, apud pontē * Muluium vicit, Italiaq; eſt potitus. Non multo [poſt] deinceps in Oriēte quoque aduerſum Licinium MAXIMIANVS res nouas molitus, vicinum exitiū fortuita apud Tarſum morte præuenit. [1] Conſtantinus tamen, vir ingens, & omnia efficere nitens quæ animo præparaſſet, ſimul [2] principatum totius orbis adfectans, Licinio bellum intulit; * quamuis neceſſitudo [illi] & adfinitas cum eo eſſet: nam ſoror [eius] Conſtantia, nupta Licinio erat, ac primo eum in Pannonia, ſecundo ingenti apparatu bellum apud * Cibalas inſtruentem, repentinus oppreſſit: omnique Dardania, Mœſia, Macedonia potitus, numeroſas prouincias occupauit. Varia deinceps inter eos bella, & pax reconciliata ruptaque eſt. Poſtremo Licinius nauali & terreſtri prœlio victus apud Nicomediam, ſe dedidit, & contra religionem ſacramenti Theſſalonicæ priuatus occiſus eſt. Eo tempore res Romana ſub vno Auguſto & tribus Cęſaribus (quod numquam alias) fuit; cum liberi Conſtantini Galliæ, Orienti, Italiæque præeſſent. Verum, inſolentia rerum ſecundarum, aliquātum * Conſtantinus ex illa * fauorabili animi docilitate mutauit. Primum neceſſitudines perſecutus, egregium virum, & ſororis filium, commodæ indolis iuuenem, interfecit; mox vxorem; poſt, numeroſos amicos: vir primo imperii tēpore optimis principibus, vltimo mediis comparandus. Innumeræ in eo animi corporiſq; virtutes claruerūt. militaris gloriæ adpetentiſſimus; fortuna in bellis proſpera fuit; verum ita, vt non ſuperaret induſtriam. Nam etiam Gothos poſt ciuile bellum varie profligauit, pace his ad poſtremum data; * ingentemque apud barbaras gentes memoriam gratiæ collocauit. Ciuilibus artibus, & ſtudiis liberalib. deditus: adfectator iuſti amoris, quem * omnino ſibi & liberalitate & docilitate

Conſtantinus ſolus, XLV. c075.

Κωνσταντῖνος μὲν οὖν, πέμπτῳ τῆς βασιλείας ἔτει στρατεύσας ἐπὶ Μαξέντιον, ἐμφύλιον συνῆψε μάχην, ἐκράτησέ τε αὐτοῦ πολυστρατιᾶς· μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτὸν ἀνεῖλεν ἐν τῇ γεφύρᾳ τῇ καλουμένῃ Μολβίᾳ, πολλῶν ὄλεθρον κατὰ τῆς συγκλήτου βουλευόμενον· προσέθηκέ τε τὴν Ἰταλίαν τῇ βασιλείᾳ. Μαξιμιανὸς δὲ τις νεωτερίσας, ἐπήγαγε Λικιννίῳ πόλεμον, ἐν τοῖς μέρεσι τοῖς ἑῴοις· καὶ τελευτᾷ τὸν βίον, πρὶν εἰς ἔργον τι προελθεῖν, ἐξαπιναίως ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας. οὐ μὴν ἡσύχασε Λικιννίῳ τὰ πράγματα. Κωνσταντῖνος γάρ, στρατηγεῖν τε ἀγαθὸς ὤν, καὶ ἀνδρειότατος ἐν ταῖς μάχαις, δυνατώτατός τε ἤδη ἐν ταῖς προσθήκαις γεγενημένος, ἐπήγαγεν αὐτῷ πόλεμον, ἐπιθυμίᾳ τῆς τοῦ παντὸς ἀρχῆς, παρὰ φαῦλον ποιησάμενος τὴν ἀπὸ τοῦ γάμου συγγένειαν. κηδεστὴς γὰρ ἦν αὐτῷ Λικίννιος ἐπ' ἀδελφῇ Κωνσταντίᾳ. καὶ πρῶτον μέν, ἐν Κιβάλει πόλει Παιονικῇ, πολλὴν συναγείραντα δύναμιν, καὶ παρασκευῇ πάσῃ χρώμενον * ἀθρόως ἐπελθών, διεσκέδασεν· ἐκράτησέ τε Δαρδάνων καὶ Μυσῶν καὶ Μακεδόνων, καὶ πολλῶν ἑτέρων ἐθνῶν ὧν ὁ Λικίννιος ἐβασίλευσε. μετὰ δὲ ταῦτα, πολλαῖς αὐτῷ συμπλακεὶς μάχαις, σπονδάς τε θέμενος, εἶτα καὶ ταύτας ὑπερβάς, ἐπειδὴ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἡττημένος ὁ Λικίννιος, καὶ οὐδὲ ὑπὸ τῶν ὅρκων ὠφελούμενος, πρὸς τὴν Θεσσαλονίκην καταφυγών, εἷλέ τε αὐτὸν καὶ κατέστη μόνος αὐτοκράτωρ· τρεῖς ἔχων ὑφ' ἑαυτῷ καίσαρας, τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας· ὅπερ οὐδέ πω πρότερον ἡ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἔσχε πραγμάτων κατάστασις. Ἐκ ταύτης τῆς εὐπραγίας μετεβλήθη τοὺς τρόπους. καὶ τῆς κοινότητος ὑπερεῖδε, τῆς πολλῆς τε ἐκείνης πρᾳότητος ἀφεῖλεν, ἣν ἐν προοιμίοις ἐπεδείξατο· προῆλθέ τε εἰς ὠμότητα, δι' ἣν καὶ αἵμασιν οἰκείων ἐμιάνθη σωμάτων, * υἱοῦ τε καὶ ἀδελφοῦ φόνον ἐργασάμενος, φίλοις τε ὡς πλείστοις τὴν χεῖρα ἐπιβαλών. συνελόντι δὲ εἰπεῖν, ἀρξάμενος μὲν τῆς βασιλείας, τοῖς ἀρίστοις συνηριθμήθη τῶν βασιλευσάντων· τελευτῶν δέ, μόλις ἐξισώθη τοῖς μέσοις· καίτοι καὶ ῥώμῃ σώματος, καὶ ἀρετῇ ψυχῆς, οἷός τ' ἂν ἐγένετο διαλάμψαι. δόξης τε γὰρ ἐπεθύμει πολεμικῆς, καὶ πρὸς ἀριστείαν ἦν ἕτοιμος. τύχη δὲ ἠκολούθει μὲν αὐτοῦ τοῖς ἐγχειρήμασι δεξιά, τὰς ἀρετὰς δὲ οὐκ ἔκρυπτεν, ἀλλ' * ἐκείνων ἐνομίζετο. καὶ ταύτῃ ἦν Σκύθας τοι καταπολέμησε, σπονδάς τε κατ' ἐξουσίαν ἐποιήσατο· πολύς τε ἦν αὐτοῦ παρὰ τοῖς βαρβάροις λόγος· ὥστε τοὺς πλείστους ἀμοιβὰς ἐποφείλειν αὐτῷ νομίζειν. καὶ τῆς ἐλευθέρου παιδείας καὶ τῶν λογικῶν ἐπιστημῶν, καὶ τοῦ παρὰ πάντων φίλτρου, μήτε δωρεᾶς ὑπὲρ τούτου, μήτ' οἰκείας σπουδῆς μετὰ τοῦ σεμνοῦ φειδόμενος.

φειδόμενος. τῶν φίλων δὲ τισὶ μὲν ἠπίστει· τινὰς δὲ ἀναμφισβητήτως ἐθεράπευσεν, οὐδεμίαν καταλιπὼν ὑπερβολὴν, ἀλλὰ πλουσίους τε αὐτοὺς καὶ δυνατοὺς ἀποφαίνων. νόμους δὲ τοὺς μὲν δι' αὐτὸ τὸ καλὸν ἔθηκε μόνον, τοὺς δὲ ἐκ περιουσίας πρὸς οὐδὲν χρήσιμον· ἔστι δὲ οὓς ἀπηνέστερον συνέγραψεν, ὡς διὰ τούτου τάξιν ἐπιθήσων τῇ πολιτείᾳ. Παρασκευαζόμενος δὲ ἐπιστρατεῦσαι κατὰ Περσῶν τῶν Μεσοποταμίαν ἐνοχλούντων, ἑνὶ καὶ τριακοστῷ τῆς βασιλείας ἔτει, τῆς δὲ ἡλικίας ἑξηκοστῷ καὶ ἕκτῳ, κατὰ τὴν Βιθυνίαν ἐτελεύτησεν ἐν Νικομηδικῷ χωρίῳ. καὶ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ, παρὰ δήλου τινὸς αὐγῆς, τοῖς πάλαι γοῦν κομήτης ἀστὴρ ἐμήνυσεν, ἐπὶ πολλαῖς διίσχων ταῖς ἡμέραις. Ὁ μὲν οὖν συνηριθμήθη τοῖς θεοῖς· * διαδέχονται δὲ τὴν βασιλείαν οἱ τρεῖς παῖδες, καὶ Δαλμάτιος ἀδελφοῦ παῖς, Καῖσαρ κεχειροτονημένος. ἀλλὰ Δαλμάτιος μὲν, εὐθὺς ἀνῃρέθη, (φύσεώς τε ἀρίστης νεανίσκος, καὶ τῷ θείῳ μᾶλλον ἐμφερὴς) στρατιωτῶν αὐτὸν, κελεύοντος Κωνσταντίου, διαχειρισαμένων, ἢ τὴν ἐπιβουλὴν οὐκ ἀγνοοῦντος. Κωνσταντῖνος δὲ, τὸν ἀδελφὸν Κώνσταντα * ἐν Ἀκυλίᾳ τῇ πόλει τῆς Ἰταλίας ἀπερισκέπτως * ἐνστρεφόμενον ταῖς μάχαις, ἔπεσε, * πολλὰ τῶν ἡγεμόνων τῆς ἐναντίας παρατάξεως δεξάμενος τὴν πληγήν. τὴν πᾶσαν δὴ λοιπὸν ἀρχὴν εἶχον Κώνστας τε καὶ Κωνστάντιος· ἀλλ' ὁ μὲν, ἀνδρείᾳ τε καὶ δικαιοσύνῃ τὸ πρῶτον ἐκλάμψας, ὁ Κώνστας, ἔπειτα καὶ ὑπὸ νόσου, καὶ ὑπὸ τῆς τῶν συνόντων πονηρίας, ἐξ ἀρετῆς εἰς κακίαν ἰσόρροπον μετέστη· καὶ τοῖς τε ὑπηκόοις ὢν βαρὺς, τῷ στρατεύματί τε ἀηδὴς, ἐξ ἐπιβουλῆς Μαγνεντίου νεωτερίσαντος, ἀνῃρέθη πλησίον τῆς Ἱσπανίας, ἐν φρουρίῳ Ἑλένῃ καλουμένῳ, ἑπτακαίδεκα βασιλεύσας ἐνιαυτοὺς, τριακοστὸν δὲ τῆς ἡλικίας ἐκπληρώσας· στρατιώτης οὐκ ἀγεννὴς, οὐδὲ εὐκαταφρόνητος τῇ στρατιᾷ, τοὐναντίον δὲ φοβερώτατος, οὐχὶ ὠμότητος, ἀλλ' ἀνδρείας ποιούσης φόβον.

⁷ Κωνσταντίῳ δὲ οὐ κατὰ τὸν ἀδελφὸν ἀπήντησε τὰ τῆς τύχης. Περσῶν γὰρ ἀεὶ καὶ μάχῃ κρατηθέντων καὶ ληφθέντων αἰχμαλώτων, καὶ πόλεις ἀποβαλόντων, καὶ πολιορκίαις καταδαπανηθέντων ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, οὐδέποτε Κωνστάντιος κατὰ Σαπώρου, τοῦ τῶν Περσῶν βασιλεύοντος, εὐτυχῶς ἐπολέμησε, πλὴν ἐν Σιγγάροις· ἔνθα * δὴ νίκην αὐτὸν ἀνελέσθαι παντελῆ, ἥ τε ἱππέων καὶ τῶν ὁπλιτῶν ἡ προπέτεια, οὐ συνειδότων τὸν καιρὸν, διεκώλυσεν. ἀρχομένης γὰρ ἑσπέρας, προσεκαλέσαντο τὴν μάχην.

quæſiuit. ſicut in nonnullos amicos * dubius, ita in reliquos egregius: nihil occaſionum prætermittens, quo opulentiores eos clarioreſq; præſtaret. Multas leges rogauit; quaſdam ex bono & æquo, pleraſque ſuperfluas, nonnullas ſeueras. primuſque vrbem nominis ſui ad tantum faſtigium euehere molitus eſt, vt Romæ æmulam faceret. Bellum aduerſum Parthos moliens, qui iam Meſopotamiam fatigabant, vno & trigeſimo anno imperii, ætatis ſexto & ſexageſimo, * Nicomediæ in villa publica obiit. Denuntiata mors * eius etiam per crinitam ſtellam, quæ inuſitatæ magnitudinis aliquãdiu fulſit: [eam] Græci *cometen* vocant. atq; inter diuos meruit referri. ⁶ [Is] ſucceſſores filios tres reliquit, atq; vnum fratris filium. verum DALMATIVS Cæſar proſperrima indole, neque patruo abſimilis, haud multo poſt oppreſſus eſt factione militari, & CONSTANTIO patruele ſuo ſinente potius quam iubente. CONSTANTINVM porro, bellum fratri inferentem, & apud Aquileiam inconſultius prœlium adgreſſum, * CONSTANTIS duces interemerunt. ita Reſpub. ad duos Auguſtos redacta [eſt.] Conſtantis imperium, ſtrẽnuũ aliquamdiu & iuſtum fuit; mox, cum & valetudine improſpera, & amicis * prauioribus vteretur, ad grauia vitia cõuerſus, cum intolerabilis prouincialibus, * militibus iniucundus eſſet, factione MAGNENTII occiſus eſt. Obiit autem non longe ab Hiſpaniis, in caſtro cui Helenæ nomẽ eſt, anno imperii ſeptimo decimo, ætatis trigeſimo; rebus tamen * plurimis ſtrenue in militia geſtis; exercituiq; per omne vitæ tẽpus ſine graui crudelitate terribilis. ⁷ Diuerſa Conſtantii fortuna fuit. a Perſis enim multa & grauia perpeſſus, ſæpe captis oppidis, obſeſſis vrbibus, cæſis exercitibus; nullumque ei contra Saporem proſperum prœlium fuit: niſi quod apud Singaram, haud dubiam victoriam ferocia militum amiſit; qui pugnam ſeditioſe & ſtolide contra rationem belli, die iam præcipiti popoſcerunt. Poſt Conſtantis necem, Magnentio Italiam, Africam, Gallias, obtinente:

Conſtantini filii. XLVI, 1088.

Conſtantius ſolus. XLVII, 1101.

Καὶ μετὰ τὴν Κώνσταντος δὲ τελευτὴν, Ἰταλίας καὶ Ἀφρικῆς καὶ Γαλλιῶν ὑπὸ Μαγνεντίῳ τελούντων,

etiam Illyricũ res nouas habuit; * *Veteranione* ad imperium conſenſu militum electo: quem grandæuum iam, * & cunctis amabilem diuturnitate & felicitate militię, ad tuendũ Illyricum principem creauerunt: virum probum, & morum veterum, ac iucundę ciuilitatis: ſed omnium liberaliũ [artium] expertẽ; adeo vt ne * elementa quidem * prima litterarum, niſi grandæuus, & iam Imperator, acceperit. Sed a Conſtantio, qui ad vltionẽ fraternę necis, bellum ciuile commouerat, abrogatũ eſt Veteranioni imperium: qui nouo inuſitatoque more, conſenſu militum, deponere inſigne compulſus eſt. Romæ quoque tumultus fuit; *Nepotiano*, Conſtantini ſororis filio, per gladiatoriã manum imperium * inuadente: qui ſæuis exordiis dignum exitum nactus eſt. vigeſimo enim atq; octauo die a Magnentianis ducibus oppreſſus, pœnas dedit: caput [que] eius [pilo] per vrbem circumlatum eſt: grauiſſimæq; proſcriptiones & nobiliũ cædes fuerunt. Non multo poſt Magnentius apud Murſam profligatus acie eſt, ac pene captus: ingentes Romani imperij vires ea dimicatione conſumptæ ſunt, ad quælibet bella externa idoneæ, quę multum triumphorum poſſent ſecuritatiſque conferre. Orienti mox a Conſtantio Cæſar eſt datus, patrui filius GALLVS. Magnentiuſq; diuerſis prœliis victus, vim vitæ ſuæ apud Lugdunum attulit, imperii anno tertio, menſe ſeptimo: frater quoque eius Senonis; quem ad tuendas Gallias Cæſarem miſerat. Per hæc tempora etiam a Conſtantio, multis inciuilibus geſtis, Gallus Cæſar occiſus eſt: vir natura ferus, & ad tyrannidem pronior, ſi ſuo iure imperare licuiſſet. SILVANVS quoq; in Gallia res nouas molitus, ante diẽ triceſimum exſtinctus eſt. Solusq; in imperio Romano eo tempore Cõſtantius Princeps & Auguſtus fuit.
Mox IVLIANVM Cæſarẽ ad Gallias miſit, patruelem ſuum, Galli fratrem; tradita ei in matrimonium ſorore; cum multa oppida barbari expugnaſſent, alia obſiderent, vbique fœda vaſtitas eſſet, Romanumq; imperium nõ dubia iam calamitate nutaret: a quo modicis copiis apud Argentoratum Galliæ vrbem, ingentes

οὐδὲ τὰ τῶν Ἰλλυριῶν ἦν ἐν ἡσυχίᾳ, τῆς ἐκεῖ στρατιᾶς πρὸς φυλακὴν τῆς χώρας, * Βρετανίωνα τινὰ πρεσβύτην ἀνειπούσης, καὶ περιθείσης αὐτῷ τὴν ἁλουργίδα· ὃς ἐπίσημος μὲν ἦν ἐκ πολλῶν πολέμων καὶ τῆς κατ' αὐτοὺς εὐτυχίας, ἀρετῆς τε ἐραστὴς οἵαν εἰκὸς τὸν ἐν ὅπλοις ὄντα ἐργάζεσθαι, ὅλης τῆς παλαιότητος εἰκών· παιδείας δὲ ἀμέτοχος τῆς ἐν λόγοις, καὶ αὐτῶν ἄπειρος τῶν γραμμάτων· πλὴν ὅσον τῆς τούτων ἐπεμελήθη γνώσεως ἀφ' οὗ περ ἐβασίλευσε. Κωνστάντιος δὲ, τιμωρῆσαι τἀδελφῷ προελόμενος, Βρετανίωνα μὲν ἀφείλετο τῆς ἀρχῆς, συνθεμένου καὶ συνεργοῦντος τοῦ στρατοῦ. θαῦμά τε ἐγένετο καινὸν, εἰς ἰδιώτην ἐκ βασιλέως μεθιστάμενος. Νεπωτιανὸν δὲ τὸν ἀνεψιὸν, ἐξ * ἀδελφικῆς τοῦ πατρὸς γεγενημένον, καὶ τυραννήσαντα κατὰ τὴν Ῥώμην, διὰ χειρὸς τῶν αὐτόθι μονομαχούντων Μαγνεντίου στρατηγοὶ διεχρήσαντο, εἰκοστῇ ὀγδόῃ τῆς τυραννίδος ἡμέρᾳ, μεγάλης πέρα πολόμενον τῶν ἀρχομένων βλάβης· (οἷος ἂν ἐγένετο προϊόμενος, ὁ μικρὸς ἔδειξε χρόνος) καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντες, δόρατί τε ἐμπήξαντες, ἐν τοῖς τοῦ δήμου περιήγαγον ὀφθαλμοῖς· τοὺς συνειδότας δὲ τῇ πράξει, κατέσφαξαν, τὰς οὐσίας ποιήσαντες δημοσίας. Ἀλλὰ καὶ Μαγνέντιος ἐν * Μυρσῇ νικηθεὶς, μικροῦ μὲν καὶ αὐτὸς ἑάλω. τοσοῦτος δὲ ἐγένετο φόνος ἐξ ἑκατέρου στρατεύματος, ὥστε μεγίστην ἐνδεῖν τοῖς * κοινοῖς. πολλοὺς γὰρ ἂν ἔτεκεν τῇ πόλει θρίαμβον, εἰ πρὸς ἄλλο . . . .

Alamannorum copiæ exſtinctæ ſunt, rex nobiliſſimus captus; *Galliæ reſtitutæ: multa poſtea per eundem Iulianum *egregie aduerſum barbaros geſta ſunt; ſummotique vltra Rhenum Germani, & finibus ſuis Romanum imperium reſtitutum. Neque *multo poſt, cum *Germaniciani exercitus a Galliarum præſidio tollerentur, conſenſu militum Iulianus factus Auguſtus eſt: interiectoque anno, ad Illyricum obtinendum profectus [eſt,] Conſtantio Parthicis *bellis occupato: *quibus rebus cognitis, ad bellum ciuile conuerſus, in itinere obiit, inter Ciliciam Cappadociamque, anno imperii octauo & trigeſimo, ætatis quinto & quadrageſimo: meruitque inter diuos referri: vir egregiæ tranquillitatis, placidus, *nimis amicis & familiaribus credens; mox etiam vxoribus deditior: qui tamen primis imperii annis ingenti ſe modeſtia egerit: *familiarium etiam locupletator: neque *inhonoros ſinens, quorum laborioſa expertus fuiſſet officia. ad ſeueritatem *tamē propenſior, ſi ſuſpicio imperii moueretur; mitis alias; & cuius in ciuilibus magis quā in externis bellis ſit laudanda fortuna. *Hinc IVLIANVS rerum potitus eſt; ingentique apparatu Parthis intulit bellum; cui expeditioni ego quoque interfui. Aliquot oppida & caſtella Perſarum in deditionem accepit, vel vi oppugnauit. Aſſyriamque populatus, caſtra apud Cteſiphontem ſtatiua [aliquamdiu] habuit: remeanſque victor, dum ſe inconſultius prœliis inſerit, hoſtili manu interfectus eſt, *ſexto kalend. Iulias, imperii anno ſeptimo, [ætatis altero & trigeſimo:] atq; inter diuos relatus eſt: vir egregius, [&] Rempubl. inſigniter moderaturus, ſi per fata licuiſſet: liberalibus diſciplinis adprime eruditus; Græcis doctior; atque [adeo,] vt Latina eruditione *nequaquam cum Græca ſcientia conueniret: facundia ingenti; promptæ memoriæ [&] tenaciſſimæ; in quibuſdam philoſopho propior: in amicos liberalis: ſed minus diligens quam tantum principem decuit: fuerunt enim nonnulli, qui vulnera gloriæ eius inferrent. in prouinciales iuſtiſſimus: & tributorum, quatenus *fieri poſſet, *repreſſor. ciuilis in cunctos: mediocrem habens ærarii curam: gloriæ auidus, ac per eam animi plerumque immodici. nimius religionis Chriſtianæ inſectator; perinde tamen, vt cruore abſtineret. Marco Antonino non abſimilis: quem etiam æmulari ſtudebat. *Poſt hunc *IOVIANVS, qui tunc domeſticus militabat, ad obtinendum imperium conſenſu exercitus *electus eſt: commendatione patris quam ſua militibus notior. qui iam turbatis rebus, exercitu quoque inopia laborante, vno a Perſis atque altero prœlio victus, pacem cum Sapore neceſſariam quidem, ſed ignobilem fecit; multatus finibus, ac nonnulla imperii Romani parte tradita: quod ante eum annis mille centū & duobus de viginti fere, ex quo Romanum imperium conditum erat, numquam accidit. Quinetiam legiones noſtræ, ita & apud *Caudium per Pontium Teleſinum, & in Hiſpania apud Numantiam, & in Numidia ſub iugum miſſæ ſunt, vt nihil tamen finium traderetur. Ea pacis conditio non penitus reprehendenda foret, ſi fœderis neceſſitatem, tum cum integrum fuit, mutare voluiſſet: ſicut a Romanis omnibus his bellis quæ commemoraui, factum eſt. Nam & Samnitibus & Numantinis & Numidis confeſtim bella illata ſunt: neq; pax rata fuit. Sed dum æmulum imperii veretur intra Orientem reſidens, gloriæ parum conſuluit. Itaque iter ingreſſus, atque Illyricum petens, in Galatiæ finibus repentina morte obiit: vir alias neque iners, neque imprudens. multi exanimatum opinantur nimia cruditate: inter cœnandum enim epulis indulſerat: alii odore cubiculi, quod ex recenti tectorio calcis, graue quieſcentibus erat: quidam nimietate prunarum, quas graui frigore adoleri multas iuſſerat. Deceſſit imperii menſe ſeptimo, *quartodecimo kal. Martias: ætatis, vt qui plurimum *ac minimum tradunt, tertio & trigeſimo anno: ac benignitate principum qui ei ſucceſſerunt, inter diuos relatus eſt. nam & ciuilitati propior, & natura admodum liberalis fuit. *Is ſtatus erat Romanæ rei, Iouiano eodem & Varroniano conſulibus, anno vrbis conditæ *milleſimo centeſimo & nonodecimo. Quia autem ad inclytos principes venerandoſque peruentum eſt, interim operi modum dabimus. Nam reliqua *ſtylo maiore dicenda ſunt: quæ nunc non tam prætermittimus, quam ad maiorem ſcribendi diligentiam reſeruamus.

Iulianus apoſt. XLVIII, IIII.

Iouianus XLIX, IIII.

EVTROPI LIBER X EXPLICIT.

DE DIONIS EPITOME,
Præfatio Frid. Sylburgii ad lectorem.

CVM *a ſtrictiore breuiario procedendum eſſet ad breuiarium diffuſius, Dionis Epitomen, a Xiphilino confectam, Eutropio ſubiungere viſum eſt. Ea, vt ipſe Xiphilinus memorat, e multis libris in anguſtius volumen eſt contracta. Sed licet Dio vniuerſam hiſtoriam Romanam ab vrbe condita vſq; ad Alexandrum Aug. octoginta libris ſeu octo decadib. ſit complexus, vt Suidas memoriæ prodidit; Xiphilinus tamen Auguſtæ tantum hiſtoriæ breuiarium videtur confeciſſe. Et cum idem Xiphilinus in Antonino Pio ſignificet, etiam ſuo tempore Dionis libros aliquid detrimenti paſſos eſſe, fieri poteſt vt quemadmodum poſt Xiphilini ætatem vndeuiginti poſteriores libri perierunt, ita ante eius ſeculum priores* XXXV, *ſi non omnes, magna tamen ex parte interierint; eaq; de cauſſa Cæſareæ tantum hiſtoriæ a Xiphilino concinnata ſit Epitome. Vtut ſit, ſat bona ſide factam eſſe à Xiphilino Epitomen, manifeſtum eſt ex iis Dioneæ hiſtoriæ libris, qui barbariei manus elapſi, mutili ad nos peruenerunt. cum iis enim ſi breuiarium hoc conferas, comperies Xiphilinum Dionis verba plerumq; retinuiſſe, de ſuo pauca & neceſſariis tantum in locis adieciſſe. vt eo nomine iſta nobis Epitome debeat eſſe commendatior. Porro vt huius editionis noſtræ aliqua tibi conſtet ratio, primum ſuperiores editiones, Roberti Stephani, & Henrici filii, cum Palatinæ bibliothecæ manuſcripto exemplari diligenter contuli, multiſq; in locis modo ſuppleui quæ deerant, modo emendaui quæ manifeſte deprauata erant: ea vero quæ dubia vel ſuſpecta eſſent, ſigno appoſito in Notationum libellũ reieci. Præter hunc manuſcriptum codicem, vſus ſum etiam libro Gulielmi Xylandri, & Ioachimi Camerarii: quorum illum ante aliquot annos e defuncti bibliotheca ipſe mihi emeram; hunc vero Ioachimus filius, medicus clariſsimus, pro ſuo erga remp. ſtudio, ad tempus vtendum miſerat. Adhæc Dauid Hæſchelius, vir doctrina pariter & humanitate inſignis, vltro ſuppeditauit quæ partim ab Hieronymo Wolphio, partim a ſe ipſo in ſuo exemplari habebat adnotata: Iis ego addidi quæ apud Brodæũ, Turnebum, Leopardum, Stephanũ, Lipſium, ceteroſq; Criticos adnotata reperi. Sed & ipſius Dionis paſsim, & interpretis vtriuſq;, Blanci & Xylandri; nonnuſquam etiam aliorũ auctorum ope ſum vſus; vt fuſius in Notationum libello declarabitur. In verſione Blanci quæ mutata ſunt, pleraq; omnia profecta ſunt a Xylandro: ſed quædam tamen etiam a me ſunt interpolata; vbi videlicet manifeſta & tuta erat emendandi occaſio. De ambiguis autem & ſuſpectis partim Xylander in ſuis Notationib. monuit, partim ego quoq;, Deo volente, monebo in meis. Hæc tibi ſignificanda putaui lector, vt intelligeres quid quib. in huius auctoris editione debeatur. Tu vale, ac fruere. Francof. Idib. Maiis a,* MDLXXXIX.

GVILIELMVS BLANCVS GEORGIO *Armeniaco, illuſtriſſimo atq; ampliſſimo Cardinali ſuo, S.*

CVM me domum tuã ſuperiore anno recepiſſes, Georgi illuſtriſſime atq; optime, nihil mihi potius fuit, quã curare vt eximium & ſingulare ſtudiũ meum, quod in te habui ſemper, multis reb. perſpiceres. Cõſtitueram enim, cum Romam venirẽ, me tibi totũ aliquãdo dedere, & in te omnia mea ponere, & quaſi cõſecrare. Ad quã rem multæ me impellebant cauſæ, ſed in primis vera illa & firma, quæ de tua ſingulari humanitate, ſuauiſſimisq; morib. habebatur, opinio. Accedebãt etiam ſtudia doctrinæ, quibus tu non ſolum a pueritia deditus fuiſti, ſed etiã ad ea diligenter exercenda ita reliquos omnes inflammaſti, vt apud Ruthenos, cũ factus eſſes eius gẽtis epiſcopus, multos tuo exẽplo, maximisq; beneficiis ad hęc ſtudia litterarũ ac humanitatis excitares. Quæ cum ſtatuiſſes numquam intermittere in maximis occupationibus tuis, eſſesq; poſtea a Franciſco rege Gallorũ optimo ac tui amantiſſimo, miſſus ad Venetos legatus, atq; inde huc Romã ad Paulum III, Pontificem Maximum, nactus occaſionẽ, magnam operã poſuiſti in reſtituendis optimis auctoribus, & ab obliuione vindicandis. quorum magnum numerũ non ſolũ vndiq; perquiri ac deſcribi iuſſiſti tuis ſumptibus; ſed etiã Regi omnium bonarum artiũ ſtudioſiſſimo, vt idẽ faceret, miſſis in omnes partes Europæ doctiſſimis hominibus, facile perſuaſiſti. Deinde cũ eſſes propter has legationes obitas libere cooptatus in ordinem Cardinalium, ad illuſtrãdam nobilitatẽ tuam, & ad memoriam laudũ domeſticarum; nempe vt tu vnus memoriã maiorum tuorum, Armeniacorum principum, quos viros clariſſimos fuiſſe cõſtat, & potentiſſimos in Aquitania, dignitate ſimul & virtute renouares: exiſtimaſti manendũ tibi eſſe ſemper in propoſito, ſuſceptoq; cõſilio; vt abs te veteres libri ab obliuione hominum atq; ſilentio vindicarentur. In quibus fuit *Epitome Dionis*: quæ cum forte domi tuæ in meas perueniſſet manus, cuperemq; (vt principio dicebam) vt tu meam erga te voluntatẽ cognoſceres, cœpi tuã cauſa ipſam e Græco in Latinum conuertere. Qua in re cũ tibi opera mea ſatisfacere videretur, iuſſiſſesq; mihi vt inchoatũ opus abſoluerẽ: magna lætitia ſum affectus, propterea quod tibi, quo nemo auctoritate apud me plus valet, neque voluntate, rem gratã feciſſem. Itaq; cũ ruſticarer hac æſtate cum Iacobo Sabello, nobiliſſimo & clariſſimo Cardinali, omni ſtudio cõtendi, vt hunc Xiphilinum tuum, cũ in vrbem rediiſſemus, tibi poſſem Latinũ offerre ac dicare. Quod cum faciam hoc tempore, nõ ab re erit, vt opinor, ſi pauca de Dione & Xiphilino, deq; ratione quã ſum in interpretando ſecutus, dixero; quo poſſis rem omnem facilius cognoſcere. Igitur DION NICÆVS, nobili genere natus, patrem habuit Apronianum, proconſulem Ciliciæ. Ipſe vir ſenatorii ordinis, & bis cõſul fuit. Verſatus eſt in ſtudiis bonarũ artium: videturque, vt de Socrate accepimus, habuiſſe diuinum quoddã, quod dæmonium appellat; cui parebat ſemper; ita vt ob eam cauſam coniector ſomniorũ, & interpres portentorum eſſet. Scripſit enim librũ de Somniis & Prodigiis, quorum cauſa Seuerus principatum ſperabat. quo libro in lucem edito, miſſoque ad Seuerum, imperatũ eſt ei in ſomnis vt animum ad ſcribendã hiſtoriam applicaret. Itaque ſcribere cœpit ea quæ gerebantur illis temporibus. Quæ cũ ipſi Seuero & ceteris maxime ſatisfacerent, ſtatuit, omnia quæ ſpectabant ad populũ Rom. perſcribere; præſertim quod ei confirmatũ eſſet diuinitus, hanc hiſtoriam, quã relinqueret magiſtram vitæ, nullo vmquã temporis ſpatio eſſe perituram. Itaque primo conſumpſit annos decem in colligendis & coaceruandis iis rebus omnibus, quas geſſit populus Romanus ab vrbe condita vſque ad mortem Seueri: iisque cõpoſitis rebus, ſpatio annorum duodecim, cetera, vti ſucceſſerunt, vſque ad ſecundum conſulatum ſuum, qui fuit Alexandri temporibus, perſecutus eſt. De quo Imperatore ſcripſit pauca; propterea quod non eſt Romæ diu commoratus, & quod incidit in morbũ, cum ex Aſia in Bithyniam veniſſet; quodque ex Bithynia miſſus eſt præfectus in Ægyptum: cumq; inde reuertiſſet in Italiam, non ita multo poſt prætor in Dalmatiam, atq; inde in Pannoniã ſuperiorem profectus eſt. Poſt vbi Romã venit, in Bithyniam, quæ patria eius erat, reuertit; dimiſſus quod laboraret ex pedibus; vt poſſet reliquum vitæ tempus in patria degere. His de cauſis factum eſt, vt ibi finem acceperit hiſtoria. quã diligenter vereq; propterea videtur ſcripſiſſe, quod, vt vacaret a publicis muneribus, & otium in ſcribenda hiſtoria cõſumeret, Capuam delegerat ad habitandũ, quoties in Italia moraretur. Neque vero tam difficile fuit Dioni, conſulari & prætorio viro, hiſtoriam Romanorum principum ſcribere, quã ceteris priuatis hominibus. Nouerat enim, vt opinor, cauſas bellorum, ceterarumq; rerũ, quæ ab ipſis gerebantur: quippe magnã par-

tem audiebat in ſenatu: & optimatibus, atq; adeo ipſis Imperatoribus ita familiaris erat, vt ei facile eſſet eorum conſilia cognoſcere. Nec vero reprehendi debet, vt ego quidẽ arbitror, quod ſępe dicat volatibus auium cantibusq;, & ſomniis multorũ, declaratas eſſe res futuras. Nam cũ Romanis nihil fere liceret inauſpicato gerere, eſſetq; collegium augurum ob eam cauſam conſtitutũ, & ſcientia iuris augurandi magno in honore ſemper haberetur, nihil præcipue peccauit illis quidẽ temporibus Dion, dum prodigia, quæ futura prædicerent, narrauit. Quæ cum ita ſint, illud potius optare omnes debemus, vt hiſtoriam populi Romani, quam ille ab vrbe condita vſq; ad tempora Alexandri multis voluminibus eſt cõplexus, integrã aliquando inuenire & ſaluam poſſimus. Quæ tamen ipſa fortaſſe nobis videretur prolixior, non aliter quam IOANNI XIPHILINO, qui eius Epitomen confecit. Hic enim, cum eſſet Ioannis Xiphilini Patriarchæ Cõſtantinopolitani nepos, Michaelis Imperatoris tẽporibus; videretq; fortaſſe hiſtoriam Dionis, qui annis circiter CCCC ante ſcripſerat, negligi, quod multis longiſſima eſſe videretur; hanc eius Epitomen fecit. An autem idem fecerit in ſuperiorib. libris Dionis, qui pertinebãt ad id tempus quo reſpublica populi Romani in nullius viri deuenerat poteſtatem, an a Pompeio initium ſumpſerit, vt nunc habemus, mihi quidẽ non conſtat. In hoc autẽ maxime probandus eſt Xiphilinus, quod, cum hanc Epitomen ſcriberet, atque ea quæ nimia eſſe videbantur, reſecaret, in ceteris, a verbis quibus Dion vſus fuerat, non diſceſſit: pauca enim adiecit de ſuo; vt Dionem ipſum magna ex parte, non Xiphilinum loquũ putes. Itaq; cum Xiphilinus hanc fidem Dioni in Græco ſermone præſtiterit, mihi fuit elaborandum, vt, cuius verba latine totidem verbis interpretari non poteram, ab eius ſententia nuſquam diſcederem. In primis autem illud egi, quoad facere potui, vt eſſet in hac Epitome Latina ſermo non ille quidem ornatus, ſed tamen non abiectus; ne Græcam, ad intelligentiam hiſtoriæ, magnopere deſiderares. quod pleriſque video interpretibus contigiſſe, qui, dum religioni verborum ſeruiunt, vt Latina ad verbum de Græcis exprimant, ipſi Latine ſine Græco intelligi non poſſunt. Habet enim vnuſquiſq; ſermo propria multa, quæ ſi quis velit, ita vt ſunt, in aliũ transferre ſermonem, obſcurus iis qui nõ habent vtriuſq; linguæ ſcientiam, & inſolens in verbis ac odioſus ſit neceſſe eſt. Nam (vt exempli cauſa dicam) ſi, quod Græci dicũt factum eſſe πρώτῃ ἡμέρᾳ Ποσειδεῶνος, id ego nõ dicam Latine *Calendis Decembris* eſſe factum, ſed velim Græcos imitatus, *primo die Decembris* interpretari, videbor omnino Latini ſermonis ignarus atq; inſolens eſſe. Cum igitur ſint multa eiuſdem generis, numquam putaui in hoc libro interpretando, ſi dicat Dion dediſſe Imperatorem πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας δραχμῶν, Latine me poſſe dicere XXV *myriadas drachmarum*, aut CCL *milia drachmarum*; ſed potius *aureorum decem milia*; cõmuni conſuetudine ſermonis Latini. Nam cum ipſe Dion teſtis ſit, in aureo eſſe drachmas XXV, & conſtet ex multis iuris conſultorum reſponſis, aureos in numeranda ſumma pecuniæ maxime in vſu fuiſſe illis quidem temporibus, pro *centum drachmis* mihi dicendum eſſe *quattuor aureos* putaui. Itemque in itineribus non dixi abeſſe aliquem ab vrbe *ſtadia* CCCC, ſed *paſſuum quinquaginta milia*; cõplexus videlicet *octo ſtadia in ſingulis milibus paſſuum*; ne ab vſu Latini ſermonĩs diſcederem. Nam ſi Dion, cũ de rebus Romanis ſcriberet Græcis hominibus, ipſe Græco more locutus eſt, dixitque drachmas & ſtadia, quo Græci facilius intelligerent; cur mihi de iiſdem rębus Romanis tractanti, non liceret Romano more dicere, ſane nõ videbam. Et quamquam tibi, Georgi eruditiſſime, hanc rationem meam probari certo ſcio; tamẽ, vt ſatisfacerem omnibus, ſi forte hic liber perueniret in manus hominum, vtrumque ſemper in margine adſcribendum curaui. Præterea, vt nihil omnino prætermittam quod dubitationem afferre queat, quoties dicetur ab eodem Dione, vel Xiphilino, θέατρον κυνηγετικὸν, id eſt *theatrum venatorium*, ego *Amphitheatrum* ponere malui, propterea quod, vt idem Dion auctor eſt, ita proprio nomine appellatum eſt illud in quo venationes fiebant, quod ſedes abſque ſcena vndequaque haberet. Reliquum eſt vt, cum omnia quæ ad hunc Xiphilinum tuum pertinent, cognoueris; nunc, quales fuerint oppreſſa republica principes populi Romani, mecum recognoſcas. Multa vero hic inuenies, quæ aut non ſunt tractata ab aliis ſcriptoribus, aut non tam late fuſeque explicata; &, quod mihi videtur eſſe maximũ, omnia vtilia, vt in Epitome, atque neceſſaria; ſcilicet inanibus rebus amputatis & circumciſis. Nec ego nunc poſtulo vt tu hanc tralationem meam in lucem proferas: nondum enim talis eſt: tamen, cum ornatior erit & limatior, ſi, vt tibi conſecrata eſt, ita apparebit in tuo nomine, non recuſo. Illud peto, vt eam in tuam fidem recipias, meque perpetuo pro tua ſumma humanitate ames, & habeas in tuis.

Vale. Romæ VII Cal. Martias, MDL.

ΕΠΙΤΟ-

ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΗΣ ΔΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΝΙΚΑΕΩΣ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ἹΣΤΟΡΙΑΣ, ἣν συνέτεμεν Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνος, περιέχουσα μοναρχίας Καισάρων εἰκοσιπέντε, ἀπὸ Πομπηΐου Μάγνου μέχρις Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας.

[ΓΝΑΙΟΣ ΠΟΜΠΗΙΟΣ ὁ ἐπικαλούμενος Μάγνος.]

[Ἐκ τοῦ λέ τῶν Δίωνος βιβλίων.]

Κληρουμένων δὴ τῶν ὑπάτων, Ὀρτήσιος τὸν πρὸς Κρῆτας ἔλαχε πόλεμον· ἀλλ' ἐκεῖνος [μὲν] ὑπό τε τῆς ἐν τῷ ἄστει φιλοχωρίας καὶ ὑπὸ τῶν δικαστηρίων, ἐν οἷς πλεῖστον τῶν κατ' αὐτὸν ἀνθρώπων μετά γε τὸν Κικέρωνα ἠδυνήθη, τῷ τε συνάρχοντι τὴν *στρατείαν ἐθελοντὴς ἐξέστη, καὶ αὐτὸς κατὰ χώραν ἔμεινεν. Ὁ δὲ δὴ Μέτελλος, ἐστείλατό τε εἰς Κρήτην, καὶ τὴν νῆσον ἅπασαν ἐχειρώσατο. μετὰ τοῦτο, καίτοι πρὸς τοῦ Πομπηΐου τοῦ Μάγνου ἤδη τῆς θαλάσσης ξυμπάσης ἄρχοντος, καὶ τῆς ἠπείρου ὅσον ἡμερῶν ἀπὸ θαλάσσης τριῶν, ἐμποδιζόμενός τε καὶ κωλυόμενος, ὡς αὐτῷ προσηκουσῶν καὶ τῶν νήσων, ἀλλ' ὅμως καὶ ἄκοντος Πομπηΐου τῷ Κρητικῷ πολέμῳ τέλος ὁ Μέτελλος ἐπιθείς, θρίαμβόν τε ἀπ' αὐτοῦ κατήγαγε, καὶ Κρητικὸς ἐπεκλήθη. Λούκουλλος δὲ Λεύκιος, κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους, τοὺς τῆς Ἀσίας δυνάστας Μιθριδάτην τε καὶ Τιγράνην τὸν Ἀρμένιον πολέμῳ νικήσας, καὶ φυγομαχεῖν ἀναγκάσας, τὰ Τιγρανόκερτα ἐπολιόρκει· καὶ αὐτὸν οἱ βάρβαροι τῇ τε τοξείᾳ καὶ τῇ νάφθᾳ κατὰ τῶν μηχανῶν χεομένῃ δεινῶς ἐκάκωσαν. ἀσφαλτῶδες δὲ τὸ φάρμακον τοῦτο, καὶ διάπυρον οὕτως, ὥσθ' ὅσοις ἂν προσμίξῃ, πάντως αὐτὰ καταχαίειν· οὐδ' ἀποσβέννυται ὑπ' οὐθενὸς [ὑγροῦ ῥᾳδίως.] ἐκ τούτου δὲ ὁ Τιγράνης ἀναθαρρήσας, τοσαύτῃ χειρὶ στρατοῦ ἤλασεν, ὥστε καὶ τῶν Ῥωμαίων τῶν ἐκεῖσε παρόντων καταγελάσαι. λέγεται [δ'] οὖν εἰπεῖν, [ὡς] εἰ μὲν πολεμήσοντες ἥκοιεν, ὀλίγοι· εἰ δὲ πρεσβεύσοντες, πολλοὶ παρεῖεν. οὐ μέντοι καὶ ἐπὶ πολὺ *ἥσθη, ἀλλ' εὐθὺς ἐξέμαθεν ὅσον ἥ τε ἀρετὴ καὶ ἡ τέχνη παντὸς ὁμίλου κρατεῖ. φυγόντος δὲ αὐτοῦ, τὴν τιάραν τό τε διάδημα τὸ περὶ αὐτὴν εὑρόντες οἱ στρατιῶται, τῷ Λουκούλλῳ *ἔδοσαν. δείσας γὰρ μὴ γνωσθεὶς ἀπ' αὐτῶν ἁλῷ, περιεσπάσατο αὐτὰ καὶ ἀπέρριψεν. Ἑλὼν δὲ τὰ Τιγρανόκερτα μετὰ τοῦτο,

EPITOME ROMANÆ HISTORIÆ DIONIS NICÆI,

de vigintiquinque Imperatoribus Romanis, a Pompeio Magno, vſque ad Alexandrum Mamææ filium: Ioanne Xiphilino auctore, & Guilielmo Blanco Albienſi interprete: quæ verſio diligenter eſt, quibus in locis oportuit, a Guilielmo Xylandro caſtigata.

CN. POMPEIVS MAGNVS.

E Dionis libro XXXV.

CVM Conſules ſortirentur, Hortenſio, vt bellũ gereret cum Cretenſibus, obuenit. Sed is vrbe delectatus, & foro, in quo primum locum poſt Ciceronem obtinebat, collegæ vltro exercitum ceſſit; ipſe in vrbe remanſit. Metellus ergo in Cretam *miſſus, totam inſulam cepit: deinde, etſi impediebatur a Pompeio Magno, qui p id tempus habebat totius maris imperium, & continentis, quæ nõ abeſſet a mari longius itinere trium dierum, tamquam inſulæ ad ipſum quoque ſpectarent; tamẽ eo inuito bellum Cretenſe confecit; de quo triumphauit, & Creticus cognominatus eſt. Iiſdem temporibus L. Lucullus, cũ Mithridatem, Tigranemq; Armenium, reges Aſiæ, bello ſuperaſſet, & terga vertere coegiſſet, Tigranocerta obſidebat. Sed eum grauibus incommodis affecere barbari, non ſolum coniectis telis, ſed etiam naphtha, quam tormentis quibuſdam emittebant. Eſt autem naphtha ex genere bituminis, vſque adeo ardens, vt omnia, quibus adhæreſcit, prorſus exurat, nec vlla re humida facile reſtinguatur. Qua re Tigranes confiſus, propere cum tantis copiis venit, vt Romanos, qui tum aderant præſentes, irriſerit. Itaque dixiſſe fertur, eos, ſi quidem ad bellum gerendum veniſſent, perpaucos eſſe: ſi vero vt legatione fungerentur, permultos. Neque tamen diuturna affectus eſt voluptate. ſtatim enim intellexit, quantum virtus & ars multitudini antecellat. Cũ profugiſſet, milites inuentã eius tiaram vittasq; L. Lucullo dederunt. Tigranes enim, metuẽs ne ex iis agnitus caperetur, ea ſibi detraxerat atq; abiecerat. Captis Tigranocer-

tis omnia diripuit, mulieribus ab iniuria militum cõſeruatis. quo facto earum viros, qui cum Tigrane fugiebant, ſibi deuinxit. Pacoro Parthorum regi, quod intellexerat eum Tigrani eſſe auxiliaturum, per litteras minatus eſt. Sed is nec populi Romani amicus fuit, nec Armenio auxilia miſit. Lucullus quoque Niſibin, quod erat oppidum Tigranis, cepit. Ceterum etſi Lucullus fuit rei militaris peritiſſimus, qui primus e ciuibus Romanis Taurum montem tranſiit belli gerendi cauſſa, qui duos potentiſſimos reges bello vicit, quique in Aſia longiſſime progreſſus eſt: tamen *infidis ad omnia militibus eſt vſus; a quibus etiam ad extremum deſertus eſt. Multa enim ipſis imperabat, parum erat affabilis, in primis acer *in rerum geſtarum rationibus repoſcendis, inexorabilis in ſuppliciis: neſciebat aut molli oratione placare, aut muneribus ſibi conciliare. Cuius rei argumento eſt, quod Pompeius, cum eoſdem milites poſtea recepiſſet, eos ne minimum quidem ſeditioſos habuit. TANTVM homo homini præſtat.

τὰ μὲν ἄλλα διήρπασε, τὰς δὲ γυναῖκας ἀνυβρίστους ἐφύλαξεν· ὅθεν αὐτῷ καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐκείνων τοὺς μετὰ Τιγράνου φεύγοντας προσεποίησε. ἐπεὶ δὲ Πακόρῳ τῷ Παρθυαίων βασιλεῖ, μαθὼν αὐτὸν τῷ Τιγράνῃ μέλλειν βοηθήσειν, διὰ γραμμάτων ἠπείλησε· καὶ ὃς, οὔτε Ῥωμαίοις φίλος ἐγένετο, καὶ τῷ Ἀρμενίῳ βοήθειαν οὐκ ἀπέστειλεν. ὁ δὲ Λούκουλλος καὶ τὴν Νίσιβιν ἐχειρώσατο, τοῦ Τιγράνου ταύτην οὖσαν. ἀλλ' ὅμως, καίτοι στρατηγικώτατος ἀνδρῶν ὁ Λούκουλλος γενόμενος, καὶ πρῶτος Ῥωμαίων τὸν Ταῦρον διαβὰς ἐπὶ πολέμῳ, καὶ δύο βασιλέων μεγίστων κρατήσας, τῆς τε Ἀσίας ἐπὶ μήκιστον προσελθὼν, ἀπίστοισιν ὕστερον πρὸς πάντα τοῖς στρατιώταις ἐχρήσατο· καὶ τέλος εἶτα κατέλιπον αὐτόν. πολλά τε γὰρ σφίσι προσέταττε, καὶ δυσπρόσοδος ἀκριβής τε ἐν ταῖς τῶν ἔργων ἀπαιτήσεσι, καὶ ἀπαραίτητος ἐν ταῖς τιμωρίαις ὤν, οὐκ ἠπίστατο οὔτε λόγοις ἐπιεικέσι προσαγαγέσθαι, οὔτε χρημάτων δόσει προσεταιρίσασθαι. τεκμήριον δὲ καὶ γὰρ τοὺς αὐτοὺς τούτους στρατιώτας ὁ Πομπήιος λαβὼν, οὐδ' ὁπωσοῦν στασιάζοντας ἔσχε. τοσοῦτον ἀνὴρ ἀνδρὸς διαφέρει.

E Dionis libro XXXVI.

[Ἐκ τοῦ λϛ' τῶν Δίωνος βιβλίων.]

Eodem tempore Romani bellum cum piratis geſſerunt: quo bello non minus quam vllo alio ſunt conturbati. Nam piratarum multitudo in mari exorta, iamque (quia populus Romanus in bellis gerendis occupabatur) ſecuritatẽ nacta, ac ſupra modum aucta, non ſolum mare quam plurimis damnis claſſe vexabat, ſed etiam continentem; in quam ingreſſa, vicos exurebat, atque vrbes depopulabatur. Poſtremo, quia propter eos mercatorum nauigatio conquieſcebat, in multis ciuitatibus, ſed Romæ præſertim, ingens fames fuit. Nã piratæ ad Oſtiam vſque nauigabant, naues exurebant; poſtremo cuncta rapinis vaſtabant. Contra hos populus Romanus claſſem cõparat: huic claſſi Pompeium præficit; eumque ſummum imperatorem deligit in triennium, contra voluntatem Senatus. Plebs, intellecta Patrum voluntate, qui grauiter iis qui Pompeium delegiſſent, ſuccenſebãt, in eos, dum adhuc ſederent, impetum facit: eosque, niſi de loco abiiſſent, oppreſſiſſet. Pompeius id imperium ficto ſermone deprecabatur; cuius tamen eum auidum eſſe conſtabat.

Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ ὁ πειρατικὸς πόλεμος ἐπολεμήθη Ῥωμαίοις, οὐδενὸς ἔλαττον καταπλήξας αὐτούς. τὸ γὰρ καταποντιστῶν φῦλον, ἐπιπολάσαν ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ διὰ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις τῶν Ῥωμαίων ἀσχολίαν, ἀδείας ἐπειλημμένον, καὶ προσφυῶς *αὐξηθὲν νεῶν καὶ στόλων, κακῶν μυρίων, οὐ τὴν θάλασσαν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τὴν ἤπειρον, ἀποβαίνοντες ἐς αὐτὴν, καὶ κώμας καταφλέγοντες, καὶ πόλεις διαρπάζοντες, πεπλήρωκε· καὶ τέλος, ἄπλοιαν ἐμπόροις τὴν θάλασσαν ἐργασάμενον, ἐξαίσιον ταῖς πόλεσι καὶ μάλιστα τῇ Ῥώμῃ λιμὸν ἐμπεποιήκει. καὶ ἐς αὐτὰ γὰρ τὰ *Ὤστια ἐσέπλεον, καὶ τάς τε ναῦς ἔκαιον, καὶ πάνθ' ἥρπαζον. κατὰ τούτων οὖν οἱ Ῥωμαῖοι στόλον ἐξέπεμψαν, ναύαρχον ἑλόμενοι τὸν Πομπήιον, καὶ στρατηγὸν αὐτοκράτορα, παρὰ γνώμην τῆς συγκλήτου, τρισὶν ἔτεσιν ἄρξοντα καταστήσαντες. μαθόντες γὰρ οἱ πολλοὶ τὴν τῶν βουλευτῶν γνώμην, τοῖς ταῦτα εἰσηγησαμένοις δεινῶς ὠργισμένων, ἐπὶ τοὺς *συγκαθημένους ἐφώρμησαν· καὶ εἴ γε μὴ ἐκκεχωρήκεσαν, πάντως ἂν αὐτοὺς διεφθάρκεσαν. τοῦ Πομπηίου παραιτήσει μὲν τῆς ἀρχῆς ἐπιπλάστῳ κεχρημένου, σπουδαρχίᾳ δὲ οὐδένα λανθάνοντι προσκειμένου.

ὅτε καὶ

ὅτι καὶ Ῥώσκιος, τὴν τοῦ δήμου σπουδὴν βλέπων, φθέγξασθαι μὲν οὐδὲν ἐτόλμησε, τῇ δὲ χειρὶ ἀνατείνων, δύο ἄνδρας ἐκέλευε σφᾶς ἑλέσθαι, ὅπως ἔν γε τούτῳ τῆς δυναστείας τι τοῦ Πομπηΐου παρατέμοιτο. Ταῦτ' οὖν αὐτοῦ χειρονομοῦντος, ὁ ὅμιλος μέγα καὶ ἀπειλητικὸν ἀνέκραγεν, ὥστε κόρακά τινα ὑπερπετόμενον σφῶν ἐκπλαγῆναι, καὶ πεσεῖν ὥσπερ ἐμβροντηθέντα. Κάτλου δέ τινος τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν εἰρηκότος πρὸς τὸν δῆμον, Ἐὰν ἐπὶ ταῦτα ἐκπεμφθεὶς *σφαλῇ, (οἷα ἔν τε ἀγῶσι πολλοῖς καὶ τούτοις θαλαττίοις φιλεῖ γίνεσθαι) *τίνα αὐτ' αὐτοῦ πρὸς τὰ ἀναγκαιότερα εὑρήσετε; ὁ ὅμιλος σύμπας, ὥσπερ ἀπὸ συγκειμένου τινὸς, ἀνεβόησεν εἰπὼν, Σέ. καὶ οὕτω Πομπήϊος τὴν ἡγεμονίαν τῆς θαλάττης, τῶν τε νήσων, καὶ τῆς ἠπείρου, ἐς τετρακοσίους σταδίους ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἄνω εἴληφε· ὑποστρατήγους τε πέντε καὶ δέκα, καὶ τὰς ναῦς ἁπάσας. καὶ ταῦτα καὶ ἡ γερουσία καὶ ἄκουσα ἐπεκύρωσεν. ἑλὼν δὲ τοὺς πειρατὰς, τά τε ἄλλα αὐτῶν ἐπεμελεῖτο, καὶ ὅπως μηδ' αὖθις ποτὲ εἰς ἀνάγκην πονηρῶν ἔργων ὑπὸ πενίας ἀφίκωνται· καὶ χώρας σφίσιν, ὅσας ἐρήμους ἑώρα, καὶ πόλεις ὅσαι ἐποίκων ἐδέοντο, ἐδίδου. καὶ ἄλλαι τε ἐκ τούτων συνῳκίσθησαν, καὶ ἡ Πομπηΐου πόλις ἐπικληθεῖσα. ἔστι δὲ ἐν τῇ Κιλικίᾳ τῇ παραθαλασσίῳ καὶ ἐπεπόρθητο ὑπὸ τοῦ Τιγράνου, Σόλοι πρότερον ὠνομασμένη. καλὰ μὲν οὖν ταῦτα καὶ φιλάνθρωπα τοῦ Πομπηΐου. Μετὰ δὲ ταῦτα τὴν τοῦ Λουκούλλου διεδέξατο στρατηγίαν, τῶν μὲν δυνατῶν ἐναντιωθέντων αὐτῷ καὶ πρὸς τοῦτο, τοῦ δὲ δήμου σπουδάσαντος· καὶ Καίσαρος αὐτῷ καὶ Κικέρωνος συναιρομένων καὶ συμπραττόντων. ὁ μὲν, ὅτι τὸν ὄχλον ἐξ ἀρχῆς ὑφεῖρπε καὶ ἐθεράπευε· ὁ δ', ὅτι ἐπημφοτέριζε τὰ πολλὰ, καὶ ποτὲ μὲν τῷ δήμῳ, ποτὲ δὲ τῇ γερουσίᾳ προσετίθετο. τήν τε γὰρ *πολιτείαν ἄγειν ἠξίου, καὶ ἐνεδείκνυτο καὶ τῷ πλήθει καὶ τοῖς δυνατοῖς, ὅτι ὁποτέροις ἂν σφῶν *προσθῆται, πάντως αὐτοὺς *ἐπαυξήσει· καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτόμολος ὠνομάζετο. Ὁ δ' οὖν Πομπήϊος εἰς τὴν Ἀσίαν στρατεύσας, τὸν Μιθριδάτην νυκτομαχίᾳ ἐνίκησε. νυκτὸς γὰρ ἀσελήνου ἐπιθέμενος αὐτῷ φυγομαχεῖν εἰωθότι, ἔν τινι χωρίῳ κοίλῳ μεταξὺ γηλόφων ὄντι, τὸ στράτευμα ἐπὶ τὰ μετέωρα ἀνεβίβασε· καὶ πρῶτον μὲν οἱ σαλπικταὶ πάντες ἅμα τὸ πολεμικὸν ἀπὸ συνθήματος ἐσήμηναν· ἔπειτα δὲ οἵ τε στρατιῶται, καὶ ὁ λοιπὸς ὄχλος ἅπας ἐπηλάλαξε· καὶ οἱ μὲν τὰ δόρατα πρὸς τὰς ἀσπίδας, οἱ δὲ καὶ λίθους πρὸς τὰ χαλκᾶ σκεύη προσέκρουσαν· καὶ σφῶν τὴν ἠχὴν τὰ ὄρη, κοῖλα ὄντα, καὶ ὑπεδέξατο καὶ ἀντεπέδωκε φρικωδεστάτην· ὥστε τοὺς βαρβάρους

Roſcius, perſpecto plebis ſtudio, non audebat ſententiã dicere: tamen porrecta manu iubebat vt duos viros deligerent: vt hac via diminueretur aliquid de Pompeii poteſtate. Dũ hæc manu ſignificat, turba vſq; adeo graues ac minaces clamores tollit, vt coruus, qui tũ forte ſuperuolabat, 'quaſi fulmine cõſternatus ceciderit. Cumque Catulus, vnus ex optimatibus, ita populum rogaret: *Si Pompeius*, inquit, **ad certa pericula, qualia in certaminibus, præſertim maritimis, euenire ſolent, miſſus fuerit; quem virum ad res magis neceſſarias in eius locum ſufficietis?* vniuerſa multitudo *vna voce conclamauit, *Te.* Itaque Pompeius imperium maris, inſularum, & continentis, ad *quinquaginta milia paſſuum *a ſupero mari accipit: accipit præterea legatos quindecim, ac naues omnes. id Senatus inuitus confirmat. Parta victoria ex piratis, eorum magnam curam gerit, tũ in primis, ne rurſum inopia coacti, eiuſmodi ſcelera committant. quæ loca deſerta eſſe videt, eis diſtribuit: præterea vrbes dat, quæ hominibus ad habitandum egerent. Igitur ab iſtis cum aliæ multæ habitatæ ſunt, tum ea quæ *Pompeiopolis* eſt appellata. eſt autem vrbs in Cilicia maritima, quã Tigranes depopulatus fuerat: ea *Soli* antea dicta eſt. Præclara certe ſunt hæc Pompeii facta, & plena humanitatis. Poſt hæc Lucullo ſuccedit: quamquam optimates etiam in hac cauſa ei reſiſtunt: ſed plebs ei fauet, Cæſar Ciceroq; opitulantur, & cauſam eius agunt. Id propterea faciunt, quod alter eorum plebem iam inde a principio ſequebatur & colebat: alter, vtriuſque, modo plebis, modo Senatus partes ſuſtinebat, 'principatum in Republica affectans: tũ oſtendebat, ſiue cum plebe, ſiue cum patribus ſe coniungeret, omnino ſe vtriſque profuturum: ex quo tamen trãſfuga eſſe dicebatur. Igitur Pompeius, ducto in Aſiam exercitu, Mithridatem nocturno prœlio ſuperat. Eum enim, quia pugnam detrectare cõſueuerat, in valle collibus circumdata, nocte obſcura inuadit, exercitu in locis ſuperiorib. collocato. Hic tubicines ſimul omnes ſignum canere cœperunt: mox milites, ceteraq; multitudo, ingentem clamorem edere: pars ſcuta haſtis, pars arma ex ære lapidibus percutere: huiuſmodi ſonitum concaui montes recipere, receptumque reddere multo horribiliorem: vt eo barbari

ſtadia cccc.

vehementer perterriti ſint. Romani primum ſagittis teliſq; prœliabantur: conſumptis telis omnibus, in eos irruerunt. Qui erant ad alas, cædebantur: iiſq;, quod magna ex parte eſſent leuis armaturæ, vnum ad necem vulnus ſatis erat. qui in ipſa acie conſiſtebant, premebantur; propterea quod ii qui in alis erant, eo præ timore perfugiebant. Itaq; barbari neq; ſibi auxilio eſſe, neque in hoſtes quidquam moliri poterant. Mithridates cũ paucis in Colchidem profugit: inde ad Mæotidem & Bosphorum peruenit; atque in ea regione, interfecto per inſidias Machare filio, qui Romanis fauebat, regnauit. Pompeius vrbem ædificat in agro in quo ſibi victoriam peperit: in eaq; ſaucios milites, & eos qui iam per ætatẽ bellum gerere non poſſent, habitare iubet. Hi iam *Nicopolitæ* appellati, *legib. Cappadocum vtuntur. His rebus geſtis, poſtquam tranſiiſſet Araxem fluuium, Artaxata oppidum cepit, Tigrane eius oppidi, ſuiq; ipſius deditionem faciente. Is cũ in caſtra Põpeii eques veniret, Pompeius eum ex equo deſcendere per lictorem iuſſit. Sed cum eum videret ingreſſum, proiecto diademate ad terram accidiſſe, & adorare ſe, miſericordia commotus acceſſit, hominẽ erigit, diademate coronat, in proxima ſede collocat: deniq; cõſolatur cum aliis verbis, tum inprimis quòd diceret eum non ſolum regnum Armeniorum non amiſiſſe, ſed etiã veniſſe in amicitiam populi Romani. Ipſe in regione Tanaitide ad Cyrnum fluuium exercitu in tres partes diuiſo hiemauit: ibi bello vicit Albanos, a quibus contemnebatur: quo in bello maximus eorum numerus trucidatus fuit.

E Dionis libro XXXVII.

Eodemq; modo Ibéros, qui Caucaſum incolunt, tractauit. Phraate Parthorum rege, qui antè amicitiam per litteras confirmauerat, inſolentius vſus eſt, incuſſitque timorem, ſe etiam ei bellum illaturum. Is ad Pompeium reſcribit, eumque grauiter accuſat, ac crimina nonnulla populo Romano obiicit. Quamobrem Pompeius affectus pudore, & obſtupefactus, conſilio deſtitit. Itaque neque Tigrani, cui Parthi bellum inferebant, auxiliatus eſt, nec amplius contra Phraatem quidquam hoſtiliter admiſit: ambobus tamen tres arbitros dedit, à quibus eorum diſſi-

δεινῶς ἐκπλαγῆναι. καὶ πρῶτον μὲν οἱ Ῥωμαῖοι ἠκόντιζον καὶ ἐτόξευον ἐς αὐτούς· ἐπεὶ δὲ ἐξαναλώσαντες τὴν πόρρωθεν ἀλκὴν, ἐπέδραμον σφίσιν, ἐφονεύετο μὲν τὰ *περιέσχατα, καὶ ἐξήρκει πρὸς θάνατον αὐτοῖς μία πληγὴ, ἅτε καὶ ψιλοῖς οὖσι τοῖς πλείοσι. συνεπιέζετο δὲ τὰ μέσα, πάντων *ὑπ' αὐτὰ ὑπὸ τοῦ πέριξ δέους χωρούντων. οὐδ' εἶχον οἱ βάρβαροι οὔτε ἑαυτοῖς ἐπαρκέσαι, οὔτε ἐς τοὺς πολεμίους τολμῆσαι. Μιθριδάτης δὲ σὺν ὀλίγοις φυγὼν, ἐς τὴν Κολχίδα ἀπετράπετο, καὶ ἐκεῖθεν πρός τε τὴν Μαιῶτιν καὶ πρὸς τὸν Βόσπορον ἀφίκετο· κἀνταῦθα τὸν Μαχάρην τὸν παῖδα τὸν τὰ Ῥωμαίων ἑλόμενον δολοφονήσας, ἦρχε τῆς χώρας. Πομπήιος δὲ, καθ' ὃ *ἐνενικήκει χωρίον, πόλιν κτίσας, τούς τε τραυματίας καὶ τοὺς ἀφηλικεστέρους τῶν στρατιωτῶν συνῴκισεν ἐν αὐτῇ· καὶ εἰσὶ νῦν Νικοπολῖται ὠνομασμένοι, καὶ εἰς τὸν Καππαδοκικὸν *νομὸν συντελοῦντες. Μετὰ δὲ ταῦτα διαβὰς τὸν Ἀράξην ποταμὸν, τήν τε πόλιν τὰ Ἀρτάξατα παρέλαβε, δόντος αὐτοῦ τοῦ Τιγράνου· καὶ τοῦτον αὐτὸν, προσχωρήσαντά οἱ, ἐπεὶ καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον *ὡς ἐσιὼν ἔφιππος ἤλαυνε, τοῦ μὲν ἵππου, ῥαβδοῦχον στείλας, καταβῆναι πεποίηκεν· εἰσελθόντα δὲ αὐτοποδίᾳ, καὶ τό τε διάδημα ἀπορρίψαντα, καὶ ἐς τὴν γῆν πεσόντα, προσκυνοῦντά τε αὐτὸν ἰδὼν, ἠλέησε· καὶ ἀναπηδήσας, ἐξανέστησέ τε αὐτὸν, καὶ ταινιώσας τῷ διαδήματι, εἴς τε τὴν πλησίον ἕδραν ἐκάθισε, καὶ παρεμυθήσατο, εἰπὼν ἄλλα τε, καὶ ὅτι οὐ τὴν Ἀρμενίων βασιλείαν ἀπολωλεκὼς, ἀλλὰ καὶ τὴν Ῥωμαίων φιλίαν προσειληφὼς εἴη. Καὶ αὐτὸς ἔν τε τῇ χώρᾳ τῇ Ταναΐτιδι, καὶ πρὸς τῷ ποταμῷ τῷ Κύρνῳ, τριχῇ νείμας τὸν στρατὸν, παρεχείμασε, καὶ τοὺς Ἀλβανοὺς ἐνταῦθα καταφρονήσαντας αὐτοῦ, μάχῃ ἐνίκησε, καὶ πλείστους αὐτῶν ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέκτεινε.

[Ἐκ τοῦ λζ' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Τὰ ὅμοια δὲ καὶ περὶ τοὺς ὑπὸ τὸν Καύκασον Ἴβηρας διεπράξατο. Τῷ δὲ Φραάτῃ τῷ βασιλεῖ τῶν Πάρθων, φιλικὰ πρότερον γράψαντι, ὑπερηφανώτερον προσηνέχθη, καὶ δέος παρέσχεν ὡς καὶ αὐτῷ πολεμήσων. ὡς δὴ ἐκεῖνος πρέσβεις τε αὖθις πρὸς αὐτὸν *ἐπέστειλε, καὶ πολλὰ μὲν ἐκείνου κατηγόρησε, πολλὰ δὲ καὶ ἐς τοὺς Ῥωμαίους ὑπεσήμηνεν, ᾐσχύνθη καὶ κατεπλάγη· οὔκουν οὔτε τῷ Τιγράνῃ ἐπεκούρησεν ὑπὸ τῶν Πάρθων πολεμουμένῳ, οὔτε πρὸς τὸν Φραάτην πολέμιόν τι ἔτ' ἐπράξατο. διαιτητὰς μέντοι ἔπεμψεν ἄνδρας τρεῖς τῶν πρὸς ἀλλήλους διαφορῶν, τῷ

τε Φραάτῃ καὶ τῷ Τιγράνῃ· οἷς ἐκεῖνοι καὶ προσηκάμενοι, πάντα τὰ πρὸς ἀλλήλους ἐγκλήματα διελύσαντο. Ὑποστρέψας δὲ ἐξ Ἀρμενίας, καὶ τοῖς βασιλεῦσι καὶ τοῖς δυνάσταις τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, διαιτήσας καὶ *χρηματίσας, καὶ τοῖς μὲν τὰς βασιλείας βεβαιώσας, τοῖς δὲ τὰς δυναστείας ἐπαυξήσας, τῶν δὲ καὶ τὰς ὑπεροχὰς *κολούσας καὶ ταπεινώσας, τήν τε κοίλην Συρίαν καὶ τὴν Φοινίκην ἄρτι γε βασιλέων ἀπηλλαγμένας, καὶ ὑπό τε τῶν Ἀρραβίων καὶ ὑπὸ τοῦ Τιγράνου κεκακωμένας, συνεστήσατο. ἐτόλμησε μὲν γὰρ ὁ Ἀντίοχος ἀπαιτῆσαι αὐτάς· οὐκ ἀπέλαβε δὲ, ἀλλ' ἔς τε ἀρχὴν μίαν συνετάχθησαν, καὶ νόμους ἔλαβον, ὥστε τὸν τῶν Ῥωμαίων τρόπον πολιτεύεσθαι. Ἐν δὲ τούτῳ, καὶ τὸ Μιθριδάτου σῶμα φονευθέντος ὑπὸ Φαρνάκου τοῦ *υἱέος αὐτοῦ, πεμφθὲν αὐτῷ θεασάμενος, αὐτὸ μὲν ἐν τοῖς πατρῴοις ἠρίοις ταφῆναι ἐκέλευσε· τοὺς δὲ Ἀρραβίους ἀκονιτὶ χειρωσάμενος, ἐπὶ τὴν Συρίαν τὴν Παλαιστίνην, ὡς καὶ τὴν Φοινίκην *κακώσαντας, ὥρμησεν. ἦρχον δὲ αὐτῶν Ὑρκανός τε καὶ Ἀριστόβουλος ἀδελφοί, καὶ ἐτύγχανον ὑπὲρ τοῦ τοῦ σφετέρου θεοῦ (ὅστις ποτὲ οὗτός ἐστιν) ἱερωσύνης διαφερόμενοι· οὕτω γὰρ τὴν βασιλείαν σφῶν ὠνόμαζον. τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ῥᾷον προσεποιήσατο· τὸν μὲν [οὖν] Ὑρκανὸν οὐδενὸς λόγου ἀξιώσας, τὸν δὲ Ἀριστόβουλον δήσας, ἐπειδὴ μήτε τὰ χρήματα μήτε τὸ φρούριον παρεδίδου, καίτοι προσιὼν αὐτῷ καὶ ὑποσχόμενος ταῦτα· τὰ [δὲ] Ἱεροσόλυμα πολιορκῶν, πράγματα ἔσχε. καὶ εἴγε μὴ ἐν ταῖς τοῦ Κρόνου ἡμέραις ἀπείχοντο πάντελως ἔργου οἱ Ἰουδαῖοι, οὐκ ἂν εἷλεν αὐτά· νῦν δὲ ἐν τῷ διακένῳ τούτῳ καιρῷ παρέδωκαν τοῖς Ῥωμαίοις τὸ τεῖχος διασεῖσαι. ὁπότε γὰρ ἐκ περιτροπῆς ἐπέλθοιεν αἱ ἡμέραι, προσέβαλλον αὐτῷ ἐλινύουσι· καὶ οὕτως ἑάλωσάν τε ἐν τῇ τοῦ Κρόνου ἡμέρᾳ μηδὲν ἀμυνόμενοι, καὶ πάντα τὰ χρήματα διηρπάσθη· ἥ τε βασιλεία τῷ Ὑρκανῷ παρεδόθη, καὶ ὁ Ἀριστόβουλος *ἀνηνέχθη. ἡ δὲ ἐπίκλησις αὕτη τοῖς Ἰουδαίοις οὐκ οἶδα μὲν ὅθεν ἤρξατο γενέσθαι· φέρεται δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, ὅσοι τὰ νόμιμα αὐτῶν, καίπερ ἀλλοεθνεῖς ὄντες, ζηλοῦσι. καὶ ἔστι καὶ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις τὸ γένος τοῦτο *κολουθὲν πολλάκις, αὐξηθὲν δὲ ἐπὶ πλεῖστον, ὥστε καὶ [ἐς] παρρησίαν τῆς νομίσεως ἐκνικῆσαι. κεχωρίδαται δὲ ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, ἔς τε τὰ ἄλλα τὰ περὶ τὴν δίαιταν πάνθ' ὡς εἰπεῖν, καὶ μάλισθ' ὅτι τῶν μὲν ἄλλων θεῶν οὐδένα τιμῶσιν, ἕνα δέ τινα ἰσχυρῶς σέβουσιν. οὐδ' ἄγαλμα οὐδὲν ἐπ' αὐτοῖς ποτε τοῖς Ἱεροσολύμοις ἔ-

dia componerentur: quibus vtrimq; admiſſis, ipſi omnem inter ſe controuerſiam diremerunt. Reuerſus ex Armenia, cum de rebus omnib. inter reges principesque, qui *ipſum adiuuerant, ius dixiſſet; cumq; aliis regna confirmaſſet, aliorum dominia auxiſſet, aliorum comminuiſſet potētiam, Cœleſyriam & Phœnicen nuper regibus liberatas, atque ab Arabibus & Tigrane vaſtatas, cōiunxit. eas enim Antiochus quamquam eſt auſus repetere, tamen non obtinuit; ſed in idem imperium coniunctæ leges acceperunt, ita vt more populi Romani adminiſtrarentur. Dum hæc aguntur, corpus Mithridatis, a Pharnace filio eius interfecti, ad ipſum perfertur: id conſpectū in monumētis maiorum ſepeliri iubet. Arabibus absq; labore ſubactis, in Syriam Palæſtinā proficiſcitur; quod ii populi Phœnicen populati eſſent. Apud eos regnabāt Hyrcanus & Ariſtobulus fratres, qui de ſui dei (quiſquis ille eſt) ſacerdotio (ſic eorum regnum eſt appellatum) inter ſe diſſidebant. Igitur Pompeius reliquos facilius deuicit. *Sed Hyrcanum nihili facit, Ariſtobulum in vinculis habet, poſtquam is neque pecunias dat, neq; arcem tradit; quorum vtrumq; deditionē faciens promiſerat. Inde Hieroſolyma obſidet: in cuius vrbis obſidione vehemēter laborat. quinetiam niſi Iudæi Saturni diebus otioſi omnino fuiſſent, numquam vrbem cepiſſet: ſed illi, cū dies feſtos agerent, tradebant Romanis murum ad percutiendum: Romani, quoties dies huiuſcemodi rediiſſent, fortiſſime percutiebant. Itaque, cum non reſiſterent ipſo die Saturni, cuncti capti ſunt: dein, omni pecunia direpta, ac regno Hyrcano reddito, *Ariſtobulus captiuus abducitur. Ceterum Iudæis vnde id nomē eſſe cœpit, equidem neſcio: quod nomen tamen latiſſime patet. nam ad ceteros quoque homines ſpectat, qui etſi alterius nationis ſunt, tamen legem eorum imitantur. Fuit hæc gens a Romanis ſæpenumero imminuta: ita tamen creuit, vt *legem ſua libertate vicerit. Iudæi diſtincti ſunt a ceteris gentibus, cum in omnibus fere rebus, quæ ad viuendi ritum pertinent, tum maxime, quod aliorum deos omnes negligunt: vnus quidam eſt, cui ſoli ampliſſimos & maximos honores habent. Simulacrum Hieroſolymis numquam ha-

χον ἄρρητον δὲ δὴ καὶ ἀειδῆ αὐτὸν νομίζοντες εἶναι, περισσότατα ἀνθρώπων θρησκεύουσι· καὶ αὐτῷ νεών τε μέγιστον καὶ περικαλλέστατον, πλὴν καθ' ὅσον ἀχανής τε καὶ ἀνώροφος ἦν, ἐξεποίησαν. καὶ τὴν ἡμέραν τὴν τοῦ Κρόνου καλουμένην ἀνέθεσαν· καὶ ἄλλα τε ἐν αὐτῇ ἰδιώτατα πολλὰ ποιοῦσι, καὶ ἔργου οὐδενὸς σπουδαίου προσάπτονται· καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνον, τίς τέ ἐστι, καὶ ὅθεν οὕτως ἐτιμήθη, ὅπως τε περὶ αὐτὸν ἐπτόηνται, πολλοῖς τε εἴρηται, καὶ οὐδὲν τῇδε τῇ ἱστορίᾳ προσήκει. τὸ δὲ δὴ ἐς τοὺς ἀστέρας τοὺς ἑπτὰ τοὺς πλανήτας ὠνομασμένους, τὰς ἡμέρας ἀνακεῖσθαι, κατέστη μὲν ὑπ' Αἰγυπτίων, πάρεστι δὲ καὶ ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους, οὐ πάλαι ποτὲ, ὡς λόγῳ εἰπεῖν, ἀρξάμενον. οἱ γοῦν ἀρχαῖοι Ἕλληνες οὐδαμῇ αὐτὸ, ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι, ἠπίσταντο. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ πάνυ νῦν τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι, καὶ αὐτοῖς τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιχωριάζει, καὶ ἤδη καὶ τοῦτο σφίσι πάτριον τρόπον τινά ἐστι, βραχύ τι περὶ αὐτοῦ διαλεχθῆναι βούλομαι, πῶς τε καὶ τίνα τρόπον οὕτω προσετάχθη. Ἤκουσα δὲ δύο λόγους, ἄλλως μὲν οὐ χαλεποὺς γνωσθῆναι, θεωρίας δέ τινος ἐχομένους. εἰ γάρ τις τὴν ἁρμονίαν τὴν διὰ τεσσάρων καλουμένην, ἥπερ που καὶ τὸ κῦρος τῆς μουσικῆς συνέχειν πεπίστευται, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀστέρας τούτους, ὑφ' ὧν ὁ πᾶς τοῦ οὐρανοῦ κόσμος διείληπται, κατὰ τὴν τάξιν καθ' ἣν ἕκαστος αὐτῶν περιπορεύεται, ἐπαγάγοι, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ἔξω περιφορᾶς τῆς τῷ Κρόνῳ δεδομένης, ἔπειτα διαλιπὼν δύο τὰς ἐχομένας, τὸν τῆς τετάρτης δεσπότην ὀνομάσειε, καὶ μετ' αὐτὸν, δύο αὖ ἑτέρας ὑπερβὰς, ἐπὶ τὴν ἑβδόμην ἀφίκοιτο, κἀν τῷ αὐτῷ τούτῳ τρόπῳ αὐτάς τε ἐπιὼν, καὶ τοὺς ἐφόρους σφῶν θεοὺς ἀνακυκλῶν, ἐπιλέγοι ταῖς ἡμέραις, εὑρήσει πάσας αὐτὰς μουσικῶς πως τῇ τοῦ οὐρανοῦ διακοσμήσει προσηκούσας. Εἷς μὲν δὴ οὗτος λέγεται λόγος. ἕτερος δὲ, τὰς ὥρας τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρξάμενος ἀριθμεῖν, καὶ ἐκείνην μὲν τῷ Κρόνῳ διδοὺς, τὴν δὲ ἔπειτα τῷ Διῒ, τὴν τρίτην Ἄρει, τετάρτην Ἡλίῳ, πέμπτην Ἀφροδίτῃ, ἕκτην Ἑρμῇ, καὶ ἑβδόμην Σελήνῃ, κατὰ τὴν τάξιν τῶν κύκλων καθ' ἣν οἱ Αἰγύπτιοι αὐτὴν νομίζουσι· καὶ τοῦτο καὶ αὖθις ποιήσας, πάσας οὕτω τὰς τέσσαρας καὶ εἴκοσιν ὥρας περιελθὼν, εὑρήσεις τὴν πρώτην τῆς ἐπιούσης ἡμέρας ὥραν ἐς τὸν Ἥλιον ἀφικνουμένην. καὶ τοῦτο καὶ ἐπ' ἐκείνων τῶν τεσσάρων καὶ εἴκοσιν ὡρῶν κατὰ τὸν αὐτὸν τοῖς πρόσθεν λόγον πράξας, τῇ Σελήνῃ τὴν πρώτην τῆς τρίτης ἡμέρας ὥραν ἀναθήσεις. κἂν οὕτω καὶ διὰ τῶν λοιπῶν πορεύῃ,

buerunt: ſed ei Deo cuius nomē dici non poſſe, quemq; forma vacare arbitrātur, magnifice prçter ceteros homines, religioſeq; ſeruiūt. Huic etiam templum ampliſſimum atq; pulcherrimum, niſi quod vaſtū & ſine tecto erat, ædificauerunt: diemque, qui Saturni nomen habet, conſecrauerunt: cui diei cū alia multa ab illis proprie ſunt attributa, tum id potiſſimum, quod eo die negotia nullo pacto tractant. Hæc ſunt quæ ad hunc deum pertinere videntur. Quis autem ipſe ſit, aut vnde in tanto honore fuerit, & quemadmodum eum colant, cum a multis antea dictum eſt, tum nihil ad præſentem hiſtoriā facit. Quod vero ex ſtellis ſeptem, quæ Grçcis *planetæ*, Latinis *errantes* dicuntur, dies diſpoſiti ſunt: primum eſt ab Ægyptiis conſtitutū, deinde ad reliquas gentes emanauit; nec olim id quidē: (vt ego arbitror) cum id nullo modo fuerit (quod ſciam) a veterib. Græcis intellectum. Sed quoniam his temporib. & ceterarum gētium, & ciuium Romanorum ita proprium eſt, vt in cuiuſq; patria quodam modo natū eſſe videatur, placet de hac re, quēadmodum acciderit, paucis diſſerere. Cuius quidem rei duplex eſt ratio, nec ea difficilis, ſi quis animaduertat diligētius. Nam ſi quis eam harmoniam, quę διὰ τεσσάρων appellata eſt, qua totius muſicæ fundamentum contineri veteres crediderunt, ad eas ſtellas retulerit, quib. vniuerſus cæli ornatus variatus ac diuiſus eſt, & ad eū ordinem quo ſingulæ earum mouētur: deinde ſumpto principio ab extremo orbe Saturni, proximis duob. relictis, quarti orbis principē numerauerit; poſt, duob. aliis prætermiſſis, ad ſeptimum peruenerit; eodemq; modo eaſdem ſtellas, earumq; principes deos percurrendo, ad dies applicauerit, eos omnes inueniet muſica ratione quodam modo cum cæli ornatu conuenire. Atq; hæc quidē ratio ſic ſe habet. Altera eſt huiuſmodi. Horas diei noctiſq; omnes recenſe; ita tamen, vt Saturnus primum locū teneat, alterū Iupiter, Mars tertium, Sol quartum, Venus quintum, Mercurius ſextum, Luna ſeptimū: nam hunc eſſe ordinē orbium, Ægyptii arbitrantur. Id ſi facies, quatuor & viginti horis connumeratis, reperies primam horam diei ſequentis Soli tribui. Rurſum ſi in iiſdem XXIIII horis ſupradicta ratione perges, Lunæ primam horam diei tertii aſſignabis. Poſtremo, ſi reliquos perſequêre,

τὸν

τὸν προσήκοντα ἑαυτῇ θεὸν ἑκάστη ἡμέρα *λήψεται). Ταῦτα μὲν οὖν οὕτω παραδέδοται. τῶν μέντοι Πομπηίῳ πεπραγμένων τὰ μὲν ἄλλα, καίπερ μεγάλα ὄντα, καὶ μηδενὶ τῶν πρόσθεν Ῥωμαίων πραχθέντα, καὶ τῇ τύχῃ καὶ τοῖς *συστρατευσαμένοις αὐτῷ ἀναθείη ἄν τις· ὃ δὲ μέγιστον καὶ κάλλιστον πάντων, ὅτι δυνηθεὶς ἂν ῥᾳδίως τήν τε Ἰταλίαν κατασχεῖν, καὶ μοναρχῆσαι τῆς Ῥώμης διὰ ὑπερβολὴν ἰσχύος, οὐκ ἠβουλήθη· ἀλλ᾽ εὐθὺς ἐπειδὴ τάχιστα ἐς τὸ Βρεντήσιον ἐπεραιώθη, τὰς δυνάμεις πάσας αὐτεπάγγελτος, μήτε τοῦ δήμου μήτε τῆς βουλῆς ψηφισαμένης τι περὶ αὐτῶν, ἀφῆκεν. ἐν δὲ τῇ ἐπινικίῳ πομπείᾳ, τρόπαια μὲν πολλὰ καθ᾽ ἕκαστον τῶν ἔργων καὶ τὸ βραχύτατον ἔπεμψεν, ἓν δὲ μέγα *πολυτελῶς κεκοσμημένον, καὶ γραφὴν ἔχον, ὅτι τῆς οἰκουμένης ἐστί. ¶ Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Καῖσαρ Ἰούλιος καὶ Κάτων Μάρκος ἀνθεῖν ἤρχοντο· Καῖσαρ μέν, δημοκόλαξ ὑπάρχων, καὶ τῷ Πομπηίῳ σπουδάζων, οὐχ ὅτι καὶ ἐφίλει τοῦτον, ἀλλ᾽ ὅτι λεληθότως καθῄρει, προσχωρῶν καθιστῶν τῷ πλήθει τὰς ὑπερβολὰς τῶν τιμῶν· Κάτων δέ, τῷ Πομπηίῳ τὰ πολλὰ ἀντιπίπτων. ἕνα μὲν γὰρ ἀνθρώπων οὐδένα ἐθαύμαζε, τὸ δὲ δὴ κοινὸν ὑπερηγάπα· καὶ πᾶν μὲν τὸ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους πεφυκός, ὑποψίᾳ δυναστείας ἐμίσει, πᾶν δὲ τὸ δημοτικόν, ἐλέῳ τῆς ἀσθενείας ἐφίλει· καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ δικαίου παρρησίαν καὶ μετὰ κινδύνων ἐποιεῖτο. πολλῶν δὲ τῶν ἱστορουμένων παραλελειμμένων (διὰ τὸ λίαν ἀπηρτῆσθαι καὶ ἔκφυλα εἶναι τῶν νῦν καιρῶν, ἄλλως τε καὶ τὸ μηδὲν ἢ καινὸν εἰς ἀκοὴν ἢ χρήσιμον ἔχειν εἰς συγγραφὴν) τοῦτ᾽ εἰρήσθω, ὅτι τῆς τῶν περὶ Κατιλίναν συνωμοσίας, τῆς ἐπ᾽ ὀλέθρῳ τῆς πολιτείας ἐπὶ τῆς Κικέρωνος ὑπατείας, ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Κικέρωνος ἐλεγχθείσης, καὶ τῶν ἑαλωκότων τιμωρηθέντων, Αὖλόν τινα Φούλβιον ἄνδρα βουλευτὴν αὐτὸς ὁ πατὴρ ἀπέσφαξε. Καίσαρι δὲ τῆς Λυσιτανίας ἄρχοντι, καὶ ἀεί τι πρᾶξαι λαμπρὸν γλιχομένῳ, ἵππος τις διφυὰς ἐν τοῖς τῶν προσθίων ποδῶν ὁπλαῖς ἔχων ἐγεννήθη· καὶ ἐκεῖνον μὲν γαυρούμενος ἔφερεν, ἄλλον δὲ ἀναβάτην οὐδένα ἀνεδέχετο· ὥστε καὶ ἐκ τούτου μικρὸν οὐδὲν αὐτὸν προσδοκᾶν.

[Ἐκ τοῦ λη´ τῶν Δίωνος βιβλίων]

Ὑπατευκὼς δὲ μετὰ τὴν τῆς Λυσιτανίας ἀρχήν, καὶ νόμους δημοτικοὺς εἰσηγούμενος, τοὺς μὲν ἄλλους τῇ δεινότητι καὶ τῇ δυνάμει τοῦ λόγου κατέπληττε, καὶ σιγᾶν ἠνάγκαζε· Κάτων δὲ αὐτῷ μόνος ἀντέλεγε. καὶ *ἐμέλλησε μὲν ἐπὶ τούτοις ὁ Καῖσαρ ἐς τὸ δεσμωτήριον

vnuſquiſque dies ſibi proprios deos habebit & accommodatos. Igitur hęc in hunc modum tradita ſunt. Ceterum ex rebus a Pompeio geſtis, magnam partem earũ, etſi pręclaræ ſunt, quas nullus ex veterib. Romanis adæquauit: tamen fortunæ tribuere & militibus fortaſſe aliquis poteſt. Hoc vero omniũ rerum eſt maximũ atq; pulcherrimum, quod cum poſſet totius Italiæ imperio potiri, Romæque propter ampliſſimam potentiã, quam habebat, ſolus regnare: id noluit: ſed ſtatim vt Brunditium venit, exercitũ dimiſit, nihil plebe aut ſenatu de eo decernẽte. Parta victoria, tropæa ſingularũ rerum abs ſe geſtarũ in pompam triumphi miſit: quorum vnũ erat clarum & ornatum in primis, cui aſcriptum erat, orbis terrarum eſſe.

¶ Iiſdẽ temporib. Iulius Cæſar, & M. Cato florere cœperunt. Cæſar, popularis & aſſentator ciuis eſſe, & Pompeio fauere: quẽ tamen nõ diligebat: ſed quoniã ei clam infeſtus erat, propter honorum multitudinẽ in odium plebis trahebat. Cato, ſæpe Pompeio aduerſari: (nã Catoni mortalis nullus admirationi fuit) Rẽpubl. præter ceteros caram habere: eique, quidquid ſupra modum excellebat, odio eſſe, propter ſuſpicionẽ poteſtatis: ſi quid plebeium erat, idcirco quia erat imbecillum, carum eſſe: deniq; de rebus iuſtis etiam periculo imminẽte libero loqui. Porro multis partib. hiſtoriæ prætermiſſis, quę valde ſunt ab his tẽporibus alienæ, præſertim cum noui nihil afferãt, aut vtilitatis: id vnum dicendũ videtur, fuiſſe (patefacta a Cicerone conſule, coniuratione Catilinæ, quæ ad Reipubl. perniciẽ ſpectabat, & cõiuratis omnib. qui capti fuerant, ſupplicio affectis) Aulum quendam Fuluium ſenatorem a patre ſuo interfectum. Cæſari autẽ, facinus aliquod præclarũ facere ſemper cupienti, cum Luſitanię præeſſet, equus fiſſis vngulis anteriorum pedũ, natus eſt. Is equus ferox & elatus, Cæſarem vehebat, ſeſſorem præterea admittebat neminem. Ex eo Cæſar in maximam ſpem venit.

E Dionis libro XXXVIII.

Conſulque cum eſſet, reuerſus ex Luſitania, leges populares tulit. Qua in re perterritis ceteris omnibus, coactisque tacere, vi & grauitate orationis, ei Cato per ſe ſolus obſtitit: quem iam ex ipſa Curia abſtractũ Cæſar

in carcerē erat coniecturus. Sed dum Cato ſe æquo animo deduci patitur, conſequunturq; permulti; (quorum vnus M. Petronius a Cęſare increpatus, quod Senatu nōdum dimiſſo abiret, *Malo*, inquit, *in carcere cum Catone, quam hic eſſe tecum*) pudore affectus, Catonē dimiſit: Ciceroni vero, a quo multis conuitiis fuerat laceſſitus, ne reſpondit quidē: (quippe natura mitis erat, nec admodum iracundus) Clodium tamen in ipſum concitauit, ac per eū, vt Roma exſularet, fecit. Itaq; Ciceronis bona publicata, ædes diſturbatæ, ipſe procul ab vrbe expulſus eſt, *milia paſſuum circiter quadringenta ſeptuaginta. Id quidem in Cæſare fuit, vt qui ipſi negotium facerēt, eos propter magnitudinē animi deſpicere ſimularet, ſed per alios ſine vlla ſuſpitione inimicos vlciſceretur. Ciceronem fugientem in Macedoniam Philiſcus, qui ei iam inde Athenis fuerat familiaris, verbis philoſophicis conſolatus eſt. Sed is non multo tempore poſt, ſtudio & diligentia Pompeii Romam reuertitur. Cæſarem res præclare geſtæ in Gallia, cuius adminiſtrationem in quinquēnium ſortitus fuerat, mirifice extulerunt. Nam etſi barbari multitudine & magnitudine Romanis antecellebant, tamē Romani belli ſcientia atq; armis ſuperiores erant. Quinetiā quę contra ferocem animum & temerarium impetum Gallorum opponeretur, prudentia Cæſaris inuēta eſt. Etenim eos tot prœliis ſuperauerat, tātamq; eorum multitudinem oppreſſerat, vt cum Romani tot gētes, quarum ne nomina quidem antea ſciebant, ab eo debellatas eſſe intelligerent, ob eam rem dies XV (quod ante factum non fuerat) ſacrificauerint.

stadiorum trio milia DCCL.

E Dionis libro XXXIX.

Iiſdem temporib. Ptolemæus rex Ægypti, poſtquam Ægyptii contra eum rebellaſſent, quod ipſis vi magis quam iure imperaret, Romam perfugit; vbi muneribus alliciebat potentiſſimos quoſque, vt a populo Romano in regnum ſuum reſtitueretur. Miſerunt præterea Ægyptii Romam legatos centum, ad regem accuſandum: quos ille omnes potuit venenis per inſidias necare. Id ſcelus populo Romano grauiſſimum eſt viſum. Sed & Dionem, qui eius legationis principem locum obtinebat, a quo conſtabat eum accuſatum iri, pariter interfecit. Cuius ſceleris

αὐτὸν ἐξ αὐτοῦ τοῦ συνεδρίου ἐξελκύσας ἐμβαλεῖν. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἑτοιμότατα ἑαυτὸν ἀπάγεσθαι ἐπέδωκε, καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγοι *ἐφέποντο, καί τις αὐτῶν Μάρκος Πετρώνιος ἐπιτιμηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ὅτι μηδέπω διαφειμένης τῆς βουλῆς ἀπαλλάττοιτο, ἔφη ὅτι, Μετὰ Κάτωνος ἐν τῷ οἰκήματι μᾶλλον, ἢ μετὰ σοῦ ἐνταῦθα εἶναι βούλομαι· κατῃδέσθη, καὶ ἀφῆκε τὸν Κάτωνα. Κικέρωνος δὲ αὐτῷ πολλὰ λοιδορησαμένου, οὐδὲν μὲν ἀντεῖπε, πρᾶός τε ὢν καὶ οὐ πάνυ πλείων θυμοῦ· διὰ δὲ τοῦ Κλωδίου καταστασιάσας αὐτὸν, *ἀπήλλαξε τῆς Ῥώμης, ὡς καὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ δημευθῆναι, καὶ τὴν οἰκίαν κατασκαφῆναι, *ἀπὸ ͵ς τε ψι' σταδίων τῆς Ῥώμης εἰργεσθῆναι. καὶ γὰρ οὕτω Καίσαρι ἦν, προσποιεῖσθαι μὲν ὑπεροράν ὑπὸ μεγαλοφροσύνης τῶν λυπούντων αὐτὸν, δι' ἄλλων δέ τινων ἀεὶ τοὺς ἐχθροὺς τίνυσθαι ἀνυπόπτως. Κικέρωνα δὲ φυγόντα εἰς Μακεδονίαν Φιλίσκος τις, ἐξ Ἀθηνῶν αὐτῷ συνόμιλος γνώριμος, φιλοσόφοις λόγοις παρεμυθήσατο. κατῆλθε μέντοι οὐκ εἰς μακρὰν εἰς τὴν πατρίδα, διὰ τῆς Πομπηΐου σπουδῆς. Καίσαρα δὲ, πενταετῆ τῆς Γαλατίας ἀρχὴν εἰληχότα, μέγαν ἦραν αἱ τῇδε πράξεις. προεῖχον μὲν γὰρ οἱ βάρβαροι τῷ τε πλήθει καὶ τοῖς μεγέθεσιν, οἱ δὲ δὴ Ῥωμαῖοι τῇ τε ἐμπειρίᾳ καὶ ταῖς ὁπλίσεσι· καί πως καὶ πρὸς τὸν θυμὸν τῶν Κελτῶν, τήν τε ἄκριτον καὶ προπετῆ αὐτῶν ὁρμὴν, ἀντίρροπον τὸ τοῦ Καίσαρος φρόνημα εὑρίσκετο. τοσαύτας μέντοι μάχας αὐτοὺς νενικήκει, καὶ τοσοῦτον πλῆθος αὐτῶν διεφθάρκει, ὡς τοὺς Ῥωμαίους μαθόντας ταῦτα, καὶ ὅτι ἔθνη τοσαῦτα, ὧν οὐδὲ τὰ ὀνόματα πρότερον ἠκρίβουν, ἡρήκει, πέντε καὶ δέκα ἐπ' αὐτοῖς ἡμέρας θῦσαι ὅσας οὔπω πρότερον ἐγεγόνει.

[Ἐκ τοῦ λθ' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον Πτολεμαῖος ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς, ἐπαναστάντων αὐτῷ τῶν Αἰγυπτίων, διότι βιαίως μᾶλλον ἢ νομίμως ἦρχεν σφῶν, ἀπέδρασεν εἰς τὴν Ῥώμην· καὶ τοὺς δυνατοὺς ἐθεράπευε χρημάτων δόσει, ἵνα κάθοδος αὐτῷ παρὰ τῶν Ῥωμαίων γένοιτο εἰς τὴν ἰδίαν ἀρχήν. *ἔπεμψαν δὲ καὶ Αἰγύπτιοι πρέσβεις ἑκατὸν εἰς τὴν Ῥώμην, κατηγορήσοντας αὐτοῦ· οὓς ἐκεῖνος ἅπαντας ἠδυνήθη φαρμάκοις δολοφονῆσαι. καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων πάνδεινον ἔδοξεν εἶναι τὸ γεγονός, καὶ Δίων ὁ τῆς πρεσβείας ἐξάρχων, δῆλος ἦν κατηγορήσων αὐτοῦ, κἀκεῖνον ἐδολοφόνησε· καὶ οὐδεμίαν

ἐπὶ

ἐπὶ τούτοις δίκην δέδωκε· τά τε γὰρ ἄλλα ὁ Πομπήιος καὶ τῇ οἰκίᾳ αὐτὸν ὑπεδέδεκτο, καὶ συνήρετο. τοσοῦτον τότε ἡ δωροδοκία ἴσχυεν ἐν τῇ Ῥώμῃ. καὶ ἡ Κύπρος ἡ νῆσος, τῆς Πτολεμαίου ἀρχῆς οὖσα, τότε πρῶτον ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἐγένετο δυναστείαν. Καὶ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ὁ Πομπήιος τὸ θέατρον, ᾧ καὶ νῦν λαμπρυνόμεθα, καθιέρωσε· καὶ λέοντες ἐν αὐτῷ πεντακόσιοι ἐν πέντε ἡμέραις ἀνηλώθησαν, καὶ ἐλέφαντες ὀκτωκαίδεκα πρὸς ὁπλίτας ἐμαχέσαντο· καὶ αὐτῶν οἱ μὲν παραχρῆμα ἀπέθανον, οἱ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον. ἠλεήθησαν γάρ τινες ὑπὸ τοῦ δήμου παρὰ τὴν Πομπηίου γνώμην. ἐπειδὴ τραυματισθέντες, τῆς μάχης ἐπαύσαντο, καὶ περιιόντες τὰς προβοσκίδας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέτεινον, καὶ θρηνώδη βοὴν ἀφῆκαν. λέγεται δὲ περὶ αὐτῶν, ὅτι πρός τε τῆς φωνῆς τῆς πατριώτιδος ἐπαΐειν, καὶ τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ γινομένων *συνιᾶσιν· ὥστε καὶ ἐν ταῖς νουμηνίαις, πρὶν ἐς ὄψιν τοῖς ἀνθρώποις τὴν σελήνην ἐλθεῖν, πρός τε ὕδωρ *φαιδρὸν ἀφικνεῖσθαι, κἀνταῦθα καθαρμόν τινα σφῶν ποιεῖσθαι. ἤκουσα δὲ καὶ ἐκεῖνο, ὅτι τὸ θέατρον τοῦτο οὐχ ὁ Πομπήιος ἐποίησεν, ἀλλὰ Δημήτριος ἀπελεύθερος αὐτοῦ, ἐκ τῶν χρημάτων ὧν συστρατευόμενος αὐτῷ ἐπεπόριστο. τὴν μέντοι ἐπωνυμίαν τοῦ ἔργου αὐτῷ ἀνέθηκεν ὁ Πομπήιος, ἵνα μὴ κακῶς ἀκούῃ ὅτι ἐξελεύθερος αὐτοῦ τοσαῦτα ἠργυρολόγησεν ὥστε καὶ εἰς τηλικοῦτον ἀνάλωμα ἐξικέσθαι. Καῖσαρ δὲ τόν τε Ῥῆνον πρῶτος Ῥωμαίων διέβη· καὶ ἐς Βρεττανίαν μετὰ ταῦτα, τοῦ τε Πομπηίου καὶ τοῦ Κράσσου ὑπατευόντων, ἐστρατεύσατο. ἡ δὲ χώρα αὕτη, ἀπέχει μὲν τῆς ἠπείρου τῆς Κελτικῆς κατὰ τοὺς λεγομένους *Μορινοὺς, σταδίους πεντήκοντα καὶ τετρακοσίους τὸ συντομώτατον· παρήκει δὲ παρά τε τὴν λοιπὴν Γαλατίαν, καὶ παρὰ τὴν Ἰβηρίαν *ὀλίγου πᾶσαν, ἐς τὸ πέλαγος ἀνατείνουσα. καὶ τοῖς μὲν πάνυ παλαιοῖς καὶ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων, οὐδὲ ὅτι ἔστιν ἐγιγνώσκετο· τοῖς δὲ ἔπειτα, ἐς ἀμφισβήτησιν, εἴτε ἤπειρος εἴτε νῆσος εἴη, ἀφίκετο. καὶ πολλοῖς ἐφ' ἑκάτερον, εἰδόσι μὲν οὐδὲν, ἅτε μήτ' αὐτόπταις μήτ' αὐτηκόοις τῶν ἐπιχωρίων γενομένοις, τεκμηριομένοις δὲ ὡς ἕκαστοι σχολῆς ἢ φιλολογίας εἶχον, συγγέγραπται. προϊόντος δὲ δὴ τοῦ χρόνου, πρότερον ἐπ' *Ἀγρικόλα ἀντιστρατήγου, καὶ νῦν ἐπὶ Σεβήρου αὐτοκράτορος, νῆσος οὖσα σαφῶς ἐλήλεγκται. εἰς ταύτην ὁ Καῖσαρ στρατευθεὶς, οὐχ ὅσα ἤθελε πράξας, ὁμήρους τε παρ' αὐτῶν ὀλιγωτέρους ὧν ᾔτησεν εἰληφὼς, ἐπανῆκεν εἰς τὴν Γαλατίαν, νεωτερίζειν τοὺς

ideo nullas pœnas dedit, quod Pompeius eum domum ſuam receperat, atq; multis modis adiuuabat. « Tātum Romę per id tempus poterat largitio. « Cyprus inſula in regno Ptolemæi tū primum in populi Romani poteſtatem venit. Eadem tempeſtate Pompeius theatrum, quod nunc percelebre eſt, ędificauit: in quo leones quingenti diebus quinque abſumpti ſunt: præterea elephanti decem & octo cū armatis hominibus certauerūt; quorum pars ſtatim, pars non multo poſt interiit. nam eorum populus miſertus eſt, contra Pompeii voluntatem: propterea quod ſaucii nō ſolum certandi finem fecerunt, ſed etiam lugubri voce miſſa circumeuntes, roſtra ſua in cælum intendebant. Ferunt ab hoc genere animalium nō modo patriam linguam, ſed ea quoque quę in cælo fiunt, intelligi. Itaq; noua Luna, priuſquam ea veniat in hominū conſpectum, ad aquam limpidam proficiſcuntur; vbi ſe abluunt. Accepi præterea, id theatrum nō eſſe a Pompeio, ſed a Demetrio liberto eius, ex pecunia quam cū eo militando quæſierat, ædificatum: ſed Pompeium id ſibi vindicaſſe, ne propterea male audiret, quod libertus eius tam magnam pecuniam conflaſſet, vt tantos ſumptus potuiſſet ſuſtinere. Cęſar, primus Romanorum Rhenum tranſiit: deinde in Britanniam profectus eſt, Pompeio & Craſſo conſulibus. Ea regio minimum abeſt a continenti Celtica, ab ea parte qua Morini ſunt, * milia paſſuum quinquaginta ſex; ſtadia ccccl porrectaque in pelagus, ad reliquam Galliam pertinet, & [7]Hiſpaniam fere omnem. quæ regio an eſſet, omnino a veteribus tum Græcis tum Romanis eſt ignoratum: nouis vero, eſſet ne continens, an inſula, in dubitationem venit. Itaque ſcripſere permulti in vtramque ſententiam: qui propterea nihil certi habebant, quod neque vidiſſent ipſi, neq; ab eius regionis hominibus audiuiſſent: ſed, vt otio & ſtudio abundabant, ita coniecturam faciebant. Progrediente vero tempore, antea quidem Agricolæ proprætoris, modo autem Seueri Imperatoris temporibus, inſulam eſſe, certo compertum eſt. Igitur Cæſar in Britanniam profectus, rebus non plane geſtis ex animi ſententia, & acceptis a Britannis obſidibus paucioribus quam putabat, in Galliam reuertit: quod audierat

Gallos res nouas moliri. Eadem tempeſtate Tiberis, ſiue immenſis imbribus de cælo, ſiue nimio vento fluxum eius in mare arcente, ſubito in planitie vrbis inundauit, ædesq; multas deiecit, ac multos mortales perdidit.

E Dionis libro XL.

Cæſar iterũ traiecit in Britanniam, vicit bello barbaros: iisq; tributis impoſitis, & obſidibus acceptis, in Galliam reuerſus eſt ad bellum gerendũ. Porro vt Cæſar Gallias, ita Craſſus & Pompeius ſortiti fuerãt, vel potius occupauerant, ille Syriam, hic Hiſpaniam. Dum Pompeius ducibus belli in Hiſpaniam miſſis Romæ ſedet, [8] populique fauorem captat, Craſſus in Parthos, ſtudio & cupiditate pecuniæ quærendæ, exercitum ducit; quamuis ei prodigia ad Zeugma iuxta Euphratem (ſic enim is locus a tranſitu Alexãdri dictus eſt) parum proſpere euenerunt. Nam *aquila aurea (ſic enim appellatur ea quæ ſacellum habet perexiguum, in quo collocata eſt; quæ lõgiſſimæ haſtæ affixa, geſtatur in omnibus exercitibus ex delectu comparatis: cuius quidem haſtæ pars inferior peracuta eſt, ita vt poſſit in terram defigi) ea inquam aquila cum Craſſo Euphratem tranſire noluit, ſed terræ perinde adhærebat, atq; ſi in ea nata fuiſſet; donec eam multitudo, quæ circumſtabat, conuulſit; ipſaq; vi cõſequuta eſt. Præterea pons, antequã omnes trãsiiſſent, fractus eſt. Quibus rebus cum milites animos demitterẽt, eos Craſſus conſolabatur his verbis: *Bono animo eſte* (inquit) *o viri: vobis enim iuro, neminem veſtrum hac eſſe reuerſurum; nam redire per Armeniam cogito.* Milites his verbis, quod ea via iuraſſet neminem reuerſurũ, multo magis conciderunt. Parthi, qui olim ſub imperio Perſarum in exigua regionis parte habitabant, neque magnam admodum potentiam fuerant adepti, poſtquam labefactato Perſarum imperio, res Macedonum floruerũt, deinde ſucceſſores Alexandri multis magniſque inter ſe ſeditionibus debilitari & frangi cœperũt, primum duce quodã Arſace, a quo reges eorum deinceps ſunt *Arſacidæ* nominati, in medium prodierunt: atque Aſia potiti, eam per ſatrapas retinuerunt.

Γαλάτας ἀκηκοώς. Κἀν τούτῳ ὁ Τίβερις, εἴτ' οὖν ὄμβρων ἄνω που ὑπὲρ τὴν πόλιν ἐξαισίων γενομένων, εἴτε καὶ σφοδροῦ πνεύματος ἐκ τῆς θαλάσσης τὴν ἐκροὴν αὐτοῦ ἀνακόψαντος, ἐν τοῖς τοῦ ἄστεος πεδίοις αἰφνίδιον ἐπελάγισε, καὶ οἰκίας πολλὰς κατέβαλε, καὶ ἀνθρώπους διώλεσε.

[Ἐκ τοῦ μ' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Καῖσαρ δὲ καὶ δεύτερον εἰς τὴν Βρεττανίαν περαιωθεὶς, ἐνίκησε τοὺς βαρβάρους πολέμῳ· καὶ φόρους αὐτοῖς τάξας καὶ ὁμήρους λαβὼν, ἀπῆρεν εἰς Γαλατίαν καὶ τοὺς *ἐκεῖ πολέμους. Ὥσπερ δὲ Καῖσαρ τὴν Γαλατίαν, οὕτω καὶ Κράσσος καὶ Πομπήιος, ὁ μὲν τὴν Συρίαν, ὁ δὲ τὴν Ἰβηρίαν λαχόντες, μᾶλλον δὲ βίᾳ λαβόντες, Πομπήιος μὲν τοὺς στρατηγοὺς εἰς τὴν Ἰβηρίαν ἀφεὶς, ἐν τῇ Ῥώμῃ καθῆστο, καὶ τὴν πόλιν ἐδημαγώγει· Κράσσος δὲ ἐπὶ Πάρθους ἐστράτευσεν, ἐπιθυμίᾳ τοῦ ὅτι μάλιστα *χρηματίσασθαι· καίτοι σημείων αὐτῷ κατὰ τὸ Ζεῦγμα τὸ περὶ τὸν Εὐφράτην (οὕτω γὰρ τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου διαβάσεως κέκληται) οὐκ αἰσίων γεγενημένων. ὁ γὰρ ἀετὸς ὠνομασμένος (ἔστι δὲ *ναΐσκος μικρὸς, καὶ ἐν αὐτῷ ἀετὸς χρυσοῦς ἐνίδρυται, καθίσταταί τε ἐν πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ καταλόγου στρατοπέδοις, καὶ αὐτὸν εἷς ἀνὴρ ἐπὶ δόρατος μακροῦ *ἐς ὀξὺ τὸν στύρακα ἀπηγμένου, ὥστε καὶ ἐς τὸ δάπεδον καταπήγνυσθαι, φέρει) τούτων οὖν τῶν ἀετῶν εἷς οὐκ ἠθέλησε τὸν Εὐφράτην αὐτῷ τότε συνδιαβῆναι, ἀλλ' ἐν τῇ γῇ ἐνέχετο ὥσπερ ἐμπεφυκὼς, πρὶν δὴ πολλοὶ περιστάντες αὐτὸν ἀνέσπασαν· καὶ ὁ μὲν καὶ ἄκων ἐπηκολούθησεν· ἡ δὲ γέφυρα, πρὶν πάντας αὐτοὺς διελθεῖν, διελύθη. ἐφ' ᾧ καὶ ἀθυμούντων τῶν στρατιωτῶν, παραμυθούμενος αὐτοὺς ὁ Κράσσος, Θαρσεῖτε, εἶπεν, ὦ ἄνδρες· ἐγὼ [γὰρ] ὑμῖν αὐτὸς ἐπομνὺς λέγω ὅτι οὐδεὶς ὑμῶν ἐνθένδε ἐπανήξει. διὰ γὰρ Ἀρμενίας τὴν ἐπάνοδον ποιήσασθαι ἔγνωκα. πρὸς οὖν τὸ, Οὐδεὶς ὑμῶν ἐντεῦθεν ἐπανήξει, ἐς ἀθυμίαν πλείω καθέστησαν. Πάρθοι δὲ, πάλαι μὲν ὑπὸ τὴν Περσικὴν βασιλείαν ὄντες, ἐν μέρει χώρας βραχεῖ ᾤκουν, καὶ δυναστείαν ὑπέρογκον οὐκ ἐκέκτηντο· ἐπεὶ δὲ ἥ τε τῶν Περσῶν ἀρχὴ κατελύθη, καὶ τὰ τῶν Μακεδόνων ἤκμασεν, οἵ τε τοῦ Ἀλεξάνδρου διάδοχοι στασιάσαντες πρὸς ἀλλήλους, ἀπολυθεῖν ἤρξαντο καὶ μαραίνεσθαι, ἔς τε τὸ μέσον τότε πρῶτον ὑπ' Ἀρσάκου τινὸς ἀφίκοντο, ἀφ' οὗπερ οἱ ἔπειτα βασιλεύσαντες αὐτῶν, Ἀρσακίδαι ἐπωνομάσθησαν· καὶ εὐτυχήσαντες, τὴν Ἀσίαν σατραπείαις κατέσχον.

εἰσὶ μὲν

εἰσὶ μὲν γὰρ ἱπποτοξόται πάντες, καὶ ὁ οὐρανὸς ἥ τε χώρα αὐτοῖς συναίρεται πρὸς ἀμφότερα. ὁ μὲν γὰρ, ξηρότατος ὤν, ἐντονωτάτας αὐτοῖς τὰς τοξείας παρέχεται· ἡ δὲ, πεδιάς ἐστι καὶ ἱππήλατος σύμπασα. τοῖς γοῦν Ῥωμαίοις ἀντίπαλοί εἰσι. Πρὸς οὖν τούτους καὶ Ὀρώδην τὸν βασιλέα σφῶν . . . ὁ Κράσσος ἐστράτευσε· καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Κράσσος, καὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν σχεδὸν σύμπαν στράτευμα *διεφθάρη· καὶ αὐτοῦ χρυσὸν ἐς τὸ στόμα οἱ Πάρθοι ἐνέτηξαν ἐπισκώπτοντες. *οὕτω γὰρ δὴ πολυχρήματός τε καὶ φιλοχρήματος ἦν, ὡς καὶ οἰκτείρειν ὡς πένητας τοὺς μὴ δυναμένους στρατόπεδον ἐκ καταλόγου οἴκοθεν τρέφειν. Πάρθοι δὲ, μέχρι τῆς Ἀντιοχείας αὐτῆς ἐλάσαντες, καὶ τὰ ἐν ποσὶ πάντα χειρούμενοι, ὑπὸ Κασσίου Λογγίνου ἀνεκόπησάν τε καὶ ὀπίσω ἐχώρησαν. καὶ τὰ μὲν Κράσσου πρὸς Πάρθους οὕτως ἠτυχήθη, καὶ ἡ τῆς συμφορᾶς μνήμη διὰ τὸ μέγεθος *ἐξήρκεσε τῷ αἰῶνι.

[Ἐκ τοῦ μα´ τῶν Δίωνος βιβλίων.]

Μετὰ δὲ ταῦτα πόλεμοι κατέλαβον ἐμφύλιοι μέγιστοι *τοὺς Ῥωμαίους, Πομπηΐου καὶ Καίσαρος συμπεσόντων ἀλλήλοις. καὶ προφάσεις μὲν λέγονται πολλαὶ τοῦ πολέμου· ἡ δὲ ἀληθεστάτη αἰτία, ἡ φιλοπρωτεία ἦν καὶ ἡ φιλαρχία. Πομπήιος μὲν γὰρ, καίτοι πρότερον αὐτὸς αὐξήσας τὸν Καίσαρα, φθονεῖν ἤρξατο εὐτυχοῦντί τε καὶ λαμπρυνομένῳ· καὶ λάθρᾳ τὸ πρῶτον κολούειν αὐτοῦ τὴν ὑπεροχὴν ἐσπούδαζεν, εἶτα καὶ φανερῶς ἐπολέμησε. Καῖσαρ δὲ, μὴ φέρων ἐλαττωθῆναι, καὶ μέγιστος πάντων γενέσθαι σπουδάζων, τὴν Γαλατίαν ἀφεὶς, ἤλαυνεν εἰς τὴν Ῥώμην, ὡς ἀπαρασκεύῳ ἔτι ληψόμενος τὸν Πομπήιον. αὐτὸς μὲν γὰρ, παρασκευῆς ἕνεκα τῆς εἰς πόλεμον, καὶ γυμνασίας τῶν στρατοπέδων τοσοῦτον χρόνον ἐν τοῖς Γαλατικοῖς πολέμοις ἐξησκημένων, καὶ τοσαύταις νίκαις τεθαρρωμένων, ὑπό τε τῶν αὐτοῦ δωρεῶν καὶ ὑποσχέσεων εὖ μάλα συγκεκροτημένων, ἑτοιμότατος ἦν. ὅθεν ὁ Πομπήιος ἐξέλιπε τὴν Ῥώμην, καὶ μετὰ τοῦτο τὴν Ἰταλίαν, τὴν σύγκλητον ἔχων ὀλίγου δεῖν σύμπασαν καὶ τὰ χρήματα. τὸν γὰρ ὑπομείναντα ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἐν ἴσῳ, εἰ καὶ μετὰ τοῦ Καίσαρος μὴ ἦν, πολέμιον ἐψηφίσατο. καὶ εἰς τὸ Δυρράχιον ἀποπλεύσας, συμμάχους τε προσεκαλεῖτο, καὶ τὸ στράτευμα ἤσκει. πολλὰ μὲν οὖν καὶ παρὰ πολλῶν ἀρίστων τε καὶ δυνατῶν ἀνδρῶν, ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις καὶ ἐπράχθη καὶ ἐρρέθη· διὰ δὲ τὸ τὴν ἐξουσίαν

Sunt omnes equites ſagittarii: ad quã rem plurimum eis cõfert cæli regioniſq; opportunitas. nã cælum, quod in primis ſiccum eſt, neruos arcuum intentos facit: regio vero tota plana eſt, & ob eam rem equis accommodata. Hi populi, Romanis infeſti ſunt. itaq; Craſſus contra eos, atq; eorum regem Orodem, exercitum duxit. Ibi ipſe cum Craſſo filio, cunctoque fere populi Romani exercitu, interiit. Parthi quoque, auro in os Craſſi infuſo, homini illuſerũt. Erat enim Craſſus vſq; adeo diues, & pecuniæ cupidus, vt eorum veluti pauperum miſereretur, qui ſuis redditibus exercitum Romanum alere nõ poſſent. Inde Parthi, cũ iam Antiochiam vſq; veniſſent, atque omnia quæ obuiam facta eſſent, occuparent, a C. Caſſio Longino repulſi, domũ reuerterũt. Hunc exitum Craſſus cõtra Parthos habuit: cuius calamitatis acerbitas, propter magnitudinem, memoriæ hominũ cõmendabitur ſempiternæ.

E Dionis libro XLI.

Hoc prœlio facto, bella ciuilia maxima atq; duriſſima Romanis extiterunt, Pompeio & Cæſare diſſidentibus: quorum bellorum multæ cauſæ feruntur: ſed certiſſima cauſa fuit primarum partium & dominandi cupiditas. Põpeius enim, etſi antea Cæſarem auxerat, tamen eius fortunæ & gloriæ poſtea cœpit inuidere: atque cum initio potentiam eius impedire clam ſtuduiſſet, deinde grauiter & aperte ſe inimicũ oſtendit. Cæſar, qui nihil de dignitate ſua detrahi patiebatur, quique potius omnium maximus eſſe cupiebat, relicta Gallia, Romam contendit; ſcilicet imparatum adhuc Pompeium offenſurus. Cæſar enim, propter belli apparatum, militeſq; tanto tempore in bellis Gallicis exercitatos, & tot victoriis exſultantes, ac donis eius promiſſiſq; permotos, paratiſſimus erat. Ex quo factum eſt, vt Pompeius Roma deceſſerit, & paulo poſt Italia. Is ſecum habebat Senatum fere omnem, atque pecuniam. Itaque qui Romæ remanſiſſet, quamuis non eſſet partium Cæſaris, eũ tamẽ æque hoſtẽ iudicauit. Cum Dyrrachium veniſſet, conuocatis ſociis, milites exercebat. Igitur per id tempus multa ab optimis & potẽtiſſimis viris pclare geſta ac dicta fuerũt. Sed quia ſumma

rerum ferme omnium ad Cæſarem & Pompeium venerat, horum, quia ſummam rerum ſcribimus, facimus mentionem. Cæſar, a Lepido, qui poſtea fuit in triumuiratu, Dictator dictus eſt. quo magiſtratu ſuſcepto, vltro ſe ſtatim abdicauit: quãuis eius factis perinde atq; Pompeius vteretur. nam vterq;, quod paratos exercitus haberent, omnia pro libidine ac voluntate faciebãt. Cum porro ei pecunia opus eſſet, donaria ceteraq; omnia ex Capitolio abſtulit. cumque Fortunæ ſacrificaret, taurus, priuſquã feriretur, extra vrbem profectus, ad lacum quendam peruenit, eumq; enatauit. Quo facto aruſpices Cæſari, ſi Romæ remaneret, exitium: ſi mare tranſiret, ſalutem ac victoriam fore prædixerunt. His rebus cõfiſus Cęſar, contra Pompeium exercitum duxit. Quo iam profecto, pueri in vrbe duas in partes ſua ſpõte diſtributi, ac partim Pompeiani, partim Cęſariani nũcupati, abſq; armis quodammodo certauerunt: tãdem vero, qui nomen a Cæſare habebant, victoriam reportauerunt. Cæſar, cum, ignorante Bibulo, cui maris præſidia commiſſa fuerant, tranſiſſet, Apolloniam & alia loca finitima, Pompeii præſidiis deſtituta, occupauit. Ea regio in pulcherrima terrę parte mariſq; ac fluminum ſita eſt. Sed id omnium maxime admiratus ſum; quod cũ magna copia ignis *ad ſuperum flumẽ exſiſtat, tamen ad proximam terrã non valde diffunditur; ſed neq; eam in qua eſt, adurit, aut facit aridiorẽ: quinetiam herbas, ac virides arbores proxime habet, augetur imbribus, & ſublime tollitur. Cæſar, cunctãte Antonio, (cui mãdatum erat, eos qui Brundiſii remãſerant, adducere) ſolus nauigare in Italiam conſtituit: & tamquam aliquis alius, nauiculam conſcendit, ſeq; a Cæſare miſſum eſſe dixit; ac gubernatorem etiam aduerſo vẽto ſoluere coegit. Iam procul a terra nauigabãt, cum ventus vehementer vrgere, & tempeſtas eos grauiter conturbare cœpit. Quamobrem cum gubernator inuito Cæſare regredi conaretur, Cæſar ſe, quis eſſet, patefecit; tamquam eſſet ex eo vim tempeſtatis placaturus. *Bono animo es*, inquit: *nam Cæſarẽ vehis*. Tã magno enim animo erat, atque in tantam ſpem venerat, ſiue ex vatum prædictionibus, ſiue alia ratione, vt etiam

καὶ τὸ κῦρος σχεδὸν ἁπάντων εἰς Καίσαρα ἀνῆκε καὶ Πομπήιον, τούτων ἡ ἐπιτομὴ μνημονεύει καὶ μόνων. Καῖσαρ δὲ ὑπὸ Λεπίδου, τοῦ ἐν τῇ τριαρχίᾳ ὕστερον γενομένου, δικτάτωρ ἀναγορευθείς, καὶ δεξάμενος τὴν ἀρχήν, ταύτην μὲν ἑκὼν αὖθις ἀπέθετο, εἰ καὶ τὰ ἔργα αὐτῆς πάντα ἐποίει, ὥσπερ δὴ καὶ Πομπήιος, πράττοντες κατ᾽ ἐξουσίαν ὁπόσα καὶ βούλοιντο, ἅτε καὶ τὰ στρατεύματα διὰ χειρὸς ἔχοντες. χρημάτων δὲ σπανίζων, τὰ ἀναθήματα τά τε ἄλλα καὶ τὰ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ πάντα ἀφείλετο· ἐπεὶ δὲ αὐτοῦ τῇ Τύχῃ θύοντος, ὁ ταῦρος, πρὶν καὶ τρωθῆναι, ἔξω τῆς πόλεως ἐξεχώρησε, καὶ πρὸς λίμνην ἐλθὼν, διενήξατο αὐτήν· καὶ οἱ μάντεις μένοντι μὲν αὐτῷ οἴκοι, ὄλεθρον, περαιωθέντι δὲ τὴν θάλασσαν, καὶ σωτηρίαν καὶ νίκην ἔσεσθαι ἔφασαν, οὕτω δὴ ἐξεστράτευσε κατὰ τοῦ Πομπηίου. Ἀφορμηθέντος δὲ αὐτοῦ, οἱ παῖδες οἱ ἐν τῇ πόλει ὄντες, διχῇ τε ἐνεμήθησαν αὐτοκέλευστοι, καὶ οἱ μὲν Πομπηιανοὺς σφᾶς, οἱ δὲ *Καισαρείους ὀνομάσαντες, ἐμαχέσαντο τρόπον τινὰ ἄνευ ὅπλων ἀλλήλοις· καὶ ἐπεκράτησαν ὅσοι τῇ τοῦ Καίσαρος προσωνυμίᾳ ἐχρῶντο. Καῖσαρ δέ, λαθὼν τὸν Βίβουλον, ᾧ ἡ θάλασσα φρουρεῖσθαι προσετέτακτο, ἐπεραιώθη, καὶ τὴν Ἀπολλωνίαν, ἄλλα τε τῶν ἐκεῖ χωρίων, ἐκλειφθέντα ὑπὸ τῶν Πομπηίου φρουρῶν, παρεστήσατο. ἡ δὲ [Ἀπολλωνία] αὕτη ἐν καλῷ μὲν τῆς γῆς, ἐν καλῷ δὲ τῆς θαλάττης, ποταμῶν τε ἄριστα κεῖται· ὃ τε μάλιστα διὰ πάντων ἐθαύμασα, πῦρ πολὺ πρὸς τῷ *Αὤῳ ποταμῷ ἀναδίδοται, καὶ οὔτε ἐπὶ πλεῖον τῆς πέριξ γῆς ἐπεξέρχεται, οὔτ᾽ αὐτὴν ἐκείνην ἐν ᾗ διαιτᾶται, ἐκπυροῖ ἢ καὶ κραυροτέραν ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ πόας καὶ δένδρα, καὶ πάνυ πλησίον, θάλλοντα ἔχει· πρός τε τὰς ἐπιχύσεις τῶν ὄμβρων ἐπαύξει, καὶ ἐς ὕψος ἐξαίρεται. Καῖσαρ δέ, βραδύνοντος τοῦ Ἀντωνίου, ᾧ τοὺς ὑπομείναντας ἐν τῷ Βρεντησίῳ κομίσαι ἐπετέτακτο, βουληθεὶς αὐτὸς καὶ μόνος γε εἰς τὴν Ἰταλίαν πλεῦσαι, ἐπέβη μὲν ἀκατίου τινός, ὥς τις ἄλλος, λέγων ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πεπέμφθαι· καὶ τὸν κυβερνήτην αὐτοῦ, καίπερ πνεύματος ὄντος, ἐξεβιάσατο ἀναχθῆναι· ὡς μέντοι γε *ἄπο τῆς γῆς ἐγένοντο, καὶ ὅ τε ἄνεμος ἰσχυρῶς κατέσπερχε, καὶ ὁ κλύδων δεινῶς σφᾶς ἐξετάραττεν, ὥστε τὸν κυβερνήτην καὶ ἄκοντος αὐτοῦ ἐπανιέναι ἐπιχειρῆσαι, ἐξέφηνεν ἑαυτόν, καθάπερ ἐκ τούτου καὶ τὸν χειμῶνα παύσων, καὶ ἔφη, Θάρσει· Καίσαρα γὰρ ἄγεις. Τοιοῦτον μὲν δὴ φρόνημα καὶ τοιαύτην ἐλπίδα ἤτοι αὐτόθεν ἢ ἐκ μαντείας τινὸς εἶχεν, ὥστε καὶ

παρὰ τὰ φαινόμενα πίστιν τῆς σωτηρίας ἐχέγγυον ποιήσασθαι. οὐ μέντοι καὶ ἐπεραιώθη. Πομπήιος δέ, ῥᾳδίως αὐτὸν ἐλπίσας, πρὶν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μετὰ Ἀντωνίου ὄντας προσλαβεῖν, * καταργάσασθαι, σπουδῇ πρὸς τὴν Ἀπολλωνίαν μετὰ τῆς δυνάμεως ἤλασε· καὶ τὸν Ἄψον ποταμόν, περὶ ὃν ὁ Καῖσαρ ἐστρατοπέδευε, διαβῆναι ἐπεχείρησεν. ὡς δὲ ἡ γέφυρα βάρος λαβοῦσα διελύθη, καὶ τινὲς τῶν προδιαβεβηκότων μονωθέντες ἀπώλοντο, ἐπέσχεν, ἀθυμήσας ὅτι πρῶτον τὸ τοῦ πολέμου ἔργον ἀρχόμενος ἐπταίκει· καὶ τούτῳ καὶ τοῦ Ἀντωνίου ἐπελθόντος, φοβηθεὶς ἀπεχώρησε πρὸς τὸ Δυρράχιον. ἕως μὲν γὰρ ὁ Βίβουλος ἔζη, οὐδ' ἀπᾶραι ἐκεῖνος ἐκ τοῦ Βρεντησίου ἐτόλμησεν· ἐπεὶ δὲ αὐτός τε ἐκκαμὼν ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίας ἐτελεύτησε, καὶ τὴν ναυαρχίαν ὁ Λίβων διεδέξατο, καταφρονήσας αὐτοῦ, καὶ ἀνήχθη. τὸ δὲ Δυρράχιον, ἔστιν ἡ Ἐπίδαμνος ἡ τῶν Κερκυραίων· τινὲς δὲ οὕτω μετονομασθῆναι τὴν Ἐπίδαμνον ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων πρὸς τὴν τῆς ῥαχίας δυσχέρειαν ἔφασαν, ὅτι ἡ τῆς Ἐπιδάμνου * πρόσρησις ζημιώδη δήλωσιν ἐν τῇ τῶν Λατίνων γλώσσῃ ἔχουσα, δυσοιώνιστος σφίσιν ἐς τὸ περαιοῦσθαι ἐς αὐτὴν ἔδοξεν εἶναι. Πρὸς οὖν τοῦτο τὸ Δυρράχιον ὁ Πομπήιος καταφυγών, στρατόπεδόν τε ἔξω τῆς πόλεως ἐποιήσατο, καὶ τάφρους βαθείας σταυρώματά τι ἰσχυρὰ περιεβάλετο. πολλαὶ μὲν [οὖν] μάχαι αὐτῶν, βραδεῖαι δ' ὅμως ἐγένοντο. αὐτοῦ δὲ δὴ τοῦ Δυρραχίου ὁ Καῖσαρ, μεταξὺ τῶν τε ἑλῶν καὶ τῆς θαλάσσης, νυκτὸς ὡς καὶ προδοθησομένου πειράσας, εἴσω μὲν τῶν στενῶν παρῆλθε· προσπεσόντων δέ οἱ ἐνταῦθα πολλῶν μὲν κατὰ πρόσωπον, πολλῶν δὲ καὶ κατόπιν, οἳ πλοίοις περιακομισθέντες ἐξαίφνης αὐτῷ ἐπέθεντο, συχνοὺς ἀπέβαλε, καὶ ὀλίγου καὶ αὐτὸς ἐφθάρη. διὸ καὶ ἄρας ἐξαίφνης νυκτὸς, ἐς Θετταλίαν ὥρμησε. Πομπήιος δέ, ὡς καὶ διαπεπολεμηκὼς, τὸ μὲν τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα ἔλαβεν, οὐ μέντοι καὶ ἐμεγαληγόρει τι. ἐπεὶ δὲ δὴ τὸν Καίσαρα μετὰ τοῦθ' ὁρμήσας, ἐς τὴν Θετταλίαν ἀφίκετο, κἀνταῦθα συνέβαλον τὰ στρατεύματα. Πομπήιος μὲν οὐδενὸς ἀνθρώπων δεύτερος, Καῖσαρ δὲ καὶ πρῶτος πάντων εἶναι ἐπιθυμῶν· ἀμφότεροι δὲ ἀξιοστρατηγότατοι καὶ ἀξιονικότατοι ὄντες, καὶ πάντων ἄριστοι τὰ * πολέμια· Πομπήιος μὲν τῇ τε Ἀφρικῇ καὶ τῷ Σερτωρίῳ, τῷ τε Μιθριδάτῃ καὶ τῷ Τιγράνῃ, καὶ τοῖς κατὰ θάλασσαν στρατηγήμασι σεμνυνόμενος· Καῖσαρ δέ, τῇ τε Γαλατίᾳ καὶ τῇ Ἰβηρίᾳ, τῷ τε Ῥήνῳ καὶ τῇ Βρεττανίᾳ γαυρούμενος. συνερρωγότων δὲ τῶν ταγμάτων μετὰ τῆς ἐκείνων φιλαρχίας, καὶ τῶν ὁμοφύλων ἀλλήλοις

præter ea quæ viderētur, faceret idoneam fidem ſalutis. tamē nihilo magis tranſiit. Pompeius, ſperans ſe eum, priusquam cum Antonii copiis coniungeretur, facile confecturum, in Apolloniam cum exercitu properauit; atque Apſum flumen, ad quod erant caſtra Cæſaris, tranſire conatus eſt: ſed ponte grauitate oneris collapſo, cæſaque parte militum, qui iam pertranſierant, a ſuis deſtituta, idcirco animum deſpōdit, quod ei ſtatim in ipſo belli principio male ſucceſſiſſet. Dum ea geruntur, venit Antonius. itaque Pompeius timens, Dyrrachium cōfugit. nam Brundiſio excedere, quouſque Bibulus vixit, Antonius auſus non erat: ſed poſtquam Bibulus multis laboribus defatigatus mortem obiit, & Libo dux præfectuſque claſſis factus eſt, Antonius hominem contempſit, atq; inde ſoluit. Dyrrachium erat Ἐπίδαμνος Corcyrēſiū: quo nomine a Romanis propter ſcopulorum difficultatem quidā appellatū ferunt. Nam cū *damni* appellatio, Latinorū lingua magni incommodi ſignificationem habeat, ipſis, vt poſſent eo traiicere, mali ominis eſſe videbatur. Igitur Pōpeius, poſtquā Dyrrachiū confugit, extra oppidū caſtra locat, eaq; profundis foſſis, & magnis aggerib. munit. ibi perſæpe, ſed tamē [10] nullo magno momento, pugnatū eſt. Cæſar, Dyrrachiū ſpe deditionis inter paludes atq; ipſum mare nocte adortus, in loca anguſta venit; ſed inde multi ante a tergoq; irruunt; qui nauib. vecti, repente eū inuadūt: itaq; [11] permultis ſuorū amiſſis, quin ibi interiret, parū abfuit: mox inde in Theſſaliam properauit. Pompeius, [12] tamquā confecto iā bello, Imperatoris nomē accepit; etſi nihil ꝓpterea agebat inſolenter: atq; poſtea Cæſarē inſecutus, in Theſſaliā peruenit. Hic cœpere exercitus cōferri. Pompeius, nemini ſecundus; Cæſar, omniū primus eſſe cupere: ambo, qui duces eſſent, & victoriā obtinerēt, digniſſimi, reiq; militaris ſupra omnes homines periti. Pōpeius, Africa, Sertorio, Mithridate, Tigrane, ac maritimis victoriis fretus erat: Cæſar, de Gallia, Hiſpania, Rheno, Britannia gloriabatur. Cum iam vtrimq; irruptio facta eſſet, propter vtriuſq; appetitū dominandi, atq; eiuſdē gētis homines inter ſe

confligerent, res erat miſerabilis & calamitoſa, eodem tempore aduerſarios agnoſcere, mox ſauciare: vocare ad ſe, deinde occidere: ſimul patriæ mentionem facere, & ſpoliare: multa etiam ipſis interfectoribus, quæ domum referrent, mandare. Pompeiani, videbantur equitatu & ſagittis ſuperiores eſſe: itaque eminus contra eos quos intercludebant, repente iaculari & cõturbare: mox regredi, deinde eos iterum atq; iterum inuadere, locis ſæpenumero huc & illuc commutatis. Cæſariani, hæc obſeruare, ſuos ordines conuertere, deinde iaculantibus occurrere; ac, cum propius acceſſiſſent, viros equosque capere; poſtremo alacriter pugnare. Nam pedites leuis armaturæ, ob eam rem erant vna cum equitibus inſtructi. Id non ſemel, (vt ſupra dixi) ſed ſimul ſæpe in variis locis gerebatur. Igitur cum illi eminus, hi comminus pugnarent, cumque percuterent alii, alii percuterentur, hi fugerent, illi inſequerentur, multæ pedeſtres equeſtresque pugnæ eſſe videbantur.

Dum hæc geruntur, multa præter opinionem acciderunt. Qui alterum fugaſſet, mox ipſe terga vertebat: qui fugiſſet, ſtatim aggrediebatur: percuſſerat aliquis, ipſe ſauciabatur: lapſus erat, ſtantem occidebat: plerique etiã nullo accepto vulnere moriebantur: multi vix ſemiuiui alios interficiebant: lætabantur alii & *canebant, alii mœrebant & lamentabantur: omnia clamore gemitibusque complebantur. Tandem cum vtrimque diu æquo Marte pugnatum eſſet, Pompeius (quippe qui magnam partem exercitus Aſiaticam, & minus exercitatam habebat) victus eſt. Id illi antea fuerat diuinitus ſignificatũ, quod fulmina de cælo in caſtra eius cecidiſſent, apesq; militaribus ſignis inſediſſent. Cæſar, equitibus & Senatoribus captis perhumaniter eſt vſus: quinetiã litteras inuentas in ſcriniis Pompeii, quibus multorum erga illum beneuolentia, atque odium in Cæſarem ſignificabatur, neque legit, neque deſcripſit; ſed eas ſtatim igni combuſſit, ne iis fortaſſe commotus, grauius aliquid committere cogeretur. quamobrem permultos ſibi deuinxit.

συμπεπτωκότων, ἐλεεινὸν ἦν τὸ γιγνόμενον. ἐγνώριζόν τε *γὰρ ἅμα τοὺς ἀντιπάλους, καὶ ἐτίτρωσκον· ἀνεκάλουν, καὶ ἐφόνευον· τῶν πατρίδων ἐμέμνηντο, καὶ ἐσκύλευον· καὶ πολλοὶ πολλὰ καὶ οἴκαδε δι' αὐτῶν τῶν σφαγέων ἐνετέλλοντο. προεῖχον δὲ οἱ Πομπήιοι τῇ τε ἱππείᾳ καὶ τῇ τοξείᾳ, καὶ διὰ τοῦτο πόρρωθέν τε ἐγκυκλούμενοί τινας, προσβολαῖς αἰφνιδίοις ἐχρῶντο, καὶ συνταράξαντες αὖθις ἐξανεχώρουν· εἶτ' αὖθις καὶ μάλ' αὖθις ἐπετίθεντο σφίσι, τοτὲ μὲν ἐνταῦθα, τοτὲ δ' ἐκεῖσε μεθιστάμενοι. οἱ οὖν Καισάρειοι ταῦτά τε ἐφυλάσσοντο, καὶ τὰς τάξεις σφῶν ἐξελίσσοντες, ἀντιπρόσωποί τε ἀεὶ τοῖς προσβάλλουσιν ἐγίγνοντο, καὶ ὁπότε αὐτοῖς χωροῦντες, τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν ἵππων ἀντελαμβάνοντο, προθύμως ἀγωνιζόμενοι. καὶ γὰρ πεζοὶ τοῖς ἱππεῦσιν αὐτῶν κοῦφοι ἐπ' αὐτὸ τοῦτο συνετετάχατο· καὶ ταῦτα οὐ καθ' ἕνα, ὥσπερ εἶπον, ἀλλὰ πολλαχῇ ἅμα σποράδην ἐγίγνετο. ὥστε τῶν μὲν πόρρωθεν μαχομένων, τῶν δὲ σταδίην ἀγωνιζομένων· καὶ τῶν μὲν παιόντων τινάς, τῶν δὲ παιομένων· φευγόντων ἑτέρων, διωκόντων ἄλλων, πολλὰς μὲν πεζομαχίας, πολλὰς δὲ ἱππομαχίας ὁρᾶσθαι. καὶ τούτῳ καὶ παρὰ δόξαν συχνὰ συνέβαινε. καὶ γὰρ τρέψας τις τινά, ἐτρέπετο· καὶ ἄλλος *ἐκκλίνας τινά, ἀντεπετίθετο αὐτῷ· [πλήξας τις ἕτερον, αὐτὸς ἐτιτρώσκετο·] καὶ πεπτωκὼς ἄλλος, τὸν ἑστηκότα ἀπέκτεινε. καὶ πολλοὶ μὲν καὶ ἄτρωτοι ἔθνησκον, πολλοὶ δὲ καὶ ἡμιθνῆτες *ἐφόνευον· καὶ οἱ μὲν ἔχαιρον καὶ ἐπαιώνιζον, οἱ δ' ἐλυποῦντο καὶ ὠλοφύροντο· ὥστε βοῆς καὶ στεναγμῶν πάντα πληρωθῆναι. τέλος δ' ἰσορρόπως αὐτῶν ἐπὶ μακρότατον ἀγωνισαμένων, ὁ Πομπήιος, ἅτε καὶ Ἀσιανὸν καὶ ἀγύμναστον τὸ πλεῖον τοῦ στρατοῦ ἔχων, ἡττήθη· ὥσπερ που καὶ τὸ δαιμόνιον αὐτῷ προεσήμανε· κεραυνοί τε γὰρ ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ *ἐπέπεσον, καὶ τὰ στρατιωτικὰ σημεῖα μέλισσαι περιέσχον. ὁ μέντοι Καῖσαρ τοῖς ἑαλωκόσι τῶν ἱππέων καὶ βουλευτῶν φιλανθρώπως ἐχρήσατο· καὶ τὰ γράμματα τὰ ἐν τοῖς Πομπηίου κιβωτίοις εὑρεθέντα, ὅσα τινῶν τήν τε πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν δύσνοιαν ἤλεγχεν, οὔτ' ἀνέγνω, οὔτ' ἐξεγράψατο, ἀλλ' εὐθὺς κατέφλεξεν, ὅπως μηδὲν ἀπ' αὐτῶν δεινὸν ἀναγκασθῇ δρᾶσαι. ἀμέλει καὶ ἀπὸ τούτου τοὺς πολλοὺς ἀνηρτήσατο.

[Ἐκ τοῦ μβ' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Πομπήϊος δὲ, πολλῷ τοῦ Καίσαρος *περισχεῖν ἐλπίζων, οὐδὲν τῶν συμφερόντων προεῖδετο. οὔκουν οὐδὲ τὸ στρατόπεδον ἐν ἐπιτηδείῳ ἐποιήσατο, οὐδὲ ἀναφυγὴν οὐδεμίαν ἡττηθέντι οἱ παρεσκεύασε· τρίψαι τε δυνηθεὶς ἂν τὰ πράγματα, κἀκ τούτου ἀμαχεὶ κρατῆσαι, ὅμως, εἴτε ἐθελοντὴς, ὡς καὶ πάντως νικήσων, εἴτε καὶ ὑπὸ τῶν συνόντων ἐκβιασθεὶς, συνέβαλε. καὶ διὰ ταῦτ᾽, ἐπειδὴ τάχιστα ἐνικήθη, δεινῶς ἐξεπλάγη· καὶ οὔτε τι βούλευμα καίριον, οὔτ᾽ ἐλπίδα βεβαίαν ἐς τὸ ἀνακινδυνεῦσαι ἔσχεν. οὐ γὰρ πεφύκασιν οἱ λογισμοὶ τοῖς φόβοις συνεῖναι, ἀλλὰ, ἂν μὲν προκαταλάβωσί τινα, καὶ μάλα γενναίως αὐτοὺς ἀπωθοῦνται· ἂν δὲ ὑστερήσωσιν, ἡττῶνται). διὰ τοῦτο τό τε ἔρυμα εὐθὺς ἐξέλιπε, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀπῆρε· κἀκεῖ ἐπιβουλευθεὶς ἀνῃρέθη. Αἰγύπτιοι δὲ μετὰ τὴν ἀνοσίαν ταύτην πρᾶξιν, τὸ μὲν πρῶτον τῇ Κλεοπάτρᾳ δουλεύειν, ὅπερ ἥκιστα ἠβούλοντο, παρεδόθησαν· ἔπειτα δὲ ἐς τὸ τῶν Ῥωμαίων ὑπήκοον *ἐνεγράφησαν. καλὸν γὰρ, τῶν ἐναγῶν ἔργων *τὰ ἐπίχειρα καὶ παρὰ τῆς ἱστορίας λόγῳ θᾶττον καὶ παρ᾽ αὐτὰ τὰ ἔργα ἐπάγειν.

ΓΑΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ Καῖσαρ.

Πομπήιος μὲν δὴ, κράτιστος Ῥωμαίων νομισθεὶς, (ὥστε καὶ Ἀγαμέμνων ἐπικαλεῖσθαι, ἅτε καὶ χιλίων ἄρξας νεῶν) ἐν αὐτῇ τῇ *ὀγδόῃ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ ποτε τά τε τοῦ Μιθριδάτου καὶ τὰ τῶν καταποντιστῶν *ἐπὶ νίκης ἤγαγεν, ἐσφάγη. καὶ τὸ θαυμαστὸν, ὅτι, ἐς πάντας τοὺς πολίτας τοὺς Κασσίους ἐκ χρησμοῦ τινος ὑποπτεύων, πρὸς μὲν ἀνδρὸς Κασσίου οὐδενὸς ἐπεβουλεύθη· παρὰ δὲ δὴ τῷ ὄρει τῷ τὴν ἐπίκλησιν ταύτην ἔχοντι καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη. Καίσαρι δὲ οὕτως ἐν τύχῃ πάντα προεχώρει, ὥστε καὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐν πορθμείῳ τινὶ περαιούμενος, ἐνέτυχε μὲν τῷ Πομπηΐου ναυτικῷ, οὐ μόνον δὲ οὐδὲν δεινὸν ἔπαθεν, ἀλλὰ καὶ προσκαταπλήξας σφᾶς προσεποιήσατο· ἀπιὼν δὲ εἰς Αἴγυπτον, καὶ τὴν Πομπηΐου κεφαλὴν προσενεχθεῖσαν αὐτῷ θεασάμενος, κατεδάκρυσε καὶ κατωλοφύρατο. ἐπὶ μέντοι τῇ προσποιήσει ταύτῃ γέλωτα ὤφλισκανε. τῆς γὰρ δυναστείας δεινῶς ἀπ᾽ ἀρχῆς ἐφιέμενος, καὶ ἐκεῖνον ὡς ἀνταγωνιστὴν καὶ ὡς ἀντίπαλον

E Dionis libro XLII.

Pompeius, quod ſe ſuperiorem fore Cæſare ſperaret, ea quæ ſibi magno vſui futura erāt, nō prouidit: neq; enim caſtra in idoneis locis collocauerat, neq; quo victus perfugeret, cōſtituerat. Deinde, cum poſſet ſine periculo cunctando rerū potiri; tamen, ſiue ſua ſponte, tamquam eſſet omnino victor futurus, ſiue coactus a ſuis, conflixit. Itaque repente victus, grauiter perterritus eſt, vt nec conſilium vllum opportunū, aut ſpem firmam in periculis habuerit. nā metus tempore, ratio omnis & conſilium deeſt: quibus rebus ſi quis ante animū ſuum præmunierit, metū omnem ſuperare egregie poteſt: ſin minus, facile vinci. Itaque relicto munito loco, in Ægyptum profectus, ibi per inſidias obtruncatus eſt. Poſt id facinus Ægyptii, quod ante minime voluerant, [13] Cleopatræ imperio ſubiecti ſunt: deinde venerunt in dicionem populi Romani. Placet enim eiuſmodi facinorum ſceleſtorum [14] vindictam, etiam præter rationem hiſtoriæ, rebus ipſis geſtis annectere.

C. IVLIVS CÆSAR.

Pompeius potentiſſimus Romanorum eſt habitus; ita vt Agamemnon, quod ipſe quoque mille nauib. imperaſſet, vocaretur. Is [1] ipſa octaua die, qua olim de Mithridate & piratis triumphauerat, occiſus eſt. Id vero multo magis eſt admirādum, quod cum Caſſios omnes ciues Romanos ex aliquo reſponſo ſuſpectos haberet, ei nullus eorum vnquam inſidias parauit: ſed apud montem cui Caſſius nomen erat, mortem obiit, in eoq; ſepultus eſt. Cæſari vero omnia adeo proſpere ſuccedebāt, vt cum in Helleſpontum cū nauicula traiiceret, inciderit in claſſem Pompeii: qua ex re non ſolum nullum damnū ſuſtinuit, ſed eos quoq; perterrefactos [2] in ſuā poteſtatē redegit. Is in Ægyptum proficiſcēs, vt vidit allatum ad ſe Pōpeii caput, collacrymauit: qui tamen huius inanis & fictę ſimulationis cauſa ridiculus erat. Nā cum iā inde ab initio dominationem expeteret, eum ſe deſiderare, eiusq; mortē grauiter ferre ſimulabat, quē olim nō ſecus oderat quā aduerſariū

& hoſtem: qui etiã ob nullam aliam cauſam in Ægyptũ feſtinauerat quã vt eum, ſi quo pacto conſequi poſſet, conficeret. Cum autem opera Caluini legati Athenas cepiſſet, (nam eæ vltro poſt mortem Pompeii Cæſari deditionem fecerant) omnes Athenieſes impunitos reliquit: hoc vnum inquiẽs, eos, cum multa deliquiſſent, a mortuis conſeruari. Annulũ Pompeii, in quo, quemadmodum in Syllæ annulo, tropæa tria inſculpta erãt, Romam miſit; quo mortuum iam eſſe Pompeium, Romanis perſuaderet. Ipſe interim captus amore Cleopatræ, in Ægypto commorabatur. nam ita libidinoſis amoribus ſeruiebat, vt cum aliis quam plurimis mulieribus, in quas incidiſſet, conſuetudinem haberet. Cleopatra autem pulcherrima fuit: tum vero flore ætatis & facundia omnibus præſtabat, eratque apud omnes, cum quibus verſabatur, gratioſa. Ea forte, cum per id tempus cum fratre ſuo diſſideret, ac primum apud Cæſarem per amicos cauſam ageret, deinde vero ab illis ſe prodi confirmaret, ipſa ſuam cauſam agere inſtituit. quam vbi vidit, & dicentem audiuit Cæſar, ſtatim captus eſt: moxque Ptolemæum accerſiri iuſſit; ab eaque magis ſtare, quam vtrique æquus eſſe iudex cœpit. Itaque adoleſcẽs cum ob hoc, tum poſtquam intus ſororem de improuiſo conſpexit, exſiluit ira concitatus: cõgregataque iam hominum multitudine, prodi ſe vociferabatur. Eo die Cæſar Ægyptiorum tumultũ vix reprimere, aut eos ſibi reconciliare potuit. quinetiam paulo poſt, cum non haberet apud ſe milites, (nam eos dimiſerat in diuerſas partes Syriæ, quaſi ipſorum opera minus indigeret) in maximum periculum atq; diſcrimen venit; propterea quod ipſum Achillas dux Ægyptiorum inuaſit. cumq; aliquando Cæſar introiiſſet in vrbem Pharum, atque eius vrbis habitatores interfeciſſet, re animaduerſa Ægyptii, qui continentem incolebant, factis pontibus auxilio ſuis venerunt: cæſiſque frequentibus Romanis, reliquos ad naues compulerunt: *quorum magna pars in mare prolapſa eſt, & Cæſar ipſe grauiter affectus. Oberant ei in primis veſtimenta: nã quod purpurea eſſent, in eum Ægyptii facile iaculabãtur. Sed is poſitis veſtimentis enatauit; poſt, nauiculam conſcendit; itaque ſaluus euaſit, litteris, quas nando in ſiniſtra manu gerebat, ab aquæ iniuria

ἀεί ποτε μισήσας, καὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον οὐ δι' ἄλλο τι ἐπειχθεὶς ἢ ἵνα αὐτόν, εἰ περιέλοι, καταργάσαιτο, ποθεῖν τε αὐτὸν ἐπλάττετο, καὶ ἀγανάκτει τῷ ὀλέθρῳ αὐτοῦ ἐσκήπτετο. διὰ δὲ τοῦ Καλουΐνου τοῦ ὑποστρατήγου τὰς Ἀθήνας ἑλών, ἐθελοισίως αὐτῷ μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Πομπηΐου προσχωρησάσας, ἀθῴους ἀφῆκε, τοσοῦτον μόνον εἰπών, ὅτι πολλὰ ἁμαρτάνοντες ὑπὸ τῶν νεκρῶν σώζοιντο. τὸν δὲ δακτύλιον τοῦ Πομπηΐου ἐς τὴν Ῥώμην ἀφελόμενος ἔπεμψεν, ἵνα πιστεύσαι αὐτοῦ τὴν ἀναίρεσιν. ἐνεγέγλυπτο δὲ ἐν αὐτῷ τρόπαια τρία, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ τοῦ Σύλλου. αὐτὸς δὲ ἐνεχρόνιζε τῇ Αἰγύπτῳ διὰ τοὺς Κλεοπάτρας ἔρωτας. ἦν γὰρ ἐρωτικώτατος, καὶ πλείσταις καὶ ἄλλαις, ὅσαις που περιέτυχε, συνεγίνετο. Κλεοπάτρα δὲ καὶ περικαλλεστάτη γυναικῶν ἐγένετο, καὶ τότε ἡ τῆς ὥρας ἀκμῇ πολὺ διέπρεπε, τό τε φθέγμα ἀστειότατον εἶχε, καὶ προσομιλῆσαι παντί τῳ διὰ χαρίτων ἠπίστατο. διαφερομένη δὲ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τοιαῦτα, τὸ μὲν πρῶτον διὰ τῶν φίλων παρὰ τῷ Καίσαρι ἐδικάζετο· ἐπεὶ δὲ προδίδοσθαι ὑπὸ τῶν φίλων εἰποῦσα, αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἠξίωσεν ἀγωνίσασθαι. ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ, ἰδών τε αὐτήν, καί τι φθεγξαμένης ἀκούσας, οὕτως εὐθὺς ἐδουλώθη, ὥστε αὐτίκα τὸν Πτολεμαῖον μεταπέμψασθαι, καὶ συνδικεῖν ταύτῃ μᾶλλον ἢ δικάζειν ἀμφοῖν. ὁ οὖν παῖς, διά τε τοῦτο, καὶ ὅτι τὴν ἀδελφὴν αἰφνιδίως εἶδεν ἔνδον οὖσαν, ὀργῆς τε ἐπληρώθη, καὶ ἐκπηδήσας ἐς τὸ πλῆθος ἐβόα, λέγων προδίδοσθαι. τότε μὲν οὖν ὁ Καῖσαρ μόλις ἠδυνήθη τόν τε Αἰγυπτίων θόρυβον καταστεῖλαι, καὶ αὐτοὺς διαλλάξαι· ὕστερον δὲ μεγάλως ἐκινδύνευσε, τοὺς στρατιώτας οὐκ ἔχων, ἅτε μηδὲν αὐτῶν δεόμενος, ἄλλους δὲ ἄλλῃ τῆς Συρίας διαφεικώς, τοῦ στρατηγοῦ τῶν Αἰγυπτίων Ἀχιλλᾶ ἐπιθυμασάντος αὐτῷ· καί ποτε αὐτοῦ εἰς τὴν Φάρον ἀποβάντος, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ φονεύσαντος, ἰδόντες τοῦτο οἱ ἐν τῇ ἠπείρῳ Αἰγύπτιοι, κατά τε τὰς γεφύρας ἐπεβοήθησαν αὐτοῖς, καὶ συχνοὺς τῶν Ῥωμαίων ἀποκτείναντες, τοὺς λοιποὺς ἐς τὰς ναῦς ἐσήραξαν. ἄλλοι τε οὖν πολλοὶ ἐς τὴν θάλασσαν ἐξέπεσον, καὶ ὁ Καῖσαρ κἂν διεφθάρη κακῶς, ὑπό τε τῶν ἱματίων βαρυνόμενος, καὶ ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων βαλλόμενος, (ἁλουργῶν γὰρ αὐτῶν ὄντων κατεστοχάζοντο) εἰ μὴ καὶ ἐκεῖνα ἀπέρριψε, καὶ μετὰ τοῦτο διανεύσας πη ἐς ἀκάτιον ἐσεβεβήκει. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐσώθη, μηδὲν τῶν γραμμάτων βρέξας, ἃ πολλὰ ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ἔχων

ἐνήξατο·

Præterea Cæſar, cum a populo Dictator crearetur, cogereturq; parêre, oblatis quattuor & viginti faſcibus, veſtem diſcidit. quo facto recte inuidiam & odium nominis declinauit; quamuis honore atque auctoritate Dictatores antecelleret. Cumque Marcus quidam Primus Prætor Macedoniæ bellum Odryſis intuliſſet, diceretq; in iudicio nonnumquā, ſe de ſentētia Auguſti; nōnumquam, de Marcelli voluntate id feciſſe, Auguſtus vltro in ius venit: deinde a Prætore interrogatus, an Primo bellum gerere præcepiſſet, negauit: cumque Licinius Murena, patronus & defenſor Primi, [14] multa in Cæſarem maledicta iaceret, eumq; ita rogaret: *Quid igitur hic facis, aut quis te accerſiuit?* tantum reſpondit, ſe vocatū a Republica veniſſe. Iiſdem temporib. Æthiopes qui vltra Ægyptū incolebant, vſq; ad [15] vrbē quæ Elephantina dicitur,

προσποιούμενον, παρὰ πόδας ἁλῶναι. ὁ γὰρ Μάρκελλος νοσήσας οὐ πολλῷ ὕστερον, καὶ τὸν αὐτὸν ἐκεῖνον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Μούσα τρόπον θεραπευόμενος, ἀπέθανε. τότε μέντοι πάντες ἐθαύμαζον ὅτι τὸν Μάρκελλον (ἦν δὲ Μαρκέλλου τοῦ τῷ Ἀννίβᾳ προσπολεμήσαντος *ἔγγονος) καὶ ὡς γαμβρὸν καὶ ὡς ἀδελφιδοῦν ἀγαπῶν, καὶ οὕτω τιμῶν ὥστε καὶ ἀγορανομοῦντος αὐτοῦ τὴν ἀγορὰν ἐν παντὶ τῷ θέρει παραπετάσμασι κατὰ κορυφὴν διαλαβεῖν, ὅμως τὴν μοναρχίαν οὐκ ἐπίστευσεν. οὕτως, ὡς ἔοικεν, οὐδέ πω τῇ τοῦ μειρακίου γνώμῃ ἐθάῤῥει, ἀλλ' ἤτοι τὸν δῆμον τὴν ἐλευθερίαν κομίσασθαι, ἢ καὶ τὸν Ἀγρίππαν τὴν ἡγεμονίαν παρ' ἐκείνου λαβεῖν ἠθέλησεν· ᾔδει γὰρ προσφιλῆ αὐτὸν ὄντα τῷ δήμῳ. ῥαΐσας δ' οὖν, καὶ μαθὼν τὸν Μάρκελλον οὐκ ἐπιτηδείως τῷ Ἀγρίππᾳ διὰ τοῦτ' ἔχοντα, ἐς τὴν Συρίαν εὐθὺς τὸν Ἀγρίππαν, μὴ καὶ διατριβή τις καὶ ἀψιμαχία ἐν ταὐτῷ σφίσι συμβῇ, ἔστειλε. καὶ ὅς, ἐκ μὲν τῆς πόλεως εὐθὺς ἐξώρμησεν, οὐ μέντοι καὶ ἐς τὴν Συρίαν ἀφίκετο, ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον μετριάζων, ἐκεῖσε μὲν τοὺς ὑποστρατήγους ἔπεμψεν, αὐτὸς δ' ἐν τῇ Λέσβῳ διέτριψε. Καὶ τοῦτο δὲ τοῦ Καίσαρος ἐπαινούμενον, ὅτι Λούκιον Σήστιον, οὐ μόνον σπουδάσαντα πάλαι τῷ Βρούτῳ καὶ συστρατεύσαντα, ἀλλ' ἔτι καὶ τότε καὶ μνημονεύοντα αὐτοῦ, καὶ εἰκόνας ἔχοντα, καὶ ἐπαίνους ποιούμενον, ὕπατον ἀνθ' ἑαυτοῦ ποτε εἵλετο.

[Ἐκ τοῦ νδ' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Δικτάτωρα δὲ αὐτὸν τοῦ δήμου αἱρουμένου, καί, ὡς οὐκ ἐπείθετο, ἀναγκάζοντος, καὶ τὰς εἰκοσιτέσσαρας ῥάβδους προσφέροντος, διέῤῥηξε τὴν ἐσθῆτα, ὀρθῶς τό τε ἐπίφθονον καὶ τὸ μισητὸν τῆς *κλήσεως φυλαττόμενος. τῆς γὰρ ἐξουσίας καὶ τῆς τιμῆς ὑπὲρ τοὺς δικτάτωρας εἶχε. Μάρκου δέ τινος Πρίμου [αἰτίαν ἔχοντος] ὅτι τῆς Μακεδονίας ἄρχων Ὀδρύσαις ἐπολέμησε, καὶ λέγοντος ἐν τῷ δικαστηρίῳ ποτὲ μὲν τῇ τοῦ Αὐγούστου, ποτὲ δὲ τῇ τοῦ Μαρκέλλου γνώμῃ τοῦτο πεποιηκέναι, ἐς τὸ δικαστήριον αὐτεπάγγελτος ἦλθε, καὶ ἐπερωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ εἰ προστάξειε τῷ Πρίμῳ πολεμῆσαι, ἔξαρνος ἐγένετο. τοῦ δὲ συναγορεύοντος τῷ Πρίμῳ, Λικινίου Μουρήνου, ἄλλα τε εἰς αὐτὸν [οὐκ] ἐπιτήδεια ἀποῤῥίψαντος, καὶ πυθομένου, Τί δὴ ἐνταῦθα ποιεῖς, καὶ τίς σε ἐκάλεσε; τοσοῦτον μόνον ἀπεκρίνατο ὅτι, Τὸ δημόσιον. Ὑπὸ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν οἱ Αἰθίοπες οἱ ὑπὲρ Αἰγύπτου οἰκοῦντες, προεχώρησαν ἄχρι τῆς * χώρας τῆς Ἐλεφαντίνης ὠνομασμένης,

πάντα

πάντα τὰ ἐν ποσὶ πολιορκοῦντες, συμπαρούσης αὐτοῖς καὶ τῆς βασιλίσσης αὐτῶν Κανδάκης. Γαΐου δὲ Πετρωνίου τοῦ τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντος, ἐπ᾽ αὐτοὺς ἐξορμήσαντος, ὥρμηντο μὲν ὡς καὶ διαφευξόμενοι· καταληφθέντες δὲ ἐν τῇ ὁδοιπορίᾳ, ἐς τὴν οἰκείαν αὐτὸν ἐπεσπάσαντο· καὶ καλῶς ἐκεῖ ἀγωνισάμενος, τὴν Ταπάπην τὸ βασίλειον αὐτῶν ἔλαβε. καὶ ἐκείνη μὲν καταχθεῖσα ἐν φρουρᾷ κατελείφθη· ὁ γὰρ Πετρώνιος μήτε περαιτέρω προελθεῖν δυνηθεὶς, μήτε κατὰ χώραν μεῖναι δυνηθεὶς, ἀνεχώρησε· καὶ τούτῳ τῶν Αἰθιόπων τοῖς καταλειφθεῖσιν ἐπιθεμένων, αὖθίς τε ἐπ᾽ αὐτοὺς ἐστράτευσε, καὶ τοὺς σφετέρους ἐρρύσατο, αὐτούς τε τὴν οἰκείαν καταλαβεῖν ἠνάγκασε. Τοῦ δὲ Καίσαρος ἐς Σικελίαν ἐκδημήσαντος, ὅπως ἐκείνην τε καὶ τὰ ἐν αὐτῇ πάντα καταστήσῃ, ἐστασίασεν ὁ δῆμος περὶ τὰς τῶν ὑπάτων ἀρχαιρεσίας, ὅτι ἀδύνατον ἦν δημοκρατουμένους σωθῆναι, μικροῦ γοῦν τινος κυριεύσαντος.* ἀγανακτήσας οὖν ἐπὶ τούτῳ ὁ Αὔγουστος, καὶ μήτε μόνῃ τῇ Ῥώμῃ σχολάζειν δυνάμενος, μήτε ἄναρχον αὐτὴν καταλιπεῖν τολμῶν, μετεπέμψατο τὸν Ἀγρίππαν, καὶ τὴν Ιουλίαν αὐτῷ τὴν . . . ἀνδρὸς χηρεύουσαν δοὺς, ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς τὴν Ῥώμην, Μαικήνου (ὡς λέγεται) συμβουλεύσαντος ὅτι, Τηλικοῦτον αὐτὸν πεποίηκας, ὥστε ἢ γαμβρόν σου γενέσθαι, ἢ φονευθῆναι. Περαιωθεὶς δὲ εἰς Ἑλλάδα, τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους ἐτίμησε, διὰ τὸ φυγοῦσαν ποτὲ μετὰ [τοῦ] Νέρωνος τοῦ ἀνδρὸς τὴν Λιβίαν ἐκεῖ διαγενέσθαι· τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἐκόλασεν, Αἴγιναν ἀφελόμενος·* Κυζικηνοὺς δὲ καὶ ἄλλας πόλεις, ὅτι περί τινας τῶν Ῥωμαίων πλημμελῆσαί τι ἔδοξαν, ἐδουλώσατο. Ἐν τούτῳ ὁ Φραάτης, φοβηθεὶς μὴ καὶ ἐπιστρατεύσῃ οἱ, τά τε σημεῖα τοῦ Κράσσου, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀπέπεμψεν αὐτῷ· καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Καῖσαρ ἐγαυροῦτο, ὡς ἀκονιτὶ λαβὼν ἃ πολέμοις ἄλλοι ἀπεβάλοντο. ἀμέλει καὶ θυσίας ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐπετέλεσε· καὶ προσέτι καὶ ἐπὶ κέλητος ἐς τὴν πόλιν ἐσήλασεν. * Ἐπῃνεῖτο δὲ καὶ ἐφ᾽ οἷς οὐκ ἠξίου ἕτερόν τι προσκτήσασθαι, ἀλλ᾽ ἀκριβῶς ἀρκεῖσθαι τοῖς ὑπάρχουσιν ἐδικαίου. Ὅτι δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ βασιλείας καὶ δυναστείας τὰς μὲν * τι βεβαιοῦντι, τὰς δὲ εἰς ἑτέρους μεταθέντι, τοὺς δέ τινας τῶν βασιλέων καὶ δικαιοῦντι, τοὺς δὲ ἐπαινοῦντι καὶ φίλους ποιουμένῳ, πάμπολλαι πρεσβεῖαι πρὸς αὐτὸν ἀφίκοντο. καὶ γὰρ καὶ Ἰνδοὶ πρό-

progreſſi comite ac duce Cădace regina, omnia quæ fierent obuiam, vaſtabant. Quo cognito, Caius Petronius præfectus Ægypti, contra eos contendit: illi regredi cœperunt, ſeque in fugam coniicere. Petronius eos in itinere conſecutus, atque in patriam eorum attractus, cum iis prœlium feliciter commiſit, cepitque Tanapen vrbem regiam; quam retinuit relictis in ea præſidiis. Nam cum nollet progredi longius, nec poſſet in ea regione diutius remanere, regreſſus eſt. Interim Æthiopes præſidia a Petronio relicta adorti ſunt: quamobrem ipſe exercitum reduxit, ſuosque liberauit, atque Æthiopes domum compulit. Sed cum Auguſtus in Siciliam profectus eſſet, populus in creandis Conſulibus ſeditionem fecit. nam etſi exigua erat populi poteſtas, tamen vbi populus dominium habebat, ciues ſalui eſſe nõ poterant. Hanc ob cauſam Auguſtus indignatus, quod Romæ ſemper eſſe nõ poſſet, nec eam auderet ſine præfecto relinquere, Agrippam accerſiri iuſſit; eique Iuliam, quæ tum vidua erat, vxorem dedit; deinde cum Romam miſit. Ferunt Mæcenatem id conſilium Cæſari dediſſe; propterea quod Agrippam tot tantiſque honorib. auxiſſet. *Nam eum, inquit, generum tuum eſſe, aut interire neceſſe eſt.* Poſtquam tranſiit in Græciam, Lacedæmoniis magnos honores tribuit, quod Liuia, cum fugeret olim cum Nerone viro ſuo, apud eos commoſata fuerat. Athenienſes vero multis incommodis affecit, atq; iis Æginam ademit. Cyzicenos autem, & alias ciuitates, quæ contra quoſdã ciues Romanos nonnihil videbantur commiſiſſe, in ſeruitutem adduxit. Phraates per id tempus metuens ne Cæſar contra ſe exercitum duceret, captiuos ad eum remiſit, & ſigna militaria quæ a Craſſo acceperat: qua ex re Cæſar gloria efferebatur, quod abſque labore recuperaſſet ea quæ alii magnis prœliis amiſiſſent. ob eam cauſam ſacra fecit, atq; *ouans vrbem ingreſſus eſt. Tum laudabatur, quod ſibi nihil præterea acquirendũ eſſe putaret, quodque ſtatueret contentus eſſe reb. præſentibus. Cum eſſet in Aſia, regnaque & principatus partim aliis confirmaſſet, partim ad alios tranſtuliſſet, condemnatis quibuſdam regibus, nonnullis etiam laudatis, atq; in amicitiam receptis, quam plurimæ legationes ad eum venerunt. Nam Indi, qui antea quoque

legatos miſerant, tunc amicitiam cõfirmauerunt datis muneribus; in quibus præter cetera fuerunt tigres, quæ tum primum a Romanis viſæ ſunt: præterea adoleſcentulus abſque humeris ei datus eſt, qui pedibus perinde ac manibus in rebus omnibus vtebatur: pedibus arcum tendebat, mittebat ſagittas, tuba canebat. id quemadmodum faceret, neſcio: tantum ſcribo quæ verſantur in ſermone omnium. Eodem tempore †Zamarcus Indus ſophiſtes, ſiue gloriæ cupiditate permotus, ſiue ſenectute, (vt eſt mos regionis) viuus ſe in ignem coniecit. Cæſari Romam redeunti Romani ſe comparabant vt obuiam procederent: ſed is de nocte Romam aduectus eſt, vt ſemper conſueuerat, cum vel in vrbem introiret, vel ex vrbe proficiſceretur. ſtudebat enim diligenter clam vtrumque facere; vt nemini moleſtus eſſet. Cum autẽ vellet Senatores pauciores eſſe, certoque & definito numero contineri, pleriſque moleſtiam exhibuit: tum ei a permultis inſidiæ paratæ ſunt: atque ipſe coegit permultos ſibi mortem afferre: (in quorum numero fuit Murena, qui cum eo olim conſtanter & libere ſe geſſerat) quoſdam alios condemnauit; in quibus erat filius Lepidi: Lepidum vero patrem tractauit contumelioſe; quẽ inuitum rure iuſſit in vrbem venire, ac poſtea ſemper in conuentus adduxit, vt propter *auctoritatis & dignitatis cõmutationem, maiorem iniuriam ſuſtineret, eſſetque ludibrio & deſpectui. neq; tamen eum iuſſit interfici, neque ei, cum Pontifex eſſet, pontificatum ademit, quamdiu vixit. Cum autem haberetur ſermo in Senatu, vt Senatores Auguſtum viciſſim cuſtodirent, Antiſtius, qui refragari non audebat, ſed neq; volebat acquieſcere: (is erat homo nobiliſſimus) *Sterto*, inquit: *quamobrem nequeo apud Cæſarem excubare.* hunc Cæſar, etſi alia cõtra voluntatem eius fecerat, tamen nõ puniuit. Cum autem de ornatu mulierum, & virorum continentia, præcepta dare conaretur, irriſus eſt; quod propter ea quę domi ſuæ fiebãt, non haberet de iis rebus loquendi libertatem: cũ multis enim rem habebat, Liuiæq;, quam viuo marito eius duxerat, erat (vt aiunt) ſubiectus. Itaq; adducto ad ſe adoleſcente, qui duxerat in vxorẽ eam cum qua adulterium cõmiſerat, eoq; grauiter accuſato, Cęſar in dubitationem venit, quod neq; auderet id facinus negligere, neq; in adoleſcentem animaduertere:

Zamarus eſt apud Dionẽ.

κηρυκευσάμενοι πρότερον, φιλίαν τότε ἐσπείσαντο, δῶρα πέμψαντες ἄλλα τε, καὶ τίγρεις πρῶτον τότε Ῥωμαίοις ὀφθείσας. καί τι καὶ μειράκιον ἄνευ ὤμων αὐτῷ ἐδωρήσαντο· καὶ μέντοι καὶ τοιοῦτον ὂν ἐκεῖνο, ἐς πάντα τοῖς ποσὶν ἅτε καὶ χερσὶν ἐχρῆτο, τόξον τε αὐτοῖς ἐπέτεινε καὶ βέλη ἠφίει, καὶ ἐσάλπιζεν, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως· γράφω γὰρ τὰ λεγόμενα. τότε καὶ ὁ σοφιστὴς * Ζάμαρχος ὁ Ἰνδὸς, εἴτε ὑπὸ φιλοτιμίας, εἴτε ὑπὸ τοῦ γήρως, κατὰ τὸν πάτριον νόμον, πυρὶ ἑαυτὸν ζῶντα ἐξέδωκεν. Ἐπεὶ δὲ ἐπιδημιοῦντι εἰς τὴν Ῥώμην οἱ ἄλλοι προαπαντῆσαι παρεσκευάζοντο, νύκτωρ ἐς τὴν πόλιν ἐσεκομίσθη, καθὼς ἀεὶ ἔν τε ταῖς * ἐνδημίαις καὶ ταῖς εἰσόδοις ἐποίει, λανθάνειν ἐν ἀμφοτέροις σπεύδων, ἵνα μηδενὶ ὀχληρὸς εἴη. Τὴν δὲ βουλὴν αὖθις εἰς βραχύτερον συστέλλων τε καὶ ὁρίζων, καὶ τοὺς πολλοὺς ἐκ τούτου λυπῶν, καὶ ἐπεβουλεύετο παρὰ πολλῶν, καὶ πολλοὺς ἠνάγκαζεν ἑαυτοὺς διαχρήσασθαι· * καὶ Μουρήνας ὁ παρρησιασάμενός ποτε πρὸς αὐτόν. ἄλλους μὲν οὖν τινὰς * ἐδίκασε, καὶ τὸν Λεπίδου υἱόν· αὐτὸν δὲ τὸν Λέπιδον προεπηλάκισε μὲν, ἔς τε τὴν πόλιν καὶ ἄκοντα ἐκ τῶν ἀγρῶν καλεῖσθαι κελεύων, καὶ ἐς τὰς συνόδους ἀεὶ ἐσάγων, ὅπως ὅτι πλείστην καὶ χλευασίαν καὶ ὕβριν πρός τε τὴν τῆς ἰσχύος καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀξιώσεως μεταβολὴν ὀφλισκάνῃ· οὐ μὴν ἀπέκτεινεν, ἀλλὰ καὶ ἀρχιερέα ὄντα, τὴν ἀρχιερωσύνην, ἕως περιῆν, οὐκ ἀφείλετο. Λόγων δέ ποτε ἐν βουλῇ γινομένων ὡς χρεὼν εἴη τὸν Αὔγουστον ἐκ διαδοχῆς σφᾶς φρουρεῖν, Ἀντίστιος μήτε ἀντειπεῖν τολμῶν, μήτε συγκαταθέσθαι ὑπομένων, (ἦν γὰρ τῶν γενναιοτέρων) ἔφη ὅτι, Ῥέγχω καὶ οὐ δύναμαι αὐτοῦ προκοιτῆσαι· ἀλλ᾽ ὅμως τοῦτον, καὶ ἐν ἄλλοις οὐ κεχαρισμένα αὐτῷ πράξαντα, ὁ Καῖσαρ οὐ μετῆλθε.

Περὶ δὲ εὐκοσμίας γυναικῶν καὶ σωφροσύνης ἀνδρῶν παραινεῖν ἐπιχειρῶν, ἐχλευάζετο, μὴ ἔχων περὶ τούτων ἀφ᾽ ἑστίας τὴν παρρησίαν, ἅτε πολλαῖς μὲν αὐτὸς συγγινόμενος, τῇ δὲ Λιβίᾳ (ὥς φασιν) ὑποκείμενος· καὶ αὐτὴν δὲ ταύτην ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς γήμας. καί ποτε προσήγαγέ τις αὐτῷ νεανίσκον γυναῖκα ἐκ μοιχείας γεγαμηκότα· καὶ ὁ μὲν κατηγόρει τοῦ νεανίσκου, ὁ δὲ Καῖσαρ διηπορήθη, μήτε παριδεῖν τὸ πρᾶγμα, μήτ᾽ ἐπιτιμῆσαι τολμήσας.

ὀψὲ δέ ποτε ἀνενεγκὼν, Πολλὰ, ἔφη, καὶ δεινὰ αἱ στάσεις ἐπήνεγκαν· ὥστε ἐκείνων μὲν ἀμνημονῶμεν, τοῦ δὲ δὴ λοιποῦ προνοῶμεν ὅπως μηδὲν τοιοῦτο γίγνηται. Πυλάδου δὲ καὶ Βαθύλλου τῶν ὀρχηστῶν ἀνθούντων τότε, καὶ τοῦ δήμου περὶ αὐτοὺς *στασιάσαντος, ὁ Καῖσαρ ἐπεὶ ὠργίζετο τῷ Πυλάδῃ, εἰπεῖν ἐκεῖνος λέγεται, Ἀλλὰ συμφέρει σοι, Καῖσαρ, περὶ ἡμᾶς τὸν δῆμον ἀποδιατρίβεσθαι. τῷ δὲ Μαικήνᾳ διὰ τὴν γυναῖκα οὐκ ἔθ' ὁμοίως ἔχαιρεν· οὕτω γὰρ πάνυ αὐτῆς ἤρα, (ὠνομάζετο δὲ Τερεντία) ὥστε καὶ ἀγωνίσασθαί ποτε αὐτὴν περὶ τοῦ κάλλους πρὸς τὴν Λιβίαν. Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον κῆτός τι, πλάτος μὲν ποδῶν εἴκοσι, μῆκος δὲ τριπλάσιον ἔχον, καὶ γυναικὶ πλὴν τῆς κεφαλῆς ἐοικὸς, ἐς τὴν Κελτικὴν γῆν ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ ἐξώκειλε. Λικίνιος δέ τις, Ἰουλίου Καίσαρος ἐξελεύθερος, ἐπίτροπος τῆς Γαλατίας ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου κατασταθεὶς, καὶ πλεονεξίᾳ μὲν βαρβαρικῇ, ἀξιώσει δὲ Ῥωμαϊκῇ χρώμενος, πλεῖστα τοὺς Γαλάτας κατελυμήνατο· καὶ ἐς τοσοῦτόν γε κακοτροπίας ἐχώρησεν, ὥστε ἐπειδή τινες εἰσφοραὶ *παρ' αὐτοῖς ἐγίνοντο, τεσσαρεσκαίδεκα τοὺς μῆνας ποιῆσαι. τῶν δὲ Γαλατῶν καταβοώντων αὐτοῦ πρὸς τὸν Καίσαρα, καὶ δεινὰ ποιουμένων, ὥστε καὶ ἐκεῖνον τὰ μὲν συναχθεσθαι σφίσι, τὰ δὲ καὶ παραιτεῖσθαι, ἀγνοεῖν τέ τινα λέγειν, καὶ προσποιεῖσθαι ἕτερα μὴ πιστεύειν, καὶ ἔστιν ἃ συγκρύπτειν, αἰσχυνόμενον ὅτι τοιούτῳ ἐπιτρόπῳ ἐκέχρητο· τοιόνδε τι τεχνασάμενος ὁ Λικίνιος, πάντων αὐτῶν κατεγέλασεν. ἐπειδὴ γὰρ χαλεπῶς οἱ τὸν Αὔγουστον ἔχοντα ᾔσθετο, καὶ κολασθήσεσθαι ἔμελλεν, ἔς τε τὴν οἰκίαν αὐτὸν ἐσήγαγε, καὶ πολλοὺς μὲν καὶ ἀργυρίου καὶ χρυσίου θησαυροὺς, πολλὰ δὲ καὶ τἆλλα σωρηδὸν *συνενενημένα αὐτῷ δείξας, Ὦ δέσποτα, ἔφη, ὑπὲρ σοῦ καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων Ῥωμαίων ταῦτα ἤθροισα, ἵνα μὴ τοσούτων χρημάτων ἐγκρατεῖς οἱ ἐπιχώριοι ὄντες, ἀποστῶσι· ἀμέλει καὶ ἐτήρησά σοι πάντα αὐτὰ καὶ δίδωμι. καὶ ὁ μὲν οὕτως, ὡς καὶ ὑπὲρ τοῦ Αὐγούστου τὴν τῶν βαρβάρων ἰσχὺν ἐκνευρικὼς, ἐσώθη.

Τὸν δὲ δὴ Τιβέριον καὶ τὸν Δροῦσον, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ παῖδας, ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἔπεμπε· καὶ κατεστρέφοντο οὗτοι τούς τε παριστρίους αὐτῷ βαρβάρους, καὶ τοὺς *παρωκεανίους Κελτούς. ἀλλ' ὁ μὲν Δροῦσος, νέος κομιδῇ μετήλλαξε· Τιβέριος δὲ καὶ ἐβίω χρόνον πολὺν, καὶ τὸ τοῦ Αὐγούστου διεδέξατο κράτος, καίτοιγε τοῦ Καίσαρος Γάϊόν τε καὶ Λούκιον τοὺς ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Ἰουλίας τῷ Ἀγρίππᾳ τεχθέντας,

tandem tamen ita reſpondit; *Seditiones (inquit) nobis attulerunt multa & grauia incommoda; quæ recordari nõ eſt neceſſe. quare prouideamus in poſterum, ne quid huiuſmodi committatur.* Florebant per id tempus Pylades & Bathillus ſaltatores: propter quos cum ſæpe fieret populi cõcitatio, Cęſar Pyladi iratus eſt. At ille dixiſſe fertur; *Id tibi quidem conducit Cæſar, populum propter nos occupatum & diſtentum eſſe.* Ceterum conſuetudine Mæcenatis, propter vxorem eius, nõ perinde delectabatur, vt antea: nam Mæcenas eam vſque adeo diligebat, (ei Terentia erat nomen) vt ea aliquãdo ſit auſa cũ Liuia de pulchritudine contendere. Sub id tempus cetus latitudine pedum XX, triplicata vero longitudine, atque in omnibus præter caput mulieri ſimillimus, ex Oceano in Celticam venit. Licinius quidã, Iulii Cæſaris libertus, quem Auguſtus Galliæ præfecerat, adductus barbara & immani auaritia, præditusque Romana dignitate, Gallis plurima dãna & detrimẽta attulit. Tanta enim fuit eius improbitas atque peruerſitas, vt, cum ſolerent ſingulis mẽſibus a Gallis tributa cõferri, ipſe quatuordecim menſes fecerit. Hunc cum Galli vehementer accuſarẽt apud Cęſarem, ferrentque grauiter, Cęſar partim eis concedebat, partim excuſabat Licinium: quædam negabat ſe ſcire, nonnulla ſe credere diſſimulabat, cetera occultabat; pudore ſcilicet affectus, quod eum hominẽ Gallis præfeciſſet. Sed Licinius, capto aſtuto & callido conſilio, omnes irriſit. nã, vt ſenſit Auguſtum ſibi iratum & offenſum eſſe, ac de ſe ſupplicium ſumptum iri, eum in domum ſuam introduxit, eique theſauros oſtẽdit, magnam vim argenti & auri, aliaque permulta cumulate in eum locũ congregata: mox inquit; *Domine, hæc omnia coegi & coaceruaui tua & populi Romani cauſa, vt ne nationes huiuſmodi copioſa & locupletes abs te deficerent: omnia quidem certe tibi ſeruaui, eaque in præſens do.* Itaque Licinius ſaluus euaſit; quaſi in gratiam Auguſti vires barbarorum eneruaſſet. Cæſar Tiberiũ & Druſum vxoris filios contra hoſtes miſit. Hi vicerunt barbaros qui iuxta Danubiũ, & *Germanos qui prope Oceanũ incolunt: poſtea Druſus admodum adoleſcens mortuus eſt. Tiberius diu vixit, accepitq; imperium Auguſti: quamquam Auguſtus Caium & Lucium (quos Iulia filia ſua ex Agrippa pepererat)

Celtas. al.

& filios ſibi adoptauerat, & Imperatores deſignauerat; quo minus ſibi inſidiæ pararentur: nec enim exſpectauit, dũ ad virilem ætatẽ peruenirent; ſed ſtatim eos ſucceſſores imperii renuntiauit: quoniã thoracem quẽ ſub veſte gerebat, etiã cum in Senatũ veniret, putabat parũ ſibi profuturum; tametſi ciues Romani, adducti beneuolẽtia, ad eũ ineunte anno* venerãt, argentumq; omnes dederant, diſpari tamẽ numero: ille quoq; tantundem, aut plus eo, non modo Senatoribus, ſed etiã reliquis omnibus reddiderat. Tanto ẽt amore erat in amicos inflãmatus, vt, cum Mæcenas & Apuleius male audirent in iudicio, quod adulteri cuiuſdã patroni ac defenſores eſſent, ipſe in ius venerit: ac cũ ſediſſet in tribunali p̃toris, nihil quidẽ admiſerit grauius, ſed accuſatori interdixerit, ne amicis ſuis ꝓpinquisve conuitiũ faceret: atq; inde ſtatim ſurrexit. Cum aũt Cornelium quendã de vita vxoris accuſaret, isq; in Senatu reſpõdiſſet, ſe de voluntate & conſilio Cæſaris eã duxiſſe: ira vehementer incitatus, nihil dixit acriter, nihilq; fecit acerbe, ſed ſtatim exſiluit e Senatu; ac paulo poſt reuerſus; *Malui*, inquit ad amicos, *hoc facere, quãuis rectũ non fuerit, quam hic manere, coactus maleficium aliquod committere.* De '' Vedio vero Pollione, qui mortẽ obiit iiſdem tẽporibus, mẽtionem faciã; quamuis nihil memoria dignũ fecerit: quippe libertino patre natus erat; tamẽ, quod maximas opes habuit, & eius eſt nobilitata crudelitas, ſolet nomẽ eius hiſtoriis mandari. Porro aũt moleſtum eſſet omnia quæ ab eo dicta ſunt aut facta, commemorare: ſed in piſcinis murænas habuit, quæ carnib. humanis veſcerentur, eisq; ſeruos obiecit, de quib. voluit ſuppliciũ ſumere. Itaque cũ Auguſtum cõuiuam accepiſſet, pincernã qui forte ſcyphum cryſtallinũ fregerat, murænis offerri iuſſit. Auguſtus, cuius ad pedes puer ſupplex iacebat, primũ conabatur ei perſuadere, ne id faceret: ſed dũ ille non obtemperat; *Affer*, inquit, *ad me cetera pocula quæ ſunt huius generis, & reliqua omnia quæ pretioſa habes: vt ego quoque iis vti poſſim*: poſt vbi allata ſunt, cõfringi iuſſit. Tũ Pollio, vt cui maior terror iram vnius poculi cauſa cõceptam excuſſiſſet, inuitus conquieuit.

καὶ* ποιησαμένου καὶ αὐτοκράτορας ἀναδείξαντος, ἵνα ἧττον* ἐπιβουλεύοιτο· μηδὲ ἀναμείνας σφᾶς ἀνδρωθῆναι, ἀλλ' αὐτόθεν διαδόχους τῆς ἀρχῆς ἀποδείξας. βραχὺ γάρ τι καὶ σμικρὸν τὸν θώρακα ὃν ὑπὸ τῇ στολῇ πολλάκις καὶ ἐς αὐτὸ τὸ συνέδριον ἐσιὼν εἶχεν, ἐπικουρήσειν ἑαυτῷ ἐνόμιζεν· καίτοιγε οἱ Ῥωμαῖοι ἀργύριον, οἱ μὲν πλεῖον, οἱ δὲ ἔλαττον, αὐτῷ ἐκείνῳ προσιόντες ὑπὸ εὐνοίας ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ ἐδίδοσαν· καὶ ὅς, προσθεὶς ἄν, ἤ τι τοσοῦτον, ἢ καὶ πλέον, ἀντεδίδου οὐχ ὅπως τοῖς βουλευταῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις. Ἦν δὲ καὶ περὶ τοὺς φίλους οὕτω θερμός, ὡς καὶ τοῦ Μαικήνου καὶ τοῦ Ἀπουλείου κακῶς ἐν δικαστηρίῳ ποτὲ ἀκουσάντων, ὅτι μοιχῷ τινι συνηγόρουν, ἐλθεῖν τε εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ ἐν τῇ τοῦ στρατηγοῦ καθέδρᾳ ἱζήσας, δεινὸν μὲν οὐδὲν πρᾶξαι, ἀπειπὼν δὲ τῷ κατηγόρῳ μήτε τοὺς φίλους αὐτοῦ, μήτε τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ προπηλακίζειν, εὐθὺς ἀναστῆναι. Κορνηλίου δέ τινος αἰτίαν* παρ' αὐτοῦ ἐπὶ τῷ τῆς γυναικὸς βίῳ ἔχοντος, καὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ εἰπόντος ὅτι καὶ εἰδότος καὶ συμβουλεύσαντος αὐτοῦ ἠγάγετο αὐτήν, περιοργής τε ἐγένετο, καὶ εἶπε μὲν οὐδὲν οὐδὲ ἔπραξε δεινόν, ἐκπηδήσας δὲ ἐκ τοῦ βουλευτηρίου, ἔπειτα μετ' ὀλίγον ἐπανῆλθεν, ἑλόμενος (ὡς πρὸς τοὺς φίλους εἶπε) τοῦτο μᾶλλον, καίπερ οὐκ ὀρθῶς ἔχον, ποιῆσαι, ἢ κατὰ χώραν μένων ἀναγκασθῆναί τι κακὸν δρᾶσαι. Μνησθήσομαι δὲ καὶ* Οὐεδίου Πωλίωνος ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ μεταλλάξαντος, ἄλλως μὲν οὐδὲν μνήμης ἄξιον παρασχομένου, (καὶ γὰρ ἐξ ἀπελευθέρου ἐγεγόνει) ἐπὶ δὲ δὴ τῷ πλούτῳ τῇ τε ὠμότητι ὀνομαστοτάτου γεγενημένου, ὥστε καὶ ἐς ἱστορίας λόγον ἐλθεῖν. ἔστι γὰρ τὰ μὲν ἄλλα ὅσα ἔπραττε, δι' ὄχλου ἂν λεγόμενα γένοιτο· μυραίνας δὲ δεδιδαγμένας ἀνθρώπους ἐσθίειν ἐν δεξαμεναῖς τρέφων, τοὺς δούλους αὐταῖς, οὓς ἐθανάτου, παρέβαλλε. καί ποτε τὸν Αὔγουστον ἑστιῶν, ἐπειδὴ ὁ οἰνοχόος κύλικα κρυσταλλίνην κατέαξεν, ἐς τὰς μυραίνας αὐτὸν ἐμβληθῆναι προσέταξεν. ὁ οὖν Αὔγουστος, προσπεσόντος οἱ τοῦ παιδὸς, καὶ ἱκετεύσαντος αὐτόν, τὰ μὲν πρῶτα πείθειν τὸν Πωλίωνα ἐπειρᾶτο μηδὲν τοιοῦτο δρᾶσαι· ὡς δ' οὐχ ὑπήκουσεν αὐτῷ, Φέρε, ἔφη, τἆλλα πάντα ἐκπώματα ὅσα ποτὲ τοιουτότροπα, ἢ καὶ ἕτερά τινα ἔντιμα κέκτησαι, ἵνα αὐτοῖς χρήσωμαι· καὶ αὐτὰ κομισθέντα συντριβῆναι ἐκέλευσεν. ἰδὼν δὲ τοῦτο ἐκεῖνος, καὶ ὑπὸ τῆς μείζονος καταπλήξεως τὴν ἐπὶ τῷ ἑνὶ ἐκπώματι ὀργὴν ἐκκρουσθείς, ἡσυχίαν καὶ ἄκων ἤγαγε.

τελευτή-

τελευτήσας δὲ ὁ Πωλίων, τῷ Αὐγούστῳ τήν οἰκίαν, καὶ * τὸν Παυσίλυπον τὸ χωρίον τὸ μεταξὺ Νέας τε πόλεως καὶ τῶν Πυτεόλων, κατέλιπεν. ὁ δὲ Αὔγουστος τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐς ἔδαφος, ὅπως μηδὲν μνημόσυνον ἐν τῇ πόλει ἔχοι, καταβαλών, *περίστῳον ᾠκοδομήσατο, καὶ τὸ τῆς Λιβίας αὐτῷ ἐπέγραψεν ὄνομα. Πόλεις μέντοι συχνὰς ὁ Καῖσαρ ἄλλῃ τε πολλαχῇ, καὶ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν καὶ Γαλατίαν ἀπῴκισεν· ᾠκοδόμησε δὲ καὶ τὸν Κυρίνου ναόν, ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα τοῦτον κίοσι κοσμήσας. καὶ ἐπειδὴ καὶ τοσαῦτα ἔτη τὰ πάντα ἐβίωσε, τὸ πρᾶγμα *ἔδοξέ τισιν οὐ κατὰ τύχην αὐτῷ γεγενῆσθαι, ἀλλ' ἐξεπίτηδες καὶ κατὰ πρόγνωσιν.

[Ἐκ τοῦ νε΄ τῶν Δίωνος βιβλίων]

Δροῦσος δὲ ὁ τοῦ Τιβερίου ἀδελφός, κατὰ Κελτῶν τῶν ἐπέκεινα τοῦ Ῥήνου οἰκούντων πεμφθείς, καὶ τὰ ἐν ποσὶν οὐκ *ἀταλαιπώρως χειρούμενος, μέχρι τοῦ Ἀλβίου προεχώρησεν ποταμοῦ· ῥεῖ δὲ οὗτος ἐκ τῶν Οὐανδαλικῶν ὀρῶν, καὶ ἐς τὸν Ὠκεανὸν τὸν προσάρκτιον πολλῷ μεγέθει *ἐκδίδωσιν. ἐνταῦθα δὲ γυνή τις αὐτῷ μείζων ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν ἀπαντήσασά τε καὶ εἰπεῖν λέγεται· Ποῖ δῆτα ἐπείγῃ Δροῦσε ἀκόρεστε; οὐ πάντα σοι ταῦτα ἰδεῖν πέπρωται. ἀλλ' ἄπιθι· καὶ γάρ σοι καὶ τῶν ἔργων καὶ τοῦ βίου τελευτὴ ἤδη πάρεστι. καὶ ὁ μέν, ἀποστρέφων ἐκ τῆσδε σπουδῇ, ἐν τῇ ὁδῷ νόσῳ τινὶ ἐτελεύτησεν. ἡ δὲ δὴ Λιβία εἰκόνων τε ἐπὶ παραμυθίᾳ ἔτυχε, καὶ ἐς τὰς μητέρας τὰς τρὶς τεκούσας ἐσεγράφη. δίδωσι γὰρ ὁ νόμος ἐν χάριτος μέρει, πρότερον μὲν διὰ τῆς βουλῆς, νῦν δὲ διὰ τοῦ αὐτοκράτορος, τὰ τῶν τοσαυτάκις γεγεννηκότων δικαιώματα, ὥστε σφᾶς μήτε τοῖς τῆς ἀπαιδίας ἐπιτιμίοις ἐνέχεσθαι, καὶ τὰ τῆς πολυπαιδίας ἆθλα, πλὴν ὀλίγων τινῶν, καρποῦσθαι. καὶ αὐτὰ οὐκ ἄνθρωποι μόνον ἀλλὰ καὶ θεοὶ εὑρίσκονται, ἵν' ἄν τίς τι αὐτοῖς τελευτῶν καταλίπῃ, λαμβάνωσι. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτόν ἐστι. Καῖσαρ δὲ τά τε ὀνόματα συμπάντων τῶν βουλευτῶν ἐς λεύκωμα ἀναγράψας ἐξέθηκε· καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ νῦν κατ' ἔτος καὶ τοῦτο ποιεῖται· καὶ [τὰ] ζημιώματα τοῖς μὴ δι' εὔλογόν τινα αἰτίαν τῆς συνεδρίας ἀπολειπομένοις ἐπηύξησεν· ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν τοιούτων ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ὑπαιτίων ἀτιμώρητα εἴωθε γίνεσθαι· κληροῦσθαί τε αὐτούς, εἰ *συχνοὶ ποιήσαιεν, καὶ τὸν ἀεὶ πέμπτον λαχόντα ὀφλισκάνειν αὐτὰ ἐκέλευσεν. Ἀπόντος δὲ αὐτοῦ, ἐβουλεύοντο μέν, καὶ ἡ γνώμη συνεγράφετο, οὐ

Idem poſtea moriens Auguſto domum ſuam, & eam villam cui *Pauſilypum* nomen eſt, quæq; eſt inter Neapolim & Puteolos, reliquit. Sed domū Vedii Auguſtus, vt memoria nominis eius ex vrbe deleretur, funditus euertit, atq; in eo loco porticum nomine Liuiæ ædificauit. Idem cū in alios locos complures, tū in Hiſpaniam & Galliam multas colonias deduxit: exſtruxitque templum Quirino LXXVI columnis ornatū; cumq; ita tot annos vixiſſet Cæſar, viſum eſt quibuſdam * id ei nō caſu & fortuito, ſed iudicio deorum immortalium, & fato quodam eueniſſe.

E Dionis libro LV.

Druſus autem Tiberii frater, miſſus contra Celtas qui trans Rhenum incolunt, captis rebus omnibus quæ factæ eſſent obuiam, vſque ad Albim fluuium eſt progreſſus; qui a Vandalorum montib. in eum Oceanum qui ad ſeptemtriones ſpectat, maximus influit. Ibi quædam mulier inuſitata magnitudine, fertur ei occurriſſe, atque ita dixiſſe; *Quo pergis Druſe cupide & inexplebilis? non enim potes hæc omnia ex fatis videre. quamobrem recede. nam tibi iam adeſt exitus vitæ, & rerum tuarum omnium.* Itaque Druſus, cum celeriter reuerteretur, tamē in itinere morbo exſtinctus eſt. Tum Liuiæ ſtatuæ poſitæ ſunt, conſolandi eius cauſa; eaque in numero matrum quę tres liberos peperiſſent, ſcripta eſt. Lex enim antea quidē ex Senatus, nunc autem ex Imperatoris auctoritate, eadem iura beneficii loco tribuit quibuſdā mulieribus, quæ data ſunt iis quæ ter pepererint: vt nō ſubiiciantur pœnis ſterilium, ſed eis omnia fere præmia tribuantur, quæ mulierçs fœcundiſſimæ conſequuntur; † quæ non modo ſunt hominum, ſed etiam deorum inuenta, vt accipiant ſi quid a morientib. ſibi relictum fuerit. id ergo eſt huiuſmodi. Porro Cæſar nomina Senatorum omniū ſcripta in albo propoſuit: quod ex eo tempore quotannis fieri ſolet: iisq; q ſine cauſa * deſiiſſent in Senatum venire, mulctā auxit: poſt vero, quoniam iam ſolebant impunes relinqui, propter magnam multitudinem eorū qui in pœnam inciderent, iuſſit, quoties multi deliquiſſent, vt inter eos ſortes ducerentur: quibus ductis, quintus quiſq; pœnas perſolueret. Senatores etiam abſente Cæſare conſultabant, ſcribebaturq; eorum ſententia: ⁶ neq;

† Vide Annotata in Dionem.

tamen vim Senatuſconſulti habebat, aut rata erat; ſed tantũ *Auctoritas Senatus* dicebatur. nimirũ vt tamen Senatorum ſententia nota eſſet. nam ea eſt verbi ſignificatio, quæ Græce vno verbo exprimi nõ poteſt. In primis cupiebat popularis eſſe. itaq; cũ quidam qui cõmilito ipſius fuerat, egeret eius patrocinio, principio, quod ſibi per otium nõ liceret, cuidam ex amicis præcepit, vt cauſam eius defenderet: ſed cum cõmilito indignatus ita reſpondiſſet, *Ego vero, quoties tibi neceſſaria fuit opera mea, neminẽ ad te miſi, ſed præſens ipſe tua cauſa pericula ſuſcepi*: tũ ei Cæſar aduocatus venit. Cumque quiſpiam amicus eius reus eſſet factus, ei ipſe patrocinat⁹ eſt, re prius cum Patribus communicata, eumque ſeruauit; nec ſolum accuſatori non eſt iratus, cuius fuerat magna in accuſando licentia; ſed etiam eum, cum morũ reus citaretur, abſoluit; dixitq;, propter multorũ hominum nequitiam, eam libertatẽ loquendi neceſſariam eſſe. De iis vero ſuppliciũ ſumpſit, qui nuntiabãtur ipſi inſidias feciſſe. Cum autem non liceret quæſtionẽ habere de ſeruo contra dominũ, cõſtituit, quotieſcumq; id vſu veniret, vt is ſeruus vel Reipublicę venderetur, vel ſibi; atq; ita, cum nõ eſſet amplius in rei poteſtate, torqueretur. Quamobrem eum alii accuſabant; quod futurum eſſe dicerent, vt domini mutatione lex abrogaretur: alii cõtendebant id eſſe neceſſarium, quod multi his de cauſis in ipſum Auguſtũ & in magiſtratus conſpirarent. Poſt hæc imperiũ, quamquã iam ab ſe depoſitum eſſe dicebat, ſcilicet præterito altero decennio, rurſum tamen inuitus ſuſcepit. Menſem ſextilem, etſi mẽſe Septembri natus erat, *Auguſtum* cognominauit; quod tum primum Conſul eſſet factus, quodq; ſibi in eo multas magnaſque victorias peperiſſet; de qbus reb. omnib. maxime gloriabatur. Sed ei mors Mæcenatis magnum & acerbum dolorem commouit. nã is, cum multũ ceteris in rebus prodeſſet Cæſari, tum vero, quoties paulo vehementius iraſcebatur, iram eius placabat atq; leniebat: idq; ex eo licet animaduertere, quod cum Cæſar aliquando ius diceret, adeſſetq; Mæcenas, ac præuideret eum multos mortales condemnaturum, conatus eſt reiectis iis qui circumſtabãt, ad Cæſarem proxime accedere: ſed cum non poſſet, ad eum ſcripſit in hæc verba; *Tandem aliquando ſurge carnifex*: deinde,

μέντοι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν, ἀλλὰ καὶ* αὐκτωρ . . . ἐγένετο, ὅπως φανερὸν τὸ βούλημα αὐτῶν ᾖ. τοιοῦτον γάρ τι ἡ δύναμις τοῦ ὀνόματος τούτου δηλοῖ. ἑλληνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστιν. Οὕτω δὲ δημοκρατικὸς ἠξίου εἶναι, ὥστε τινὸς τῶν συστρατευσαμένων ποτὲ αὐτῷ συνηγορήματος παρ' αὐτοῦ δεηθέντος, τὸ μὲν πρῶτον τῶν φίλων τινὰ, ὡς καὶ ἐν ἀσχολίᾳ ὤν, συνειπεῖν αὐτῷ κελεῦσαι· ἔπειτ', ἐπεὶ ἐκεῖνος ὀργισθεὶς ἔφη, Ἐγὼ μέντοι, ὁσάκις ἐπικουρίας χρείαν εἶχες, οὐκ ἄλλον τινὰ ἀντ' ἐμαυτοῦ σοι ἔπεμψα, ἀλλ' αὐτὸς πανταχοῦ προεκινδύνευσά σου· ἔς τε τὸ δικαστήριον* συνελθεῖν, καὶ συνηγορῆσαί οἱ. φίλῳ τέ τινι δίκην φεύγοντι συνεξετάσθη, ἐπικοινώσας αὐτὸ τοῦτο τῇ γερουσίᾳ· καὶ ἐκεῖνόν τε ἔσωσε, καὶ τὸν κατήγορον αὐτοῦ οὐχ ὅπως δι' ὀργῆς ἔσχε, καίπερ πάνυ πολλῇ παρρησίᾳ χρησάμενον, ἀλλὰ καὶ εὐθυνόμενον ἐπὶ τοῖς τρόποις ἀφῆκεν, εἰπὼν ὅτι ἀναγκαία σφίσιν ἡ παρρησία αὐτοῦ διὰ τὴν τῶν πολλῶν πονηρίαν εἴη. ἄλλους γε μὴν ἐπιβουλεύειν οἱ μηνυθέντας ἐκόλασεν. *οὐκ ἐξὸν δὲ ὄν, δοῦλον* κατὰ δεσπότου βασανισθῆναι, ἐκέλευσεν, ὁσάκις ἂν χρεία τοιούτου τινὸς γένηται, τῷ δημοσίῳ αὐτὸν ἢ καὶ ἑαυτῷ πιπράσκεσθαι, ὅπως ὡς ἀλλότριος τοῦ κρινομένου ὤν, ἐπεξετάζηται. τοῦτο δὲ οἱ μὲν ᾐτιῶντο, ὅτι ὁ νόμος τῇ τοῦ δεσπότου μεταλλαγῇ καταλύεσθαι ἔμελλεν· οἱ δὲ ἀναγκαῖον* αὐτὸ ἔφασκον εἶναι, ὅτι πολλοὶ διὰ *τούτων καὶ ἐπ' αὐτῷ ἐκείνῳ καὶ ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς συνίσταντο. Μετὰ δὲ δὴ ταῦτα τὴν ἡγεμονίαν, καίπερ ἀφεὶς, ὡς ἔλεγεν, ἐπειδὴ τὰ δέκα ἔτη τὰ δεύτερα ἐξεληλύθει, ἄκων δῆθεν αὖθις ὑπέστη. καὶ τὸν μὲν μῆνα τὸν σεξτίλιον καλούμενον, Αὔγουστον ἀντωνόμασε, καίτοι κατὰ τὸν σεπτέμβριον γεννηθεὶς, ὅτι καὶ ὕπατος ἐν αὐτῷ τὸ πρῶτον ἐγένετο, καὶ μάχας πολλὰς καὶ μεγάλας ἐνενικήκει. Ἐπὶ μὲν οὖν τούτοις ἐγαυροῦτο· τοῦ δὲ δὴ Μαικήνου τελευτήσαντος ἤλγησε. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα αὐτοῦ ἀπώνατο, μάλιστα δὲ ὁσάκις ἀκρατεστέρῳ τῷ θυμῷ ἐχρῆτο. τῆς τε γὰρ ὀργῆς αὐτὸν παρέλυε, καὶ ἐς τὸ ἠπιώτερον μεθίστη. τεκμήριον δέ· δικάζοντι αὐτῷ προστὰς, καὶ ἰδὼν ὅτι πολλοὺς θανατώσειν μέλλοι, ἐπεχείρησε μὲν διώσασθαι τοὺς περιεστηκότας, καὶ ἐγγὺς αὐτῷ προσελθεῖν· μὴ δυνηθεὶς δὲ, ἔγραψεν ἐς γραμματεῖον, Ἀνάστηθι ἤδη ποτὲ δήμιε· καὶ αὐτὸ,

ὡς καὶ

ὡς καὶ ἕτερόν τι ἔχον, ἐς τὸν κόλπον αὐτοῦ ἔρριψεν· ὥστ' ἐκεῖνον μήτ' ἀποκτεῖναί τινα, καὶ εὐθὺς ἐξαναστῆναι. οὐ γὰρ ὅπως ἠγανάκτει τοῖς τοιούτοις, ἀλλὰ καὶ ἔχαιρεν, ὅτι ὅσα αὐτὸς ὑπό τε τῆς ἑαυτοῦ φύσεως, καὶ ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀνάγκης καὶ παρὰ τὸ προσῆκον ἐθυμοῦτο, ταῦτα τῇ τῶν φίλων παρρησίᾳ διωρθοῦτο. ὁ [δ'] οὖν Μαικήνας καὶ κληρονόμον αὐτὸν, καίπερ ἐπὶ τῇ γυναικὶ δυσχεραίνων, κατέλιπε. πρῶτος δὲ ὁ Μαικήνας κολυμβήθραν θερμοῦ ὕδατος ἐν τῇ πόλει κατεσκεύασε, καὶ πρῶτος σημεῖά τινα *γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξεῦρε, καὶ αὐτὰ διὰ Ἀκύλα ἀπελευθέρου συχνοὺς ἐξεδίδαξεν. Ἐτύχον δὲ διὰ τοὺς γενομένους ἐμπρησμοὺς τηνικαῦτα, καὶ οἱ στενωποὶ ἐπιμελητῶν τινων ἐκ τοῦ δήμου, οὓς καὶ στενωπάρχους καλοῦμεν· καὶ σφίσι καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ ἀρχικῇ καὶ ῥαβδούχοις δύο ἐν αὐτοῖς τοῖς στενωποῖς ὧν ἄρχουσι, χρῆσθαι ἐδόθη. Τοῦ δὲ Γαΐου καὶ τοῦ Λουκίου τῶν ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ τῷ Ἀγρίππᾳ τεχθέντων, οὐχ ὅτι ἁβρότερον διαγόντων, ἀλλὰ καὶ θρασυνομένων, ὥστε καὶ τὸν Γάιον μηδὲ ἐς ἐφήβους πω τελοῦντα ὑπατείαν μετιέναι, ἠγανάκτησέ τε, καὶ προσεπηύξατο, μηδεμίαν τοιαύτην καιρῶν ἀνάγκην, ὁποία ποτὲ αὐτὸν κατέλαβε, γενέσθαι, ὥστε τινὰ νεώτερον εἰκοσαέτους ὑπατεῦσαι. ἐπειδή τε καὶ ὣς ἐνέκειτό οἱ, τότε ἔφη χρῆναί τινα τὴν ἀρχὴν ταύτην λαμβάνειν ὅταν μήτε τι αὐτὸς ἁμαρτάνειν, καὶ ταῖς τοῦ δήμου σπουδαῖς ἀνθίστασθαι δύνηται.

Βουληθεὶς δὲ μᾶλλον αὐτοὺς σωφρονίσαι, τῷ Τιβερίῳ τήν τε ἐξουσίαν τὴν δημαρχικὴν ἐς πέντε ἔτη ἔνειμε, καὶ τὴν Ἀρμενίαν ἀλλοτριουμένην προσέταξε. Συνέβη δὲ αὐτῷ καὶ ἐκείνοις καὶ τῷ Τιβερίῳ μάτην προσκροῦσαι, τοῖς μὲν, ὅτι παρεωρᾶσθαι ἔδοξαν, τῷ δὲ, ὅτι τὴν ὀργὴν αὐτῶν ἐφοβήθη. ἀμέλει καὶ ἐς Ῥόδον, ὡς καὶ παιδεύσεώς τινος δεόμενος, ἐστάλη, μήτ' ἄλλους τινὰς, μήτε τὴν θεραπείαν πᾶσαν ἐπαγόμενος, ἵν' ἐκποδὼν σφίσι καὶ τῇ ὄψει καὶ τοῖς ἔργοις γένηται. λόγον δέ τινα ἔχει καὶ διὰ τὴν γυναῖκα τὴν Ἰουλίαν, ὅτι μηκέτ' αὐτὴν φέρειν ἐδύνατο, τοῦτο ποιῆσαι· κατέλιπε γοῦν αὐτὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ. Ὁ δὲ Αὔγουστος, ὅ τι τοῦ δήμου τοῦ* σιτοδοτουμένου πλῆθος, ἀόριστον ὂν, ἐς εἴκοσι μυριάδας κατέκλεισε, καὶ (ὥς γέ τινες λέγουσι) καθ' ἕνα ἑξήκοντα δραχμὰς ἔδωκε. Θέας τε ποιῶν, ἐς τὸν Φλαμίνιον ἱππόδρομον ὕδωρ ἐσήγαγε, καὶ ἐν αὐτῷ ἓξ καὶ τριάκοντα κροκόδειλοι κατεκόπησαν. Τότε δὲ πρῶτον

quaſi aliud ſcriptum eſſet, epiſtolam ei in ſinum coniecit: ita Cæſar, nemine capitis condemnato, ſtatim ſurrexit: tantumque abfuit vt ex ea re moleſtiam ceperit, vt gauiſus ſit maxime, ſe, quoties ſupra modum iraſceretur, coactus vel natura ſua, vel rebus neceſſariis, libertate ac licentia amicorum corrigi. Mæcenas, quamuis propter vxorem indignatus eſſet, tamen eum heredem reliquit. Hic primus balneum aquæ calidæ in vrbe conſtruxit; primusque quaſdam notas litterarum inuenit ad celeriter ſcribendum, eaſque complures per Aquilam libertum docuit. Eodem tempore propter incēdia facta, nonnulli* *curatores angiportuū* a plebe cōſtituti ſunt, quos Græci στενωπάρχους vocant. His toga vti magiſtratuum, & lictores duos habere in iis angiportubus quibus præſunt, datum eſt.

Cæſar, propter Caium & Lucium, quos Agrippa ex filia eius ſuſceperat, non ſolum quod petulāter viuerent, ſed etiam quod eſſent adeo temerarii, vt Caius nondū adoleſcens Conſulatum petierit, graui dolore affectus, precatus eſt, ne vnquam inciderent huiuſmodi tempora in quæ olim ipſe inciderat, vt minor XX annis Conſul fieret: cumque adhuc inſtaret, reſpondit, id imperium deferendū eſſe ei qui nihil peccaret, quique poſſet cupiditatibus populi Romani obſiſtere. deinde, vt eos modeſtiores efficeret, Tiberio Tribuniciā poteſtatem dedit in quinquennium, eique Armeniam, quæ alienata erat a populo Romano, attribuit. [17] Ceterū id factum eo recidit, vt omnes iſtos Auguſtus offenderet, dum illi ſe negligi putabant, dumque Tiberius eos metuebat iratos: qui ob eam cauſam Rhodum ſe contulit; quaſi doctrina opus eſſet & ſtudiis litterarum: eoque non modo non duxit alienos, ſed neque familiares omnes; vt* celerius omnino conſpectum factaque Lucii & Caii vitaret: vel (vt quidam dicebant) propter Iuliam vxorem, quam ferre amplius non poterat: eam enim Romæ reliquit. Auguſtus autem, cū infinita eſſet populi multitudo cui frumentum dabatur, eam redegit ad hominum ducenta milia, & (vt a quibuſdam dictum eſt)* populo viritim ſexaginta denarios dedit. præbuitq; ſpectacula, aqua in Circum Flaminiū introductas in quo ſex & triginta crocodili interfecti ſunt. Tum primū

duos præfectos Prætorianorum creauit. nā ita mihi nominandi ſunt, cum iam hoc verbū in vſum venerit. Porro laſciuia Iuliæ tanta fuit, vt in foro, atq; adeo in roſtris, nocturno tēpore comiſſationes ageret, & cōpotaret. Quā Cæſar vt tandē deprehendit, grauiter iratus eſt. nā & antea ſuſpicabatur, eā minus pudice viuere, etſi ꝓ certo nō habebat; propterea quod *ii qui principatum tenent, omnia potius, quā ea quæ ad ſe ſpectant, intelligunt: vtq; nō poſſunt clam ſuos quidquā agere, ita ſuorum facta numquam optime percipiunt.* Ob hanc cauſam Cæſar vſq; adeo cōmotus eſt, vt [18] iram domi ſuæ cōtinere non potuerit, ſed rem omnē detulerit ad Senatū. Iulia in Pandateriam inſulā finitimā Cāpaniæ, relegata eſt; eamq; eſt Scribonia mater ſponte conſecuta. Ii qui cum ea rē habuerant, Iulus Antonius, qui ſpe regni id fecerat, cū quibuſdā aliis viris illuſtrib. occiſus eſt; reliqui ſunt in inſulas relegati. Sed cū aliæ quoq; mulieres permultæ accuſarentur de iiſdē ſceleribus, nō omnes accuſationes admiſit; ſed tēpus pręſtituit, vt de iis quæ ante facta eſſent, nō quæreretur: & cū erga filiā nulla clementia vſus eſſet, dixiſſetq; ſe malle patrē Phœbes quā illius fuiſſe, ceteris pepercit. Erat aūt Phœbe liberta Iulię & ſocia; quæ mortē voluntariam ſibi cōſciuit, & ob eā rem ab Auguſto laudata eſt. Cum Caius ad bellū cōtra Armenios miſſus eſſet, Tiberius in Chiū venit; eumq; in magno honore habuit: nec ſolū Caio humilē ſe præbuit, ſed etiā ceteris omnib. qui cum ipſo erāt, ſubmiſſus fuit. Cum autē Phraates rex Parthorum de pace ad Cæſarem litteras miſiſſet, Cæſarque Phraati ſimpliciter ſine regis nomine reſcripſiſſet, iuſſiſſetque de Armenia decedere, Phraates nō ſolum non eſt timore perterritus, ſed etiā ad eū reſcripſit arroganter, ſeq; *regem regum,* illū tātummodo *Cæſarem* appellauit. [19] Tamen in gratiam reditū eſt, poſtquā Phraates Caium in Syria adeſſe expertus, domeſticamq; ſeditionem ob ſui odiū veritus, Armenia ceſſit. His peractis rebus, defunctiſque Lucio & Caio, factum eſt vt Tiberius Rhodo in vrbem redierit. Is, propter ſtellarū cognitionē, erat vates exercitatiſſimus, habebatque Thraſyllum virum in aſtronomia peritiſſimum;

καὶ ἐπάρχους τῶν δορυφόρων δύο ἀπέδειξεν· οὕτω γάρ τοι αὐτοὺς καὶ ἐγὼ μόνους τῶν ἐπαρχόντων τινὸς, ἐπειδήπερ ἐκνενίκηκεν, ὀνομάζω. Τὴν μέντοι Ἰουλίαν τὴν θυγατέρα ἀσελγαίνουσαν οὕτως, ὥστε καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐπ' αὐτοῦ γε τοῦ βήματος καὶ κωμάζειν νύκτωρ καὶ συμπίνειν, ὀψὲ δέ ποτε φωράσας, ὑπερωργίσθη· κατείκαζε μὲν γὰρ καὶ πρότερον οὐκ ὀρθῶς βιοῦν αὐτὴν, οὐ μέντοι καὶ ἐπίστευεν. οἱ γάρ τοι τὰς ἡγεμονίας ἔχοντες, πάντα μᾶλλον ἢ τὰ σφέτερα γινώσκουσι, καὶ οὔτ' αὐτοὶ τοὺς συνόντας ὧν ποιοῦσι λανθάνουσιν, οὔτε τὰ ἐκείνων ἀκριβοῦσι. τότε δ' οὖν τοσούτῳ θυμῷ ἐχρήσατο, ὥστε μηδ' οἴκοι αὐτὸν καταχεῖν, ἀλλὰ καὶ τῇ γερουσίᾳ κοινῶσαι. κἀκ τούτου ἐκείνη μὲν ἐς Πανδατερίαν τὴν πρὸς Καμπανίᾳ νῆσον ὑπερωρίσθη, καὶ αὐτῇ καὶ ἡ Σκριβωνία ἡ μήτηρ ἑκοῦσα συνεξέπλευσε. τῶν δὲ ἐγκεχρηματικότων αὐτῇ, ὁ μὲν Ἰούλιος Ἀντώνιος, ὡς καὶ ἐπὶ τῇ μοναρχίᾳ τοῦτο πράξας, ἀπέθανε μετ' ἄλλων τινῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν· οἱ δὲ λοιποὶ, ἐς νήσους ὑπερωρίσθησαν. πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων γυναικῶν ἐφ' ὁμοίοις τισὶν αἰτίαν λαβουσῶν, οὐ πάσας τὰς δίκας ἐδέξατο, ἀλλὰ καὶ χρόνον τινὰ ἀφώρισεν, ὥστε τὰ πρὸ ἐκείνου πραχθέντα μὴ πολυπραγμονεῖσθαι. ἐπὶ γὰρ τῆς θυγατρὸς μηδὲν μετριάσας, ἀλλὰ καὶ φήσας ὅτι Φοίβης πατὴρ μᾶλλον ἢ ἐκείνης γεγονέναι ἤθελε, τῶν ἄλλων ἐφείδετο. ἡ δὲ δὴ Φοίβη, ἐξελευθέρα τε τῆς Ἰουλίας καὶ συνεργὸς οὖσα, προαπέθανεν ἑκουσία· διόπερ καὶ ὁ Αὔγουστος αὐτὴν ἐπῄνεσε. Τοῦ δὲ Γαΐου σταλέντος εἰς τὸν πρὸς Ἀρμενίους πόλεμον, ὁ Τιβέριος εἰς Χίον ἐλθὼν, αὐτὸν ἐθεράπευσεν· ἐταπείνου τε γὰρ ἑαυτὸν, καὶ ὑπέπιπτεν οὐχ ὅτι τῷ Γαΐῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ οὖσι. Φραάτου δὲ τοῦ τῶν Πάρθων βασιλέως ἐπιστείλαντος περὶ εἰρήνης τῷ Καίσαρι, καὶ τοῦ Καίσαρος ἀντεπιστείλαντος αὐτῷ Φραάτῃ ἁπλῶς ἄνευ τῆς τοῦ βασιλέως ἐπικλήσεως, καὶ τῆς Ἀρμενίας ἀποστῆναι προστάξαντος, οὐχ ὅσον ἐκεῖνος οὐ κατεπλήξεν, ἀλλὰ καὶ ἀντέγραψέν οἱ τά τε ἄλλα ὑπερηφάνως, καὶ αὐτὸν μὲν βασιλέα βασιλέων, ἐκεῖνον δὲ Καίσαρα μόνον ὀνομάσας· ὅμως ὕστερον κατηλλάγη ἐπὶ τῷ τῆς Ἀρμενίας ἀποστῆναι, ἐπειδὴ τόν τε Γάιον ἐν τῇ Συρίᾳ παρόντα ἔμαθε, καὶ τὰ οἰκεῖα ταραττόμενα μίσει αὐτοῦ ὑπετόπασε. Συνέβη δὲ εὐθὺς μετὰ ταῦτα καὶ τὸν Τιβέριον ἐκ Ῥόδου εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικέσθαι, Λουκίου καὶ Γαΐου τελευτησάντων. αὐτός τε γὰρ ἐμπειρότατος τῆς διὰ τῶν ἄστρων μαντικῆς ὤν, καὶ Θράσυλλον ἄνδρα πάσης ἀστρολογίας διαπεφυκότα ἔχων,

πάντα

πάντα καὶ τὰ ἑαυτοῦ καὶ ἐκείνοις πεπρωμένα ἀκριβῶς ἠπίστατο. καὶ λόγος γε ἔχει ὅτι μελλήσας ποτὲ ἐν τῇ Ῥόδῳ τὸν Θράσυλλον ἀπὸ τοῦ τείχους ὦσαι, ἐπειδὴ μόνος αὐτῷ πάνθ' ὅσα ἐνενόει συνῄδει, ὡς εἶδεν αὐτὸν σκυθρωπάσαντα, ἤρετο διὰ τί *συννένοφεν, εἰπόντος δὲ κίνδυνόν τινα ὑποπτεύειν, θαυμάσας, οὐκέτ' αὐτὸ ἐποίησεν. οὕτω γάρ που πάντα ἐκεῖνος σαφῶς ᾔδει, ὥστε καὶ τὸ πλοῖον τὸ τὴν ἀγγελίαν τῷ Τιβερίῳ τὴν ἐς τὴν Ῥώμην ἀνακομιδῆς παρά τε τῆς μητρὸς καὶ παρὰ τοῦ Αὐγούστου φέρον, πόρρωθεν κατιδὼν προσπλέον, προειπεῖν αὐτῷ ἃ ἀγγέλλειν ἔμελλε. Τοῦ δὲ Λουκίου τοῦ τε Γαΐου τὰ σώματα διά τε τῶν χιλιάρχων καὶ διὰ τῶν ἐφ' ἑκάστης πόλεως πρώτων ἐς τὴν Ῥώμην ἐκομίσθη· καὶ αἱ πέλται τά τε δόρατα ἃ παρὰ τῶν ἱππέων ἐς τοὺς ἐφήβους ἐσιόντες χρυσᾶ εἰλήφεσαν, ἐς τὸ βουλευτήριον ἀνετέθη. Δεσπότης δέ ποτε ὁ Αὔγουστος ὑπὸ τοῦ δήμου ὀνομασθεὶς, οὐχ ὅπως ἀπεῖπε μηδένα τούτῳ πρὸς ἑαυτὸν τῷ προσρήματι χρήσασθαι, ἀλλὰ καὶ πάνυ διὰ φυλακῆς αὐτὸ ἐποιήσατο. Πληρωθείσης δέ οἱ καὶ τῆς τρίτης δεκαετίας, τὴν ἡγεμονίαν καὶ τὸ τέταρτον ἐκβιασθεὶς δῆθεν ὑπεδέξατο. πρᾳότερός τε καὶ ὀκνηρότερος ὑπὸ τοῦ γήρως πρὸς τὸ τῶν βουλευτῶν τισὶν ἀπεχθάνεσθαι γεγονὼς, οὐδενὶ ἔτ' αὐτῶν προσκρούειν ἤθελεν. Ἐμπρησμοῦ δέ ποτε τὸ παλάτιον διαφθείραντος, καὶ πολλῶν αὐτῷ πολλὰ διδόντων, οὐδὲν ἔλαβεν, ἢ μόνον παρὰ μὲν τῶν δήμων χρυσοῦν, παρὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν δραχμήν. χρυσοῦν γὰρ δὴ καὶ ἐγὼ τὸ νόμισμα τὸ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς δυνάμενον, κατὰ τὸ ἐπιχώριον ὀνομάζω· καὶ τῶν Ἑλλήνων δέ τινες, ὧν τὰ βιβλία ἐπὶ τῷ ἀττικίζειν ἀναγινώσκομεν, οὕτως αὐτὸ ἐκάλεσαν. ὁ δὲ Αὔγουστος τὴν οἰκίαν οἰκοδομήσας, ἐδημοσίωσε πᾶσαν, εἴτε δὴ διὰ τὴν συντέλειαν *τὴν ἐπὶ τὰ τοῦ δήμου οἱ γενομένην, εἴτε καὶ ὅτι ἀρχιερέως ἦν, ἵν' ἐν τοῖς ἰδίοις ἅμα καὶ ἐν τοῖς κοινοῖς οἰκοίη. Τοῦ δὲ δήμου σφόδρα ἐγκειμένου τῷ Αὐγούστῳ, ἵνα καταγάγῃ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ, θᾶσσον ἔφη πῦρ ὕδατι μιχθήσεσθαι ἢ ἐκείνην καταχθήσεσθαι. καὶ ὁ δῆμος πυρὰ ἐς τὸν Τίβεριν πολλὰ ἐνέβαλε *καὶ τότε, καὶ οὐδὲν ἤνυσεν· ὕστερον δὲ ἐξεβιάσατο ὥστε ἐς γοῦν τὴν ἤπειρον αὐτὴν ἐκ τῆς νήσου κομισθῆναι. Τῷ δὲ Καίσαρι ἐπεβούλευσαν ἄλλοι τε, καὶ Γναῖος Κορνήλιος, θυγατριδοῦς τοῦ μεγάλου Πομπηίου ὤν. οὔτε δὲ ἀποκτεῖναι σφᾶς ἐθέλοντι, (οὐδὲν γὰρ πλέον πρὸς ἀσφάλειαν ἐκ τῆς ἀπολλυμένων ἑώρα οἱ γιγνόμενον) οὔτ' ἀπολῦσαι, μὴ καὶ ἑτέρους ἐκ τούτου ἐφ' ἑαυτὸν ἐπισπάσηται· καὶ διὰ τοῦτ' ἀπο-

qui ſciebat optime quid ſibi atq; aliis eſſet euenturũ. Nam ferũt Tiberium aliquando ſtatuiſſe Rhodi Thraſyllũ e muro præcipitare, quod is ſolus omnes cogitationes eius cognoſceret: ſed vt eũ mœſtum eſſe animaduertit, rogauitq; cauſam mœroris, atq; is reſpondit ſe periculi cuiuſdam ſuſpicionem habere, Tiberium admiratum, quod propoſuerat, non feciſſe. Sic enim omnia certo ſciebat, vt cum procul vidiſſet nauem in qua nuntius vehebatur, quem de reditu in vrbem mater & Auguſtus ad Tiberium mittebant, ſtatim quod ille nuntiaturus erat, prædixerit. Lucii autẽ & Caii corpora tribuni militum cum primariis ſingularũ ciuitatum, Romam tulerunt: ſcuta quoque aurea & haſtæ, quas ineunte adoleſcentia acceperãt ab equitibus Romanis, in curia repoſita ſunt. * Auguſtus, cum eſſet aliquando *Dominus* a populo nominatus, nõ ſolum vetuit ne quis ſe appellaret eo nomine, ſed etiam id cauit diligenter. Tertio autem expleto decennio, quartum imperium inuitus ſuſcepit: quod ſenectute mitior iã ac minus ad offendẽdos Senatores procliuis factus, nolebat cuiquã infenſus eſſe. Palatio incendio conſumpto, cum ipſi multi multa offerrent, nihil accepit præter aureũ a ſingulis populis, & a priuatis denarium. *Aureum* appello more Romano, genus monetę, quinq; & viginti * denarios cõtinens: eundem & Græci quidã, quorum libros propterea legimus quod Attici ſunt, χρυσοῦν appellant. Auguſtus reſtitutum palatium omnino publicauit; vel propter ſtipem quã a populo acceperat; vel quod *pontifex erat; vt in publico ſimul & priuato habitaret.

*drachmas

Inſtabat populus Auguſto, vt filiam ſuam reſtitueret. is reſpondit, citius ignem cũ aqua cõmiſceri poſſe, quam illam reſtitui. Itaq; populus multum ignem in Tiberim coniecit; ſed tamẽ nihil egit; quamuis eum poſtea coegerit, vt ſaltẽ eam ex inſula in continentem reduceret. Cæſari multi inſidias fecerunt, atq; in primis Cnæus Cornelius, Põpeii Magni ex filia nepos. quos cũ nollet occidere, propterea quod morte eorum non magis ſe ſecurũ eſſe intelligebat; neq; liberare, ne ob eam rem ceteros contra ſe incitaret; adeo in magnam dubitationem

venit, vt dies noctesque curis angeretur. Itaque Liuia eum interrogare cœpit; *Quid hoc rei eſt, mi vir? quamobrem non dormis?* Tum Auguſtus, *Ecquis poſſet*, inquit, *mea uxor, vacuo animo eſſe, cui tot perpetuo inimici ſunt? an non vides, quot homines mihi & principatui inſidias parent? quos non modo non deterrent damnatorum ſupplicia: ſed contra, tamquam ſpe alicuius boni propoſita, ceteri ad immaturã mortem contendunt.* Liuia poſtquam hæc audiuit; *Mirum non eſt*, inquit, *quod tibi inſidiæ parentur; partim quod alienum non ſit ab humana conditione, partim quod in tam magno imperio multa facias, ex quib. par eſt pleroſq; moleſtiam capere.* PRINCEPS *enim non ſolum non poteſt omnib. placere; ſed etiam, quantumuis rectè imperet, ei multos iraſci neceſſe eſt. Neq; enim tam multi homines iuſti ſunt, quam ii qui volunt iniuriam facere; quorum cupiditates expleri non poſſunt. Boni autem viri & virtute præditi, partim multa & ea quidem magna expetunt, quæ non poſſunt aſſequi: partim cum habeãtur aliis inferiores, moleſte ferunt: eamque ob rem vtrique culpam in principem conijciunt. Itaque damnum quod ab his infertur, & ab iis qui non te, ſed regnum tuum inuadunt, vitari nullo modo poteſt. Etenim ſi ciuis priuatus eſſes, nemo tibi iniuriam faceret, niſi qui prius a te iniuriam accepiſſet.* REGNVM *autem atq; eius cõmoda magis expetunt ii qui potentiam aliquã habent, quam qui egentiores ſunt: quod etſi eſt improborum hominum atque amentium, tamen vt cetera vitia, ita hoc quoque natura comparatum eſt; quæ ex quibuſdam hominibus nulla oratione, nullo metu poſſis exſtirpare ac tollere. neque enim* LEX *vlla aut timor plus poteſt, quam ea quæ mortalibus a natura tributa ſunt. Quæ omnia ſi animum tuum induces, contemnes ceterorum vitia, teque maioribus præſidiis ac imperium tuum firmabis; vt id non multorum ſuppliciis, ſed fida & diligenti cuſtodia teneamus.* Ad hæc Auguſtus reſpondit; *Scio equidem*, (inquit) *mea vxor, cum omnia quæ præclara ſunt, tũ in primis ſummum imperium, inuidiam habere, nec tutum vmquam ab inſidiis eſſe. Nam niſi curæ noſtræ, timores & negotia, maiora eſſent quam priuatorum omnium, profectò diis omnino æquales eſſemus. quæ res eo mihi maiorem moleſtiam affert; quod ita fieri neceſſe ſit, nec vllum inueniri poſſit remedium.*

φροντίζοντι, καὶ οὔτε μεθ' ἡμέραν ἀφροντιστεῖν, οὔτ' αὖ νύκτωρ ἀτρεμεῖν δυναμένῳ, ἔφη ποτὲ ἡ Λιβία, Τί ἐστι τοῦτο ὦ ἄνερ; διὰ τί οὐ καθεύδεις; καὶ ὁ Αὔγουστος, Καὶ τίς ἄν, εἶπεν, ὦ γύναι, κἂν ἐλάχιστον ἀπομεριμνήσειε, τοσούτους τε ἀεὶ ἐχθροὺς ἔχων, καὶ συνεχῶς οὕτως ἄλλοτε ὑπ' ἄλλων ἐπιβουλευόμενος; ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅσοι καὶ ἐμοὶ καὶ τῇ ἀρχῇ ἡμῶν ἐπιτίθενται; καὶ αὖθις οὐδὲ αἱ τιμωρίαι τῶν δικαιουμένων ἀναστέλλουσιν, ἀλλὰ καὶ πᾶν τοὐναντίον, ὥσπερ ἐπὶ ἀγαθόν τι ἐπειγόμενοι, σπεύδουσι καὶ οἱ λοιποὶ προσαπόλλυσθαι. Ἀκούσασα οὖν τούτων ἡ Λιβία, Τὸ μὲν ἐπιβουλεύεσθαί σε, ἔφη, οὔτε θαυμαστὸν, οὔτε ἔξω τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου ἐστί. καὶ γὰρ πράσσεις πολλὰ, ἅτε [καὶ] τηλικαύτην ἀρχὴν ἔχων, καὶ λυπεῖς (ὥσπερ εἰκὸς) συχνούς. οὐ γάρ που καὶ πᾶσιν οἷόν τε τὸν ἄρχοντά τινων ἀρέσκειν, ἀλλὰ καὶ ἀπεχθάνεσθαι πολλοῖς καὶ τὸν πάνυ ὀρθῶς βασιλεύοντα ἀνάγκη. πολλῷ τε γὰρ πλείους τῶν δίκαιόν τι πραττόντων οἱ ἀδικεῖν ἐθέλοντές εἰσιν· ὧν ἀδύνατόν ἐστι τὰς ἐπιθυμίας ἀποπιμπλάναι. αὐτῶν δὲ τῶν ἀρετήν τινα ἐχόντων, οἱ μὲν καὶ πολλῶν καὶ μεγάλων, ὧν οὐ δύνανται τυχεῖν, ἐπορέγονται· οἱ δὲ καὶ ἑτέρων ἐλαττωθέντες, ἄχθονται· καὶ οὕτως ἀμφότεροι τὸν κρατοῦντα αἰτιῶνται· ὥστε ἔκ τε τούτων μὴ εἶναι κακοῦ ἁμαρτάνειν, καὶ προσέτι καὶ ἐκ τῶν ἐπιτιθεμένων οὔτι γέ σοι, ἀλλὰ τῇ ἡγεμονίᾳ. σὲ μὲν γὰρ ἰδιωτεύοντα οὐδ' ἂν εἷς ἐθελοντὴς κακόν τι, μηδέν γε προπαθὼν, ἐποίησε. τῆς δὲ δὴ ἀρχῆς καὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν [ἐν] αὐτῇ ὑπαρχόντων πάντες (καὶ οἵ γε ἐν δυνάμει τινὶ ὄντες, πολὺ μᾶλλον τῶν ὑποδεεστέρων) ὀριγνῶνται. τοῦτο γὰρ ἔστι μὲν ἀδίκων ἀνθρώπων καὶ ἥκιστα νοῦν ἐχόντων ποιεῖν· οὐ μὴν ἀλλ' ἔν γε τῇ φύσει αὐτῶν καθάπερ τι καὶ ἄλλο ἔνεστιν, [καὶ] οὐχ οἷόν τέ ἐστι τὰ τοιαῦτα οὔτε πείθοντα οὔτ' ἀναγκάζοντα ἐξελέσθαι τινῶν. οὐδεὶς γὰρ οὔτε νόμος, οὔτε φόβος, κρείττων τῶν φύσει πεφυκότων γίγνεται. ταῦτα οὖν λογιζόμενος, τὰς μὲν τῶν ἄλλων ἁμαρτίας μὴ δυσχέραινε, φυλακὴν δὲ ἀκριβῆ καὶ σεαυτοῦ καὶ τῆς μοναρχίας ποιοῦ, ἵνα αὐτὴν μὴ ἐκ τοῦ σφόδρα κολάζειν τινὰς, ἀλλ' ἐκ τοῦ σφόδρα φυλάσσειν, ἀσφαλῶς ἔχωμεν. Πρὸς οὖν ταῦτα ὁ Αὔγουστος· Ἀλλ' οἶδα μὲν καὶ ἐγὼ, ὦ γύναι, ὅτι οὔτ' ἄλλό τι τῶν μεγάλων ἔξω φθόνου καὶ ἐπιβουλῆς καθέστηκεν, ἥκιστα δὲ αὐταρχία. καὶ γὰρ ἂν καὶ ἰσόθεοι ἦμεν, εἰ μὴ καὶ πράγματα καὶ φροντίδας καὶ φόβους ὑπὲρ πάντας τοὺς ἰδιωτεύοντας εἴχομεν. ἐμὲ [δὲ] δὴ καὶ αὐτὸ τοῦτο λυπεῖ, ὅτι [καὶ] ἀναγκαῖόν ἐστι ταῦθ' οὕτω γίνεσθαι, καὶ ἀδύνατον θεραπείαν τινὰ αὐτῶν εὑρεθῆναι.

Ἀλλ'

Ἀλλ᾽ ἐπειδή γέ τινες τοιοῦτοί εἰσιν οἷοι πάντως ἀδικεῖν ἐθέλειν, εἶπεν ἡ Λιβία, *ἡμεῖς γε αὐτοὺς φυλαττώμεθα. ἔχομεν δὲ καὶ στρατιώτας πολλούς, ὧν οἱ μὲν πρὸς τοὺς πολεμίους ἀντιτεταγμένοι, οἱ δὲ καὶ περί σε ὄντες, φρουροῦσιν ἡμᾶς· καὶ θεραπείαν πολλήν· ὥστε καὶ οἴκοι καὶ ἔξω δι᾽ αὐτοὺς ἀσφαλῶς ζῆν. Ὑπολαβὼν οὖν ὁ Αὔγουστος, Ὅτι μὲν πολλοὶ πολλάκις καὶ ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν συνόντων ἐφθάρησαν, οὐδέν, ἔφη, δέομαι λέγειν. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτ᾽ ἐν ταῖς μοναρχίαις χαλεπώτατόν ἐστιν, ὅτι μὴ μόνον τοὺς πολεμίους, ὥσπερ [καὶ] οἱ ἄλλοι, ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους φοβούμεθα. καὶ πολύ γε πλείους ὑπὸ τούτων (ἅτε καὶ ἀεὶ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν καὶ νύκτωρ, καὶ γυμνουμένοις σφίσι καὶ καθεύδουσι, σιτία τε καὶ ποτὰ ὑπ᾽ αὐτῶν παρεσκευασμένα λαμβάνουσι συγγιγνομένων) ἐπεβουλεύθησαν, ἢ ὑπὸ τῶν μηδὲν προσηκόντων. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ πρὸς μὲν ἐκείνους ἔστι τούτους ἀντιτάξαι, πρὸς δὲ τούτους αὐτοὺς οὐκ ἔστιν ἄλλῳ τινὶ συμμάχῳ χρήσασθαι. ὥσθ᾽ ἡμῖν διὰ πάντων, δεινὸν μὲν τὴν ἐρημίαν, δεινὸν δὲ καὶ τὸ πλῆθος· καὶ φοβερὸν μὲν τὴν ἀφυλαξίαν, φοβερωτάτους δὲ αὐτοὺς τοὺς φύλακας· καὶ χαλεποὺς μὲν τοὺς ἐχθρούς, χαλεπωτέρους δὲ τοὺς φίλους εἶναι· φίλους γὰρ ἀνάγκη πάντας σφᾶς, κἂν μὴ ὦσι, καλεῖσθαι. εἰ δ᾽ οὖν τις καὶ χρηστῶν αὐτῶν τύχῃ, ἀλλ᾽ οὔτι γε οὕτω πιστεύσειεν ἂν σφίσιν ὥστε [καὶ] καθαρᾷ καὶ ἀφροντίστῳ καὶ ἀνυπόπτῳ τῇ τύχῃ προσομιλεῖν. τοῦτό τε οὖν, καὶ τὸ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐπιβουλεύοντας ἀναγκαῖον εἶναι ἀμύνεσθαι, πάνδεινόν ἐστι. τὸ γάρ τοι τιμωρεῖσθαί τε καὶ κολάζειν ἀεί τινας ἀναγκάζεσθαι, μεγάλην ἀχθηδόνα [τοῖς γε] ἀγαθοῖς ἀνδράσι φέρει. Ἀλλ᾽ ὀρθῶς λέγεις, (ἀπεκρίνατο ἡ Λιβία) καί σοι γνώμην δοῦναι ἔχω, ἄν γε καὶ προσδέξασθαι αὐτὴν ἐθελήσῃς, καὶ μὴ διαμέμψῃ ὅτι γυνὴ οὖσα, τολμῶ σοι συμβουλεῦσαί τι, ὃ οὐδ᾽ ἂν εἷς ἄλλος οὐδὲ τῶν πάνυ φίλων παραινέσειεν· οὐχ ὅτι οὐκ ἴσασιν αὐτό, ἀλλ᾽ ὅτι οὐ *θαρροῦσιν εἰπεῖν. Λέγε (ἦ δ᾽ ὅς, ὁ Αὔγουστος) ὅ τι δή ποτε τοῦτό ἐστιν. Ἡ δ᾽ οὖν Λιβία, Φράσω, ἔφη, μηδὲν κατοκνήσασα, ἅτε [καὶ] τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ ἐξ οὗ ἴσου [σοι] ἔχουσα, καὶ σωζομένου μέν σου καὶ αὐτὴ τὸ μέρος ἄρχουσα, δεινὸν δέ τι παθόντος (ὃ μὴ γένοιτο) συναπολουμένη. *εἰ γάρ τοι ἥ τε φύσις ἡ ἀνθρωπίνη πάντως τι ἁμαρτάνειν τινὰς ἀναπείθει, καὶ ἀμήχανόν ἐστιν αὐτὴν πρᾶξαί τι ὡρμημένην ἐπισχεῖν. καὶ ἤδη γε καὶ αὐτὰ τὰ δοκοῦντά τισιν ἀγαθὰ εἶναι, (ἵνα μὴ τὰς τῶν πολλῶν κακίας εἴπω) καὶ πάνυ συχνοὺς ἀδικεῖν ἐπαίρει. καὶ γὰρ γένους αὔχημα, καὶ πλούτου φρόνημα, τιμῆς τε μέγεθος, καὶ *ἐπ᾽ ἀνδρίαν θράσος, ἐξουσίας τε ὄγκος, πολλοὺς ἐξοκέλλειν ποιεῖ· καὶ μήτε τὸ γενναῖον, δυσγενές, μήτε τὸ ἀνδρεῖον, δειλόν, μήτε τὸ ἔμφρον, ἄνουν ἐστὶ ποιῆσαι· ἀδύνατοι γάρ.

Tum Liuia, *Quoniam*, inquit, *tales nõnulli ſunt vt omnino iniuriam facere velint, ab iis caueamus, cũ habeamus milites permultos; quorũ alii contra hoſtes parati, alii apud te ſunt; propter quos oẽs domi & foris tuto eſſe poſſimus.* Tũ Auguſtus, *Mihi*, inquit, *neceſſe non eſt commemorare, quam multi ſæpenumero a ſuis familiarib. interfecti ſint: regna vero præter cetera hanc difficultatẽ habent, quod non ſolũ hoſtes, (vt ceteri faciunt) ſed etiã amicos & neceſſarios timemus: a quib. inſidiæ multo plurib. factæ ſunt, (quippe qui nudi & dormientes cũ illis dies noctesque verſentur, ab iisq. cibum paratum & potionem capiant) quã ab alienis & externis hominibus. Poſſumus enim amicos & familiares noſtros hoſtibus opponere; amicis aũt poſſumus neminem. Itaq. ſolitudo nobis pariter atq. multitudo grauiſſima eſt; metuendũq. eſt, eſſe ſine cuſtodia: ſed multo etiã magis cuſtodes metuendi ſunt. Inimici quidem certe moleſti ſunt; ſed amici multo magis; quod eos oporteat, quamuis nõ ſint, amicos appellare. Quod ſi quis forte ſit fidos amicos nactus, tamen eis tãtam fidem nõ habet, vt cũ iis poſſit ſincere abſque vlla ſuſpicione verſari. Igitur cum hoc grauiſſimum eſt, tum vero alios inſidiatores punire oportere. nam bonis viris puniendi neceſſitas magnũ dolorem affert.*

Tũ Liuia, *Tu vero*, inquit, *recte: at ego tibi conſilium dabo, ſi quidẽ voles capere: nec debebis propterea reiicere quod, cũ ſim mulier, id tibi conſulere audeo: de quo ne amici quidem te admonebunt; nõ quod id plane non intelligant, ſed quod non audeant explicare.* Iam vero, inquit Auguſtus, *dic mihi, quidquid eſt.* Tum Liuia, *Dicam*, inquit, *non grauate: nam & ego cõmodorum partem ſimul & incommodorũ habeo: quia te ſaluo & incolumi, ſum regni particeps: atq. ſi quid mali tibi accidat, (quod dii omen auertant) tecum vna pereo. Igitur ſi natura quoſdã homines incitet ad peccandum, profecto eius impetus reprimi non poteſt. Et vt ne multorũ hominum vitia perſequar, ea quoq. quæ bona quibuſdã eſſe videntur, quam plurimos cõmouent ad iniuriam faciendam. Nam nobilitas generis, copia diuitiarũ, amplitudo dignitatũ, fortitudo animi, & magnitudo potẽtiæ, in errorem homines inducunt. Non enim poteſt vir generoſus & nobilis, vilis effici, nec fortis timidus: nec qui prudens eſt, ſtultus reddi poteſt.*

X

Iam hominibus facultates adimere, aut diminuere hominum ſtudia, præſertim ſi nihil deliquerint, nullo pacto oportet. Cũ enim ius non ſit eos vlciſci, aut cruciare, antequam peccauerint: nos ob eam cauſam moleſtia affici, ac male audire neceſſe eſt. Age vero mutemus ſententiam, & quibuſdam ignoſcamus. Mihi quidem videtur, Multo plura corrigi poſſe humanitate & benignitate, quam vlla crudelitate. Etenim ii qui veniam dant, non ſolum cari ſunt iis quibus ſe miſericordes præbuerunt, ita vt illi ſtudeant his meritam & debitam referre gratiam; ſed etiam apud ceteros omnes ſummo in honore ſunt, & coluntur ab omnibus; ita vt iis iniuriam facere audeat nemo. Contra autem, qui inexorabiles iras gerunt, nõ tantum odio ſunt iis a quibus timentur, ſed etiam ſunt reliquis omnibus permoleſti: ex quo fit vt iis plerique parent inſidias, ne prius ipſi pereant. An non vides medicos, quam raro veniant ad vrendum & ſecandum, ne morbos efficiant grauiores, & vt eos perfuſionibus ac mitibus medicamentis curent atque molliant? Nec vero exiſtimare debes, inter morbos corporum & has animorum perturbationes intereſſe. Nam ea quæ corporibus accidunt, ſæpe ſolent cũ animis noſtris, quamuis incorporei ſint, conuenire. metu enim contrahuntur, ira turgeſcunt & tument: mæror etiam quoſdam deiicit, alios inflat audacia; ita vt corpus & animus nõ multum inter ſe differant, & ob eam cauſam egeant conſimili medicina. Lenis enim & placida oratio, ferocitatẽ reprimit: quemadmodum aſpera, manſuetum hominem ferocem & infeſtum facit. præterea data venia, immanem & ferum continet atq; coercet, non aliter atq; ſupplicium mitem & placidum incendit. nam facta violenta, quamuis iuſtiſſima ſint, omnes concitant; mãſueta vero, mitigant & relaxãt. Quocirca perſuadendo facilius vnuſquiſque eo adducetur, vt toleret ea quæ grauiſſima ſunt, quam ſi coactus ſit. Adeo autem vtriſq; id natura neceſſario ineſt, vt etiam bruta animãtia & rationis expertia, quæ robuſtiſſima & ferociſſima ſunt, blanditiis quibuſdam manſueſiant, & eſcis capiantur: contra, ea quæ timidiſſima ſunt, ac maxime imbecilla, dolore conturbentur & metu, atque in iram accendantur. Neq; vero id dico, oportere generaliter iniuſtis & nefariis hominib. parcere: imo vero temerarios, inquietos, ſceleratos, mala conſilia agitantes, & poſtremo omnes quorum vita ita eſt omnibus vitiis & flagitiis dedita

μήτ' αὖ τὰς περιουσίας τινῶν περικόπτειν, ἢ τὰς φιλοτιμίας ταπεινοῦν μηδέν γε πλημμελούντων χρή· ἄδικον γάρ. τό τ' ἀμυνόμενον ἢ καὶ προκαταλαμβάνοντά τινας, [καὶ] ἀνιᾶσθαι καὶ κακοδοξεῖν ἀναγκαῖόν ἐστι. φέρε μεταβαλώμεθα, καί τινος αὐτῶν φεισώμεθα. καί μοι γὰρ δοκεῖ πολλῷ πλείω φιλανθρωπία ἢ τινι ὠμότητι κατορθοῦσθαι. τοὺς μὲν γὰρ συγγνώμονας οὐ μόνον οἱ ἐλεηθέντες ὑπ' αὐτῶν φιλοῦσιν, ὥστε καὶ ἀμείβεσθαι σφᾶς σπουδάζειν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες καὶ αἰδοῦνται καὶ σέβουσιν· ὥστε μὴ εὐτολμεῖν αὐτοὺς ἀδικεῖν. τοὺς δ' ἀπαραιτήτοις ὀργαῖς χρωμένους οὐχ * ἐκεῖνοι μόνοι οἱ τι φοβούμενοι μισοῦσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ πάντες δυσχεραίνουσι· καὶ ἐκ τούτου καὶ ἐπιβουλεύουσιν αὐτοῖς, ἵνα μὴ προαπόλωνται. ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι καὶ οἱ ἰατροὶ τὰς μὲν τομὰς καὶ τὰς καύσεις σπανιώτατά τισι προσφέρουσιν, ἵνα μὴ ἐξαγριαίνωσιν αὐτῶν τὰ νοσήματα, τοῖς δὲ * αἰονήμασι καὶ τοῖς ἠπίοις φαρμάκοις τὰ πλείω μαλθάσσοντες θεραπεύουσι; μὴ γάρ, ὅτι ἐκεῖνα μὲν τῶν σωμάτων, ταῦτα δὲ τῶν ψυχῶν παθήματά ἐστι, διαφέρειν τι νομίσῃς αὐτὰ ἀλλήλων. πάμπολλα γὰρ ὅμοια τρόπον τινὰ καὶ ταῖς γνώμαις τῶν ἀνθρώπων, κἂν τὰ μάλιστα ἀσώματοι ὦσιν, ἃ καὶ τοῖς σώμασι συμβαίνει. συστέλλονταί τε γὰρ ὑπὸ φόβου, καὶ ἐξοιδοῦσιν ὑπὸ θυμοῦ· λύπη τέ τινας * κολούει, καὶ θάρσος ὀγκοῖ. ὥστ' ὀλίγον σφόδρα τὸ παραλλάττον [αὐτῶν] εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ παραπλησίων ἰαμάτων αὐτὰ δεῖσθαι. λόγος [τε] γὰρ ἤπιός τῳ λεχθεὶς, πᾶν τὸ ἀγριαῖνον αὐτοῦ χαλᾷ, καθάπερ τραχὺς ἕτερος καὶ τὸ ἀνειμένον ὀργίζει· καὶ συγγνώμη δοθεῖσα, καὶ τὸ πάνυ θρασὺ διαχεῖ, καθάπερ ἡ τιμωρία καὶ τὸ πάνυ πρᾶον χαλεπαίνει. αἱ μὲν γὰρ βίαιοι πράξεις, ἀεὶ πάντας, κἂν δικαιόταται ὦσι, παροξύνουσιν, αἱ δ' ἐπιεικεῖς ἡμεροῦσι· καὶ διὰ τοῦτο πεισθεὶς ἄν τις ῥᾷον καὶ τὰ δεινότατα [ἑκὼν ἢ βιασθεὶς] ὑπομείνειε. καὶ οὕτω [γε] φύσει τινὶ * ἀναγκαίως ἑκάτερος αὐτῶν χρῆται, ὥστε καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τῶν μηδένα νοῦν ἐχόντων, πολλὰ μὲν καὶ τῶν ἰσχυροτάτων καὶ ἀγριωτάτων, θωπείαις τέ τισι τιθασσεύεται καὶ δελεάσμασι χειροῦται· πολλὰ δὲ καὶ τῶν δειλοτάτων καὶ ἀσθενεστάτων, λυπήμασί τε καὶ φόβοις [καὶ] ἐκταράττεται καὶ παροξύνεται. καὶ οὐ λέγω τοῦτο ὅτι δεῖ πάντων ἁπλῶς τῶν ἀδικούντων φείδεσθαι, ἀλλ' ὅτι τῶν μὲν ἴτην καὶ πολυπράγμονα, καὶ κακοήθη καὶ κακόβουλον, καὶ ἀνηκέστῳ τινὶ καὶ διαρκεῖ

πονηρία,

πονηρίᾳ συνόντα ἐκκόπτειν, ὥσπερ πού καὶ τὰ πλεῖστα ἀνίατα μέρη τοῦ σώματος· τοὺς δὲ δὴ ἄλλους ὅσοι τῇ νεότητι, ἢ ἀμαθίᾳ, ἢ ἀγνοίᾳ, ἢ [καὶ] ἑτέρᾳ τινὶ συντυχίᾳ οἱ μὲν ἑκόντες, οἱ δὲ καὶ ἄκοντες ἁμαρτάνουσι, τοὺς μὲν λόγοις νουθετεῖν, τοὺς δὲ ἀπειλαῖς σωφρονίζειν, τοὺς δὲ καὶ ἕτερόν τινα τρόπον μετρίως πως μεταχειρίζεσθαι· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν * ἄλλων, τοὺς μὲν μείζοσι, τοὺς δὲ ἐλάττοσι πάντες κολάζουσιν. ὥστε [καὶ τὰ] κατὰ τούτους ἀκινδύνως μετριάζειν ἔξεστί σοι, τοὺς μὲν φυγῇ, τοὺς δὲ ἀτιμίᾳ, τοὺς δὲ χρήμασι ζημιοῦντι, ἑτέρους ἐς χωρία, ἑτέρους ἐς πόλεις τινὰς κατατιθεμένῳ. καὶ ἤδη γέ τινες καὶ ὑπὸ τοῦ μὴ τυχεῖν ὧν ἤλπιζον, καὶ ὑπὸ τοῦ διαμαρτεῖν ὧν ἐφίεντο, ἐσωφρονίσθησαν. ἕδραι τε ἄτιμοι, καὶ στάσεις ἐπονείδιστοι, τό τε προλυπηθῆναι καὶ τὸ προφοβηθῆναι, συχνοὺς βελτίους ἐποίησε. καίτοι καὶ ἀποθανεῖν ἕλοιτ' ἄν τις εὖ τε γεγονὼς καὶ ἀνδρεῖος ὤν, ἢ τοιοῦτό τι παθεῖν. ἐξ οὖν τούτων ἐκείνοις μὲν οὐδὲν ῥᾴων ἡ τιμωρία, ἀλλὰ καὶ χαλεπωτέρα γίγνοιτ' ἄν· ἡμῖν δὲ δὴ τὸ μήτε τινὰ * ἀπηνείας ἔχειν, καὶ ἀσφαλῶς ζῆν ὑπάρξειεν. ὡς νῦν γε πολλοὺς μὲν ἐπιθυμίᾳ χρημάτων, ἄλλους ἀνδρίας φόβῳ, καὶ μάλα ἄλλους ἀρετῆς τινος φθόνῳ κτείνειν δοκοῦμεν. οὐδεὶς γὰρ ῥᾳδίως πιστεύει ὅτι τις ἔν τε ἐξουσίᾳ καὶ ἐν δυνάμει τοσαύτῃ ὤν, ὑπ' ἰδιώτου τινὸς * ἀνόπλου ἐπιβουλευθῆναι δύναται. ἀλλ' οἱ μὲν ταῦτα λογοποιοῦσιν, οἱ δέ, ὅτι ψευδῆ πολλὰ ἀκούομεν, καὶ πολλοῖς μάτην ὡς [καὶ] ἀληθέσι προσέχομεν. τοὺς γάρ τοι διαπιπτόντας [τε] καὶ ὠτακουστοῦντας τὰ τοιαῦτα, τοὺς μὲν ἔχθρᾳ, τοὺς δὲ ὀργῇ, ἄλλους ἀργύριον παρὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν λαβόντας, ἄλλους παρ' αὐτῶν ἐκείνων [μὴ] λαβόντας, πολλὰ καὶ ψευδῆ συκοφαντεῖν φασιν, οὐ μόνον * ὅ τι δεινὸν ἔπραξαί τινες ἢ καὶ ποιῆσαι μέλλουσι λέγοντες, ἀλλὰ καὶ ὅτι ὁ μὲν ἐφθέγξατο τοιόνδε τι, ὁ δὲ ἀκούσας ἐσιώπησεν, ἄλλος ἐγέλασεν, ἄλλος ἐδάκρυσε. μυρία ἂν τοιουτότροπα εἰπεῖν ἔχοιμι, ἃ εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἀληθῆ εἴη, ἀλλ' οὔτι γε καὶ προσήκοντά ἐστιν οὔτε πολυπραγμονεῖσθαι παρ' ἐλευθέροις ἀνθρώποις, οὔτε σοὶ διαγγέλλεσθαι. λανθάνοντα μὲν γὰρ τὰ τοιαῦτα, οὐδὲν ἄν σε βλάψειεν· ἀκουσθέντα δέ, παροξύνει καὶ ἄκοντα ὅπερ ἥκιστα χρή . . ἄλλως τε καὶ ἀργεῖν τινων συμβαίνειν. συχνοὺς γοῦν ἐκ τούτου τοὺς μὲν ἀκρίτους, τοὺς δὲ καὶ ἐσκευωρημένῃ τινὶ καταγνώσει δικαστηρίων ἀδίκως ἀπόλλυσθαι [πολλοὶ] νομίζουσιν. οὔτε γὰρ τὰς μαρτυρίας, οὔτε τὰς βασάνους, οὔτε ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ὡς καὶ ἀληθὲς ὄν, κατ' αὐτῶν προσίενται. ταῦτα γὰρ οὕτως, εἰ καὶ μὴ δικαίως

ut ſanari nequeant, tollendos eſſe cenſeo, non ſecus quam eas partes corporis, quibus medicina adhiberi non poteſt: ceteros vero qui propter adoleſcentiam, aut imprudentiam, aut ignorãtiam, aliove caſu volentes deliquerunt, aut inuiti, eos eſſe arbitror admonendos, & propoſitis minis continendos; nonnullis quoque utendum eſſe moderate: quemadmodum in reliquis ſceleribus alii aliis maiore pœna afficiuntur. Quæ cum ita ſint, tibi licet in primis ſine periculo hæc facere mediocriter, ut alios exſilio, alios infamia, nonnullos pecunia mulctes, vrbesque quibuſdam, aut alia loca habitandi circumſcribas. Quinetiam pleriq; hominum iam reſipuerunt; quod non eſſent ea quæ ſperauerant & diutiſſime concupierant, conſecuti. nonnulli, quod viles & abiecti ac contumelioſe eſſent habiti, facti ſunt meliores: quamuis nobiles & fortes viri, antequam hæc patiantur, mortem ſibi anteponendam putent. Ex quo intelligi poteſt, eis non modo non eſſe leue id genus ſupplicii, ſed multo etiam grauius atque moleſtius; nosque culpa vacuos, tuto eſſe & ſine periculo victuros. Nunc autem multos vel cupiditate pecuniæ, vel timore virium eorum, vel inuidia virtutis, interficere videmur. Non enim facile cuiquam perſuaderi poteſt, inſidias ab homine priuato & inermi fieri poſſe ei qui tantum imperium obtineat, quique ſit tam magnam potentiam cõſecutus. Hæc quidem dicuntur a quibuſdam: ſed alii putant nobis plerumque falſa pro veris nuntiari, nosque eis temere credere & imprudẽter: aiuntque, eos qui iſta vident & audiunt, adductos odio, ira, nonnumquam etiam accepta pecunia ab inimicis eorum, aut ab iis ipſis de quibus loquuntur, ipſis negata, multa confingere & comminiſci, commemorantes eorum non ſolum præterita & futura facta, ſed etiam quædam ab aliis dicta eſſe renuntiantes, tacuiſſe alios: poſteaquam audiuiſſent, riſiſſe, ploraſſe. Equidem poſſem enumerare ſexcenta eiuſdem generis; quæ etſi veriſſima ſunt, non tamen digna quæ a liberis hominibus inueſtigentur curioſius, aut tibi referantur. Nam ea ignorata, tibi nullum damnum afferent: intellecta autem & cognita, te inuitum (quod minime decet) ad iracũdiam prouocabunt. Quæ cũ ita ſe habeant, plerique putant a nobis multos indemnatos, multos etiam confictis falſisque ſententiis damnatos, contra ius fasq; interfectos eſſe. Non enim adhibita teſtimonia ut vera, nõ habitas quæſtiones, non ea quæ ſunt eiuſdem generis, contra eos admittunt, neq; approbant: quæ etſi ab illis magna ex

parte nō iure, ſed falſo dicuntur de iis qui ſupplicio affecti ſunt; tamen vulgo circumferri ſolent. Atqui oportet, Auguſte, te nō ſolum nihil facere per iniuriam, ſed nec omnino facere videri. Nam priuatis quidem hominibus ſatis eſt nihil delinquere: PRINCIPEM *vero decet ne ſuſpectum quidē eſſe delicti: hominib. enim imperas, non belluis; nec alio pacto vere potes eorum animos ad beneuolentiam allicere, atque id pariter omnibus perſuadere, quam ſi nemini volens inuitusve iniuriam feceris. Etſi enim vt alterum metuat, cogi aliquis poteſt; tamen vt amet, id ei perſuaderi neceſſe eſt. Cum igitur videt in ſe atq; in alios beneficia conferri facile perſuadetur. cum vero putat quempiā non iure cæſum eſſe, mox ne idem ſibi eueniat, timet, cogiturque eum qui id fecerit, penitus odiſſe. Odio autem eſſe ſubditis, præterquam quod bonū non eſt, damnum quoq; affert & detrimentum maximum. Nā pleriq; arbitrātur neceſſe eſſe reliquis hominib. eos vlciſci, a quibus vel minimā iniuriā acceperint, ne contemni aut ſuperari videantur:* PRINCIPES *oportere tātum in eos animaduertere, qui cōtra rempublicā cōmittunt; eos vero qui in ſe peccant, toleranter ferre. Non enim eis iniuriā fieri propterea quod cōtempti atq; abiecti ſint: ſiquidē ſunt magnis multisque præſidiis & cuſtodiis muniti. Quæ cū mihi perſpecta ſint atque cognita, omnino id tibi conſilium do, ne velis eam ob rem quemquam iſtorū occidere. Nam* PRINCIPATVS *propter ſalutem ſubiectorum conſtituuntur; vt ii nullum damnum capiant* non modo ab alienis, ſed neque a ſuæ gentis hominibus; non aūt vt a ſuis principibus vexentur & affligantur: multoque eſt profecto magnificentius atque glorioſius, multos ciues cōſeruare poſſe, quam occidere. Quamobrem ii ſunt inſtituendi continendique legibus, beneficiis, admonitionibus; vt modeſti ſint & prudentes; tum vero vſque adeo diligenter obſeruandi & cuſtodiendi, vt, ſi maxime iniuſti eſſe cupiant, tamen non poſſint: qui vero infirmi ſunt atque imbecilles, ſanari debent quodammodo & reſtitui, ne omnino corrumpantur. Ferre autem multorum hominum delicta, magnæ prudentiæ eſt atque potentiæ. Quod ſi quis omnibus ſceleribus iuſtas & debitas pœnas conſtituat, is certe magnam partem hominum breui temporis ſpatio videbitur perdidiſſe. Quamobrem te Auguſte hortor & moneo, ne de iſtis capitale ſupplicium ſumas, ſed alia ratione caſtiges, vt nullum graue ſcelus in poſterum committant. Quid enim, obſecro te, peccare*

ἐστιν ἃ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπὶ πάντων γε (ὡς εἰπεῖν) τῶν οὕτω θανατουμένων θρυλεῖται. καὶ δεῖ σε, ὦ Αὔγουστε, μὴ μόνον μηδὲν ἀδικεῖν, ἀλλὰ μηδὲ δοκεῖν. ἰδιώτῃ μὲν γὰρ ἀρκεῖ μηδὲν πλημμελεῖν, ἄρχοντι δὲ [δὴ] προσήκει μηδὲ δόκησίν τινα αὐτοῦ λαμβάνειν· ἀνθρώπων γὰρ, ἀλλ' οὐ θηρίων ἡγεμονεύεις. καὶ μόνως ἂν οὕτως εὐνοεῖν σοι αὐτοὺς ἀληθῶς ποιήσειας, ἂν πανταχόθεν σφᾶς καὶ διὰ πάντων ὁμοίως πείσειας ὅτι μήτε ἑκὼν τινα μήτε ἄκων ἀδικήσειας ἄν. φοβεῖσθαι μὲν γάρ τινα ἀναγκασθῆναί τις δύναται· φιλεῖν δὲ, πεισθῆναι ὀφείλει. πείθεται δὲ ἐξ ὧν [ἂν] αὐτός τε εὖ πάθῃ, καὶ [τοὺς] ἑτέρους εὐεργετουμένους ἴδῃ. ὁ δὲ ὑποτοπήσας μὴ δικαίως τινὰ ἀπολωλέναι, καὶ φοβεῖται μὴ ποτὲ τὸ ὅμοιον πάθῃ, καὶ μισεῖν τὸν δράσαντα αὐτὸ ἀναγκάζεται. τὸ δὲ δὴ μισεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχομένων, πρὸς τῷ μηδ' ἄλλως καλῶς ἔχειν, ἀλυσιτελέστατόν ἐστι. καὶ [γὰρ] νομίζουσιν οἱ πολλοὶ, τοῖς μὲν ἄλλοις ἀναγκαῖον εἶναι πάντας τοὺς καὶ ὁπωσοῦν ἀδικήσαντάς [σφας] ἀμύνεσθαι, ἵνα μήτε καταφρονῶνται, μήτε ἐκ τούτου πλεονεκτῶνται· τοὺς δὲ ἄρχοντας, τοῖς μὲν τὸ κοινὸν ἀδικοῦσιν ἐπεξιέναι χρῆναι, τοὺς δὲ ἰδίᾳ τι ἐς αὐτοὺς πλημμελεῖν δοκοῦντας φέρειν. μήτε γὰρ ἐκ καταφρονήσεως, μήτ' ἐξ ἐπιδρομῆς ἀδικηθῆναι σφᾶς δύνασθαι, διὰ τὸ πολλὰ τὰ προφυλάσσοντα αὐτοὺς εἶναι. ὥστ' ἔγωγε ταῦτά γε ἀκούουσα, καὶ πρὸς ταῦτα ἀποβλέπουσα, κινδυνεύω καὶ παντελῶς ἀπειπεῖν σοι μηδένα διὰ τοῦτό τι ἀποκτιννύναι· αἵ τε γὰρ προστασίαι ἐπί τε τῇ τῶν ἀρχομένων σωτηρίᾳ καθίστανται, ὅπως μηδὲν μήθ' ὑπ' * ἀλλήλων, μήθ' ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων βλάπτωνται, οὐ μὰ Δία οὐχ ὅπως ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων τι λυπῶνται. καὶ εὐκλεέστατόν ἐστιν, οὐ τὸ πολλοὺς τῶν πολιτῶν ἀναιρεῖν, ἀλλὰ τὸ * πολλοὺς τῶν πολιτῶν σώζειν δύνασθαι. παιδεύειν μὲν γὰρ αὐτοὺς καὶ νόμοις καὶ εὐεργεσίαις καὶ νουθεσίαις δεῖ, ὅπως σωφρονῶσι· καὶ προσέτι καὶ τηρεῖν καὶ φυλάττειν, ἵνα κἂν ἀδικεῖν ἐθελήσωσι, μὴ δυνηθῶσιν· ἂν δὲ δὴ νοσήσῃ τι, θεραπεύειν [τε] τρόπον τινὰ αὐτὸ καὶ ἐπανορθοῦν, ἵνα μὴ παντελῶς φθαρῇ. τό τε γὰρ φέρειν τὰ τῶν πολλῶν ἁμαρτήματα, καὶ πάνυ μεγάλης καὶ φρονήσεως καὶ δυνάμεως ἔργον ἐστίν. ἂν * τέ τις πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα κατὰ τὴν ἀξίαν κολάζῃ, λήσει τοὺς πλείους τῶν ἀνθρώπων ἀπολέσας. ὅθεν καὶ διὰ ταῦτα γνώμην σοι δίδωμι, θανάτῳ μὲν μηδένα τῶν τοιούτων ζημιοῦσθαι, ἑτέρως δέ πως αὐτοὺς, ὥστε μηδὲν ἔτι δεινὸν δράσαι, σωφρονίζειν. τί γὰρ ἂν ἀδική-

σει τις

σφέ τις ἐς νῆσον καταχλεισθεὶς, ἢ καὶ ἐν ἀγρῷ, πόλει τέ τινι, οὐχ ὅπως ἄνευ πλήθους οἰκετῶν ἢ χρημάτων, ἀλλὰ καὶ μετὰ φρουρᾶς ὢν, ἄν γε καὶ τούτου δεήσῃ; εἰ μὲν γὰρ ἐγγύς που ἐνταῦθα οἱ πολέμιοι ἦσαν, ἢ καὶ τῆς θαλάσσης ταύτης ἀλλότριόν τι ἦν, ὥστε τινὰ αὐτῶν *διαδράσαντα πρὸς ἐκείνους, κακόν τι ἡμᾶς ἐργάσασθαι, πόλεις τέ τινες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ *ὀχυραὶ καὶ τείχη καὶ ὅπλα ἔχουσαι ὑπῆρχον, ὥστε τινὰ καταλαβόντα αὐτὰς, φοβερὸν ἡμῖν γενέσθαι, ἕτερος ἂν ἦν λόγος· ἀόπλων δὲ δὴ πάντων τῶν ταύτῃ καὶ ἀτειχίστων ὡς πρὸς πόλεμον ὄντων, καὶ τῶν πολεμίων παμπληθὲς [ἀπ' αὐτῶν] ἀφεστηκότων, (πολλὴ μὲν γὰρ θάλασσα, πολλὴ δὲ καὶ γῆ καὶ ὄρη καὶ ποταμοὺς *δυσβάτους ἔχουσα, διὰ μέσου ἐστί) τί ἂν τις φοβηθείη τὸν δεῖνα, ἢ τὸν δεῖνα, γυμνοὺς, ἰδιωτεύοντας, ἐνταῦθά που ἐν μέσῃ τῇ σῇ ἀρχῇ ὄντας, καὶ ἐντὸς τῶν σῶν ὅπλων καταχεκλεισμένους; ἐγὼ μὲν γὰρ οὔτ' ἂν ἐννοῆσαί τινα τοιοῦτον οὐδὲν, οὐδ' ἂν καὶ τὰ μάλιστα μαίνοιτό τις, δύνασθαί γέ τι πρᾶξαι νομίζω. πεῖραν οὖν ἀπ' αὐτῶν τούτων ἀρξάμενοι ποιησώμεθα. τάχα γὰρ ἂν καὶ αὐτοὶ μεταβάλοιντο, καὶ τοὺς ἄλλους ἀμείνους ποιήσειαν. καὶ γὰρ ὁρᾷς ὅτι καὶ ὁ Κορνήλιος καὶ εὐγενὴς καὶ ὀνομαστός ἐστι· δεῖ δέ που καὶ ταῦτα ἀνθρωπίνως *λογίζεσθαι. οὐ πάντα τοι τὸ ξίφος διαπράττεται), (μέγα γὰρ [ἂν] ἦν ἀγαθὸν, εἰ σωφρονίζειν τέ τινας καὶ πείθειν, ἢ [καὶ] καταναγκάζειν φιλεῖν τινα ἀληθῶς ἐδύνατο) ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμά τινος φθείρειν ἂν, τὰς δὲ δὴ τῶν ἄλλων ψυχὰς ἀλλοτριώσειεν. οὐ γὰρ ἐξ ὧν ἂν ἕτεροι τιμωρηθῶσι, πρὸς φιλέστεροί τινι, ἀλλ' ἐξ ὧν [ἂν] αὐτοὶ φοβηθῶσιν, ἐχθίους γίνονται). καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχει. οἱ δὲ δὴ συγγνώμης τινὸς τυχόντες, καὶ μετανοοῦσιν, αἰσχυνόμενοι αὖθις τι τοὺς εὐεργέτας ἀδικῆσαι· καὶ πολλὰ αὐτοῖς ἀνθυπουργοῦσιν, ἐλπίζοντες πλείω *ἀντιποιήσεσθαι. ὑφ' οὗ γὰρ ἄν τις ἀδικηθέντος τι σωθῇ, τοῦτον ἂν παθόντα, οὐδὲν ὅ τι οὐκ εὐεργετήσειν ἑαυτοῦ ἡγεῖται. Πείσθητι οὖν [μοι] φίλτατε, καὶ μεταβάλου. οὕτω μὲν γὰρ καὶ τἆλλα τὰ δυσχερῆ πάντα ἀνάγκῃ πεποιηκέναι δόξεις. οὐ γάρ ἐστι πόλιν τηλικαύτην ἐκ δημοκρατίας πρὸς μοναρχίαν ἄγοντα, ἀναιμωτὶ μεταστῆσαι. ἂν δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμείνῃς, καὶ ἐκεῖνα γνώμῃ δεδρακέναι νομισθήσῃ. Ταῦτα τῆς Λιβίας εἰπούσης, ὁ Αὔγουστος ἐπείσθη τε αὐτῇ, καὶ ἀφῆκε μὲν πάντας τοὺς ὑπαιτίους, λόγοις τισὶ νουθετήσας· τὸν δὲ δὴ Κορνήλιον καὶ ὕπατον ἀπέδειξε· κἀκ τούτου καὶ ἐκεῖνον καὶ τοὺς λοιποὺς αὐτοὺς οὕτως

poterit is qui erit in inſulam deportatus, aut in villa ciuitateve aliqua concluſus, non ſolum deſtitutus multitudine famulorum, & copia pecuniarum; ſed etiam in cuſtodia retentus, ſi res ita poſtulet? Quod ſi prope hoſtes adeſſent, aut ſi aliqua pars huius maris a nobis eſſet aliena, vt qui nobis damnum attuliſſent, poſſent eo perfugere: aut ſi eſſent in Italia ciuitates firmiſsimis muris ſeptæ ac telis munitæ, vt qui eas cepiſſet, eum nobis metuendum putaremus; alia eſſet ineunda ratio. nunc autem, cum omnia loca ſine armis ſint, & parum munita ad bellum gerendum, abſintque hoſtes longiſsime, diſiuncti a nobis longo interuallo maris, terraque, fluminum ac montium. qui nequeunt ſine magno labore tranſiri; quis eos metuat nudos, inermes, & priuatos homines, in medio regni tui poſitos, ac in tuis armis concluſos? Equidem arbitror neminem vmquam hoc in animum inducere, aut, quantumuis furore exardeat, perficere poſſe. Quas ob res hinc capiamus exordium, & periculum faciamus. Eo pacto & illi fortaſſe conſilium mutabunt, & ceteros efficient meliores. Primum vide Cornelium nobilem & clarũ virum: deinde tecum (vt decet omnem hominem) reputa, gladium non eſſe omnia tibi confecturum. etenim magna eſſet eius vtilitas atque commoditas, ſi is poſſet prudentes homines facere, perſuadere, cogereque, vt vere aliquem diligant. At is profecto, dum corpus dumtaxat alicuius occidit, a nobis reliquorum animos alienat: nec ſunt homines amiciores cuiquam propter aliorum ſupplicia: ſed quod timent, infeſti atque inimici fiunt: idque certum eſt & exploratum. Si autem homines veniam conſecuti ſint, pœnitentia atq; pudore adducti, non modo non audent iis a quibus beneficium acceperunt, iniuriam facere; ſed etiam plerumque beneficium remunerantur, quod ſperãt ſe multo maiora accepturos. Etenim qui eſt ſaluus & incolumis ſeruatus ab eo cui ipſe iniuriam intulit, putat eundem accepto ab ſe beneficio, nihil eſſe omnino ſibi negaturum. Quamobrem mihi crede, vir cariſsime; ſine te perſuaderi, & muta ſententiam. hoc enim pacto videberis omnia quæ grauia fuerunt & moleſta, neceſsitate coactus & inuitus feciſſe, propterea quod non poteſt Reſpublica vſque adeo magna & potens, in regnum mutari ſine ſanguine: ſi autem manebis in propoſito, ſuſceptoque conſilio, videberis profecto illa libenter ſtudioſeque feciſſe. Hac oratione Liuiæ permotus Auguſtus, reos omnes verbis admonitos dimiſit; deſignauitque poſtea Cornelium cõſulem; atq; in poſterum non eum ſolum, ſed etiã reliquos omnes, tanto ſibi amore

cõiunxit, vt nemo amplius ei vere inſidias faceret, aut omnino facere videretur. Cornelio autẽ & Valerio Meſſala Cõſulibus, magni terræmotus facti ſunt: Tiberis põtẽ diſturbauit, fecitq; vt vrbs ſeptẽ dies nauigaretur. Alebantur eadẽ tempeſtate tres & viginti legiones populi Romani: ex quib. noſtris tẽporibus tantum decem & nouẽ ſuperſunt. Earũ ſecũda, Auguſtalis nominata, hibernat in ſuperiore Britannia. Tertiæ, tres ſunt: Gallica in Phœnicia, Cyrenaica in Arabia, Auguſtalis in Numidia. Quarta Scythica, in Syria: Quinta Macedonica, in Dacia. Sextæ duę; quarũ altera Victorũ appellata, eſt in inferiore Britannia: altera Ferrea, in Iudæa. Septima, in Myſia ſuperiore: huic Claudianæ nomẽ eſt. Octaua, Auguſtalis, in Germania ſuperiore. Decima, in ſuperiore Pannonia: ea Gemella appellatur, q̃ cõſtet ex duab. legionibus permixtis inter ſe & cõfuſis. Vndecima Claudiana, in Myſia inferiore: habuere .n. duæ legiones nomẽ a Claudio, ꝓpterea quod ei in ſeditione Camilli nõ reſtiterunt. Duodecima Fulminifera, in Cappadocia. Decimatertia in Dacia, Gemella. Decimaquarta, in ſuperiore Pãnonia. Decimaqnta Apollinaris, eſt in Cappadocia. Poſtrema eſt vigeſima: ii Valeriani & Victores appellãtur. Hę reſtãt ex Auguſti legionibus: ceteræ, diſperſæ & omnino ſublatæ, aut cũ aliis permixtæ ſunt; quæ ob eã cauſam credũtur Gemellę eſſe nominatę. *Alũtur inſuper ſtipatores, q̃ in decẽ partes diſtribuũtur. Sex autẽ milia hominũ collocata in præſidiis vrbis, diuidũtur in partes quatuor. Delecti ſunt etiam equites peregrini, ac extraordinarii, nominati Bataui a Batauia; q̃ inſula eſt in Rheno flumine. hi ſunt equites optimi. Igitur Auguſtus, cũ ei magna pecunia opus eſſet ad alẽdos tot exercitꝰ, iuſſit dari ſibi vigeſimã partem hereditatũ, legatorũ ac donationum, quæ mortis cauſa fiũt; niſi ſi qua eſſent ꝓximis agnatis, aut pauperib. hominib. relicta: idq; fecit, quaſi in cõmentariis Cæſaris hoc genꝰ tributi ſcriptũ reperiſſet. Qua re cõturbatus eſt populus Romanus, & q̃ tãta fame afflictus eſſet, vt gladiatores & venales ſerui expulſi decc. ſtadia fuerint ab vrbe, vltrã †quatuor & nonaginta milia paſſuũ, Auguſtusq; &

ἀσφαλίσασθαι, ὥστε μηδένα ἔτ' αὐτῷ τῶν ἄλλων μήτ' ὄντως ἐπιβουλεῦσαι, μήτε δόξαι. Ἐπὶ γοῦν τῆς ὑπατείας τοῦ τε δηλωθέντος Κορνηλίου καὶ τοῦ Οὐαλερίου Μεσσάλου, σεισμοί τε ἐξαίσιοι συνέβησαν, καὶ ὁ Τίβερις τήν τε γέφυραν κατέσυρε, καὶ πλωτὴν τὴν πόλιν ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας ἐποίησε. Τρία δὲ δὴ τότε καὶ εἴκοσι στρατόπεδα *πολεμικὰ ἐτρέφετο. νῦν μὲν γὰρ ἐννεακαίδεκα ἐξ αὐτῶν μόνα διαμένει, τό τε δεύτερον τὸ Αὔγουστον τὸ ἐν Βρεττανίᾳ τῇ ἄνω χειμάζον· καὶ τὰ τρία τὰ τρίτα, τό τε ἐν Φοινίκῃ τὸ Γαλατικόν, καὶ τὸ ἐν Ἀραβίᾳ τὸ Κυρηναϊκόν, τό τε ἐν Νουμιδίᾳ τὸ Αὔγουστον· τέταρτον Σκυθικὸν ἐν Συρίᾳ, πέμπτον Μακεδονικὸν ἐν Δακίᾳ· ἕκτα δύο, ὧν τὸ μὲν ἐν Βρεττανίᾳ τῇ κάτω τὸ τῶν *Νικητηρίων, τὸ δὲ ἐν Ἰουδαίᾳ τὸ Σιδηροῦν τέτακται) καὶ οἱ ἕβδομοι ἐν τῇ Μυσίᾳ τῇ ἄνω, *οἱ καὶ τὰ μάλιστα Κλαυδίειοι ὠνομάδαται). *οἱ δὲ ὄγδοοι Αὐγούστειοι ἐν τῇ Γερμανίᾳ τῇ ἄνω ὄντες· καὶ οἱ δέκατοι *οἱ ἐν Παιονίᾳ τῇ ἄνω οἱ Δίδυμοι. (Δίδυμοι δὲ ἐπεκλήθησαν, ὅτι ἐκ δύο ταγμάτων ἀναμιχθέντων ἀλλήλοις ὑπῆρχον) τό τε ἑνδέκατον τὸ Κλαυδίειον, τὸ ἐν τῇ Μυσίᾳ τῇ κάτω. (οὕτω γὰρ τὰ δύο στρατόπεδα [ἀπὸ τοῦ Κλαυδίου] ἐπεκλήθη, ὅτι αὐτῷ ἐν τῇ τοῦ Καμίλλου ἐπαναστάσει οὐκ ἀντεπολέμησε) καὶ τὸ δωδέκατον τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ, τὸ Κεραυνοφόρον· τό τε τρίτον καὶ δέκατον τὸ ἐν Δακίᾳ, τὸ Δίδυμον· καὶ τὸ τέταρτον καὶ δέκατον τὸ ἐν τῇ *Παννονίᾳ τῇ ἄνω [τὸ Δίδυμον] τό τε πεντεκαιδέκατον τὸ Ἀπολλώνειον, τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ· καὶ οἱ εἰκοστοὶ οἱ καὶ *Οὐαλέριοι καὶ Νικήτορες ὠνομασμένοι. ταῦτ' ἐκ τῶν Αὐγουστείων στρατοπέδων σώζεται. τὰ γὰρ δὴ λοιπά, τὰ μὲν παντελῶς διελύθη, τὰ δὲ καὶ ἑτέροις τισὶν ἀνεμίχθη, ἀφ' οὗπερ καὶ Δίδυμα ὠνομασμένα νενόμισται. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ οἱ σωματοφύλακες [μύριοι] ὄντες, καὶ δεκαχῆ τεταγμένοι· καὶ οἱ τῆς πόλεως φρουροί, ἑξακισχίλιοί τε ὄντες, καὶ τετραχῆ νενεμημένοι· ξένοι τε ἱππεῖς ἐπίλεκτοι, οἷς τὸ τῶν Βατάουων (ἀπὸ τῆς Βαταουίας τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου) ὄνομα, ὅτι δὴ κράτιστοι ἱππεύειν εἰσί, κεῖται. Διὰ δὲ πλῆθος οὖν τῶν στρατευμάτων ὁ Αὔγουστος, πολλῶν χρημάτων δεόμενος, τὴν εἰκοστὴν τῶν τε κλήρων καὶ τῶν δωρεῶν, ἃς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι, πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν ἢ καὶ πενήτων, καταλείπωσι, κατεστήσατο, ὡς καὶ ἐν τοῖς τοῦ Καίσαρος ὑπομνήμασι τὸ τέλος τοῦτο γεγραμμένον εὑρών. Ταῦτά τε οὖν Ῥωμαίους ἐλύπει, καὶ προσέτι καὶ λιμὸς ἰσχυρός, ὥσθ' ὑπ' αὐτοῦ τούς τε μονομαχοῦντας, καὶ τὰ ἀνδράποδα τὰ ὤνια ὑπὲρ πεντήκοντα καὶ *ἑπτακοσίους σταδίους ἐξωθῆναι, ἔκ τε τῆς θεραπείας καὶ τοῦ Αὐγούστου καὶ

τοὺς ἄλλους

τοὺς ἄλλους τὸ πλεῖον ἀποπέμψασθαι, καὶ δικῶν ἀνοχὰς γενέσθαι. Λωφήσαντος δέ ποτε τοῦ λιμοῦ, ἐπί τε τῷ [τοῦ] Γερμανικοῦ ὀνόματι, ὃς ἦν τοῦ Δρούσου παῖς, καὶ ἐπὶ τῷ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, [ἱπποδρομίας ἐποίησε· καὶ ἐν αὐτῇ ἐλέφας τε ῥινοκέρωτα κατεμαχήσατο, καὶ ἀνὴρ ἱππεὺς πλούτῳ ποτὲ περιγενεσκὼν ἐμονομάχησε.] Καὶ ἐπειδὴ ὑπό τε τοῦ γήρως καὶ τῆς [τοῦ] σώματος ἀσθενείας ἔκαμνεν, ὥστε μὴ δύνασθαι πᾶσι τοῖς δεομένοις τι αὐτοῦ χρηματίζειν, τὰ μὲν ἄλλα αὐτὸς μετὰ τῶν συνέδρων [καὶ] διεσκέψατο καὶ ἐδίκαζεν, ἐν τῷ παλατίῳ ἐπὶ βήματος προκαθήμενος· τὰς δὲ πρεσβείας τάς τε παρὰ τῶν δήμων, καὶ τὰς παρὰ τῶν βασιλέων ἀφικνουμένας, τρισὶ τῶν ὑπατευκότων ἐπέτρεψεν· ὥστ᾽ αὐτοὺς χωρὶς ἕκαστον καὶ διακούειν τινῶν, καὶ ἀπόκρισιν αὐτοῖς διδόναι, πλὴν τῶν ὅσα ἀναγκαῖον ἦν τήν τε βουλὴν καὶ ἐκεῖνον ἐπιδιακρίνειν.

Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον Γερμανικοῦ τοῦ υἱέος Δρούσου ἐν Δαλματίᾳ ἐστρατευμένου, καὶ πόλει τινὶ ὀχυρᾷ προσκαθημένου, καὶ μὴ οἵου τε γινομένου ταύτην ἑλεῖν, Πουλίων ἱππεὺς Κελτὸς λίθον ἐς τὸ τεῖχος ἀφεὶς, οὕτω τὴν ἔπαλξιν διέσεισεν, ὥστε αὐτὴν αὐτίκα πεσεῖν, καὶ τὸν ἄνδρα τὸν ἐπικεκλιμένον οἱ συγκατασπάσαι. γενομένου δὲ τούτου, ἐκπλαγέντες οἱ ἄλλοι καὶ φοβηθέντες, τό τε τεῖχος ἐκεῖνο ἐξέλιπον, καὶ ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀνέδραμον· καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ταύτην καὶ ἑαυτοὺς παρέδωκαν. Τοῦ δὲ Βάτωνος, ὃς πολλὰ τοὺς Ῥωμαίους, ἀποστήσας τοὺς * Δαλμάτας, ἐκάκωσε, καθ᾽ ὁμολογίαν ποτὲ τῷ Τιβερίῳ προσκεχωρηκότος, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἐπὶ βήματος αὐτῷ καθημένῳ προσενεχθέντος, ὁ μὲν Τιβέριος ἠρώτησεν αὐτὸν, Τί ὑμῖν ἔδοξε καὶ ἀποστῆναι, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν χρόνον ἀντιπολεμῆσαι; ὁ δὲ ἔφη ὅτι Ὑμεῖς τούτων αἴτιοι ἐστέ. ἐπὶ γὰρ τὰς ἀγέλας ὑμῶν φύλακας οὐ κύνας, οὐδὲ νομέας, ἀλλὰ λύκους πέμπετε. Ἡ μὲν οὖν * Δαλματία προσεχώρησε τοῖς Ῥωμαίοις:

[Ἐκ τοῦ νς´ τῶν Δίωνος βιβλίων]

Κατὰ δὲ τὴν Κελτικὴν δεινὸν αὖθις συνεκύρησε πάθημα. ἦρχε μὲν γὰρ αὐτῆς Οὐᾶρος Κυιντίλιος· οἱ δὲ Κελτοὶ, ἕως μὲν κατὰ βραχὺ καὶ ὁδῷ τινι μετὰ φυλακῆς τὰ πάτρια μετεμάνθανον, οὔτ᾽ ἐβαρύνοντο τῇ τοῦ βίου μεταβολῇ, [καὶ] ἐλάνθανον σφᾶς ἀλλοιούμενοι· ἐπεὶ δὲ ὁ Οὐᾶρος μετὰ τὴν τῶν Σύρων ἀρχὴν, τήν τε ἡγεμονίαν τῆς Γερμανίας λαβὼν, καὶ τὰ παρ᾽ ἐκείνοις ἐκ τῆς ἀρχῆς διοικῶν, ἔσπευσεν αὐτοὺς ἀθροώτερον * μεταστῆσαι,

ceteri magnam partem famulorum ſuorum dimiſerint, ac iuſtitium indictum ſit. Poſtquam fames ceſſauit; Auguſtus Germanici (is erat Druſi filius) atque fratris eius nomine, ludos Circenſes fecit; in quibus elephantus ſuperauit rhinocerotem; & vir equeſtris ordinis, qui fuerat olim locupletiſſimus, obiit munus gladiatorum. Cum autem non poſſet Cęſar, propter ſenectutem atque imbecillitatem corporis, omnibus qui auxilio eius indigebant, reſpondere, ſedens ius dicebat in palatio pro tribunali, negotiis cum aſſeſſoribus ſuis communicatis: permiſitque tribus viris conſularibus, vt legatos regum populorumque qui ad ſe venirent, ipſi ſinguli audirent ſeparatim, iiſque reſponderent: niſi forte quædam accidérent, in quibus ſuo & Senatus decreto opus eſſet. Per id tẽpus cum Germanicus Druſi filius eſſet in Dalmatia cum exercitu, obſideretque munitum aliquod oppidum, nec poſſet id capere, Pulio eques * Germanus iactu lapidis in murum, ita pinnam eius concuſſit, vt ea ſtatim ceciderit, traxeritque ſecum hominem qui tũ forte ad eam adhærebat. Quo facto, ceteri obſtupefacti, ac timore perterriti, relicto muro in arcẽ confugerunt; eamque poſtea ſeque ipſos dediderunt. Cum autem Bato, qui Dalmatis defectionis auctor fuerat, & Romanis magna damna attulerat, tandem aliquando ad Tiberium veniſſet pacis componendæ gratia, ac poſtero die cum eo ſedente in tribunali colloqueretur, eũ Tiberius ita interrogauit; *Dic, inquit, quamobrem viſum eſt vobis deficere, tantoque tempore nobiſcum bellum gerere?* Is reſpondit; *Vos,* (inquit) *cauſam dediſtis; qui ad greges veſtros cuſtodiendos non canes mittitis aut paſtores, ſed lupos.* Tũ Dalmatia venit in dicionem populi Romani.

Celta. Gr.

E Dionis libro LVI:

Sed idẽ populus R. incidit in grauem caſum in * Germania. (ei præerat Quintilius Varus) Nam [19] Germani, quãtiſper paulatim, ac ratione & cautela adhibita, dediſcebãt mores & inſtituta patriæ; eatenus mutatione vitę non grauabantur; quã ne animaduertebant quidẽ. At poſtquam Varus, qui Syris pręfectus fuerat, imperiũ Germaniæ accepit, & ad eam gentem immutandam ſubito animũ adiecit,

Celtica. Gr.

cœpitque Germanis perinde atq; ſeruis imperare, & pecuniam tamquam a ſubditis exigere: Germani id ferre non potuerunt. Neque tamen defecerunt aperte ac palam, ſed ſimulata beneuolentia. Cumque is exercitum cõtra quoſdam barbaros duceret, ad eum venerũt, quaſi ſocii futuri eſſent ei ad bellum gerendum. poſt eum nihil tale cogitantem inuadunt in locis quibuſdam difficillimis; & circumſtantes vndiq; iaculantur, quoad exercitus populi Romani, qui neque ſibi auxilio eſſe, neque ſe fugæ mandare poterat, interiit, Varuſque, & qui cum eo erant clariſſimi viri, mortem ſibi conſciuerunt. Auguſtus, cognito Vari caſu, veſte ſubito diſciſſa, magno in mœrore fuit, partim propter eos qui interierant, partim quod ei Germani magnum timorem iniicerent; quos verebatur non ſolum in Italiam, ſed etiam Romam propere eſſe venturos. neque enim vllam * vrbem munitam reliquam habebat, & ſocii omnes qui opem ei ferre potuiſſent, magnis erant incommodis affecti. tamen, vt tum potuit, ex reb. præſentibus parauit omnia. Sed poſtquã nemo eorum qui per ætatem bellum gerere poterant, conſcribi võluit, iuſſit eos ſortiri; ac quintum quemq; ex iis qui nondum quinq; & triginta annos attigiſſent; ex iis autem qui eſſent natu grandiores, decimum quemque ſorte lectum priuauit facultatibus, & notauit ignominia: & poſtremo, cum pleriq; ne ſic quidem ei obtemperarent, nonnullos interfici iuſſit. Tum coacto veteranorum libertorumque quam maximo potuit numero, eos cũ Tiberio contendere in Germaniã celeriter iubet. Sed poſtquã intellexit aliquot milites ſaluos & incolumes euaſiſſe, nec auſos eſſe hoſtes ad Rhenũ vſq; venire, magno timore liberatus eſt. His rebus in hunc modum geſtis, vatibus prohibitum fuit, * ne cuiquam remotis arbitris, aut etiam præſentibus, de morte reſponderent: quamquã Auguſtus ea quæ ad ſe pertinebãt, adeo parui faciebat, vt deſcriptum ſtellarum ordinem, ſub quibus natus erat, palã omnibus oſtenderet. Cum ſenex eſſet, Germanicum Senatui, & Senatum Tiberio * per litteras commendauit; quas nõ ipſe legit in Senatu, (voce enim deſtituebatur) ſed Germanicus, vt ſolebat antea: deinde propter cladem Germanicam, vt aiebat, petiit a patribus, ne ſe amplius domum venirent ſalutatum; neve moleſte ferrent,

pro Vrbem Dio melius habet Vrbanũ exercitum.

καὶ τά τε ἄλλα ὡς καὶ δουλεύουσι σφίσιν ἐπέταττε, καὶ χρήματα ὡς καὶ παρ' ὑπηκόων ἐσέπρασσεν, οὐκ ἠνέσχοντο. καὶ ἐκ μὲν τοῦ φανεροῦ οὐκ ἀπέστησαν· προσποιησάμενοι δὲ εὖνοι αὐτῷ, ἔπειτα στρατευσαμένῳ ἐπί τινας τῶν βαρβάρων * προσελθόντες ἀθρόοι ὡς συμμαχήσοντες, καὶ ἔν τισι δυσχωρίαις αὐτὸν περισχόντες μηδὲν * προσδοκώμενοι, περιστάντες τε, πάντοθεν ἔβαλον· ἕως ἅπαν τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα μηδὲ ἀμύνασθαι δυνάμενον, μηδὲ φυγῆς ἔχον τόπον, διέφθειραν. Οὔαρος δὲ καὶ ὅσοι τῶν ἐλλογιμωτέρων αὐτοῦ συνῆσαν, διεχρήσαντο σφᾶς. Μαθὼν δὲ ὁ Αὔγουστος τὰ τοῦ Οὐάρῳ συμβεβηκότα, τήν τε ἐσθῆτα περιερρήξατο, καὶ πένθος μέγα ἐπί τε τοῖς ἀπολωλόσι καὶ ἐπὶ τοῦ περὶ τῶν Γαλατιῶν δέους ἐποιήσατο· ἤλπιζε δὲ καὶ ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, τήν τε Ῥώμην αὐτὴν, ὁρμήσειν αὐτούς· καὶ οὔτε * πόλις τις οἱ ἀξιόλογος ὑπελέλειπτο, καὶ τὰ συμμαχικὰ, ὧν τι καὶ ὄφελος ἦν, ἐκεκάκωτο. ὅμως δ' οὖν πάντα ἄλλα, ὡς ἐκ τῶν παρόντων, παρεσκευάσατο, καὶ ἐπεὶ μηδεὶς τῶν τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν ἐχόντων καταλεχθῆναι ἠθέλησεν, ἐκλήρωσεν αὐτούς. καὶ τῶν μὲν μηδέπω πέντε καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονότων, τὸν πέμπτον, τῶν δὲ πρεσβυτέρων τὸν δέκατον ἀεὶ λαχόντα, τήν τε οὐσίαν ἀφείλετο καὶ ἠτίμωσε· καὶ τέλος, ὡς καὶ πάνυ πολλοὶ οὐδ' οὕτω τι αὐτοῦ προετίμων, ἀπέκτεινέ τινας. ἀποκληρώσας δὲ ἔκ τε τῶν * ἐστρατευμένων ἤδη, καὶ ἐκ τῶν ἐξελευθέρων ὅσους ἠδυνήθη, κατέλεξε, καὶ εὐθὺς σπουδῇ μετὰ τοῦ Τιβερίου ἐς τὴν Γερμανίαν ἔπεμψε. μετὰ δὲ τοῦτο, ἀκούσας ὅτι τῶν τε στρατιωτῶν τινες ἐσώθησαν, τό τε πολέμιον οὐδὲ ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἐλθεῖν ἐτόλμησεν, ἀπηλλάγη τῆς ταραχῆς. Τότε δ' οὖν ταῦτά τε οὕτως ἐπράχθη, καὶ τοῖς μάντεσιν ἀπηγορεύθη μήτε κατὰ μόνας τινὶ, μήτε περὶ θανάτου, μηδ' ἂν ἄλλοι συμπαρῶσιν, χρᾶν. καίτοι οὕτως οὐδὲν τοῦ Αὐγούστῳ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἔμελεν, ὥστε καὶ ἐκ προγραφῆς πᾶσι τὴν τῶν ἀστέρων διάταξιν, ὑφ' * ὧν ἐγεγέννητο, φανερῶσαι. ὡς δὲ ἐπὶ γήρως ὢν, τόν τε Γερμανικὸν τῇ βουλῇ, καὶ ταύτην τῷ Τιβερίῳ παρακατέθετο· ἀνέγνω δὲ τὸ βιβλίον οὐκ αὐτὸς (οὐ γὰρ οἷός τ' ἦν γεγωνίσκειν) ἀλλ' ὁ Γερμανικὸς, ὥσπερ εἰώθει· καὶ μετὰ τοῦτ' ᾐτήσατο παρ' αὐτῶν ἐπὶ τῇ τοῦ Κελτικοῦ πολέμου προφάσει, μήτ' οἴκοι αὐτὸν ἀσπάζεσθαι, μήτ' ἀγανακτεῖν

εἰ μηκέτι

εἰ μηκέτι συναπτοίη σφίσι. τὸ μὲν γὰρ πλεῖστον ἄλλως τε καὶ ὁσάκις ἕδρα αὐτῶν ἐγίγνετο, ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐν αὐτῷ γε ἔστιν ὅτε τῷ συνεδρίῳ, καὶ ἐσιόντα αὐτὸν καὶ ἀπιόντα αὖθις ἠσπάζοντο, ἤδη δὲ καὶ ἐν τῷ παλατίῳ καὶ καθήμενόν γε, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ κατακείμενον, οὐχ ὅτι ἡ γερουσία, ἀλλὰ καὶ οἱ ἱππεῖς τοῦ τε δήμου πολλοί.

Λουκίου δὲ δὴ [τοῦ] Μουνατίου, καὶ Γαΐου Σιλίου ἐς τοὺς ὑπατεύοντας ἐγγραφέντων, καὶ τὴν προστασίαν τῶν κοινῶν τὴν δεκέτιν τὸ πέμπτον ἄκων ἤδη ὁ Αὔγουστος ἔλαβε, καὶ συμβούλους ὑπὸ τοῦ γήρως, (ὑφ᾽ οὗπερ οὐδὲ ἐς τὸ βουλευτήριον * ἤδη, πλὴν σπανιώτατα, συνεφοίτα) εἴκοσιν ἐτησίους ᾐτήσατο. πρότερον γὰρ * καθ᾽ ἑξάμηνον πεντεκαίδεκα προσετίθετο. ἐπεὶ δὲ ἐπὶ τῇ εἰκοστῇ πάντες (ὡς εἶπον) ἐβαρύνοντο, καὶ ἐδόκει τι νεώτερον ἔσεσθαι, ἐσέπεμψε βιβλίον ἐς τὴν βουλὴν, κελεύων ἄλλους τινὰς * αὐτὴν πόρους ζητῆσαι. τοῦτο δὲ οὐχ ὡς καὶ ἐκεῖνο τὸ τέλος καταλύσων ἐποίησεν, ἀλλ᾽ ἵνα μηδενὸς ἄλλου αἱρετωτέρου σφίσι φανέντος, καὶ ἄκοντες αὐτὸ ἄνευ τῆς αὐτοῦ διαβολῆς βεβαιώσωσι. καὶ ὅπως γε μὴ, τοῦ Γερμανικοῦ τοῦ τε Δρούσου γνώμην τινὰ εἰπόντων, ὑποτοπήσωσί τε ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐντολῆς τοῦτο γεγονέναι, καὶ ἀνεξέταστον αὐτὴν ἕλωσι), προσέταξε * μηδέτερον αὐτῶν μηδὲν εἰπεῖν. καὶ ἐλέχθη μὲν πολλά, καί τινα καὶ διὰ βιβλίων τῷ Αὐγούστῳ ἐδηλώθη. καταμαθὼν δὲ ἐξ αὐτῶν πάντα μᾶλλον ἢ ἐκεῖνο ἑτοίμους σφᾶς ὑπομεῖναι ὄντας, ἐπί τε τοὺς ἀγροὺς καὶ ἐπὶ τὰς οἰκίας τὴν συντέλειαν ἤγαγε· καὶ παραχρῆμα μηδὲν εἰπὼν, μήθ᾽ ὅσον, μήθ᾽ ὅπως αὐτῷ δώσουσιν, ἔπεμψεν ἄλλους ἄλλῃ τά τε τῶν ἰδιωτῶν καὶ τὰ τῶν πόλεων κτήματα ἀπογραψομένους, ἵν᾽ ὡς καὶ μειζόνως ζημιωθησόμενοι δείσωσι, καὶ τὴν εἰκοστὴν τελεῖν ἐθέλωνται· ὃ καὶ ἐγένετο. Καὶ ταῦτα μὲν ὧδέ πῃ τῷ Αὐγούστῳ διῳκεῖτο. ἐν δὲ τῇ τῶν Αὐγουσταλίων θέᾳ, ἥτις ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ γενεθλίοις ἐγίνετο, ἀνήρ τις ἐμμανὴς ἔς τε τὸν δίφρον τὸν τῷ Καίσαρι τῷ Ἰουλίῳ κείμενον ἐνιδρύθη, καὶ τὸν στέφανον αὐτοῦ λαβὼν περιέθετο. καὶ ἐδόκει ἐς τὸν Αὔγουστόν τι σημαίνεσθαι· ὅπερ καὶ ἀληθὲς ἦν. τῷ γὰρ ἐχομένῳ ἔτει, ἐν ᾧ Σέξτος τε Ἀπουλήιος καὶ Σέξτος Πομπήιος ὑπάτευσαν, ἐξωρμήθη τε ἐς τὴν Καμπανίαν ὁ Αὔγουστος, καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν ἐν τῇ Νεαπόλει διαθεὶς, ἔπειτα ἐν Νώλῃ μετήλλαξε. τέρατα δὲ ἄρα ἐς τοῦτο αὐτῷ φέροντα, οὔτε ἐλάχιστα, οὔτε δυσσύμβλητα ἐγεγένητο. ὅ τε γὰρ ἥλιος πᾶς ἐξέλιπε, καὶ τοῦ οὐρανοῦ τὸ πολὺ

*ſi eis in reliquum tempus epulũ non *daret. nam tum eum, quoties ſedebat in foro; interdũ etiam in Curia, quoties veniret in Senatum, aut inde diſcederet, plurimũ ſalutabant. Iam vero in palatio id nõ modo faciebat Senatus, ſed etiã equites ac plebeii multi, ſedente eo, ac nonnumquã iacente. Auguſtus rurſum quinto decennio ſuſcepit curam & adminiſtrationem reipublicæ, L. Munatio & Caio Silio Conſulibus. Hic propter ſenectutẽ, qua ingraueſcente perraro veniebat in Senatum, petiit viginti conſiliarios annuos: nã antea quindecim tantũ adhibebat in ſex mẽtes. Cumque vigeſima omnes fere grauari intellexiſſet, ratus eos eam ob cauſam eſſe aliquid noui molituros, litteris ad Senatum miſſis petiit a Patribus, vt alia genera tributorum quærerent. id faciebat, non quo vellet vigeſimã remittere, ſed vt eã, nullo præterea tributo inuẽto magis idoneo & accommodato, abſque vlla eius calumnia comprobarent: atq; vt ne ſuſpicarentur Germanicum & Druſum, ſi de ea re ſententiam dicerent, id iuſſu ſuo facere, ideoq; eam nihil præterea diſcutientes aut examinantes admitterent, [20] vtriq; ne ſententiam diceret, interdixit. Itaque a pleriſq; dicta ſunt multa, eiq; per litteras ſignificata. Ex quibus vbi intellexit eos paratos eſſe, omnia potius quam hæc perpeti, tributum ex ædibus agriſq; conferri iuſſit: neq; tamen definiuit, quantũ aut quemadmodum perſolui vellet: ſed aliquot homines miſit in diuerſas partes orbis, a quibus prędia priuatorum hominum, atque adeo ipſarum ciuitatum, deſcriberẽtur: vt metu damni incommodique maioris, mallent vigeſimam ſoluere: id quod euenit.

Dum hęc ita ab Auguſto gererentur, accidit ludis Auguſtalibus, qui natali die ipſius fiebant, vt quidam furioſus homo conſederit in ſella, quæ Iulio Cæſari poſita & conſecrata fuerat; eique coronam ademerit, ſibique impoſuerit. quæ res in Auguſtum nõnihil portendere viſa eſt: idque verum eſſe conſtitit poſtea. Nam ſequẽti anno Auguſtus profectus in Campaniã, ludis apud Neapolim factis, Nolæ mortuus eſt, Sexto Apuleio & Sexto Pompeio Conſulibus. Id ei multis prodigiis ante denuntiatum fuit, nec paruis iis quidem aut difficilibus ad intelligendum; quod ſol totus hominib. deficere, & cæli magna pars

ardere viſa eſt, quodq; ignitæ trabes cadere de cælo, & ſanguinolenti cometæ viſi ſunt. Cumque Senatus decreuiſſet, vt publice ſupplicaretur ꝓpter eius valetudinem, curia clauſa reperta eſt; buboque, qui ſuper eam conſederat, cecinit: & fulmen quod cecidit in ſtatuam eius poſitã in Capitolio, primam litterã e nomine Cæſaris deleuit. ex quo aruſpices reſponderunt, eum †centeſimo poſt die participem fore alicuius diuinitatis: idque coniiciebant ex eo, quod prima littera eius nominis, cẽtum apud Latinos; reliqua pars, Etruſco ſermone Deum ſignificabat. Itaq; Auguſtus morbo exſtinctus eſt. Neque tamen abeſt ſuſpicio, (quamquam mihi nõ ſit veriſimile) Liuiam ei mortem attuliſſe. Ea enim verita (vt aiunt) ne Agrippam Agrippæ filium in vrbem reuocaret, ad principatum ei relinquendum, (iſtum exſulabat in quadam inſula) ficus pendentes adhuc in arbore, quas Auguſtus manu ſua decerpere conſueuerat, illiuit veneno: cumque ipſa cum Auguſto comederet eas quæ illitæ non erant, ei venenatas offerebat. Sed poſtquam ex hac cauſa vel alia in morbum incidit Cæſar, conuocatis amicis, expoſuit ea quæ neceſſaria eſſe videbantur: tandemque, *Vobis*, inquit, *vrbem, quam latericiam accepi, marmoream relinquo.* quod ipſe non ad magnificentiam ædificiorum, ſed ad amplitudinem & magnitudinem imperii retulit. Poſtremo petiit ab iis vt plauderent; quemadmodum ab hiſtrionibus fieri ſolet mimo peracto; eoque pacto humanæ vitæ conditionem riſit.

† *ſic legendũ eſſe, non Poſtero die, oſtendi apud Dionem.*

Mortuus eſt XIIII kal. Septembris: quo die primum Conſul factus fuerat: vixitque annos ſeptuaginta quinque, menſes decem, dies XXVI. erat enim nono kal. Octobris natus. Regnauit, poſtquam victoria potitus eſt apud Actium, quatuor & quadraginta annos, diebus tredecim exceptis. Mors eius non eſt ſubito cognita; quod eam, cum adhuc Tiberius eſſet in Dalmatia, Liuia metuens ne fieret aliqua ſeditio, celauit, quouſque Tiberius veniſſet. Auguſti corpus primarii ſingularũ ciuitatum Nola viciſſim exportauerunt: cumq;

καίεσθαι ἔδοξε. ξύλα τε διάπυρα ἀπ' αὐτοῦ πίπτοντα ἐφαντάσθη, καὶ ἀστέρες κομῆται καὶ αἱματώδεις ὤφθησαν. βουλῆς τε ἐπὶ τῇ νόσῳ αὐτοῦ ἐπαγγελθείσης, ἵν' εὐχὰς ποιήσωνται, τό τε συνέδριον κεκλεισμένον εὑρέθη, καὶ βύας ὑπὲρ αὐτοῦ καθήμενος ἔβυξε· καὶ κεραυνὸς ἐς εἰκόνα ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἑστῶσαν ἐμπεσὼν, τὸ γράμμα τὸ πρῶτον τοῦ ὀνόματος τοῦ Καίσαρος ἠφάνισεν. ὅθεν οἱ μάντεις τῇ μετὰ τοῦτο* αὐτὸν ἡμέρᾳ θείας τινὸς μοίρας μεταλήψεσθαι ἔφασαν, τεκμαιρόμενοι ὅτι τό τε στοιχεῖον ἐκεῖνο τὸν τῶν ἑκατὸν ἀριθμὸν παρὰ τοῖς Λατίνοις, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν ὄνομα θεὸν παρὰ τοῖς Τυρσηνοῖς νοεῖ. Ὁ δ' οὖν Αὔγουστος νοσήσας μετήλλαξε· καί τινα ὑποψίαν τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἐμοὶ γοῦν οὐ πιστὴν, ἡ Λιβία ἔλαβε. δείσασα γὰρ, ὥς φασι, μὴ τὸν τοῦ Ἀγρίππου υἱὸν Ἀγρίππαν ἐπὶ τῇ μοναρχίᾳ καταγάγῃ, (ὑπερώριστο γὰρ τῆς Ῥώμης ἔν τινι νήσῳ) σῦκα τινὰ ἐπὶ δένδροις ἔτ' ἐπόντα, ἀφ' ὧν ὁ Αὔγουστος αὐτοχειρίᾳ συκάζειν εἰώθει, φαρμάκῳ ἔχρισε, καὶ αὐτή τε ἅμα τὰ* ἀνήλειφα ἤσθιε, καὶ ἐκείνῳ τὰ πεφαρμαγμένα προσέβαλεν. εἴτ' οὖν ἐκ τούτου, εἴτε καὶ ἄλλως ἀρρωστήσας, τούς τε ἑταίρους συνεκάλεσε, καὶ εἰπὼν αὐτοῖς ὅσα ἔχρῃζε, τέλος ἔφη ὅτι, Τὴν Ῥώμην* γηΐνην παραλαβὼν, λιθίνην ὑμῖν καταλείπω. τοῦτο μὲν οὖν οὐ πρὸς τὸ τῶν οἰκοδομημάτων αὐτῆς ἀκριβὲς, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς ἀρχῆς ἰσχυρὸν ἐνεδείξατο. κρότον δ' δή τινα παρ' αὐτῶν ὁμοίως τοῖς* γελωτοποιοῖς, ὡς καὶ ἐπὶ μίμου τινὸς τελευτῇ, αἰτήσας, καὶ πάνυ πάντα τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον διέσκωψε. Καὶ ὁ μὲν οὕτω τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τοῦ Αὐγούστου, ἐν ᾗ ποτε τὸ πρῶτον ὑπάτευσε, μετήλλαξε, ζήσας μὲν πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ἓξ καὶ εἴκοσι· (τῇ γὰρ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Σεπτεμβρίου ἐγεγέννητο) μοναρχήσας δὲ ἀφ' οὗ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ ἐνίκησε, τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα ἔτη δεκατριῶν ἡμερῶν δέοντα. Οὐ μέντοι ἐκφανὴς εὐθὺς ὁ θάνατος αὐτοῦ ἐγένετο. ἡ γὰρ Λιβία, φοβηθεῖσα μὴ τοῦ Τιβερίου ἐν τῇ* Δαλματίᾳ ἔτ' ὄντος νεωτερισθῇ τι, συνέκρυψεν αὐτὸν μέχρις οὗ ἐκεῖνος ἀφίκετο. τὸ δὲ σῶμα τὸ τοῦ Αὐγούστου ἐκ μὲν τῆς Νώλης οἱ πρῶτοι καθ' ἑκάστην πόλιν ἐκ διαδοχῆς ἐβάσταζον· πρὸς δὲ δὴ τῇ Ῥώμῃ γενόμενον οἱ ἱππεῖς παραλαβόντες, νυκτὸς ἐς τὸ ἄστυ ἐσεκόμισαν. τῇ τε ὑστεραίᾳ βουλὴ ἐγένετο, καὶ ἐς αὐτὴν οἱ μὲν ἄλλοι τὴν ἱππάδα στολὴν ἐνδεδυκότες συνῆλθον, οἱ δ' ἄρχοντες τὴν βουλευτικὴν, πλὴν

Roma non longe abeſſet, ipſum equites Romani de nocte in vrbẽ intulerunt. Fuit poſtridie eius diei Senatus; in quẽ ceteri venerunt equeſtri veſtitu, magiſtratus ſenatorio; niſi quod

τὴν ἱμα-

τῶν ἱματίων τῶν περιπορφύρων. ὁ δὲ δὴ Τιβέριος καὶ ὁ Δροῦσος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, φαιὰν τὸν ἀγοραῖον τρόπον πεποιημένην εἶχον· καὶ τοῦ μὲν λιβανωτοῦ καὶ αὐτοὶ ἔθυσαν, τῷ δὲ αὐλητῇ οὐκ ἐχρήσαντο. ἐκαθέζοντο δὲ οἱ μὲν πολλοί, ὥς που ἕκαστος εἰώθει, οἱ δὲ ὕπατοι κάτω ἐν τοῖς βάθροις, ὁ μὲν τῷ τῶν στρατηγῶν, ὁ δὲ τῷ τῶν δημάρχων. Καὶ μετὰ τοῦτο τὰς διαθήκας αὐτοῦ Πολύβιός τις Καισάρειος ἀνέγνω, ὡς μὴ πρέπον βουλευτῇ τοιοῦτόν τι ἀναλέγεσθαι. κατελέλειπτο δὲ ἐν αὐταῖς τὰ μὲν δύο μέρη τοῦ κλήρου τῷ Τιβερίῳ, τὸ δὲ λοιπὸν τῇ Λιβίᾳ, ὥς τινες λέγουσιν. ἵνα γάρ τι καὶ ἐκείνη τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀπόνηται, παρὰ τῆς βουλῆς ᾐτήσατο, τοσοῦτον αὐτῇ καὶ παρὰ τὸν νόμον καταλιπεῖν δυνηθῆναι. κληρονόμοι μὲν δὴ οὗτοι ἐγεγράφατο. κλήματα δὲ καὶ χρήματα πολλὰ πολλοῖς καὶ τῶν προσηκόντων οἱ καὶ τῶν ἀλλοτρίων, οὐχ ὅπως βουλευταῖς καὶ ἱππεῦσιν, ἀλλὰ καὶ βασιλεῦσι· τῷ τε δήμῳ χιλίας μυριάδας· καὶ τοῖς στρατιώταις, τοῖς μὲν δορυφόροις, κατὰ πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμάς, τοῖς δὲ ἀστικοῖς τὴν ἡμίσειαν, τῷ τε λοιπῷ τῷ πολιτικῷ πλήθει πέντε καὶ ἑβδομήκοντα δοθῆναι ἐκέλευσε. καὶ προσέτι καὶ τοῖς παισίν, ὧν μικρῶν ἔτι ὄντων, τοὺς πατέρας τῶν οὐσιῶν ἐκεκληρονομήκει, προσέταξε πάντα μετὰ τῶν προσόδων, ἐπειδὰν ἀνδρωθῶσιν, ἀποδοθῆναι. ὅπερ που καὶ ζῶν ἐποίει. εἰ γάρ τινα τέκνα ἔχοντα διεδέξατο, τοῖς παισὶν αὐτοῦ πάντως, εἰ μὲν ἤδη τότε τέλειοι ἦσαν, εὐθύς, εἰ δὲ μή, μετὰ τοῦτο πάντα ἀπεδίδου. τοιοῦτος μὲν δὴ περὶ τοὺς ἀλλοτρίους παῖδας ὤν, τὴν θυγατέρα οὔτε κατήγαγε, καίπερ καὶ δωρεῶν ἀξιώσας, καὶ ταφῆναι ἐν τῷ αὐτοῦ μνημείῳ ἀπηγόρευσε. Τοσαῦτα μὲν αἱ διαθῆκαι ἐδήλουν. ἐσεκομίσθη δὲ καὶ βιβλία τέσσαρα, καὶ αὐτὰ ὁ Δροῦσος ἀνέγνω. ἐγέγραπτο δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ, ὅσα τῆς ταφῆς εἴχετο, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τὰ ἔργα ἃ ἐπεπράχει πάντα, ἃ καὶ ἐς χαλκᾶς στήλας πρὸς τῷ ἡρῴῳ αὐτοῦ σταθείσας ἀναγραφῆναι ἐκέλευσε. τὸ τρίτον, τά τε τῶν στρατιωτῶν, καὶ τὰ τῶν προσόδων, τῶν τε ἀναλωμάτων τῶν δημοσίων, τό τε πλῆθος τῶν ἐν τοῖς θησαυροῖς χρημάτων, καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα ἐς τὴν ἡγεμονίαν φέροντα ἦν, εἶχε. καὶ τὸ τέταρτον ἐντολὰς καὶ ἐπισκήψεις τῷ Τιβερίῳ καὶ τῷ κοινῷ ἄλλας τε, καὶ ὅπως μήτ' ἀπελευθερῶσι πολλούς,

purpura prætextas veſtes non habebant. Tiberio, Druſoq; filio eius, toga pulla erat; qualis ſolet in iudiciis geſtari: ab vtroque thus eſt adhibitum in ſacrificio: tibicinem intereſſe noluerunt. Sedebat quiſque fere in quibus locis antea conſueuerat: Conſules ſedebāt in ſubſelliis inferioribus; vnus, in iis quæ Prætorũ; alter, in iis quæ tribunorũ plebis ſunt. Poſt hęc quidam Polybius Cęſarianus tabulas teſtamēti eius recitauit; quod eas nō deceret Senatorem legere: in eoque teſtamento Tiberius ex beſſe, Liuia ex triente, (vt nonnulli putant) heredes ſcripti erant. nam Auguſtus, vt eam augeret ſuis facultatibus, petiuerat a Senatu, vt liceret ſibi tantundem ei etiam contra leges relinquerę. Ab his heredib. ſcriptis, multa prędia magnamque pecuniam pleriſq; hominibus propinquis ſuis & extraneis legauit: nec Senatoribus ſolum equitibusq;, ſed etiam regibus. ad hæc reliquit populo Romano † quadringēties ſeſtertium. Sed & militibus legata reliquit: prætorianis quidem viritim CCL denarios: iis autem qui erāt in præſidiis vrbis collocati, ſingulis eius ſummæ dimidium: ceteræ multitudini vrbanæ, † trecenos ſeſtertios viritim dari iuſſit. Præterea mandauit, vt quæ ſibi hereditas teſtamento obueniſſet a parentibus filiorũ impuberum, ea cum fructibus perceptis reſtitueretur iis, cum ad virilem ætatem perueniſſent: quod ipſe viuus faciebat. Nam quoties ſuccederet ei cui eſſent liberi ſuperſtites, ſi quidem tum erant adulti, ſtatim eis omnem hereditatem reſtituebat: ſin minus, vbi adoleuiſſent. Cumque talem ſe præſtaret erga liberos alienos, tamen filiam ſuam non reduxit ab exſilio, licet eam donatione quarundam rerũ honeſtauerit: ſed vetuit etiam, ne in ſuo monumento ſepeliretur. Hæc cum eſſent ex teſtamēto cognita, allati ſunt libelli quatuor, quos Druſus legit: in quorum primo ſcripta erant ea quæ ad funus pertinebant. Secundus continebat res omnes ab eo geſtas; quas in columnis æneis ad ſepulcrum ſuum collocatis inſculpi iuſſit. In tertio erant ea quæ ad milites, quæve ad redditus ſumptusque publicos, & ad eam pecuniam ac theſauros, ceteraque eiuſdem generis ſpectabāt, quibus principatum, quem habebat, tueretur. In extremo præcepta mandataque dabat Tiberio, atque reipublicæ; præſertim, ne multis libertatem darēt,

aureorũ millia cccc. al. mille myriades drachmarũ, Gr.

tres aureos, al. lxxv drachmas, Gr.

quo minus vrbẽ multitudinẽ cuiuſuis generis implerent; vtque paucos donarent ciuitate, quo plurimum differrent ab iis quos haberent in poteſtate. Præterea monebat, vt Rempubl. committerent iis qui vſu & experientia rerum plurimum poſſent, nec eam ſinerent vllo tempore pendêre ex vnius cuiusquam voluntate; ne forte is in regni cupiditatem veniret, aut ne, aduerſa paſſo eo, Reſpubl. periclitaretur. conſulebat, vt contenti rebus præſentibus, augere & dilatare imperium nollent; quod futurum eſſet vt id tuerentur difficilius, immineretq; periculum, ne, quæ iam parta erant, amitterent. id quod ab eo non verbis modo, ſed re etiam fuerat obſeruatum: nam cum poſſet ex barbaris nationibus multo plura acquirere, id noluit. Poſtquam huiuſmodi præcepta recitata ſunt, funus ducitur. Erat lectus ex ebore & auro factus, ornatus ſtragulis purpureis atque auro intextis; ſubter quæ, tamquam in feretro, corpus eius iacebat occultum. Ante omnia ſtatua cerea veſtitu triumphali videbatur; eaque ferebatur ex Palatio ab iis qui erant in ſequenti anno magiſtratus futuri: deinde ex Curia, altera aurea: tertia curru triumphali vehebatur: ſubſequebanturq; ſtatuæ maiorum ipſius atque propinquorum, qui e vita diſceſſerant; vno tantum Cæſare excepto, propterea quod eſſet in numerum heroum relatus. Ferebantur deinde* ſtatuæ ciuiũ Romanorum, quicumque principatum vmquam tenuerant, capto ab ipſo Romulo exordio: ſed & quædam Pompeii Magni ſtatua ferri viſa eſt. Aderant etiam omnes prouinciæ pictæ atque nationes, quæ partæ ab eo fuerant & deuictæ. Poſt hæc lectus ſiſtitur in roſtris, vbi ſolebat haberi concio; de quo loco vbi Druſus legiſſet nonnulla, Tiberius Auguſtum pro roſtris quæ *Iulia* nominantur, apud populum decreto Senatus laudauit. Tum qui lectum antea ferebant, eundem tulerunt porta triumphali, vt ſenatus decreuerat. Aderat autem ſenatus præſens, mortuumque pariter efferebat: aderant quoque omnes equeſtris ordinis, eorumque vxores; intererant prætoriani milites, ceterique omnes fere, qui tum in vrbe erãt. Cum eſſet impoſitus in rogũ exſtructum in campo Martio, eũ primo cuncti ſacerdotes circumeũt: *deinde equites, poſt ii qui magiſtratu fungebantur, poſtremo ceteri milites qui erant in præſidiis vrbis, concurrunt;

ἵνα μὴ παντοδαποῦ ὄχλου τὴν πόλιν πληρώσωσι· μήτ᾽ αὖ ἐς τὴν πολιτείαν συχνοὺς ἐσγράφωσιν, ἵνα πολὺ τὸ διάφορον αὐτοῖς πρὸς τοὺς ὑπηκόους ᾖ· τά τε κοινὰ πᾶσι τοῖς δυναμένοις καὶ εἰδέναι καὶ πράττειν ἐπιτρέπειν, καὶ ἐς μηδένα ἀναρτᾶν αὐτὰ παρῄνεσε σφίσιν, ὅπως μήτε *τυραννίδος τις ἐπιθυμήσῃ, μήτ᾽ αὖ πταίσαντος ἐκείνου τὸ δημόσιον σφαλῇ. γνώμην τε αὐτοῖς ἔδωκε, τοῖς τε παροῦσιν ἀρκεσθῆναι, καὶ μηδαμῶς ἐπὶ πλεῖον τὴν ἀρχὴν ἐπαυξῆσαι ἐθελῆσαι. δυσφύλακτόν τε γὰρ αὐτὴν ἔσεσθαι, καὶ κινδυνεύσειν ἐκ τούτου καὶ τὰ ὄντα ἀπολέσαι ἔφη. τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ὄντως ἀεὶ οὐ λόγῳ μόνον ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἐτήρησε. παρὸν γοῦν αὐτῷ πολλὰ ἐκ τοῦ βαρβαρικοῦ προσκτήσασθαι, οὐκ ἠθέλησε. Ταῦτα μὲν αἱ ἐντολαὶ εἶχον. μετὰ δὲ τοῦτο ἡ ἐκφορὰ αὐτοῦ ἐγένετο. κλίνη ἦν ἔκ τε ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ πεποιημένη, καὶ στρώμασιν ἁλουργοῖς διαχρύσοις κεκοσμημένη· καὶ ἐν αὐτῇ τὸ μὲν σῶμα κάτω που ἐν θήκῃ συνεκέκρυπτο, εἰκὼν δὲ δή τις αὐτοῦ κηρίνη ἐν ἐπινικίῳ στολῇ ἐξεφαίνετο. καὶ αὕτη μὲν ἐκ τοῦ παλατίου πρὸς τῶν ἐς νέωτα ἀρχόντων, ἑτέρα δὲ ἐκ τοῦ βουλευτηρίου χρυσῆ, καὶ ἑτέρα αὖ ἐφ᾽ ἅρματος *πομπικοῦ ἤγετο. καὶ μετὰ ταύτας αἵ τε τῶν προπατόρων αὐτοῦ, καὶ αἱ τῶν ἄλλων συγγενῶν τῶν τεθνηκότων, (πλὴν τῆς τοῦ Καίσαρος, ὅτι ἐς τοὺς ἥρωας ἐσεγέγραπτο) αἵ τε τῶν ἄλλων Ῥωμαίων τῶν καθ᾽ ὁτιοῦν πρωτευσάντων, ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Ῥωμύλου ἀρξάμεναι, ἐφέροντο. καί τις καὶ τοῦ Πομπηίου τοῦ μεγάλου εἰκὼν ὤφθη, τά τε ἔθνη πάνθ᾽ ὅσα προσεκτήσατο, ἐπιχωρίως σφίσιν ὡς ἕκαστα *ἀπῃκασμένα ἐπέμφθη. προτεθείσης δὲ τῆς κλίνης ἐπὶ τοῦ δημηγορικοῦ βήματος, ἀπὸ μὲν ἐκείνου ὁ Δροῦσός τι ἀνέγνω· ἀπὸ δὲ τῶν ἑτέρων ἐμβόλων τῶν Ἰουλείων ὁ Τιβέριος δημόσιον δή τινα κατὰ δόγμα λόγον ἐπ᾽ αὐτῷ ἐπελέξατο. μετὰ δὲ τοῦτο τὴν κλίνην οἱ αὐτοὶ οἵπερ καὶ πρότερον ἀράμενοι, διὰ τῶν ἐπινικίων πυλῶν, κατὰ τὰ τῇ βουλῇ δόξαντα, διεκόμισαν. παρῆν δὲ καὶ συνεξέφερεν αὐτὸν ἥ τε γερουσία καὶ ἡ ἱππάς, αἵ τε γυναῖκες αὐτῶν, καὶ τὸ δορυφορικόν, οἵ τε λοιποὶ πάντες (ὡς εἰπεῖν) οἱ ἐν τῇ πόλει τότε ὄντες. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν πυρὰν τὴν ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ ἀνετέθη, πρῶτον μὲν οἱ ἱερεῖς πάντες περιῆλθον αὐτήν· ἔπειτα δὲ οἵ τε ἱππεῖς, οἵ τε ἐκ τοῦ τέλους καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ τὸ ὁπλιτικὸν τὸ φρουρικόν, περιέδραμον·

πάντα

πάντα τὰ νικητήρια ὅσα τινὲς αὐτῶν ἐπ' ἀριστείᾳ ποτὲ παρ' αὐτοῦ εἰλήφεσαν, *ἐπεβάλλοντο αὐτῷ. κἀκ τούτου δᾷδας ἑκατόνταρχοι λαβόντες, ὑφῆψαν αὐτήν· καὶ ἡ μὲν ἀνηλίσκετο, ἀετὸς δέ τις ἐξ αὐτῆς ἀφεθεὶς ἀνέπτατο, ὡς καὶ δὴ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρων. Πραχθέντων δὲ τούτων, οἱ μὲν ἄλλοι ἀπηλλάγησαν· ἡ δὲ δὴ Λιβία κατὰ χώραν πέντε ἡμέρας μετὰ τῶν πρώτων ἱππέων μείνασα, τά τε ὀστᾶ αὐτοῦ συνελέξατο, καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατέθετο. Τὸ δὲ δὴ πένθος, τὸ μὲν ἐκ τοῦ νόμου, οἱ μὲν ἄνδρες οὐ πολλαῖς ἡμέραις, αἱ δὲ γυναῖκες ἐνιαυτὸν ὅλον κατὰ ψήφισμα ἐποιήσαντο· τὸ δὲ ἀληθές, ἐν μὲν τῷ παραχρῆμα οὐ πολλοί, ὕστερον δὲ πάντες ἔσχον. εὐπρόσοδός τε γὰρ πᾶσιν ὁμοίως ἦν, καὶ ἐς χρήματα πολλοῖς ἐπήρκει· τούς τε φίλους ἰσχυρῶς ἐτίμα, καὶ ταῖς παρρησίαις αὐτῶν ὑπερέχαιρε. τεκμήριον δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, ὅτι τοῦ Ἀθηνοδώρου ἐν δίφρῳ ποτὲ καταστέγῳ ἐς τὸ δωμάτιον αὐτοῦ, ὡς γυναικός τινος, εἰσκομισθέντος, καὶ ἐξ αὐτοῦ ξιφήρους ἐκπηδήσαντος, καὶ προσεπειπόντος, Οὐ φοβῇ μή τίς σε οὕτως εἰσελθὼν ἀποκτείνῃ; οὐχ ὅπως ὠργίσθη, ἀλλὰ καὶ χάριν αὐτῷ ἐπέγνω. Ταῦτά τε οὖν αὐτοῦ ἀνεμιμνήσκοντο, καὶ ὅτι καὶ τοῖς λυπήσασί τι αὐτὸν οὐκ ἀκρατῶς ὠργίζετο· τήν τε πίστιν καὶ πρὸς τοὺς οὐκ ἀξίους αὐτῆς ἐτήρει. *Κοροκότταν γοῦν τινα λῃστὴν ἐν Ἰβηρίᾳ ἀκμάσαντα, τὸ μὲν πρῶτον οὕτω δι' ὀργῆς ἔσχεν, ὥστε καὶ τῷ ζωγρήσαντι αὐτὸν πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐπικηρύξαι· ἔπειτ' ἐπεὶ ἑκών οἱ προσῆλθεν, οὔτε τι κακὸν εἰργάσατο, καὶ προσέτι καὶ τῷ ἀργυρίῳ ἐκεῖνον ἐπλούτισε. διά τε οὖν ταῦτα, καὶ ὅτι τὴν μοναρχίαν τῇ δημοκρατίᾳ μίξας, τό τε ἐλεύθερον σφίσιν ἐτήρησε, καὶ τὸ κόσμιον τό τε ἀσφαλὲς προσπαρεσκεύασεν, ὥστ' ἔξω μὲν τοῦ δημοκρατικοῦ θράσους, ἔξω δὲ καὶ τῶν τυραννικῶν ὕβρεων ὄντας, ἔν τε ἐλευθερίᾳ σώφρονι καὶ ἐν μοναρχίᾳ ἀδεεῖ ζῆν, βασιλευομένους τε ἄνευ δουλείας, καὶ δημοκρατουμένους ἄνευ διχοστασίας, δεινῶς αὐτὸν ἐπόθουν. εἰ γάρ τινες καὶ τῶν προτέρων τῶν ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις γενομένων ἐμνημόνευον, ἐκεῖνα μὲν τῇ τῶν πραγμάτων ἀνάγκῃ ἀνετίθεσαν, τὴν δὲ δὴ γνώμην αὐτοῦ, ἐξ οὗ τὸ κράτος *ἀναμφίβολον ἔσχεν, ἐξετάζειν ἠξίουν. οὐκ ἐλάχιστον δ' αὐτῷ πρὸς εὐδοξίαν καὶ τὸ πολυχρόνιον τῆς ἡγεμονίας συνήρατο. τῶν μὲν γὰρ ἐκ τῆς δη-

præmiaque victoriæ quæ acceperant ob præclara facinora, dū in eius exercitu militarent, in eum cōiiciunt. Rogum centuriones poſtea admotis facibus incendunt. is comburitur: mox aquila ex rogo dimiſſa, quaſi animā Auguſti in cælum ferret, euolauit. Peractis his rebus omnibus, ceteri abeunt: Liuia in eodem loco cum primariis equitibus manſit dies quinq;, oſſaque eius collegit & ſepeliuit. Viri in luctu fuerunt perpaucos dies, vt erat conſuetudo: matronæ eū decreto Senatus annum luxerūt. Et quamquam pauci reuera mortem eius doluerunt in præſentia, tamen omnes poſtea ſunt in maximo mœrore verſati. Erat enim Auguſtus omnibus affabilis, multosque mortales pecunia adiuuabat: amicos omnes habebat in honore, eorumque libertate loquendi lætabatur & gaudebat. Quibus rebus argumēto eſt Athenodorus; qui, cum in cubiculum eius lectica pro muliere vectus eſſet, tenensque pugionem in manu de ea deſiluiſſet, atque ita dixiſſet; *Non times*, inquit, *ne te aliquis eodem modo ingreſſus interficiat?* Auguſtus non modo ei non eſt iratus, ſed etiā gratias egit. Quæ cum de eo, aliaque permulta commemorarentur, tum illud in primis, eum numquam iis a quibus erat affectus moleſtia, iratum grauiter & intemperanter fuiſſe; fidemque ſeruaſſe perpetuo, iis etiam qui id non mererentur. Nam cum Coracotæ latroni inſigni in Hiſpania principio ita fuiſſet infenſus, vt edixiſſet, ſe ei qui Coracotam viuum cepiſſet, daturum †decies ſeſtertiū; poſtquam is vltro venit, nō modo ei nullum damnum attulit, ſed etiā pecuniam dedit, eumq; locupletauit. Itaque Romani, adducti his rebus omnibus, Auguſtum luxerunt; ſed in primis quod regnum cum Republica permiſcuerat, libertatemq; conſeruauerat; ſeq; ita ornāuerat, & ſecuros reddiderat, vt populi temeritate, & tyrannorum iniuriis liberati, ſimul in moderata libertate atq; regno, quietam & ſecurā vitam agerent, regerenturq; ſine ſeruitute, & abſq; vlla ſeditione Rempublicam obtinerent. Quod ſi qui etiam recordabantur ea quæ ſuperioribus bellis ciuilib. facta fuerant; tamen eorum omnium culpam in tempora & neceſſitatē conferebant, putabantq; ex eo tempore eſſe animum eius ſpectandū, ex quo cœpit ſine controuerſia regno potiri. Maxime vero ei contulit ad gloriam diuturnitas principatus. etenim complures qui fuerant in

† aureorū x milia. Al. xxv myriades drachmarū, Gr.

Republica potentiſſimi viri, mortem iã obierant; quorũ poſteri, ignorantes qualis ſtatus Reipublicæ fuiſſet, contentiq; rebus pręſentibus, in quib. erant educati, nõ ſolũ ex iis nullã moleſtiam capiebant, ſed etiã eorum cõſuetudine delectabantur. videbant enim potiora eſſe iis quæ ex maioribus audiuerant, longeq; tutiora. Quas res etſi viuo Auguſto non ignorabãt; tamen eodem vita functo eas penitus perſpectas planeque cognitas habuerunt. *Quippe ea ſolet eſſe, neſcio quomodo, hominũ natura & conditio, vt, quamdiu fortunæ munerib. fruuntur, non tam felicitatem agnoſcant, quã afflicti & calamitoſi eandem requirant atque expetant.* id quod accidit etiã Auguſti tẽporibus: cuius deſiderio, poſtea quã eſſent Tiberium haud eius similẽ experti, oẽs tenebantur. Tantũ .n. hi duo diſcrepabant inter ſe, vt quibuſdã non abfuerit ſuſpicio, Auguſtũ ob eã cauſam Tiberiũ, cuius mores habebat cognitos, de induſtria ſucceſſorẽ reliquiſſe, quo ipſe maiorẽ gloriam cõſequeretur. Cum aũt Auguſto populus Romanus æternitatẽ immortalitatemq; donauiſſet, ei Liuiã, quæ tum *Auguſta* nominabatur, ſacerdotẽ creauit. Dedit Liuia † decies ſeſtertiũ cuidã Numerio Attico, Senatori & Prætorio viro; q. is iuraſſet, quemadmodum de Proculo Romuloq; traditũ eſt, ſe Auguſtum, cũ in cęlum aſcẽderet, vidiſſe. Eidẽ Auguſto fanũ in vrbe decretũ eſt; idq; Liuia poſtea & Tiberius ędificauerunt. Fuere quoq; alia ædificata in pleriſq; locis, partim aſſentientibus populis & approbãtibus, partim etiã contra eorum voluntatẽ. Domus quoq;, in qua Nolæ mortuꝰ eſt, ei fuit cõſecrata; decretumq; fuit, ne ſtatua ipſius in funere cuiuſquã deferretur, atq; vt Tribuni plebis, q. eſſent ſacroſancti, ludos Auguſtales facerent. Hæc facta ſunt Auguſti temporibus.

† x milia aureorum, Bl. x x v myriades drachmarũ, Gr.

TIBERIVS.

E Dionis libro LVII.

TIBERIVS patricius erat, & doctus; ſed ingenio & moribus peculiaribus, rariſque. Nam ita omnes animi affectus occultabat, vt, quæ cupiebat, numquam fere diceret; pugnaretque cum oratione voluntas eius & deſiderium. Id enim diffitebatur, quod expetebat maxime; & quod oderat, præ ſe ferebat. Iraſcebatur nulla re conturbatus: iratus, tranquilliſſimo æquiſſimoque animo eſſe putabatur. commiſerabatur eos in quos grauiter animaduertebat:

μοναρχίας ἀνδρῶν καὶ οἱ πλείους καὶ οἱ δυνατώτεροι ἀπολώλεσαν· οἱ δὲ ὕστεροι, ἐκείνης μὲν οὐδὲν εἰδότες, τοῖς δὲ παροῦσι μόνοις ἢ καὶ μάλιστα ἐντραφέντες, οὐ μόνον οὐκ ἤχθοντο αὐτοῖς, ἅτε καὶ συνήθεσιν οὖσιν, ἀλλὰ καὶ ἔχαιρον, καὶ βελτίω καὶ ἀδεέστερα αὐτὰ ὧν ἤκουον, ὁρῶντες ὄντα. Ταῦτα δὲ ἠπίσταντο μὲν καὶ ζῶντος αὐτοῦ, ἐπὶ πλεῖον δὲ ὅμως, μεταλλάξαντος, ἔγνωσαν. καὶ γὰρ φιλεῖ πως τὸ ἀνθρώπινον οὐχ οὕτω τι εὐπαθοῦν τῆς εὐδαιμονίας αἰσθάνεσθαι, ὡς δυστυχῆσαν ποθεῖν αὐτήν. ὅπερ που καὶ τότε περὶ τὸν Αὔγουστον συνέβη. τὸν γὰρ Τιβέριον μετ' αὐτὸν οὐχ ὁμοῖον πειραθέντες, ἐκεῖνον ἐζήτουν. τοσοῦτον δὲ οὖν τὸ σύμπαν ἀλλήλων διενηνόχασιν, ὥστε τινὰς καὶ ἐς τὸν Αὔγουστον ὑποπτεῦσαι, ὅτι ἐξεπίτηδες τὸν Τιβέριον, καίπερ εὖ εἰδὼς ὁποῖος ἦν, διάδοχον ἀπέδειξεν, ἵνα αὐτὸς εὐδοξήσῃ. Τότε δὲ οὖν ἀθανατίσαντες αὐτόν, ἱέρειαν τὴν Λιβίαν, Αὔγουσταν ἤδη καλουμένην, ἀπέδειξαν. ἐκείνη δὲ Νουμερίῳ τινὶ Ἀττικῷ βουλευτῇ ἐστρατηγηκότι, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐχαρίσατο, ὅτι τὸν Αὔγουστον ἐς τὸν οὐρανόν, κατὰ τὰ περί τε τὸν Πρόκλον καὶ περὶ τοῦ Ῥωμύλου λεγόμενα, ἀνιόντα ἑωρακέναι ὤμοσε. καὶ αὐτῷ ἔν τε τῇ Ῥώμῃ ἡρῷον ψηφισθὲν μὲν ὑπὸ τῆς γερουσίας, οἰκοδομηθὲν δὲ ὑπό τε τῆς Λιβίας καὶ ὑπὸ τοῦ Τιβερίου, ἐποιήθη, καὶ ἄλλοθι πολλαχόθι, τὰ μὲν ἑκόντων δὴ τῶν δήμων, τὰ δὲ καὶ ἀκόντων [καὶ] οἰκοδομουμένων. καὶ ἡ ἐν τῇ Νώλῃ οἰκία ἐν ᾗ μετήλλαξεν, ἐτεμενίσθη, καὶ ἐψηφίσθη ὅπως μήτ' εἰκὼν αὐτοῦ ἐν ἐκφορᾷ τινὸς πομπεύῃ, τά τε αὐγουστάλια οἱ δήμαρχοι, ὡς καὶ ἱεροπρεπεῖς ὄντες, διατιθῶσι. Ταῦτα μὲν κατ' Αὔγουστον ἐγένετο.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ.

[Ἐκ τοῦ νζ' τῶν Δίωνος βιβλίων]

ΤΙΒΕΡΙΟΣ δέ, εὐπατρίδης μὲν ἦν καὶ ἐπεπαίδευτο, φύσει δὲ ἰδιωτάτῃ ἐκέχρητο. οὔτε γὰρ ὧν ἐπεθύμει προσεποιεῖτό τι, καὶ ὧν ἔλεγεν, οὐδὲν (ὡς εἰπεῖν) ἐβούλετο· ἀλλ' ἐναντιωτάτους τῇ προαιρέσει τοὺς λόγους ποιούμενος, πᾶν τε ὃ ἐπόθει ἠρνεῖτο, καὶ πᾶν ὃ ἐμίσει προετείνετο· ὠργίζετό τε ἐν οἷς ἥκιστα ἐθυμοῦτο, καὶ ἐπιεικὴς, ἐν οἷς μάλιστα ἠγανάκτει, ἐδόκει εἶναι· ἠλέει τε δῆθεν οὓς σφόδρα ἐκόλαζε, καὶ ἐχαλέ-

καὶ ἐχαλέπαινεν οἷς συνεγίγνωσκε· τόν τε ἔχθιστον ὡς οἰκειότατον ἔστιν ὅτε ἑώρα, καὶ τῷ φιλτάτῳ ὡς ἀλλοτριωτάτῳ προσεφέρετο· τό τε σύμπαν, οὐκ ἠξίου τὸν αὐταρχοῦντα κατάδηλον ὧν φρονεῖ εἶ. καὶ εἰ μὲν μόνον τοῦτ' εἶχεν, * εὐφύλακτος ἂν τοῖς εἰς πεῖραν αὐτοῦ ἐλθοῦσιν ἦν· πρὸς γάρ τοι τὸ ἐναντιώτατον πάντα * ἂν λαμβάνοντες, ἐκ τοῦ ἴσου τό τε μὴ βούλεσθαι δή τι αὐτὸν *τὸ πάνυ ποθεῖν, καὶ τὸ ὀρέγεσθαί τινος τὸ μὴ ἐφίεσθαι ἐνόμιζον. νῦν δὲ ὠργίζετο εἴ τις αὐτοῦ συνιεὶς φανερὸς ἐγένετο· καὶ πολλούς, οὐδὲν ἄλλο σφίσιν ἢ ὅτι συνενόησαν αὐτόν, ἐγκαλέσαι ἔχων, ἀπέκτεινε. μόνος οὖν, ὡς εἰπεῖν, (ὅπερ που σπανιώτατόν ἐστι) διεγένετο, ὃς οὔτ' ἠγνόησε τὴν φύσιν αὐτοῦ, οὔτ' ἤλεγξεν. οὔτω γὰρ *οὔτε πιστεύσαντες αὐτῷ ἠπατήθησαν, οὔτε ἐνδειξάμενοι νοεῖν ἃ ἔπραττεν, ἐμισήθησαν. τοιοῦτος οὖν δή τις ὤν, ἔς τε τὰ στρατόπεδα καὶ ἐς τὰ ἔθνη πάντα, ὡς αὐτοκράτωρ, εὐθὺς ἀπὸ τῆς * Ῥώμης ἀπέστελλε, μὴ λέγων αὐτοκράτωρ εἶ· ψηφισθὲν γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ὀνομάτων, οὐκ ἐδέξατο. καὶ τὸν κλῆρον τοῦ Αὐγούστου λαβών, τὴν ἐπίκλησιν αὐτοῦ ταύτην οὐκ ἔθετο· τούς τε σωματοφύλακας ἀμφ' αὐτὸν ἤδη ἔχων, ἐδεῖτο δὴ τῆς γερουσίας συναίρεσθαί οἱ ὥστε μηδὲν βίαιον παθεῖν. καὶ ἐπειδή γε κομψευσάμενός τις ἐπὶ τούτῳ, φρουρὰν αὐτῷ, ὡς οὐκ ἔχοντι, δοθῆναι ἐσηγήσατο, τόν τε χλευασμὸν αὐτοῦ συνῆκε, καὶ ἔφη, ὅτι καὶ οἱ στρατιῶται οὐκ ἐμοί, ἀλλὰ δημόσιοί εἰσι. ταῦτά τε οὖν οὕτως ἔπραττε, καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς ἔργῳ πάντα διοικῶν, ἠρνεῖτο μηδὲν αὐτῆς δεῖσθαι· καὶ τὸ μὲν πρῶτον καὶ πᾶσαν αὐτήν, διά τε τὴν ἡλικίαν (ἓξ γὰρ καὶ πεντήκοντα ἔτη ἐγεγόνει) καὶ δι' ἀμβλυωπίαν, (πλεῖστον γὰρ τοῦ σκότους βλέπων, ἐλάχιστα τῆς ἡμέρας ἑώρα) ἐξίστασθαι ἔλεγεν. ἔπειτα δὲ κοινωνούς τε τινὰς καὶ συνάρχοντας, οὔτι γε καὶ πάντων καθάπαξ, ὥσπερ ἐν ὀλιγαρχίᾳ, ἀλλ' ἐς τρία μέρη νέμων αὐτήν, ᾔτει· καὶ τὸ μὲν αὐτὸς ἕξειν ἠξίου, τῶν δὲ ἑτέρων ἄλλοις παρεχώρει. ἦν δὲ ταῦτα, ἓν μέν, ἥ τε Ῥώμη καὶ ἡ ἄλλη Ἰταλία· ἕτερον δέ, τὰ στρατόπεδα· καὶ ἕτερον, οἱ λοιποὶ ὑπήκοοι. ὡς οὖν *πολὺς ἐνέκειτο, οἱ μὲν ἄλλοι καὶ ὣς ἀντέλεγον δῆθεν, καὶ ἐδέοντο αὐτοῦ ἄρχειν

& quibus veniam dabat, ſuccenſebat nonnumquam. ſic amplexabatur inimiciſſimos homines, vt ſibi familiariſſimos & cōiūnctiſſimos: contra autem cum amiciſſimis non aliter ſe gerebat, quam cum alieniſſimis hominibus. Deniq; putabat principis animum nemini cognitum eſſe oportere. ¹ Quod ſi id tantum in Tiberio fuiſſet, * cauere ſibi ab eo nemo, cui cum ipſo res fuiſſet, potuiſſet; cum omnia contrario atque is ſenſiſſet modo accipiens vnuſquiſque, ea quæ is nolebat, velle, & non cupere ipſum ea quæ maxime expetebat, iudicaſſet. Sed præter ea quæ ſupra dixi, grauiter ferebat, dum ſuſpicabatur aliquem eſſe conſcium & participem conſiliorum ſuorū; multoſque non aliam ob cauſam interfici iuſſit, quam quod ſentiret ab iis voluntatem ſuā animaduerſam & perſpectam eſſe. Itaque is ſolus fere tutus erat, (quod tamen perraro accidit) qui neq; ingenium eius ignoraret & mores, neque patefaceret cognitos. Nam eo pacto qui ei parerēt, non decipiebantur; neq; propterea in odium eius veniebant, quod oſtenderent ſe ea quæ ageret, percepiſſe. His moribus præditus Tiberius, ſicut Imperator, non modo ad exercitus, ſed etiam ad nationes omnes, Roma litteras miſit; in quibus tamen non ſcripſit ſe Imperatorem; propterea quod id nomen ſibi vna cum ceteris nominib. a Senatu decretum repudiauit; hereditatemque Auguſti, non cognomen admiſit. Sed cū iam haberet ſtipatores ſui corporis, tamē petiuit a Senatu vt ſibi opē ferret, ne quam iniuriā pateretur. Quod facete quidā interpretatus, cenſuit cuſtodiā ei, quaſi nullā haberet, dari oportere: a quo poſtquam irrideri ſe cognouit, Tiberius nō ſuos eſſe milites reſpondit, ſed populi Romani. Cumq; hæc ageret, adminiſtraretque omnia quæ pertinerent ad principatum; tamē eo ſe negabat indigere: quē primo tum propter ætatem (natus enim erat annos ſex & quinquaginta) tum propter ſenſum oculorum hebetem & imbecillum (noctu enim plurimum, interdiu parum videbat) omnino negabat ſe velle: poſt autem ſocios quoſdam petiit & collegas, non quidem rerum omniū, (vt fit in ea republica cuius poteſtas penes paucos eſt) ſed totius in tres partes diuiſi principatus; quarum vnam haberet ipſe, collegæ reliquas. Earum partium vna, erat Roma cum cetera Italia: altera, exercitus: tertia, reliqui omnes qui ſunt ſub imperio Romano. Cumq; inſtaret vt id ſibi concederent, illi negarent contenderentque ab eo vt omnibus

imperaret, Aſinius Gallus, vtens, plus quã ſibi vtile fuiſſet, patria loquẽdi libertate, *Opta igitur*, inquit, *quã partem velis*. Huic Tiberius ita reſpõdit; *Qui fieri poteſt*, inqt, *vt is optet qui ipſe partes faciat?* Gallus, vt cognouit ſe ob hãc cauſam in periculo verſari, cœpit eũ lenire ſermone; atq; ita reſpõdit; *Non*, inquit, *hac a me dicta ſunt, vt tu tertiam tantummodo partem habeas; ſed id propterea tibi propoſui, quod principatus diuidi nullo pacto poſſit*. Tiberiũ tamẽ vere nihilo magis placauit; ſed acceptis poſtea multis & grauib. incommodis, ad extremũ occiſus eſt. Iam enim ei ante odio erat, quod eã quæ a Tiberio dimiſſa fuerat, ipſe poſtea vxorẽ duxiſſet, quodq; Druſum tamquam filiũ ſuum tractaret. Sed cũ milites qui tũ erant in Germania, animaduerterent Germanicũ & Cæſarẽ eſſe, & patre ſuo meliorẽ, Tiberio maledicere, Germanicũ Imperatorem nominare cœperunt. Cũ his Germanicus egit plurib. verbis, ne id facerẽt: poſt vbi vidit eos nõ poſſe de ſententia dimoueri, gladium, tamquam ſibi mortẽ inferre vellet, diſtrinxit. Tum ei vnus e militib. gladium ſuum offerens; *Tu vero potius*, inquit, *hunc meum accipe eſt enim acutior*. Hanc ſeditionẽ militum Germanicus vix tandem ſedare potuit. Tum Caius *Caligula* filius eius (nã id ei cognomẽ erat, propterea quod cum eſſet magna ex parte in exercitu educatus, * caligis militarib. pro vrbanis vtebatur) a militibus retentus eſt. Itaq; Germanicus cũ ſummum poſſet adipiſci principatũ, (beneuolentia enim populi Romani, atque ſubditorum omniũ, omnino erat in eũ propenſa) noluit. Quare Tiberius eũ, eiuſq; vxorem Agrippinã, magnis laudibus affecit. Vtrumque enim ſuſpectum habebat, propterea quod Agrippina erat fœmina magni animi. Igitur Tiberius, quouſque Germanicus vixit, principatũ geſſit modeſtius atq; moderatius. pauca enim faciebat ex ſeſe, vel nihil potius; ſed de minimis quibuſque reb. referebat ad Senatum, cũ eoque cõmunicabat omnia, & cõſiliarios, vt Auguſtus cõſueuerat, capiebat. Cumq; ſuam ipſe ſententiã dixiſſet, non modo dabat poteſtatem omnib. vt contra ſe dicerent, ſed etiam facta ſæpenumero decreta in cõtrarium, æquo animo ferebat. Interdum * palã ſuam ſententiam proponebat: ſæpe ita dicebat, ne libertatẽ eis eripuiſſe videretur; *Si mihi ſtatuendum aliquid fuiſſet, hæc aut alia expoſuiſſem*. Præterea ius dicebat: vocatusque a magiſtratibus,

πάντων· Ἀσίνιος δὲ δὴ Γάλλος, παῤῥησίᾳ ἀεὶ πολὺ πατρῴᾳ καὶ ὑπὲρ τὸ συμφέρον αὐτῷ χρώμενος, Ἑλοῦ, ἔφη, ἣν ἂν θελήσῃς μοῖραν. καὶ ὁ Τιβέριος, Καὶ πῶς οἷόν τε ἐστὶν, εἶπε, τὸν αὐτὸν καὶ νέμειν τι καὶ αἱρεῖσθαι; Συνεὶς οὖν ὁ Γάλλος ἐν ᾧ κακοῦ ἐγεγόνει, τῷ μὲν λόγῳ ἐθεράπευσεν αὐτὸν, ὑπολαβὼν ὅτι, Οὐχ ὡς καὶ τὸ τρίτον ἕξοντός σου, ἀλλ' ὡς ἀδύνατον ὂν τὴν ἀρχὴν διαιρεθῆναι, τοῦτό σοι προσέτεινα· οὐ μέντοι καὶ τῷ ἔργῳ ἐπιτήδειος [illegible], ἀλλὰ πολλὰ καὶ δεινὰ προπαθὼν, μετὰ ταῦτα ἀπεσφάγη. καὶ γὰρ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τὴν προτέραν ἐγεγαμήκει, τόν τε Δροῦσον ὡς υἱὸν προσεποιεῖτο· ὅθεν ἀφ' οὗ καὶ πρότερον διὰ μίσους αὐτῷ ἦν. Οἱ δ' ἐν τῇ Γερμανίᾳ στρατιῶται, τὸν Γερμανικὸν καὶ Καίσαρα καὶ πολὺ τοῦ Τιβερίου κρείττω ὁρῶντες ὄντα, τόν τε Τιβέριον ἐκακηγόρησαν, κἀκεῖνον αὐτοκράτορα ἐπεκάλεσαν. ἐπειδή τε ἐκεῖνος πολλὰ εἰπὼν, καὶ μὴ δυνηθεὶς αὐτοὺς καταστῆσαι, τέλος τὸ ξίφος, ὡς ἑαυτὸν καταχρησόμενος, * ἐσπάσατο, * τῶν τις στρατιωτῶν τὸ ἑαυτοῦ ξίφος ἀνατείνας, Τοῦτο, ἔφη, λάβε· τοῦτο γὰρ ὀξύτερόν ἐστιν· ὅμως δ' οὖν σὺν χρόνῳ καὶ μόλις ἠδυνήθη σφᾶς καταστῆσαι. τηνικαῦτα καὶ Γάιος ὁ Καλιγόλας, υἱὸς ὢν αὐτοῦ, (προσωνομάσθη δὲ οὕτως, ὅτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τὸ πλεῖστον τραφεὶς, τοῖς στρατιωτικοῖς ὑποδήμασιν ἀντὶ τῶν ἀστικῶν ἐχρῆτο) ὑπ' αὐτῶν κατεσχέθη. καὶ Γερμανικὸς μὲν, δυνηθεὶς ἂν τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν λαβεῖν, (ἡ γὰρ εὔνοια πάντων ἁπλῶς τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν ὑπηκόων σφῶν ἐς αὐτὸν ἐπῄει) οὐκ ἠθέλησε. Τιβέριος δὲ ἐπῄνεσε μὲν αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Ἀγριππῖναν· ὑπετόπει δὲ καὶ ἀμφοτέρους· ἦν γὰρ κἀκείνη φρονηματώδης γυνή. Ἐφ' ὅσον μὲν οὖν ὁ Γερμανικὸς ἔζη, μετριώτερον ἦρχεν. αὐτὸς μὲν γὰρ καθ' ἑαυτὸν ἤ τι, ἢ οὐδὲν ἔπραττε· πάντα δὲ δὴ καὶ τὰ σμικρότατα ἔς τε τὴν γερουσίαν ἐσέφερε, καὶ ἐκοίνου αὐτῇ. καὶ συμβούλους δὲ ἀεὶ κατὰ τὸν Αὔγουστον παρελάμβανε· καὶ ἐς τὸ μέσον τὴν ἑαυτοῦ γνώμην τιθεὶς, οὐχ ὅπως ἀντειπεῖν αὐτῇ παντί τῳ παῤῥησίαν ἔνεμεν, ἀλλὰ καὶ τἀναντία πολλάκις ψηφιζομένων, ἔφερε· τὰ μὲν γὰρ ἄντικρυς ἀπεφαίνετο, τὰ δὲ δὴ πλείω (ἵνα μὴ δοκῇ τὴν παῤῥησίαν αὐτῶν ἀφαιρεῖσθαι) ἔλεγεν ὅτι, Εἰ γνώμην ἐποιούμην, τὰ καὶ τὰ ἂν ἐπεδειξάμην. ἐδίκαζε δὲ καὶ ἐπεφοίτα καὶ ἐπὶ τὰ τῶν

ἀρχόντων

ἀρχόντων δικαστήρια, παρακαλούμενος ὑπ᾽ αὐτῶν, καὶ ἀπαράκλητος. καὶ ἐκείνους μὲν ἐν τῇ αὐτῶν χώρᾳ καθῆσθαι εἴα, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τοῦ βάθρου τοῦ καταντικρὺ σφῶν κειμένου καθίζων, ἔλεγεν ὅσα ἐδόκει αὐτῷ, ὡς πάρεδρος. καὶ οὔτε δεσπότην ἑαυτὸν τοῖς ἐλευθέροις, οὔτε αὐτοκράτορα, πλὴν τοῖς στρατιώταις, καλεῖν ἐφίει. τό τε τοῦ πατρὸς τῆς πατρίδος *πρόσρημα παντελῶς διεώσατο· πρόκριτος δὲ τῆς γερουσίας κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἤθελεν ὀνομάζεσθαι· καὶ πολλάκις ἔλεγεν ὅτι, Δεσπότης μὲν τῶν δούλων, αὐτοκράτωρ δὲ τῶν στρατιωτῶν, τῶν δὲ λοιπῶν πρόκριτός εἰμι. ηὔχετό τε τοσοῦτον καὶ ζῆσαι καὶ ἄρξαι χρόνον, ὅσον ἂν τῷ δημοσίῳ συμφέρῃ. καὶ οὕτω γε διὰ πάντων ὁμοίως δημοτικὸς ἦν, ὥστε οὔτε ἐν τοῖς γενεθλίοις αὐτοῦ γίγνεσθαί τι παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐπέτρεπεν, οὔτ᾽ ὀμνύναι τοῖς ἀνθρώποις τὴν αὐτοῦ τύχην συνεχώρει· οὔτ᾽ εἰ [καὶ] ὀμόσας τις αὐτὴν, αἰτίαν ὡς καὶ ἐπιωρκηκὼς ἔλαβεν, ἐπεξῄει.

Ταῦτά τε οὖν δημοτικῶς διῴκει, καὶ ὅτι οὔτε τεμένισμα αὐτῷ ἐτεμενίσθη, οὔτ᾽ εἰκόνα ἐξῆν αὐτοῦ οὐδενὶ *στῆσαι. ἄντικρυς γὰρ ἀπηγόρευσε μήτε πόλει μήτ᾽ ἰδιώτῃ τοῦτο ποιεῖν. προσέθηκε μὲν γὰρ τῇ ἀπορρήσει ὅτι, Ἂν μὴ ἐγὼ ἐπιτρέψω· προσεπεῖπε δὲ ὅτι, Οὐκ ἐπιτρέψω. ἐπεὶ τό γε ὑβρίζεσθαι πρός τινος, ἢ καὶ τὸ ἠσεβῆσθαι πρός τινος, (ἀσέβειάν τε γὰρ ἤδη τὸ τοιοῦτον ὠνόμαζον, καὶ δίκας ἐπ᾽ αὐτῷ πολλὰς ἐσῆγον) ἥκιστα προσεποιεῖτο· οὐδ᾽ ἔστιν ἥντινα τοιαύτην ἐφ᾽ ἑαυτῷ γραφὴν προσεδέξατο, καίτοι τὸν Αὔγουστον καὶ ἐν τούτῳ σεμνύνων. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, οὐδένα οὐδὲ τῶν ἐπ᾽ ἐκείνῳ τινὰ αἰτίαν λαβόντων ἐκόλασε· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου καὶ πάνυ πολλοὺς ἐθανάτωσε. καὶ ἔν τε τούτῳ τὸν Αὔγουστον ἤγαλλε, καὶ ὅτι τά τε οἰκοδομήματα ἃ κατεβάλετο μὲν, οὐκ ἐξετέλεσε δὲ ἐκποιῶν, τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπέγραφε σφίσι· τά τε ἀγάλματα καὶ τὰ ἡρῷα αὐτοῦ, τὰ μὲν αὐτὸς καθιέρου, τὰ δὲ τῶν ποντιφίκων τισὶ προσέταττε. πάντα δὲ τὰ πεπονηκότα τῆς Ῥώμης ἀνακτησάμενος (αὐτὸς γὰρ οὐδὲν τοπαράπαν ἐκ καινῆς, πλὴν τοῦ Αὐγουστείου, κατεσκευάσατο) οὐδὲν *αὐτῶν ἰδιώσατο, ἀλλὰ τὰ τῶν πρώτων οἰκοδομησάντων ὀνόματα σφίσιν ἀπέδωκεν. ἐλάχιστα γὰρ ἐς ἑαυτὸν δαπανῶν, πλεῖστα ἐς τὸ κοινὸν ἀνήλισκε, πάντα μὲν (ὡς εἰπεῖν) τὰ δημόσια ἔργα, τὰ μὲν ἀνοικοδομῶν, τὰ δὲ ἐπικοσμῶν, πολλὰ δὲ καὶ πόλεσι καὶ ἰδιώταις ἐπαρκῶν. πάνυ τε ὃ ἐδωρεῖτό τισιν, εὐθὺς καὶ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἠριθμεῖτο.

accedebat in forũ, vbi ius reddebant: eoq; nonnumquã veniebat etiam inuocatus. Cumq; cõcederet magiſtratib. vt in ſuis locis ſederent, ipſe in ſede e regione collocata, videlicet vt *princeps, exponebat ea q̃ ſibi videbantur. *Dominus* a liberis hominibus, aut *Imperator*, præterquã a militibus, vocari nolebat. *Patris patriæ* nomen omnino repudiauit; *Princepsque Senatus*, vt erat vetus cõſuetudo, nominari voluit. Crebro dicebat, ſe Dominũ ſeruorum, Imperatorem militũ, Principem reliquorum eſſe: optabatq; viuere obtinereq; principatum, quouſque Reipublicæ vtilitas poſtularet. Sic enim popularis erat in reb. omnibus, vt nihil ſuo natali die fieri permitteret, quod ante fieri non cõſueuiſſet. nemini licebat per fortunã eius iurare: ſed neque animaduertebat in eos qui per eandem fortunã iurantes peieraſſent. Nec vero in his ſolũ popularis erat, ſed etiam in eo, quod ei nullũ templum dedicatum eſt, quodq; nemini licebat ſtatuam ei facere. Edixit enim palã, vt ne ciuitas vlla, neve priuatus quiſquam id faceret: cui edicto addidit hæc verba, *Niſi ego permittam*: moxq; adiecit, *Atqui non permittam*. Cumque ei maledicerent homines, aut contra eũ aliquid impie facerent, (nam id ſcelus nominabant *Impietatem*, eiusq; grauiſſimas pœnas repetebant) minime curabat, nec quemquã ob eam rem accuſari patiebatur; cum tamen Auguſtum ea in re veneraretur. Nam principio quidem in eos qui contra Auguſtum deliquerant, nõ animaduertit: progrediente tempore, de pleriſq; ſupplicium ſumpſit: ac tum Auguſtum propterea maxime honorauit, tum etiam quod conſueuiſſet ædificiis, quorũ fundamenta iecerat, nec tamen abſoluerat, nomen eius inſcribere. Idem Tiberius conſecrabat ſtatuas & monumenta Auguſti: nonnumquam mandabat pontificibus vt id facerent. Cumque reſtituiſſet ædificia quæ in vrbe corruerant, (nullum enim exſtruxit nouum præter† Auguſtale) nullum prorſus ſibi vindicauit, ſed eis nomina reddidit eorum a quibus ædificari cœpta eſſent. In ſuos vſus parum, in publicos multum impendit, reſtitutis operibus publicis, aut ornatis, maximaq; ope ciuitatibus & priuatis hominib. allata. Cumq; pecuniã daret aliquibus, aut alia munera, iubebat ea coram numerari ſubito, aut repræſentari.

† Auguſti ſacrariũ, Xyl.

Intelligebat enim, Auguſti temporibus magnā diminutionem de donis eius ſæpenumero a miniſtris eſſe factam: itaque magnopere prouidebat ne idem ſuo tempore eueniret. Hos ſumptus faciebat ex legitimis redditibus. Neq; enim pecuniæ cauſa quēquam occidebat: nullius tum bona proſcribebat, nulla vi atque violentia pecuniam exigebat. Etenim Æmilio Recto, qui ad ſe aliquando miſerat maiorem ſummā pecuniæ ex Ægypto cui præerat, quam imperata fuiſſet, reſcripſit in hæc verba: *Tonderi,* inquit, *oues meas volo, non deglubi.* In primis erat affabilis, comis & humanus. Itaque iuſſit vt Senatores ſimul omnes ſe ſalutatum venirēt, ne, dum alius alium præuenire cuperet, ſe inuicem truderent. *Æquitatem maxime colebat. nam cum Rhodii magiſtratus ad eum ſcripſiſſent, nec ei in extrema epiſtola (vt erat conſuetudo) vota feciſſent, eosq; ob eam rem acceſſiri iuſſiſſet, tamquā ſtatuiſſet in ipſos animaduertere: vt venerunt, nihil fecit acerbius: ſed eos, poſteaquā vota quæ deerant epiſtolæ, ſubſcripſerunt, dimiſit. Magiſtratus habebat in honore, non aliter atque ſtante Republica; aſſurgebatque Conſulibus: atque, quoties eis cœnam dabat, ingredientibus ad fores procedebat obuiam, & comitabatur abeuntes. Cumq; ſella veheretur, neminem Senatorii aut equeſtris ordinis cōſequi patiebatur: veniebatq; ſæpiſſime [1] ad ſpectacula, non ſolum vt honoraret eos qui ea facerent, ſed etiam vt plebem *ornaret, atq; vt vna cum ea dies feſtos celebrare videretur. Non enim his rebus ſtudere vmquam, aut fauere cuiquam iſtorum eſt viſus. Et cum populus aliquādo vellet ſeruū ſaltatorem donare libertate, id ipſe nō antea comprobauit, quam dominus eius cōſenſit, & pretiū accepit. Cum amicis verſabatur vt priuatus; iiſque, cum rei eſſent, præſtabat patrocinium: intererat eorum ſacrificiis: viſitabat ægrotantes, pullis cuſtodibus ſtipatus. Quinetiam defunctum amicum & familiarem ſuum laudauit in funebri concione. Cumq; conuentus & ludi celebrarentur, eos ipſe ſpectabat de domo cuiuſdam Cæſariani aut liberti; quo ſe poſſent homines proxime & facillime conuenire. Liuiam vero matrem ſuam temperantiorem humilioremq; præſtitit: cuius tanta erat inſolentia, vt ſuperbiam mulierum omniū quæ antea fuerant, ſuperaret.

ἐπεὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ Αὐγούστου μεγάλα ἐκ τῶν τοιούτων οἱ δοτῆρες αὐτοῦ ἀπετέμνοντο, δεινῶς ἐφυλάττετο μὴ καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ τοῦτο γίνεσθαι. καὶ ταῦτα μέντοι πάντα ἐκ τῶν νενομισμένων προσόδων ἐδαπάνα. οὔτε γὰρ ἀπέκτεινε χρημάτων ἕνεκα οὐδένα, οὔτε οὐσίαν τινὸς τότε γε ἐδήμευσεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐξ ἐπηρείας τι ἠργυρολόγησεν. Αἰμιλίῳ γοῦν Ῥήκτῳ χρήματά ποτε αὐτῷ πλείω παρὰ τὸ τεταγμένον ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἧς ἦρχε πέμψαντι, ἀντεπέστειλεν ὅτι Κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐκ *ἀποξύρεσθαι βούλομαι. καὶ μέντοι καὶ εὐπρόσοδος καὶ εὐπροσήγορος ἰσχυρῶς ἦν. τοὺς γοῦν βουλευτὰς ἀθρόους ἀσπάζεσθαι αὐτὸν ἐκέλευσεν, ἵνα μὴ ὠστίζωνται. τό τε σύμπαν, τοσαύτῃ ἐπιεικείᾳ ἐχρῆτο, ὥστε ἐπειδή ποτε οἱ Ῥοδίων ἄρχοντες ἐπιστείλαντές τι αὐτῷ, οὐχ ὑπέγραψαν τῇ ἐπιστολῇ τοῦτο δὴ τὸ νομιζόμενον, εὐχὰς αὐτῷ ποιούμενοι, μετεπέμψατο μὲν σφᾶς σπουδῇ, ὡς καὶ κακόν τι δράσων, ἐλθόντας δὲ οὐδὲν δεινὸν εἰργάσατο, ἀλλ' ὑπογράψαντας τὸ ἐνδέον ἀπέπεμψε. τούς τε ἄρχοντας ὡς ἐν δημοκρατίᾳ ἐτίμα, καὶ τοῖς ὑπάτοις καὶ ὑπανίστατο. ὁπότε τε αὐτοὺς δειπνίζοι, τοῦτο μὲν, εἰσιόντας σφᾶς *πρὸς τὰς θύρας ἐξεδέχετο, τοῦτο δὲ καὶ ἀπιόντας προέπεμπεν. εἴ τέ ποτε ἐπὶ τοῦ δίφρου ἐκομίζετο, οὐδένα οἱ τῶν βουλευτῶν ἢ τῶν ἱππέων παρακολουθεῖν εἴα. συνεχέστατα δὲ καὶ ἐπὶ τὰς *θυσίας ἀπήντα, τῆς τε τιμῆς τῶν ἐπιτελούντων αὐτὰς ἕνεκα, καὶ τῆς τοῦ πλήθους εὐκοσμίας, τοῦ τε συνεορτάζειν σφίσι δοκεῖν. οὐ γὰρ ἐσπούδασέ ποτε τὸ παράπαν τῶν τοιούτων οὐδὲν, οὔτε δόξαν τινὰ, ὡς καὶ *συσπεύδων τινὶ, ἔσχε. καὶ ὀρχηστὴν δέ ποτε τοῦ δήμου ἐλευθερωθῆναι βουληθέντος, οὐ πρότερον συνεπῄνεσε, πρὶν τὸν δεσπότην αὐτοῦ καὶ πεισθῆναι καὶ τὴν τιμὴν λαβεῖν. τοῖς τε ἑταίροις, ὡς καὶ ἐν ἰδιωτείᾳ συνῆν. καὶ γὰρ δικαζομένοις σφίσι συνηγωνίζετο, καὶ θύουσι συνεώρταζε· νοσοῦντάς τε ἐπεσκέπτετο, μηδεμίαν φρουρὰν ἐπαγόμενος· καὶ ἐφ' ἑνί γέ τινι αὐτῶν τελευτήσαντι τὸν ἐπιτάφιον αὐτὸς εἶπεν· ἔν τε ταῖς πανηγύρεσι καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ἐξ οἰκίας τινὸς τῶν Καισαρείων ἢ [τῶν] ἐξελευθέρων ἐθεάσατο, ὅπως ἐξ ἑτοιμοτάτου καὶ *ἀπορρωτάτου τοῖς ἀνθρώποις ἐντυγχάνειν αὐτῷ γίγνοιτο. καὶ μέντοι καὶ τὴν μητέρα τὴν Λιβίαν ἐς τὸ μετριώτερον ἦγε καὶ ἀτυφώτερον. πάνυ γὰρ μέγα καὶ ὑπὲρ πάσας τὰς πρόσθεν γυναῖκας *ὤγκωτο,

ὥστε καὶ

ὥστε καὶ τὴν βουλὴν καὶ τοῦ δήμου τοὺς ἐθέλοντας οἴκαδε ἀσπαζομένους εἰσδέχεσθαι· καὶ τοῦτο καὶ ἐς τὰ δημόσια ὑπομνήματα ἐσγράφεσθαι· αἵ τε ἐπιστολαὶ τοῦ Τιβερίου καὶ τὸ ἐκείνης ὄνομα χρόνον τινὰ ἔσχον, τά τε ἄλλα πάντα ὡς καὶ αὐταρχοῦσα διοικεῖν ἐπεχείρει. ἐπί τε γὰρ τοῦ Αὐγούστου μέγιστον ἠδυνήθη, καὶ τὸν Τιβέριον αὐτὴ αὐτοκράτορα πεποιηκέναι ἔλεγε, καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ὅσον ἐξ ἴσου ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ πρεσβεύειν αὐτοῦ ἤθελε. καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ κολακεύοντες αὐτὴν ἄλλα τε πολλὰ ἐψηφίσαντο, καὶ τὸν Τιβέριον ἀπ' αὐτῆς ἐπικαλεῖσθαι, ὥσπερ οἱ Ἕλληνες πατρόθεν, οὕτω καὶ ἐκεῖνον μητρόθεν, ἐσηγοῦντο. ἀγανακτῶν οὖν ἐπὶ τούτοις, οὔτε τὰ ψηφιζόμενα αὐτῇ, πλὴν ἐλαχίστων, ἐπεκύρου, καὶ τῶν δημοσίων παντάπασιν αὐτὴν *ἀπήλλαξε. τὰ δ' οἴκοι διοικεῖν αὐτῇ ἐφεὶς, εἶθ' ὡς καὶ ἐν τούτοις ἐπαχθὴς ἦν, ἀποδημίας τε ἐστέλλετο, καὶ πάντα τρόπον αὐτὴν ἐξίστατο, ὥστε καὶ ἐς τὴν Καπρίαν δι' ἐκείνην οὐχ ἥκιστα μεταστῆναι. Τῷ δὲ δὴ Δρούσῳ τῷ υἱεῖ, καὶ ἀσελγεστάτῳ καὶ ὠμοτάτῳ ὄντι, (ὥστε καὶ τὰ ὀξύτατα τῶν ξιφῶν Δρουσιανὰ ἀπ' αὐτοῦ κληθῆναι) καὶ ἤχθετο, καὶ ἐπετίμα καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ πολλάκις. καί ποτε αὐτῷ καὶ ἄντικρυς πολλῶν παρόντων εἶπεν ὅτι, Ζῶντός μου, οὐδὲν οὔτε βίαιον, οὔθ' ὑβριστικὸν πράξεις· ἂν δέ τι καὶ τολμήσῃς, οὐδὲ τελευτήσαντος. σωφρονέστατα γὰρ χρόνον τινὰ διεβίω, καί γε τῶν ἄλλων οὐδενὶ ἀσελγαίνειν ἐφίει, ἀλλὰ καὶ συχνοὺς ἐπὶ τούτῳ ἐκόλαζε. καὶ ἐπειδή γε πολλοὶ ἐσθῆτι ἁλουργεῖ, καίπερ ἀπαγορευθὲν πρότερον, ἐχρῶντο, διεμέμψατο μὲν οὐδένα, οὐδ' ἐζημίωσεν οὐδένα· ὑετοῦ δ' ἐν πανηγύρει τινὶ γενομένου, * φαιὰν μανδύην ἐπενέδυ· κἀκ τούτου οὐκ ἔτ' οὐδεὶς ἀλλοῖον ἔσθημα λαβεῖν ἐτόλμησε. Ταῦθ' οὕτω πάντα μέχρι γε καὶ ὁ Γερμανικὸς ἔζη, ἐποίει. μετὰ γὰρ τοῦτο συχνὰ μετέβαλεν, ὡς ἐπὶ τῇ ἡγεμονίᾳ ἐφεδρεύοντος ἀπηλλάγη. τὰ δὲ καταλειφθέντα τῷ δήμῳ ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου μὴ εὐθὺς ἀποδοὺς, ἀπέδωκεν ὕστερον, ἐκ τοιᾶσδέ τινος ἀφορμῆς· ἐπειδὴ προσελθών τις πρὸς νεκρὸν διὰ τῆς ἀγορᾶς ἐκφερόμενον, καὶ πρὸς τὸ οὖς αὐτοῦ προσκύψας ἐψιθύρισέ τι· καὶ ἐρομένων τινῶν ἰδόντων, ὅ τι εἰρήκοι, ἐντείλασθαι ἔφη τῷ Αὐγούστῳ ὅτι οὐδέ πω οὐδὲν ἐκομίσαντο, ἐκεῖνον μὲν αὐτίκα ἀπέκτεινεν, ἵνα *αὐτάγγελος ἐκεῖ τῶν [αὐτῶν εἴη,] καὶ ἐπισκώπτων

Ea Senatum & plebeios homines, ſi qui vellent, domum admittebat ſalutatum; idque in Annalibus ſcriptum eſt: præterea nomen eius aliquanto tēpore ſcribebatur in epiſtolis Tiberii: ceteraque omnia, vt Imperatrix, adminiſtrare conabatur. Nam obtinente Auguſto principatum, ſumma fuerat eius auctoritas, & dicebat ab ſe Tiberium Imperatorem eſſe factum: ob eamque cauſam non ſolum volebat ex æquo cum Tiberio imperare, ſed etiā eo ſuperior eſſe. Itaq; decernebāt aſſentatores præter cetera, Tiberium ex ea nominari debere; vt, quemadmodum Græci ex patribus, ita ille ex matre nominaretur. Quare indignatus Tiberius, pauca cōfirmabat eorum quæ Liuiæ decernebātur; eamq; remouit omnino ab adminiſtratione rerū publicarum; ac ei tantummodo curam rei familiaris reliquit. Qua in re cū etiam offenderetur poſtea, eam relicta vrbe fugit; & ob eam cauſam Capreas habitatum venit. Druſo quoq; filio ſuo, petulantiſſimo & crudeliſſimo viro, ex quo acutiſſimi gladii *Druſiani* appellabātur, infenſus eſſe cœpit, eumq; ſæpenumero priuatim publiceq; increpare. Huic enim dixit aliquādo multis præſentibus; *Tu certe me viuo nemini vim afferes, neq; facies iniuriam: quod ſi quid audebis tentare, ne mortuo quidem.* Fuit enim Tiberius aliquamdiu continentiſſimus; nec ſinebat alios libidinoſe quidquam agere, ſed ob eam cauſam in multos animaduertebat. Cumq; purpurea toga pleriq; vterētur, quod antea vetitū fuerat; neminem quidē ipſe reprehendit, aut mulctauit: ſed cum forte pluiſſet in conuentu quodā, pulla pænula ſe induit: quo facto, vti alio genere veſtium nemo deinceps eſt auſus. Hæc omnia ab eo facta ſunt quouſque vixit Germanicus: quo defuncto, velut inſidiatore imperii ſublato, mores commutare cœpit. Legata, quæ populo Romano in teſtamento Auguſti relicta erant, quamquā non ſoluit illico, ea tamen præſtitit poſtea: ad quam rē hæc ei oblata eſt occaſio. Cum enim mortuus efferretur, ac forte per forū funus procederet, quidam in aurem mortui inſuſurrauit; rogatusq; ab iis qui aderant præſentes, quid ei dixiſſet, Auguſto vt diceret, ſe mandaſſe reſpondit, populum legatā pecuniam nondum accepiſſe. Hunc Tiberius ſtatim occidi iuſſit, vti ipſe de iiſdem rebus nuntium ferret Auguſto: (* hoc enim illudens ei

dicebat) ipſe non multo poſt reliquis ſatisfecit, trecenis nummis viritim diſtributis. Singulari quorundam equitum certamini intereſſe noluit: ſed altero occiſo, vetuit alteri ne eo genere certaminis in reliquum tempus vteretur. Eodem tēpore, cum nepos eius quem ex Druſo habebat, exceſſiſſet e vita, nihil fecit præter cōſuetudinem. putabat enim, nō debere principem ſui incommodi cauſa curam Reipublicæ omittere. Druſus quoq; cū eſſet factus Conſul, officio Conſulis cū collega ſuo vt priuatus pariter fungebatur; heresq; a quodam inſtitutus, corpus eius ſimul extulit. Is ira incitabatur acerbiſſima; ita vt percuſſerit equitem nobiliſſimū: quamobrē *Caſtor* cognominatus eſt: eratq; vſq; adeo temulentus, vt cum aliquādo de nocte coactus eſſet cum Prætorianis ſubuenire* quibuſdā incendio correptis, eis aquam poſcentibus, calidā infundi iuſſerit. Tauro autem Statilio, & L. Libone conſulibus, Tiberius interdixit vſum ſericarum veſtiū; vetuitq; ne quis niſi ad ſacra vaſis aureis vteretur. Cūq; poſtea dubitaretur a quibuſdam, an ea quoque quę haberent èmblemata, interdicta eſſent, de hoc etiam edixit: & quamquā Latine id proprie ſignificare nō poterat, tamen id verbum, propterea quod Græcum erat, edicto inſeri noluit. Centurioni quoq; volēti Græce in Senatu teſtimonium dicere, non permiſit: etſi enim antea in eo complures cauſas audierat Gręco ſermone, & multas examinauerat; id tamen nō ſatis cōuenienter fecit. Vibium Rufum ne accuſauit quidem, quod ſella in qua ſemper Iulius Cęſar ſederat, interfectusq; fuerat, vteretur: qui cum etiā vxorem Ciceronis duxiſſet, atq; de vtroq; gloriaretur, quaſi aut propter ſellā Cæſar, aut orator propter vxorem eſſet futurus, tamen harum rerum nō ſolum nullam culpam ſuſtinuit, ſed etiam conſulatum geſſit. Tiberius aſtrologos magosque peregrinos morte affecit; ciues Romanos, miſit in exſilium: etſi cum Thraſyllo erat ſemper, cui* vaticinatione quotidie vtebatur; eiusq; ſciētiæ ipſe erat peritiſſimus. Nā cū eſſet iuſſus in ſomnis cuidam pecuniā dare, facile intellexit arte magica dæmonē ad ſe miſſum eſſe; ob eamq; rē

εἶπε, καὶ ἄλλην) · τοὺς δ' ἄλλους οὐκ ἐς μακρὰν ἀπήλλαξε, * κατὰ πέντε καὶ ἑξήκοντα δραχμὰς διανείμας. ἱππέων δέ τινων ἐν τοῖς ἀγῶσι μονομαχῆσαι ἐθελησάντων, τὸν μὲν ἀγῶνα αὐτῶν οὐκ εἶδε· σφαγέντος δὲ τοῦ ἑτέρου, τὸν ἕτερον οὐκ ἔτ' εἴασεν ὁπλομαχῆσαι. Καὶ τούτῳ τοῦ ἐγγόνου αὐτοῦ, ὃν ἐκ τοῦ Δρούσου εἶχε, τελευτήσαντος, οὐδὲν ὅ τι τῶν συνήθων οὐκ ἔπραξε, μήτ' ἄλλως ἀξιῶν τὸν ἄρχοντά τινων πρὸς τὰς ἰδίας συμφορὰς τῆς τῶν κοινῶν ἐπιμελείας ἐξίστασθαι. ὁ δὲ δὴ Δροῦσος ὑπατεύων, τὰ μὲν τῇ ὑπατείᾳ προσήκοντα ἐξ ἴσου τῷ συνάρχοντι, ὥσπερ τις ἰδιώτης, διετέλεσε, καὶ κληρονόμος τε ὑπό τινος καταλειφθεὶς, τὸ σῶμα αὐτοῦ συνεξεκόμισε. τῇ μέντοι ὀργῇ οὕτω χαλεπῇ ἐχρῆτο, ὥστε καὶ πληγὰς ἱππεῖ ἐπιφανεῖ δοῦναι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ Κάστωρ παρωνύμιον ἔλαβε. τῇ τε μέθῃ καταφορὴς οὕτως ἐγίγνετο, ὥστε ποτὲ νυκτὸς ἐμπρησθεῖσί τισιν ἐπικουρῆσαι μετὰ τῶν δορυφόρων ἀναγκασθεὶς, ὕδωρ αὐτῶν αἰτούντων, * θερμὸν σφίσιν ἐγχέαι κελεῦσαι. Στατιλίου δὲ Ταύρου μετὰ Λουκίου Λίβωνος ὑπατευόντων, ὁ Τιβέριος ἀπεῖπε μὲν ἐσθῆτι σηρικῇ μηδένα ἄνδρα χρῆσθαι· ἀπεῖπε δὲ καὶ χρυσῷ σκεύει μηδένα [χρῆσθαι,] πλὴν πρὸς τὰ ἱερὰ * κομίζειν. ἐπεί τε διηπόρησάν τινες εἰ καὶ τὰ ἀργυρᾶ τὰ χρυσοῦν τι ἔμβλημα ἔχοντα ἀπηγορευμένον σφίσιν εἴη κεκτῆσθαι, βουληθεὶς καὶ περὶ τούτου τι δόγμα ποιῆσαι, ἐκώλυσεν ἐς αὐτὸ, τὸ ὄνομα τὸ τοῦ ἐμβλήματος, ὡς καὶ Ἑλληνικὸν, ἐμβληθῆναι, καίτοι μὴ ἔχων ὅπως ἐπιχωρίως αὐτὸ ὀνομάσῃ. καὶ ἑκατοντάρχου δὲ ἑλληνιστὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ μαρτυρῆσαί τι θελήσαντος, οὐκ ἠνέσχετο· καίπερ πολλὰς μὲν δίκας ἐν τῇ διαλέκτῳ ταύτῃ καὶ ἐκεῖ λεγομένας ἀκούων, * πολλὰς δὲ καὶ αὐτὸς ἐπερωτῶν. Τοῦτο μὲν οὖν οὐχ ὁμολογούμενον ἔπραξεν. Οὐιβίῳ δὲ Ρούφῳ οὐδ' ἐνεκάλεσέ τι ἀρχὴν ὅτι τῷ Καίσαρος δίφρῳ ἐφ' οὗ ἀεὶ ποτὲ ἐκαθέζετο, καὶ ἐφ' οὗ ἐσφάγη, ἐχρῆτο. τοῦτό τε γὰρ ἔπραττε, καὶ τῇ τοῦ Κικέρωνος γυναικὶ [συνῴκει,] σεμνυνόμενος ἐφ' ἑκατέρῳ, ὥσπερ ἢ διὰ τὴν γυναῖκα ῥήτωρ, ἢ διὰ τὸν δίφρον Καῖσαρ ἐσόμενος. οὐ μὴν οὔτε αἰτίαν τινὰ ἐπὶ τούτῳ ἔσχε, καὶ προσέτι καὶ ὑπάτευσε. Τοὺς μέντοι ἀστρολόγους καὶ τοὺς γόητας, τοὺς μὲν ξένους ἐθανάτωσε, τοὺς δὲ πολίτας ὑπερώρισε· καίτοι τῷ Θρασύλλῳ ἀεὶ συνὼν καὶ * μαντείᾳ καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρώμενος, αὐτός τε ἀκριβῶν οὕτω τὸ πρᾶγμα, ὥστε ποτὲ ὄναρ δοῦναί τι ἀργύριον κελευσθεὶς, συνεῖναί τε ὅτι δαίμων τις ἐκ γοητείας αὐτῷ ἐπιπέμπεται), καὶ

τὸν αἱ-

τὸν ἄνθρωπον ἀποκτεῖναι. Κλήμης δέ τις οἰκέτης τοῦ Ἀγρίππου γεγονὼς, καί πη καὶ προσεοικὼς αὐτῷ, πλασάμενός τε αὐτὸς ἐκεῖνος εἶναι, καὶ πολλοὺς ἐκ τούτου προσποιησάμενος, τέλος ὑπὸ τοῦ Τιβερίου κατεφωράθη· καὶ πυθομένου τοῦ Τιβερίου, Πῶς Ἀγρίππας ἐγένου; ἀπεκρίνατο ὅτι Οὕτως ὡς καὶ σὺ Καῖσαρ. Ἐν τινι δέ ποτε δόγματι, ῥήματί τινι μὴ Λατίνῳ χρησάμενος, ἐνεθυμήθη νυκτὸς περὶ τούτου· πάντας τε τοὺς τὰ τοιαῦτα ἀκριβοῦντας μετεπέμψατο. πάνυ γὰρ δὴ ἔμελεν αὐτῷ τοῦ καλῶς διαλέγεσθαι. καὶ τινος Ἀτείου Καπίτωνος εἰπόντος ὅτι Εἰ καὶ μηδεὶς πρόσθεν τὸ ὄνομα τοῦτ᾽ ἐφθέγξατο, ἀλλὰ νῦν γε πάντως διὰ σὲ εἰς τὰ ἀρχαῖα αὐτὸ καταριθμήσομεν, * Μάρκελλός τις ὑπολαβὼν ἔφη, Σὺ Καῖσαρ ἀνθρώποις μὲν πολιτείαν Ῥωμαίων δύνασαι δοῦναι, ῥήμασι δὲ οὔ. ἐκεῖνον μὲν οὖν οὐδὲν ἐπὶ τούτῳ κακὸν, καίτοι ἀκρατῶς παῤῥησιασάμενον, ἔδρασε. τὸν δὲ [δὴ] Ἀρχέλαον τὸν τῆς Καππαδοκίας βασιλέα δι᾽ ὀργῆς ἔχων, μετεπέμψατο ὡς καὶ νεωτερίζοντά τι, καὶ τῇ τῆς γερουσίας ψήφῳ παρέδωκεν, οὐ μόνον ὑπέργηρων ὄντα, ἀλλὰ καὶ δεινῶς ποδαγρῶντα. κἂν ἐθανατώθη, εἰ μὴ καταμαρτυρῶν τις αὐτοῦ, ἔφη ποτὲ αὐτὸν εἰρηκέναι ὅτι, Ἐπειδὰν οἴκαδε ἐπανέλθω, δείξω αὐτῷ οἷα νεῦρα ἔχω. γέλωτος γὰρ ἐπὶ τούτῳ, διὰ τὸ τὸν ἄνθρωπον μὴ ὅτι στῆναι, ἀλλὰ μηδὲ καθίζεσθαι δύνασθαι, πολλοῦ γενομένου, οὐκέτ᾽ αὐτὸν ὁ Τιβέριος ἀπέκτεινε. τότε μὲν οὕτως ὁ Ἀρχέλαος ἐσώθη· οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἀπέθανε. κἀκ τούτου καὶ ἡ Καππαδοκία τῶν Ῥωμαίων ἐγένετο, καὶ ἱππεῖ ἐπετράπη. Ὁ μέντοι Τιβέριος τῶν ἀλλοτρίων ἰσχυρῶς, μέχρι γε καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἐπετήδευεν, ἀπεχόμενος, μήτε τὰς κληρονομίας, ἅς τινες αὐτῷ συγγενεῖς ἔχοντες κατέλιπον, προσιέμενος, πάμπολλα εἴς τε τὰς πόλεις καὶ τοὺς ἰδιώτας ἀνήλισκε, καὶ οὔτε τιμὴν οὔτε ἔπαινον οὐδένα ἐπ᾽ αὐτοῖς προσεδέχετο. ταῖς τε πρεσβείαις ταῖς παρὰ τῶν πόλεων, ἢ καὶ τῶν ἐθνῶν, οὐδέποτε μόνος ἐχρημάτιζεν, ἀλλὰ πολλοὺς, καὶ μάλιστα τοὺς ἐξάρξαντάς ποτε αὐτῶν, κοινωνοὺς τῆς ἰδίας γνώμης ἐποιεῖτο. Γερμανικὸς δὲ, τῇ ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς στρατείᾳ φερόμενος εὖ, μέχρι τε τοῦ Ὠκεανοῦ προσεχώρησε, καὶ τοὺς βαρβάρους κατὰ [τὸ] καρτερὸν νικήσας, τά τε ὀστᾶ τῶν σὺν τῷ Οὐάρῳ πεσόντων συνέλεξέ τε καὶ ἔθαψε, καὶ

hominẽ interfici iuſſit. Per id tempus quidã Clemens nomine, qui fuerat Agrippæ ſeruus, eique ſimilis erat quodammodo, Agrippam ſe eſſe dixit; atque eo pacto * magnam hominum manum ſibi coniunxit: comprehenſuſque tandem a Tiberio, interrogatusq; quomodo Agrippa factus eſſet, *Eodem*, inquit, *modo quo tu Cæſar es factus.* Cum autem in quodam edicto verbo parum Latino vſus eſſet, idque poſtea noctu animaduertiſſet, omnes qui erant in huiuſmodi verbis diligenter verſati, acceſſiuit ad ſe: ſtudebat enim Latine & elegãter loqui. Cumque Ateius Capito dixiſſet, *Quamquam hoc verbo nemo vſus eſt antehac, tamen id tua cauſa recipiemus in poſterum, & inter vetera referemus*: atque Marcellus quidam ad hæc ita reſpondiſſet; *Hominibus*, inquit, *dare potes Cæſar ciuitatem Romanam, verbis nõ potes*: hunc Tiberius, quamquam nimia licentia loquẽdi vſus fuerat, nullo damno affecit. Archelaum vero regem Cappadociæ, cui iratus erat, accerſitum, quaſi res nouas moliretur, tradidit Senatui, vt de eo cognoſceret; hominem non ſolum ſumma ſenectute, ſed etiam podagræ doloribus confectum: fuiſſetq; Archelaus affectus vltimo ſupplicio, niſi teſtis qui cõtra ipſum productus fuerat, aſſeruiſſet eum dixiſſe, ſe Tiberio oſtenſurum, poſtquam domum rediiſſet, quales ſibi nerui eſſent. Qua ex re riſus tã magnus excitatus eſt, propterea quod ille non ſolum ſtare non poterat, ſed ne ſedere quidem, vt Tiberius eum amplius occidi noluerit. Itaque Archelaus tunc ſaluus euaſit; qui tamen non multo poſt mortuus eſt. Poſt cuius mortem Cappadocia venit in poteſtatem populi Romani; eique vir equeſtris ordinis præfuit.

Tiberius, quamdiu reliquas etiã virtutes exercuit, magnopere abſtinuit ab alienis. Nec item adiuit hereditates quæ ſibi erãt a propinquis relictæ; multaque impendit in vſus ciuitatum & priuatorũ hominum: cuius rei cauſa nullum honorẽ poſtulauit, nullam laudem admiſit. Legatis ciuitatum nationumve numquam reſpondebat ſolus; ſed pleroſque, eosq; potiſſimum qui apud eas gentes cum imperio fuerant, ſuæ ſententiæ participes faciebat.

Germanicus autem, exercitu proſpere contra Germanos ducto, vſq; ad Oceanũ peruenit; barbariſque fortiter deuictis, oſſa eorum qui cum Varo interierant, collegit & ſepeliuit; ac

poſtremo ſigna militaria recuperauit. Tiberius, cū ei inſtaret Senatus, ſtatueretq; Nouembrē (quo mēſe natus erat XVI kal. Decembris) Tiberiū appellandum eſſe, ita reſpōdit; *Si vobis*, inquit, *Cæſares erunt* XIII, *quid facietis?* Poſt hęc Marco Iunio & Lucio Norbano cōſulibus, kalendis ipſis Ianuariis prodigiū nō paruum exſtitit; quo Germanici interitus prædici quodā modo videbatur. Nam eo die Norbanus Conſul, qui ſemper in id incumbebat vt tuba caneret, in eoq; ſtudioſe exercebatur, prima luce, cū iā domi adeſſet magna hominū multitudo, tuba canere cœpit. quæ res omnes pariter cōturbauit; quaſi Conſul bellicū cecinifſet. Augebat timorē, quod ſtatua Iani ceciderat, quodq; per id tempus quædā oracula canebantur ꝑ Sibyllinis; *quæ licet ad hæc noſtra tēpora potius quā ad illa pertinerent, tamen iis omnes valde commouebantur. ea erant; Τρὶς δὲ τριηκοσίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν, Ῥωμαίους ἔμφυλος ἐλεῖ στάσις, ἁ Συβαρῖτις Ἀφροσύνα. id eſt: *Aſt ter tercentum reuolutis protinus annis, Roma inteſtina perdetur ſeditione, Et furor exitium Sybariticus afferet vrbi.* Hęc Tiberius vt falſa calumniari cœpit; librosq; oēs ſcriptos de vaticiniis inſpici; ex quib. eos qui inutiles eſſe videbātur, damnari atq; reiici, ceteros reponi & retineri iuſſit. Mortuo Germanico, Tiberius & Liuia magna lętitia affecti ſunt, ceteri oēs tulerūt grauiter. Erat Germanic⁹ egregia forma, optimo ingenio præditus, omni doctrina ornatiſſim⁹, magnis virib. corporis; vir perhumanus & modeſtus. nihil enim cōtra Druſum faciebat inuidioſe, nihil cōtra Tiberiū, quod reprehēdi poſſet. Nam cū ſæpenumero potuiſſet adipiſci imperium, noluit. Is Antiochiæ mortu⁹ eſt, inſidiis ei a Piſone & † Plancina factis. Etenim oſſa hominū mortuorum defoſſa in ædibus, in quib. habitabat, & laminæ plūbeæ, in quib. erat nomen eius ſcriptū cum quibuſdam exſecrationibus, eo adhuc viuo inuentæ ſunt: eiuſq; necis Piſo reus a Tiberio factus, introductusq; in Senatū, dilatione poſtulata, mortē ſibi conſciuit. Tiberius, poſtquam neminem habuit aduerſariū & competitorem in Imperio, ab iis rebus quas antea bene gerebat, deficere, & cuncta acerbe adminiſtrare cœpit. Tum enim reus erat impietatis is, qui non modo in Auguſtū, ſed etiam in eum aut eius matrem feciſſe aliquid, aut minus commode dixiſſe deferretur; ac in eum

† Plautina, al.

τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ ἀνεκτήσατο. Τῷ δὲ Τιβερίῳ τῆς βουλῆς ἐγκειμένης, καὶ τὸν σου μῆνα τὸν νοέμβριον, ἐν ᾧ τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα ἐγεγένητο, Τιβέριον καλεῖσθαι ἀξιούσης, Καὶ τί, ἔφη, ποιήσετε, ἂν δεκατρεῖς Καίσαρες ὦσιν; Μάρκου δὲ δὴ Ἰουνίου Λουκίου τε Νωρβανοῦ μετὰ ταῦτα ἀρξάντων, τέρας ἐν αὐτῇ τῇ νουμηνίᾳ οὐ σμικρὸν ἐγένετο, ὅπερ που ἐς τὸ Γερμανικοῦ πάθος ἀπεσήμαινεν. ὁ γὰρ Νωρβανὸς ὁ ὕπατος σάλπιγγι ἀεὶ προσκείμενος, καὶ ἐρρωμένως τὸ πρᾶγμα ἀσκῶν, ἠθέλησε καὶ τότε ὑπὸ τὸν ὄρθρον πολλῶν ἤδη πρὸς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ παρόντων σαλπίσαι· καὶ τοῦτό τε πάντας ὁμοίως ἐξετάραξε, καθάπερ ἐμπολέμιόν τι σύνθημα τοῦ ὑπάτου σφίσι παραγγείλαντος, καὶ ὅτι καὶ τὸ τοῦ Ἰανοῦ ἄγαλμα κατέπεσε. λόγιόν τέ τι ὡς καὶ Σιβύλλειον, ἄλλως μὲν οὐδὲν τῷ τῆς πόλεως χρόνῳ προσῆκον, πρὸς δὲ τὰ παρόντα ᾀδόμενον, οὐχ ἡσυχῆ σφᾶς ἐκίνει. ἔλεγε γὰρ ὅτι, Τρὶς δὲ τριηκοσίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν, Ῥωμαίους ἔμφυλος *ἐλεῖ στάσις, ἁ Συβαρῖτις τ' *Ἀφροσύνα. Ὁ οὖν Τιβέριος ταῦτά τε τὰ ἔπη ὡς καὶ ψευδῆ ὄντα διέβαλε, καὶ τὰ βιβλία πάντα τὰ μαντείαν τινὰ ἔχοντα ἐπεσκέψατο· καὶ τὰ μὲν ὡς οὐδενὸς ἄξια ἀπέκρινε, τὰ δὲ ἐνέκρινε. Τοῦ δὲ δὴ Γερμανικοῦ τελευτήσαντος, ὁ μὲν Τιβέριος καὶ ἡ Λιβία πάνυ ἥσθησαν, οἱ δὲ δὴ ἄλλοι πάντες δεινῶς ἐλυπήθησαν. κάλλιστος μὲν τὸ σῶμα, ἄριστος δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἔφυ· παιδείᾳ τε ἅμα καὶ ῥώμῃ διέπρεπε, πρᾳότατός τε καὶ σωφρονέστατος ὤν. οὐδὲν δὲ οὔτε πρὸς τὸν Δροῦσον ἐπίφθονον, οὔτε πρὸς τὸν Τιβέριον ἐπαίτιον ἔπραξε. δυνηθεὶς γοῦν πολλάκις τὴν αὐταρχίαν λαβεῖν ἀρχήν, οὐκ ἠθέλησεν. ἀπέθανε δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ, ὑπό τε τοῦ Πείσωνος καὶ ὑπὸ τῆς Πλαγκίνης ἐπιβουλευθείς. ὀστᾶ γὰρ ἀνθρώπων ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐν ᾗ ᾤκει, κατορωρυγμένα, καὶ ἐλασμοὶ μολύβδινοι ἀράς τινας μετὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἔχοντες, ζῶντος ἔθ' εὑρέθη. ὁ δὲ Πείσων, ἐπὶ τὸ βουλευτήριον ἐπὶ τῷ φόνῳ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Τιβερίου εἰσαχθείς, ἀναβολήν τινα ἐποιήσατο, καὶ ἑαυτὸν κατεχειρήσατο. Τιβέριος δέ, ἐπεὶ τὸ ἔφεδρον οὐκέτ' εἶχεν, ἐς πᾶν τοὐναντίον τῶν πρόσθεν εἰργασμένων αὐτῷ, πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν, περιέστη. τά τε γὰρ ἄλλα ἀγρίως ἦρξε, καὶ τὰς τῆς ἀσεβείας δίκας, εἴ τις οὐχ ὅσον ἐς τὸν Αὔγουστον ἀλλὰ καὶ ἐς αὐτὸν ἐκεῖνον τήν τε μητέρα αὐτοῦ πράξας τι ἢ καὶ εἰπὼν ἀνεπιτήδειον ἐπεκλήθη,

δίκας

δεινοῖς ἐπεξῄει. ἐβασανίζοντο δὲ οὐχὶ οἰκέται μόνον κατὰ τῶν ἰδίων δεσποτῶν, ἀλλὰ καὶ ἐλεύθεροι καὶ πολῖται. οἵ τε κατηγορήσαντες ἢ καὶ καταμαρτυρήσαντές τινων, τὰς οὐσίας τῶν ἁλισκομένων διελάγχανον, καὶ προσέτι καὶ ἀρχὰς καὶ τιμὰς προσελάμβανον. πολλοὺς δὲ, καὶ τὴν ἡμέραν καὶ ὥραν ἐν ᾗ ἐγεγένηντο ἐξετάζων, καὶ ἐκεῖθεν καὶ τὸν τρόπον καὶ τὴν τύχην αὐτῶν διασκοπῶν, ἀπεκτίννυεν. εἰ γάρ τῳ ὑπέροχόν τι καὶ εὔελπι πρὸς δυναστείαν ἐνῆδε, πάντως ἀπώλλυεν. οὕτω δ᾽ οὖν ὁ πεπρωμένον ἑκάστῳ τῶν πρώτων καὶ ἐξήταζε καὶ ἠπίστατο, ὥστε καὶ τῷ Γάλβᾳ τῷ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσαντι, ἀπαντήσας γυναῖκα ἐγγεγυημένῳ, εἰπεῖν ὅτι, Καὶ σύ ποτε τῆς ἡγεμονίας* γεύσῃ. ἐφείσατο γὰρ αὐτοῦ, ὡς μὲν ἐγὼ δοκῶ, ὅτι καὶ τοῦτ᾽ αὐτῷ εἱμαρμένον ἦν· ὡς δ᾽ αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι καὶ ἐν γήρᾳ καὶ μετὰ πολὺ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ ἄρξοι. Συνήρατο δὲ καὶ συγκατειργάσατο αὐτῷ πάντα προθυμότατα Λούκιος Αἴλιος Σιανὸς, υἱὸς μὲν τοῦ Στράβωνος ὢν, παιδικὰ δέ ποτε Μάρκου* Σαβίου Απικίου γενόμενος, Απικίου ἐκείνου, ὃς πάντας ἀνθρώπους ἀσωτίᾳ ὑπερεβάλετο, οὕτως ὥστε, ἐπειδὴ μαθεῖν ποτε ἐθελήσας ὅσα ἤδη καταναλώκει, καὶ ὅσα ἔτι εἶχεν, ἔγνω ὅτι διακόσιαι καὶ πεντήκοντα αὐτῷ μυριάδες περιεῖεν, ἐλυπήθη τε ὡς καὶ λιμῷ τελευτήσειν μέλλων, καὶ ἑαυτὸν διέφθειρεν. τούτου οὖν ὁ Σιανὸς χρόνῳ μέν τινι μετὰ τοῦ πατρὸς τῶν δορυφόρων ἦρξεν· ἐπεὶ δ᾽ ἐκείνου ἐς τὴν Αἴγυπτον πεμφθέντος, μόνος τὴν προστασίαν αὐτῶν ἔσχε, τά τε ἄλλα συνέστησεν αὐτὴν, καὶ τοὺς λόχους ἰδίᾳ καὶ χωρὶς ἀλλήλων, ὥσπερ τοὺς τῶν νυκτοφυλάκων, ὄντας, ἐς ἓν τεῖχος συνήγαγεν, ὥστε τὰ παραγγέλματα καὶ ἀθρόους καὶ διὰ ταχέων λαμβάνειν, καὶ φοβεροὺς πᾶσιν, ἅτε καὶ ἐν ἑνὶ τείχει ὄντας, εἶναι. τοῦτον οὖν ὁ Τιβέριος ἐκ τῆς τῶν τρόπων ὁμοιότητος προσλαβὼν, ταῖς τε στρατηγικαῖς τιμαῖς ἐκόσμησεν, (ὃ μήπω πρότερον μηδενὶ τῶν ὁμοίων αὐτῷ ἐγεγόνει) καὶ σύμβουλον καὶ ὑπηρέτην πρὸς πάντα ἐποιεῖτο. Ἐπεὶ δὲ ὁ Τιβέριος τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἦρξε μετὰ τοῦ Δρούσου, εὐθὺς οἱ ἄνθρωποι τὸν ὄλεθρον τῷ Δρούσῳ ἐξ αὐτοῦ τούτου προεμαντεύσαντο. οὐ γάρ ἐστιν ὅστις τῶν ὑπατευσάντων ποτὲ μετ᾽ αὐτοῦ οὐ βιαίως ἀπέθανεν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὁ Οὔαρος ὁ Κυϊντίλιος, τοῦτο δὲ ὁ Πείσων ὁ Γναῖος, ὅ τε Γερμανικὸς αὐτὸς, κακῶς ἀπώλοντο. τοιούτῳ τινὶ, ὡς ἔοικε, διὰ βίου δαίμονι συνεκεκλήρωτο. ἀμέλει καὶ ὁ Δροῦσος τότε καὶ ὁ Σιανὸς μετὰ ταῦτα συνάρξαντές οἱ ἐφθάρησαν.

factum perexiguum ſummis laudibus extollit, eiq; magnos honores tribuit, id ludificari quodãmodo & traducere videtur. Tamen Caius, vt eſt in vrbem ingreſſus, fere voluit vniuerſum Senatum perdere, quod ſibi honores prope diuinos non decreuiſſet. Congregato vero populo, magnã vim auri argentique profudit de ſuperiore loco: quę pleriq; dum colligerent, mortui ſunt: quod ferramenta quædam exigua (vt aiunt) cum iis commixta fuerint. Pręterea 'Caſſium Becillinũ occidi iuſſit: coegitq; Capitonem patrem eius, virum bonum, nullius accuſatum delicti, ſupplicio filii intereſſe: qui dum a Caio peteret vt ſibi oculos claudere liceret, iuſſus eſt pariter occidi. Erat Caio Protogenes quidã miniſter in crudeliſſimis ac difficillimis rebus. hic ꝑpetuo duos libros ferebat: quorum alterũ *gladium, pugionem* alterum nominabat. qui dum aliquando alias ob cauſas introiiſſet in Senatum, eũq; Senatores omnes ſalutarẽt & amplecterẽtur, torue Scribonium Proclum aſpiciens, *Tu ne etiam*, inquit, *me ſalutas, qui tam acerbe Imperatorem odiſti?* Quod vbi Senatores qui aderant pręſentes, audiuerunt, Proclum circumſiſtunt: eũq; diſcerpunt & dilacerant. Qua re lætatus Caius, ſe patribus reconciliatum eſſe dixit. Illi decreuerũt vt Caius ſederet in Senatu in præcelſo atq; edito tribunali; ne quis ad eum accederet: ibiq; cuſtodia militari vteretur. *Heros* autem a multis, & *Deus* a quibuſdam vocatus, maxime efferri cœpit: cupiebat enim antea ſe humana conditione ſuperiorem videri, cum Luna coiiſſe, & a Victoria coronatum eſſe. Iouem etiã ſe eſſe fingere, dicereque, ob eam cauſam ſe cum mulieribus compluribus, ſed pręſertim cum ſororibus, rẽ habere. Fiebat ſæpenumero Iuno, Diana, Venus; ac præter mutationem nominũ, veſtes quoque capiebat diis proprias & accommodatas. Interdum enim mollis & effœminatus, craterem thyrſumq; gerebat, bacchantium ritu: interdum ſeuero & virili vultu clauam ac pellem leonis ferebat: rurſum imberbis, mox barbatus eſſe videbatur: tridentem aliquando tenebat, nonnũquam faciebat fulmen: ſæpe bellicoſæ virgini ſimilis factus, non multo poſt tempore mulierem repræſentabat. Ita commutatis veſtibus, *aliiſq; rebus acceptis demptiſque, varias formas capiebat, dum cetera omnia potius quam homo cupiebat videri. Itaq; cum Gallus quidam,

vt vidit ſedentem in ſolio eminentiſſimo, Iouis ornatu, atq; inde reſpondentem, irridere cœpit. Qua re animaduerſa, Caius ad ſe vocauit hominem, rogauitq; quid ſibi videretur. is reſpondit, (dicendum eſt enim quod dixit) hanc magnam dementiam videri. ſed is, quod ſutor erat, nullo damno affectus eſt. *adeo principes huiuſmodi æquiore animo ferre ſolent plebeios homines libere loquentes, quam præditos aliqua dignitate.* Cumq; ſe Deum eſſe fingeret, caperetq; formas eius generis; tum verò ei ſupplicationes fiebãt, votaq; & ſacrificia accõmodata adhibebantur: alioqui veſtitu ſerico & triumphali plerumq; procedebat in publicum. Cõplectebatur & oſculabatur paucos: manũ ſuam pedemve plurimis, iiſq; Senatoribus, ad oſculãdum præbebat: ita vt ii quos ipſe oſculatus eſſet, ei etiam in Senatu gratias agerent: licet ſaltatores quotidie in conſpectu omniũ oſcularetur. Aſſentabãtur ei etiam ii qui aliquid poſſe videbantur. Nam Lucius Vitellius, homo non ignobilis, nec ſtultus, ſed clarus propter Syriã; (quam prouinciam obtinuerat, in eaq; cum cetera omnia glorioſe adminiſtrauerat, tum vero Artabanum, quẽ nemo propter Armeniã vltus fuerat, quiq; iam tum inhiabat Syriæ, perterrefecerat, dum ei repente ad Euphratem occurriſſet, collatiſq; ſermonib. coegiſſet ſtatuis Auguſti Caiiq; ſacra facere, ſancireque fœdera ad cõmodum & vtilitatẽ populi Romani, filiis ſuis obſidibus datis) vbi accerſitus eſt a Caio ad ſupplicium, (nam q̃ Parthi regem ſuum exegerãt, culpa omnis in ipſum conferebatur) cognouitque odium in ſe concitatum eſſe propter inuidiam, ac ſibi propter timorem inſidias eſſe factas: ſimulare cœpit ſe lõge minorem eſſe opinione: dein accidere ad pedes Caii, profundere magnam vim lacrymarum, *ei diuinos honores tribuere, venerari, vouereque, ſi incolumis ſeruaretur, ſe ei ſacra facturum. Itaq; nõ modo euaſit ſaluus; ſed eum ita leniuit & placauit his rebus omnibus, vt non ſolum viueret, ſed etiam in familiaribus eius haberetur. Cumq; Caius aliquando ſe cũ Luna coire diceret, interrogaretq; Vitelliũ, an deã videret coeuntẽ ſecũ, obſtupefactus tremẽſq; cœpit deorſum inſpicere: *locutusque pauca, *Licet*, inquit, *Domine*, *vobis diis tantummodo vos inter vos videre.* Itaque Vitellius inde facto initio, ceteros aſſentatores in reliquũ tempus

ἰδὼν αὐτὸν ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ ἐν Διὸς εἴδει χρηματίζοντα, ἐγέλασεν· ὁ δὲ Γάιος ἐκάλεσέ τε αὐτὸν, καὶ ἀνήρετο, Τί σοι δοκῶ εἶναι; καὶ ὃς ἀπεκρίνατο (ἐρῶ γὰρ αὐτὸ τὸ λεχθὲν) ὅτι Μέγα παραλήρημα. καὶ οὐδὲν μέντοι δεινὸν ἔπαθε. σκυτοτόμος γὰρ ἦν. οὕτω πού ῥᾷον τὰς τῶν τυχόντων ἢ τὰς τῶν ἐν ἀξιώσει τινὶ ὄντων παρρησίας οἱ τοιοῦτοι φέρουσι. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ σχήματα, ὁπότε τις θεὸς ἐπλάττετο εἶναι, ἐλάμβανε· καὶ *αὐτῷ καὶ ἱκετεῖαι καὶ εὐχαὶ καὶ θυσίαι τε κατὰ τὸ πρόσφορον προσήγοντο. ἄλλως δὲ δὴ ἔν τε τῇ σηρικῇ καὶ ἐν τῇ νικητηρίᾳ σκευῇ, ὡς πλήθει ἐδημοσίευσεν. ἐφίλει τε ὀλίγους. τοῖς γὰρ πλείοσι καὶ τῶν βουλευτῶν ἢ τὴν χεῖρα, ἢ τὸν πόδα προσκυνεῖν ὤρεγε· καὶ διὰ τοῦθ' οἱ φιληθέντες ὑπ' αὐτοῦ, χάριν αὐτῷ καὶ ἐν τῇ γερουσίᾳ ἐγίνωσκον, καίτοι τοὺς ὀρχηστὰς καθ' ἡμέραν φιλοῦντι πάντων ὁρώντων. Ἐκολάκευον δὲ αὐτὸν καὶ οἱ πάνυ *δοκοῦντές τι εἶναι. ὁ δὲ οὖν Βιτέλλιος ὁ Λούκιος, οὔτ' ἀγεννὴς οὔτ' ἄφρων ὢν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἐν τῇ Συρίᾳ ἀρχῆς ὀνομαστὸς γενόμενος, τά τε γὰρ ἄλλα λαμπρῶς ἡγεμόνευσε, καὶ τὸν Ἀρτάβανον καὶ ἐκείνῃ ἐπιβουλεύοντα, ἐπειδὴ μηδεμίαν τιμωρίαν ἐπὶ τῇ Ἀρμενίᾳ ἐδεδώκει, κατέπληξέ τε ἀπαντήσας αὐτῷ ἐξαπιναίως περὶ τὸν Εὐφράτην ἤδη ὄντι, καὶ ἔς τε λόγους αὐτὸν ὑπηγάγετο, καὶ θῦσαι ταῖς τοῦ Αὐγούστου τοῦ τε Γαΐου εἰκόσιν ἠνάγκασε, σπονδάς τε αὐτῷ πρὸς τὸ τῶν Ῥωμαίων συμφέρον δοὺς, καὶ προσέτι καὶ παῖδας αὐτοῦ ὁμήρους λαβών. οὗτος οὖν ὁ Βιτέλλιος μετεπέμφθη μὲν ὑπὸ τοῦ Γαΐου ὡς καὶ ἀπολούμενος. ἐφ' οἷς γὰρ οἱ Πάρθοι τὸν βασιλέα σφῶν ἐξήλασαν, ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνος αἰτίαν εἶχε, μισηθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ φθόνου, καὶ ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ φόβου. ἐσώθη δὲ σχηματίσας πως ἑαυτὸν, ὥστε καὶ ἐλάττων αὐτῷ τῆς δόξης φανῆναι· καὶ πρός τε τοὺς πόδας αὐτοῦ προσπεσὼν, καὶ δάκρυσι κλαύσας, καὶ τούτῳ καὶ θειάσας αὐτὸν πολλὰ καὶ προσκυνήσας, καὶ τέλος εὐξάμενος, ἂν περισωθῇ, θύσειν αὐτῷ ἐκεῖνο. ἐκ γὰρ τούτων οὕτως αὐτὸν ἐθεράπευσε καὶ ἱλεώσατο, ὥστε μὴ μόνον περιγενέσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πάνυ φίλοις αὐτοῦ νομισθῆναι. *ποτὲ γὰρ τοῦ Γαΐου συγγίνεσθαί τε τῇ σελήνῃ λέγοντος, καὶ ἐρωτήσαντος αὐτὸν εἰ ὁρῴη τὴν θεὸν συνοῦσαν αὐτῷ, κάτω τε, ὡς καὶ τεθηπὼς, ἔβλεπεν ὑποτρέμων, καὶ μικρόν τι φθεγξάμενος, Ὑμῖν, ἔφη, τοῖς θεοῖς, δέσποτα, μόνοις *ἀλλήλους ὁρᾶν ἔξεστι. Βιτέλλιος μὲν οὖν ἐνθένδε ἀρξάμενος, πάντας καὶ μετὰ τοῦτο τοὺς ἄλλους κολακείᾳ ὑπερε-

προσεβάλλετο. Γάιος δὲ ἐπὶ πλέον *ἐπαρθεὶς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ναὸν ἑαυτοῦ κατεσκεύασεν· ἐπεκτήνατο μὲν γὰρ καὶ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ κατάλυσίν τινα, ἵνα (ὡς ἔλεγε) τῷ Διὶ συνοικοίη· ἀπαξιώσας δὲ δὴ τὰ δευτερεῖα ἐν τῇ συνοικήσει αὐτοῦ φέρεσθαι, καὶ *προσεγκαλέσας αὐτῷ ὅτι τὸ Καπιτώλιον κατέλαβεν, οὕτω δὴ ἕτερόν γε νεὼν ἐν τῷ παλατίῳ σπουδῇ ᾠκοδομήσατο, καὶ ἄγαλμα ἐς αὐτὸν ἠθέλησε τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου ἐς τὸ ἑαυτοῦ εἶδος μεταρρυθμίσαι· μὴ δυνηθεὶς δὲ (τό τε γὰρ πλοῖον τὸ πρὸς τὴν κομιδὴν αὐτοῦ ναυπηγηθὲν, κεραυνοῖς ἐφθάρη, καὶ γέλως, ὁσάκις τινὲς ὡς καὶ τοῦ ἕδους ἐφαψόμενοι προσῆλθον, πολὺς ἐξηκούετο) ἐκείνῳ μὲν ἐπηπείλει, αὐτὸς δὲ ἕτερον ἐνέστησε. τό τε Διοσκούρειον τὸ ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Ῥωμαίᾳ ὂν διατεμὼν, διὰ μέσου τῶν ἀγαλμάτων εἴσοδον δι᾽ αὐτοῦ ἐς τὸ παλάτιον ἐποιήσατο, ὅπως καὶ πυλωροὺς τοὺς Διοσκούρους, ὥς γε καὶ ἔλεγεν, ἔχῃ. Διάλιόν τε αὐτὸν ὀνομάσας, τήν τε Καισωνίαν τὴν γυναῖκα, καὶ τὸν Κλαύδιον, ἄλλους τε τοὺς πλουσιωτάτους, ἱερέας προσέθετο, πεντήκοντα καὶ διακοσίας ἐπὶ τούτῳ παρ᾽ ἑκάστου μυριάδας λαβὼν, καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ἱερᾶτο, τόν τε ἵππον συνιερέα ἀπέφηνε· καὶ ὄρνιθες αὐτῷ ἁπαλοί τέ τινες καὶ πολυτίμητοι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἐθύοντο. ταῖς τε βρονταῖς ἐκ μηχανῆς τινος ἀντεβρόντα, καὶ ταῖς ἀστραπαῖς ἀντήστραπτε· καὶ ὁπότε κεραυνὸς καταπέσοι, λίθον ἀντηκόντιζεν, ἐπιλέγων ἐφ᾽ ἑκάστῳ τὸ τοῦ Ὁμήρου, -- ἤ μ᾽ ἀνάειρ᾽, ἢ ἐγὼ σε.

Οὕτως οὖν ὁ θεὸς, ὅπου ὁ Ζεὺς, ἵνα τις τά τε ἄλλα τὰ αἴσχιστα ἐξ ὧν ἠργυρίζετο παραλίπῃ, ἀλλὰ τά γε οἰκήματα τὰ ἐν αὐτῷ τῷ παλατίῳ ἀποδειχθέντα, καὶ τὰς γυναῖκας τὰς τῶν πρώτων, τούς τε παῖδας τοὺς τῶν σεμνοτάτων, οὓς ἐς αὐτὰ καθίζων ὕβριζεν, ἐκκαρπούμενος ἐπ᾽ αὐτοῖς πάντας ἁπλῶς, τοὺς μὲν ἐθελοντὰς, τοὺς δὲ καὶ ἄκοντας, ὅπως μὴ καὶ δυσχεραίνειν τι νομισθῶσι, πῶς ἄν τις σιωπήσειεν; ἔς γέ τοι τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον τὸ συλλεγόμενον ἀπ᾽ αὐτῶν ἐμβαίνων ἑκάστοτε ἑαυτὸν, ἐκαλινδεῖτο. Ὡς δ᾽ οὖν πάντα τρόπον ἐξεμαίνετο, ἐπεβούλευσαν αὐτῷ Κάσσιός τε Χαιρέας, καὶ Κορνήλιος Σαβῖνος, καίτοι χιλιαρχίας ἐν τῷ δορυφορικῷ ἔχοντες. συνώμοσαν μὲν γὰρ πλείονες, καὶ συνήδεσαν τὸ πραττόμενον ἐν οἷς ἦν ὅ τε Κάλλιστος καὶ ὁ Ἔπαρχος· οἱ δ᾽ αὐτόχειρες αὐτοῦ γενόμενοι, ἐκεῖνοι ἦσαν. ἄλλως τε γὰρ ἀρχαιότροπός τις ἀνὴρ ὁ Χαιρέας ἦν, καί τινα καὶ ἰδίαν τῆς ὀργῆς αἰτίαν εἶχε. γύννιν τε γὰρ αὐτὸν, καίπερ ἐρρωμενέστατον

ſuperauit. Caius eo deductus eſt, vt & templum in vrbe faciendum ſibi curauerit, & domum in Capitolio; quo poſſet (ſicuti dicebat) vna cũ Ioue habitare: ſed indignatus poſtea, quod ſibi habitanti cum Ioue ſecũdæ partes darẽtur, eum propterea incuſare cœpit, quod Capitolium occupauiſſet: ob hanc cauſam templum alterum ędificari in Palatio celeriter iuſsit, eoque volebat ſtatuam Iouis Olympii commutatam in ſuam formam trãsferre: ſed id non potuit, propterea q; nauis quæ ad trãſuectionem eius parata erat, fulmine percuſſa fracta eſt: præterea, quoties ibatur ad eam ſtatuam tangendam, multus riſus audiebatur. quare Caius minatus Ioui, aliã ſibi faciendam curauit; templumque Caſtoris & Pollucis, quod erat in foro, *demolitus, inter medias ſtatuas eorum aditum ſibi ad Palatium patefecit; vt Caſtorem & Pollucem (ſicuti dicebat) ianitores ſuos haberet, *Dialem* ſe nominabat: Cæſoniã vxorem, & Claudium, aliosq; locupletiſſimos homines, ſacerdotes creauit: cuius rei cauſa exegit a ſingulis † centies ſeſtertiũm. Cumq; *ſe ipſe ſacerdotem feciſſet, equum collegã in ſacerdotio deſignauit: eiq; ſingulis diebus aues teneræ ac pretioſæ ſacrificabãtur. *Tonabat machinis quibuſdã, & fulgurabat: ac quoties fulmen de cælo caderet, ipſe contra iaciebat lapidem; dicebatq; in ſingulis iactibus illud Homeri; -- ἤ μ᾽ ἀνάειρ᾽, ἢ ἐγὼ σε, *Aut tu me tolle*, inquit; *aut ego te.* Igitur is deus atq; Iupiter, vt omittam cetera facinora turpiſsima, ex quibus pecuniam colligebat, cellas habuit ædificatas in Palatio; in quib. vxores puerosq; primorum ac nobiliſsimorum hominũ incluſerat, ex iisq; fructum capiebat, partim vi, partim de voluntate ipſorum, ne ei moleſti eſſe viderentur: quod facinus ſilentio prætermittere quis poteſt? præſertim cum in auro argẽtoq; ab eis collecto quotidie volutaretur. Cum igitur inſaniret in reb. omnibus, Caſsius Chærea, & Cornelius Sabinus, etſi erant Tribuni prætorianorum militum, cõtra eum coniurauerunt, fuereq; multi conſcii huius cõiurationis; (in quorũ numero fuit Calliſtus & Eparchus) ſed illi percuſſores fuerũt. Erat Chærea vir antiquæ virtutis morũq; ; qui Caio certis de cauſis infenſus erat, q; Caius eum, etſi fortiſsimum

† aureorum centum millia, Bl. ccl. myriades drachmarum, Gr.

virum, mulierẽ vocabat, eique, quoties *ad ſe veniret, ſignũ dabat Cupidinem, aut Venerem, aut aliud eiuſmodi. Caius quidem oraculum acceperat, quo admonebatur vt Caſſium caueret. Quod cum ad Caium Caſſiũ pertinere ratus eſſet, prognatum illo Caſſio percuſſore Cæſaris, ac tum Aſiam obtinentem, eum conſtrictum vinculis accerſiri iuſsit: quamuis ex oraculo hic Caſsius Chærea intelligeretur. Apollonius autem, vir Ægyptius, domi eundem eius caſum prædixit: qui ob eam cauſam Romã miſſus, ad Caiũ eo die perductus eſt quo ille mortem erat obiturus: ſed dilato paululum ſupplicio, cum futurũ eſſet vt non multo poſt puniretur, conſeruatus eſt. Negotium vero ſic confectum eſt. Caius dies feſtos agebat in Palatio, & ſpectaculum edebat: cũq; ipſe epularetur, & aliis epulum daret, Pomponius Secũdus Conſul cibum capiebat ad pedes eius, eosq; frequẽter oſculabatur. Poſt, vbi Caius ſaltare & tragœdias agere voluit, Chærea, nihil cunctandum ratus, vt eum animaduertit exeuntem e theatro, inſpiciendorum puerorum cauſa, quos ex Græcia atq; Ionia nobiliſsimos acciuerat ad canticum de ſuis laudib. canendum; cõcluſum in paruũ & anguſtum locũ interfecit. quo facto, nemo eorum qui aderant præſentes, manus ab illo abſtinuit; ſed mortuum confecerunt vulneribus: nonnulli etiã carnem eius deguſtauerunt; eiusq; vxorem ac filiam ſubito occiderunt.

Ita Caius, cum ea quæ ſupra ſcripta ſunt, feciſſet annis tribus, menſib. nouem, diebus octo & viginti, tãdem re ipſa ſe non eſſe Deum intellexit. Recordabantur qui tum aderant, eius quod aliquãdo ad populum dixerat: *Vtinam vnam ceruicem haberetis*: ſimul oſtendebant, ſibi complures manus, ei vnã ceruicẽ eſſe. Interfecto Caio, Prætoriani milites conturbati concurſanteſque, quærebant quis eum occidiſſet. Hos Valerius Aſiaticus, vir cõſularis, præter opinionem ſedauit. aſcẽdit enim in excelſum atq; editum locum, atq; inde vociferans, *Vtinam*, inquit, *ego eũ interfeciſſem*. Quib. verbis obſtupefacti, tumultuari deſierũt.

ἀνδρῶν ὄντα, ὁ Γάιος ἐπεκάλει, καὶ τὸ σύνθημα αὐτῷ, ὁπότε ἐς ἐκεῖνον καθήκοι, Πόθον, ἢ Ἀφροδίτην, ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον ἐδίδου. θεοπρόπιον δέ τι τῷ Γαΐῳ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐγεγόνει, φυλάττεσθαι Κάσσιον. καὶ ὁ μὲν ἐς Γάιον Κάσσιον τὸν τότε τῆς Ἀσίας ἄρχοντα, ἐπειδὴ τὸ γένος ἀπὸ τοῦ Κασσίου τοῦ τὸν Καίσαρα ἀποκτείναντος εἶχεν, ὑποπτεύσας, μετεπέμψατο αὐτὸν δεδεμένον· προέλεγε δ' ἄρα αὐτῷ τὸ δαιμόνιον τοῦτον τὸν Κάσσιον τὸν Χαιρέαν. Ἀπολλώνιός τέ τις Αἰγύπτιος οἴκοι τε τὸ συμβὰν αὐτῷ προεῖπε· καὶ πεμφθεὶς διὰ τοῦτ' ἐς τὴν Ῥώμην, προσήχθη τε αὐτῷ ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ τελευτήσειν ἔμελλε· καὶ ἀναβληθεὶς, ὡς καὶ μετ' ὀλίγον κολασθησόμενος, ἐσώθη. Ἐπράχθη δὲ ὧδε· ἑορτήν τινα ἐν τῷ παλατίῳ ἦγε, καὶ θέαν ἐπετέλει. καὶ τούτῳ καὶ αὐτὸς καὶ ἤσθιε καὶ ἔπινε, καὶ τοὺς ἄλλους εἱστία. ὅτε δὴ καὶ Πομπώνιος Σεκοῦνδος ὁ τότε ὑπατεύων, ἐνεφορεῖτό τε ἅμα τῶν σιτίων παρὰ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ καθήμενος, καὶ ἐπικύπτων συνεχῶς αὐτοὺς κατεφίλει. ὡς δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Γάιος καὶ ὀρχήσασθαι καὶ τραγῳδίαν ὑποκρίνασθαι ἠθέλησεν, οὐκέθ' οἱ περὶ τὸν Χαιρέαν ὑπέμειναν, ἀλλὰ τηρήσαντες αὐτὸν ἐκ τοῦ θεάτρου ἐξελθόντα, ἵνα τοὺς παῖδας θεάσηται οὓς ἐκ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Ἰωνίας τῶν πάνυ εὐγενῶν ἐπὶ τῷ τὸν ὕμνον τὸν εἰς αὐτὸν πεποιημένον ᾆσαι μετεπέμψατο δῆθεν, ἀπέκτειναν ἐν στενωπῷ τινι ἀπολαβόντες. καὶ οὕτω *πεσόντος οὐδεὶς τῶν παρόντων ἀπέσχετο, ἀλλὰ καὶ νεκρὸν αὐτὸν ὄντα ὠμῶς ἐτίτρωσκον, καί τινες καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἐγεύσαντο, τήν τε γυναῖκα καὶ τὴν θυγατέρα εὐθὺς ἔσφαξαν. Γάιος μὲν δὴ ταῦτα ἐν ἔτεσι τρισὶ, καὶ μησὶν ἐννέα, ἡμέραις τε ὀκτὼ καὶ εἴκοσι πράξας, τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ὡς οὐκ ἦν θεὸς ἔμαθεν· ἐμνημόνευόν τε οἱ παρόντες τοῦ λεχθέντος ποτὲ ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸν δῆμον, Εἴθε ἕνα αὐχένα εἴχετε· ἐπιδεικνύντες αὐτῷ ὅτι ἐκεῖνος μὲν αὐχένα ἕνα, σφεῖς δὲ δὴ χεῖρας πολλὰς ἔχοιεν. ἐπεὶ δὲ τὸ δορυφορικὸν ἐταράττετο, καὶ διαθέοντες ἐπυνθάνοντο τίς Γάιον ἔσφαξεν, Οὐαλέριος Ἀσιατικὸς ἀνὴρ ὑπατευκὼς, θαυμαστὸν δή τινα τρόπον αὐτοὺς ἡσύχασεν, ἀνελθὼν ἐς περιφανές τι χωρίον, καὶ ἐκβοήσας, Εἴθε ἐγὼ αὐτὸν ἀπεκτόνειν. καταπλαγέντες γὰρ, ἐπαύσαντο τοῦ θορύβου.

ΚΛΑΥΔΙΟΣ.

[Ἐκ τοῦ ξ τῶν Δίωνος βιβλίων]

ΚΛΑΥΔΙΟΣ δὲ αὐτοκράτωρ ὧδε ἐγένετο. μετὰ γὰρ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Γαΐου, φύλακας ἑκασταχόσε τῆς πόλεως οἱ ὕπατοι διαπέμψαντες, τήν τε βουλὴν ἐς τὸ Καπιτώλιον ἤθροισαν, καὶ πολλαὶ καὶ ποικίλαι γνῶμαι ἐλέχθησαν. τοῖς μὲν γὰρ δημοκρατεῖσθαι, τοῖς δὲ μοναρχεῖσθαι ἐδόκει. καὶ οἱ μὲν τὸν, οἱ δὲ τὸν ᾑροῦντο, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἡμέραν τὴν λοιπὴν καὶ τὴν νύκτα πᾶσαν κατέτριψαν μηδὲν τελειώσαντες. κἀν τούτῳ στρατιῶταί τινες εἰς τὸ παλάτιον, ὅπως τι συλήσωσιν, εἰσελθόντες, εὗρον τὸν Κλαύδιον ἐν γωνίᾳ που σκοτεινῇ καταπεκρυμμένον. συνῆν τε γὰρ τῷ Γαΐῳ, καὶ τότε τὴν ταραχὴν φοβηθεὶς, ὑπέπτηξε. καὶ αὐτὸν τὸ μὲν πρῶτον, ὡς καὶ ἄλλον τινὰ ὄντα ἢ ἔχοντά τι, ἐξείλκυσαν· ἔπειτα δὲ γνώσαντες, αὐτοκράτορα προσηγόρευσαν, καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτὸν ἤγαγον. κἀκ τούτου μετὰ τῶν ἄλλων τὴν τὸ κράτος αὐτῷ, οἷα τοῦ τε βασιλικοῦ γένους ὄντι καὶ ἐπιεικεῖ νομιζομένῳ, ἔδωκαν. οἱ δ' ὕπατοι, τέως ἄλλους μὲν καὶ δημάρχους πέμποντες, ἀπηγόρευον αὐτῷ μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν, ἀλλ' ἐπί τε τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ καὶ τοῖς νόμοις γενέσθαι· ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς οἱ συνόντες σφίσι στρατιῶται ἐγκατέλιπον, τότε δὴ καὶ αὐτοὶ ὡμολόγησαν, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ἐς τὴν αὐταρχίαν αὐτοῦ ἥκοντα ἦν, αὐτῷ ἐψηφίσαντο. Οὕτω μὲν Τιβέριος Κλαύδιος Νέρων Γερμανικὸς, ὁ τοῦ Δρούσου τοῦ τῆς Λιβίας παιδὸς υἱὸς, τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔλαβε, μὴ πρὶν ἐν ἡγεμονίᾳ τινὶ τὸ παράπαν ἐξητασμένος, πλὴν ὅτι μόνον ὑπατεύσειν. ἦγε δὲ πεντηκοστὸν ἔτος τῆς ἡλικίας. Οὗτος τὴν μὲν ψυχὴν οὐ φαῦλος ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ ἐν παιδείᾳ ἤσκητο, ὥστε καὶ συγγράψαι τινά. τὸ δὲ δὴ σῶμα νοσώδης, ὥστε καὶ τῇ κεφαλῇ καὶ ταῖς χερσὶν ὑποτρέμειν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῷ φωνήματι ἐσφάλλετο. καὶ μέντοι καὶ δίφρῳ καταστέγῳ πρῶτος Ῥωμαίων ἐχρήσατο, καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ νῦν οὐχ ὅτι οἱ αὐτοκράτορες, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς οἱ ὑπατευκότες διφροφορούμεθα. πρότερον δὲ ἄρα ὅ τε Αὔγουστος καὶ ὁ Τιβέριος ἐν σκιμποδίοις, ὁποίοις αἱ γυναῖκες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσιν, ἔστιν ὅτε ἐφέροντο. Κλαύδιος δὲ τὰ μὲν ἄλλα οὐ κακὸς ἦν· περιφανέστατα δὲ τῶν ὁμοίων [οἰκείων]

CLAVDIVS.

E Dionis libro LX.

CLAVDIVS hoc modo Imperium adeptus eſt. Sublato Caio, Conſules prẹſidiis in omnibus locis Vrbis collocatis, Senatum vocauere in Capitoliũ: dictæ ſunt ibi multæ & variæ ſentẽtię, quod multi exiſtimabant reſtituendam eſſe populo Rempublicam; pleriſque in regno eſſe oportere videbatur; & quod alii hunc Imperatorem, alii illum deſignabant. Quibus in rebus reliqua parte diei noctiſque cõſumpta, cum nihil adhuc perfectum eſſet, pauci milites palatium ingreſſi prædandi cauſa, Claudium in obſcuro angulo latitantem inuenerũt. nam quod fuerat vna cum Caio, propterea in illo tumultu formidabat. Hunc illi principio alium, quã erat, eſſe arbitrati, ſecumq; aliquid habere, foras extrahunt: poſt vbi agnoſcũt, Imperatorem ſalutant; eumq; ad exercitũ ducũt; ac vna cum ceteris militibus, quod ſtirpe regia ortus, & vir bonus habitus eſſet, regnum ei deferunt. Conſules ſtatim ad eum nonnullos, atque in primis tribunos plebis mittunt; mandantque nequid eiuſmodi committat, vtque velit ſub imperio Senatus populiq; Romani, & legum auctoritate viuere. Verum vbi ſe deſertos eſſe vident ab iis militibus quibus antea fulciebantur, ipſi quoq; aſſentiri cœperunt, eique decernere omnia q ę ad principatũ eius ſpectare videbantur. Itaque Tiberius Claudius Nero Germanicus, filius Druſi Liuiæ filii, ſummum principatũ adeptus eſt; cum ante nullo vmquam in Imperio * cognitus fuiſſet; niſi quod Conſulatum geſſerat. Degebat eo tempore annum quinquageſimum; eratque vir nõ malo ingenio, præterea eruditus in litteris: (nã cõmentarios ſcriptos reliquit) valetudine vero & natura infirmior, tremuloq; capite & manibus; ita vt ob eam cauſam voce hæſitaret. Is * ſella operta primus Romanorum eſt vſus; atq; ex eo nũc omnes non modo Imperatores, ſed nos quoque conſulares viri ſella vehimur. nam antea quidem Auguſtus & Tiberius * grabatis quibuſdam paruis, qualibus adhuc mulieres vtuntur, interdum vehebantur. Claudius, homo in ceteris minime quidem malus, palam autem familiaribus ſuis

atque mulieribus plus quã quiſquam alius ei ſimilis inſeruiuit; quod a puero lãguens & timidus educatus erat; ob eamque cauſam, plus quam eſſet reuera, ſe ſtupidum eſſe ſimulabat; idque ipſe aliquando in Senatu confeſſus eſt. * Propter vero cõcubitus ſuos cum mulieribus, nihil libero homine dignum poſſidebat. Parabantur ei inſidiæ in conuiuiis & concubitibus; quibus vtriſque effuſiſſime indulgebat; cũ capi facile poſſet illis temporibus. Erat vſque adeo timidus, vt perterritus ſæpenumero nequiret, quid ſibi faciendum eſſet, animaduertere. Quæ cum familiares eius cognoſcerent, eum magis agitabant perterrefaciebantque, vt ex eo fructus caperent maximos. Iidem tam magnum timorem iniiciebant reliquis hominibus, vt (ne pluribus verbis agam) cum multi eodem die ad cœnam eſſent a Claudio & ab illis vocati, illo quaſi ob aliam cauſam prætermiſſo, apud iſtos cœnatum venirent. Itaque Claudius, abſque iis ſceleribus quæ cõmiſit iſtorum cauſa, in ceteris cõmodus & bonus Imperator fuit. Chæream vero & paucos alios interfecit, propterea quod rebus ſuis lõgo tempore ante proſpiceret: idque fecit, non vt Caium vlciſceretur, ſed quod eos diceret ſibi inſidias feciſſe. Erat Claudius, quod pertinet ad pecuniam faciendam, admirabilis; abſtinebat enim ab omni ſordida exactione pecuniæ. Modeſtiamque & temperãtiam populi Romani plurimi faciebat. Nam nimias delicias, quę fuerãt Caii temporibus, ſuſtulit, latis legibus quæ ad eam rem ſpectare viderentur. Cauponas enim, in quibus compotare ſolebant, euertit; vetuitque ne caro cocta, aut aqua calida vſquam venderetur; atque in eos qui non obtemperarent, animaduertit. Per id tempus ingens fames fuit. qua in re tanta fuit Claudii prouidẽtia, vt ea non ſolum iis qui tum erant, ſed etiam poſteris vilem annonam fecerit. Nam cum fere frumentũ omne aliunde ad populum Romanũ adueheretur, neq; regio quę erat ad Tiberis oſtia, tutas ſtationes & portus cõmodos haberet, foretque propterea inutile maris imperium: cumque præter id quod aduectum fuerat * opportunis temporibus & in horrea repoſitum, hieme nihil importaretur; atque ei qui in hac re vellet periculum ſuſcipere, male ſuccederet: Claudius his cognitis rebus, portum ædificare inſtituit: nec

ἐδουλοκρατήθη τε ἅμα καὶ ἐγυναικοκρατήθη. ἅτε γὰρ ἐκ παίδων ἐν τῇ νοσηλείᾳ καὶ ἐν φόβῳ τραφεὶς, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ πλεῖον τῆς ἀληθείας εὐήθειαν προσποιούμενος, (ὅπερ που καὶ αὐτὸς ἐν τῇ βουλῇ ὡμολόγησε) καὶ προσέτι καὶ ἐν συνουσίαις γυναικῶν πλείοσι γινόμενος, οὐδὲν ἐλευθεροπρεπὲς ἐκέκτητο. ἐπετίθεντο δὴ αὐτῷ ἔν τε τοῖς πότοις μάλιστα καὶ ἐν ταῖς μίξεσι. πάνυ γὰρ ἀπλήστως ἀμφοτέροις τούτοις προσέκειτο, καὶ ἦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ εὐαλωτότατος. πρὸς δὲ καὶ δειλίαν εἶχεν, ὑφ᾽ ἧς πολλάκις ἐκπληττόμενος, οὐδὲν τῶν προσηκόντων ἐξελογίζετο· καὶ αὐτοῦ καὶ τοῦτο προσλαμβάνοντες, οὐκ ἐλάχιστα κατειργάζοντο. καὶ ἐκεῖνόν τε γὰρ * φοβοῦντες ἐξεκαρποῦντο, καὶ τοῖς ἄλλοις τοσοῦτο δέος ἐνέβαλλον, ὥσθ᾽ (ἵνα συλλαβὼν εἴπω) πολλοὶ ἐπὶ δεῖπνον ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὑπό τε τοῦ Κλαυδίου καὶ ὑπ᾽ αὐτῶν καλούμενοι, τὸν μὲν ὡς καὶ κατ᾽ ἄλλο τι παρείεντο, πρὸς δὲ ἐκείνους ἐφοίτων. Οὐ μὴν ἀλλ᾽ εἴ τις ὑπεξέλοι τοῦ Κλαυδίου τὰ δι᾽ αὐτοὺς ἁμαρτήματα, τἆλλα δεόντως ἦρξε. τὸν μέντοι Χαιρέαν καί τινας ἄλλους ἀπέκτεινε, πόρρωθεν δὲ καθ᾽ ἑαυτὸν ἀσφαλὲς προορώμενος. ἔπραξε δὲ τοῦτο οὐχ ὡς τῷ Γαΐῳ τιμωρῶν, ἀλλ᾽ ὡς ἑαυτῷ ἐπιβουλεύοντας τούτους λαβών. καὶ μέντοι καὶ περὶ τὰ χρήματα θαυμαστὸς ἐγένετο, πάντος ἀπεχόμενος ἀργυρισμοῦ ῥυπαροῦ· τήν τε τοῦ δήμου εὐκοσμίαν καὶ σωφροσύνην περὶ πολλοῦ ποιησάμενος, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἐπιπολάσασαν τρυφὴν * ἐξαίρων, ἄλλά τε ἐνομοθέτησεν εἰς τοῦτο συντείνοντα· τά τε καπηλεῖα, εἰς ἃ συνιόντες ἔπινον, κατέλυσε, καὶ προσέταξε μήτε κρέας που ἑφθὸν, μήθ᾽ * ὕδωρ θερμὸν πιπράσκεσθαι, τοὺς μὴ πειθαρχοῦντας κολάζων. λιμοῦ δὴ ἰσχυροῦ γινομένου, οὐ μόνον * τοῖς ἐν τῷ τότε παροῦσι ἀφθονίας τῆς τροφῶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐς πάντα τὸν μετὰ ταῦτα αἰῶνα πρόνοιαν ἐποιήσατο. ἐπεισάκτου γὰρ πάντος (ὡς εἰπεῖν) τοῦ σίτου τοῖς Ῥωμαίοις ὄντος, ἡ χώρα ἡ πρὸς ταῖς τοῦ Τιβέριδος ἐκβολαῖς, οὔτε καταίρσεις ἀσφαλεῖς, οὔτε λιμένας ἐπιτηδείους ἔχουσα, ἀνωφελὲς σφίσι τὸ κράτος τῆς θαλάσσης ἐποίει. ἔξω γὰρ τῶν τῇ τε ὥρᾳ ἐσκομισθέντων, καὶ ἐς * τὰς ἀποθήκας ἀνατεθέντων, οὐδὲν τὴν χειμερινὴν εἰσεφοίτα· ἀλλ᾽ εἴ τις παρεκινδύνευσε, κακῶς ἀπήλλασσε. ταῦτ᾽ οὖν συνιδὼν, λιμένα * κατασκευάσαι ἐπεχείρησεν, οὐδ᾽

ἀπετράπη.

ἀπετράπη, (καίπερ τῶν ἀρχιτεκτόνων εἰπόντων αὐτῷ πυθομένῳ πόσον τὸ ἀνάλωμα ἔσοιτο, ὅτι, Οὐ θέλεις.* αὐτὸν ποιῆσαι· οὕτως ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ δαπανήματος ἀναχαιτισθήσεσθαι αὐτόν, εἰ προπύθοιτο, ἤλπιζον) ἀλλὰ καὶ ἐνεθυμήθη πρᾶγμα καὶ τοῦ φρονήματος καὶ τοῦ μεγέθους* τοῖς Ῥωμαίοις ἄξιον. τοῦτο μὲν γάρ, ἐξορύξας τῆς ἠπείρου χωρίον οὐ σμικρόν, τό τε πέριξ πᾶν ἐκρηπίδωσε, καὶ τὴν θάλασσαν εἰς αὐτὸ εἰσεδέξατο· τοῦτο δ', ἐν αὐτῷ τῷ πελάγει χώματα ἑκατέρωθεν αὐτοῦ μεγάλα χώσας, θάλατταν ἐν ταὐτῷ πολλὴν περιέβαλε, καὶ νῆσον ἐπ' αὐτῇ, πύργον τε ἐπ' ἐκείνῃ φρυκτωρίαν ἔχοντα κατεστήσατο. ὀνομάζεται δὲ τοῦθ' ὅσπερ ἐστί, κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν, Λιμήν. Ἐτίθει δὲ συνεχῶς μονομαχίας ἀγῶνας. πάνυ γὰρ σφίσιν ἔχαιρε. τά τε γὰρ θηρία, καὶ τοὺς διὰ μέσου τῆς θέας παρὰ τὸν τοῦ ἀρίστου χρόνον* κατακοπτομένους ἥδιστα ἐθεώρει· καίτοι λέοντα δεδιδαγμένον ἀνθρώπους ἐσθίειν, καὶ πάνυ γε διὰ τοῦτο τῷ πλήθει ἀρέσκοντα, ἀποκτείνας ὡς οὐ προσῆκον τοιοῦτόν τι θέαμα ὁρᾶν Ῥωμαίους. Ἐθισθεὶς δ' οὖν αἵματος καὶ φόνων ἀναπίμπλασθαι, προπετέστερον καὶ ταῖς ἄλλαις σφαγαῖς ἐχρήσατο. αἴτιοι δὲ τούτου ἐγένοντο οἵ τε Καισάρειοι καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡ Μεσσαλῖνα, διενεγκοῦσα πάσας ἀκολασίᾳ καὶ θράσει. ὁπότε γὰρ ἀποκτεῖναί τινα ἐθελήσειαν, ἐξεφόβουν αὐτόν, κἀκ τούτου πάνθ' ὅσα ἐβούλοντο ποιεῖν, ἐπετρέποντο. καὶ πολλάκις γε ἐξαπιναίως ἐκπλαγείς, καὶ κελεύσας τινὰ ἐκ τοῦ παραχρῆμα περιδεὴς ἀπολέσθαι, ἔπειτα ἀνενεγκὼν καὶ ἀναφρονήσας, ἐπεζήτει τε αὐτόν, καὶ μαθὼν τὸ γεγονὸς ἐλυπεῖτό τε καὶ μετεγίνωσκεν. Ἤρξατο δὲ τῶν φόνων τούτων ἀπὸ Γαΐου Ἀππίου* Σιλβανοῦ. τοῦτον γὰρ εὐγενέστατον ὄντα μεταπεμψάμενος, ἔσφαξεν, ὅτι τῇ Μεσσαλίνῃ προσέκρουσεν, οὐκ ἐθελήσας αὐτῇ συγγενέσθαι πορνικωτάτῃ τε καὶ ἀσελγεστάτῃ οὔσῃ, καὶ τῷ Ναρκίσσῳ τῷ ἀπελευθέρῳ αὐτοῦ δι' ἐκείνην. καὶ συνέπλασεν ὁ Νάρκισσος ὡς σφαττόμενον τὸν Κλαύδιον ὑπ' αὐτοῦ* αὐτοχειρίᾳ ἰδών· ἔτι τε ἐν τῇ εὐνῇ ὄντι αὐτῷ τὸ ὄναρ ὑπόδρομος διηγήσατο, καὶ ἡ Μεσσαλῖνα παραλαβοῦσα ἐδείνωσε. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐξ ἐνυπνίου διαπώλετο. τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ οὐκέτι χρηστὴν ἐλπίδα οἱ Ῥωμαῖοι τοῦ Κλαυδίου ἔσχον. ὅθεν αὐτῷ καὶ Ἄννιος* Οὐινικιανὸς καὶ Φούριος

eũ deterruit quod præfecti fabrûm, cum interrogarentur quantos ſumptus ea res poſtularet, reſponderunt, tam magnos vt nollet eum portum facere: ſperabant enim, eum, cognita ſumptus magnitudine, ſi prædixiſſent, a propoſito deterreri. Sed is nihilo minus ſibi faciẽdum putauit, induxitq; in animum rem dignam gloria atque magnificentia populi Romani. primum, quod loco non paruo perfoſſo in continenti, iactisque circum vndiq; fundamentis, eo mare intromiſit: deinde, in ipſo mari factis vtrimque magnis aggeribus, ac multo mari concluſo, in eo inſulam fecit; atque in ea turrim ædificauit, ex qua lumen nauigantibus nocturno tempore præberetur. Is locus, vt eſt, ita patria lingua *Portus* appellatur. Exhibuit crebro ludos gladiatorios; quib. valde delectabatur. *præter cetera libẽter ſpectabat ſub prandii tempus eos qui in medio theatro dilaniabantur: etſi leonem doctum homines comedere, plebiq; ob eam cauſam gratum, interfecit, quod non deceret populum Romanum huiuſmodi ſpectacula videre. Igitur cum ſoleret expleri ſanguine & cædibus, multas ſubitas & temerarias cædes fecit. In cauſa fuerunt domeſtici, vxorque eius Meſſalina; quæ temeritate atque intemperantia omnes fœminas ſuæ ætatis ſuperauit. Nam iſti, cum aliquem interfectum eſſe cuperent, Claudium perterrefacere ſolebant; vt hac ratione facerent omnia quæ ſibi collibuiſſet. Itaque Claudius cum ſæpe repentino metu perterritus occidi aliquem iuſſiſſet, eundem paulo poſt, cum ad ſe rediiſſet, requirebat: quem dum iam interfectum eſſe cognoſceret, adeo grauiter dolebat, vt eum facti maxime pœniteret. Harum cædium initium fuit a Caio Appio † Silano; quem virum nobiliſſimum accerſiri atque interfici iuſſit, propterea quod Meſſalinam offenderat, libidinoſam & petulantem fœminam, cũ qua coire noluerat; quodque Narciſſo liberto Claudii propter illam inuiſus erat. Finxit Narciſſus ſe in ſomnis vidiſſe Claudium ab eodem Appio necari; eique in lecto adhuc recumbenti ſomnium tremebundus narrauit: quo facinore aucto a Meſſalina & exaggerato, Appius propter ſomnium occiſus eſt. Poſt cuius cædem populus Romanus nihil amplius de Claudio bene ſperauit. Itaque factum eſt vt Annius Vinicianus & Furius

† Siluano, al.

Camillus præſides prouinciarũ, contra eum coniurauerint. Qua ex re Claudio tantus timor iniectus eſt, vt imperium eis vltro fere ceſſerit: ſed illi perierunt deſerti a militibus: ob eamque cauſam complures non ſolum viri, ſed etiam fœminæ, mortem obierũt. Etenim propter crebras calamitates eo ventum erat, vt nihil amplius virtus eſſe putaretur, quam fortiter & glorioſe mortem oppetere. Claudius ſane hũc verſum idẽtidem ſignum militibus dabat; *Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ*, *Oportere eum vlciſci, qui prius moleſtiam exhiberet.* Multa eiuſdem generis in Senatu Græco ſermone dicebat. Sed cum Lyciis aliquando reſponderet, vnum ex legatis qui olim Lycius, tum ciuis Romanus erat, Latina lingua interrogauit; eique nõn plane intelligenti quod ipſe dixiſſet, ciuitatem ademit; dixitque, eum qui non haberet huius linguæ ſcientiam, non oportere ciuem Romanũ eſſe. Poſtquam enim Romani externos homines in ciũitatem receperunt, habueruntque in honore, id beneficium a Claudio peti, emique a Meſſalina & Cæſarianis cœptum eſt. quod cum primo magno pretio venderetur, poſtea adeo facile & vile factum eſt, vt vulgo diceretur, eum qui vaſa vitrea, & ea quidem fracta, dediſſet, ciuem Romanum fore. Meſſalina, libidinoſa & intemperans fœmina, ceteras quoque mulieres cogebat luxurioſe & petulanter viuere; efficiebatque vt multæ in Palatio viris ſuis præſentibus ac videntib. cum adulteris coirent; earumque viros ipſa diligere, ac honoribus & dignitatibus augere; ceteros qui id non paterentur, odio habere, ac modis omnibus perdere ſolebat. Claudius multo tempore harum rerum ignarus fuit; propterea quod Meſſalina ancillulas quaſdam ei ſuggerebat, cum quibus rem haberet: & quos ſuſpicabatur iſta Claudio ſignificaturos, partim beneficiis, partim propoſitis ſuppliciis, prouidebat ne id facerent. Cum autem ſeditio in exercitu facta eſſet, Claudius ad eam ſedandã Narciſſum miſit: ſed poſtquã is in tribunal conſcendit orationem habiturus, milites ob eam cauſam multo magis irati, ſtatim exclamauerunt, *ió Saturnalia*; quod eum diem ſerui ornatu dominorum celebrent. Itaque indignati Narciſſi cauſa, Plautio imperatori ſuo

Κάμιλλος ἐπαρχιῶν ἄρχοντες ἐπανέστησαν. ἀλλ' οὗτοι μὲν, εἰς μέγιστον φόβον τὸν Κλαύδιον ἐμβαλόντες, ὡς μικροῦ δεῖν καὶ ἐθελοντὴν ἐκστῆναι τοῦ κράτους αὐτοῖς, ἔπειτα ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐγκαταλειφθέντες, ἀπώλοντο. πολλοὶ δὲ διὰ τὴν πρόφασιν ταύτην οὐχ ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες ἐφθάρησαν. ὑπὸ γὰρ τῆς συνεχείας τῶν κακῶν εἰς *τοῦτο τὰ πράγματα προεληλύθει, ὥστ' ἀρετὴν μηκέτ' ἄλλο μηδὲν ἢ τὸ γενναίως ἀποθανεῖν νομίζεσθαι. Ὁ δ' οὖν Κλαύδιος καὶ σύνθημα τοῖς στρατιώταις τὸ ἔπος τοῦτο συνεχῶς ἐδίδου, τὸ, ὅτι χρὴ Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι ὅτε τις *πρότερος χαλεπήνῃ. πολλὰ δὲ καὶ πρὸς τὴν βουλὴν τοιουτότροπα ἑλληνιστὶ παρεφθέγξατο. τοῖς δὲ Λυκίοις χρηματίζων, ἐπυνθάνετο τῇ Λατίνων γλώττῃ τῶν πρεσβευτῶν τινὸς, Λυκίου μὲν τὸ ἀρχαῖον ὄντος, Ῥωμαίου δὲ γεγονότος· καὶ αὐτὸν, ἐπειδὴ μὴ συνῆκε τὸ λεχθὲν, τὴν πολιτείαν ἀφείλετο· εἰπὼν, μὴ δεῖν Ῥωμαῖον εἶναι τὸν μὴ καὶ τὴν διάλεξιν σφῶν ἐπιστάμενον. ἐπειδὴ γὰρ ἐν πᾶσιν (ὡς εἰπεῖν) οἱ Ῥωμαῖοι τῶν ξένων προετετίμηντο, πολλοί [τε] αὐτὴν παρά τε αὐτοῦ ἐκείνου ᾐτοῦντο, καὶ παρὰ Μεσσαλίνης τῶν τε Καισαρείων ὠνοῦντο· καὶ διὰ τοῦτο μεγάλων τὸ πρῶτον λημμάτων πραθεῖσα, ἔπειθ' οὕτως ὑπὸ τῆς εὐχερείας ἐπευωνίσθη, ὥστε καὶ λογοποιηθῆναι ὅτι κἂν ὑάλινα σκεύη δῷ τις συντετριμμένα *τινὶ, πολίτης ἔσται. Μεσσαλίνα δὲ, αὐτή τε ἠσέλγαινε, καὶ τὰς ἄλλας γυναῖκας ἀκολασταίνειν ὁμοίως ἠνάγκαζε. καὶ πολλάς γε καὶ ἐν αὐτῷ τῷ παλατίῳ τῶν ἀνδρῶν παρόντων καὶ ὁρώντων μοιχεύεσθαι ἐποίει· καὶ ἐκείνους μὲν καὶ ἐφίλει καὶ ἠγάπα, τιμαῖς τε καὶ ἀρχαῖς ἤγαλλε· τοὺς δ' ἄλλους τοὺς μὴ συγκατατιθέντας εἰς τοῦτο σφᾶς, καὶ ἐμίσει καὶ παντὶ τρόπῳ ἀπώλλυε. καὶ τὸν Κλαύδιον ἕως πολλοῦ τινὸς ταῦτα ἐλάνθανεν· ἡ γὰρ Μεσσαλίνα ἐκείνῳ μὲν θεραπαινίδιά τινα παρακατέκλινε· καὶ οὓς ὑπώπτευε μηνῦσαί τι αὐτῷ, τοὺς μὲν εὐεργεσίαις, τοὺς δὲ καὶ τιμωρίαις προκατελάμβανε. Τῶν δὲ στρατιωτῶν τι στασιασάντων, ἐπέμφθη μὲν ὁ Νάρκισσος ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου καταστῆσαι αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ βῆμα ὡς καὶ δημηγορήσων ἀνέβη· οἱ δὲ, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τούτῳ αὐτῷ ἀχθεσθέντες, ἐξαίφνης τοῦτο τὸ θρυλλούμενον ἀνεβόησαν, Ἰὼ σατουρνάλια· ἐπειδήπερ ἐν τοῖς Κρονίοις οἱ δοῦλοι τὸ τῶν δεσποτῶν σχῆμα μεταλαμβάνοντες ἑορτάζουσι. καὶ οὕτω διά τε τὴν ἀπαξίωσιν τοῦ Ναρκίσσου, τῷ τε στρατηγῷ σφῶν τῷ Πλαυτίῳ

ἐπείσθη-

ἐπείθησαν, καὶ εἰς τὴν Βρεττανίαν ἐπεραιώθησαν. ὅτε καὶ Οὐεσπασιανὸς τῶν ὑποστρατηγούντων ὢν τῷ Πλαυτίῳ, εὖ ἠνέχθη ἐν τῷ Βρεττανικῷ τούτῳ πολέμῳ· εἰς ὃν καὶ ὁ Κλαύδιος ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀφικόμενος, καὶ τοὺς εἰς χεῖρας ἐλθόντας αὐτῷ τῶν πολεμίων τρεψάμενος, τά τε βασίλεια αὐτῶν χειρωσάμενος, Βρεττανικὸς ἐπωνομάσθη. Ἡ δὲ Μεσσαλίνα, τοῦ Μνηστῆρος τοῦ ὀρχηστοῦ ἐρῶσα, καὶ μηδένα τρόπον συγγενέσθαι οἱ πεῖσαι δυναμένη, διελέχθη τῷ ἀνδρὶ, ἀξιοῦσα αὐτὸν πειθαρχεῖν αὐτῇ ἀναγκάσαι τὸν Μνηστῆρα, ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι αὐτοῦ δεομένη. καὶ οὕτως, εἰπόντος αὐτῷ τοῦ Κλαυδίου, πᾶν ὅσα ἂν προστάσσῃ ὑπὸ τῆς Μεσσαλίνης ποιεῖν, συνῆν αὐτῇ, ὡς καὶ τοῦθ' ὑπ' ἐκείνου κεκελευσμένος. ὃ δὴ αὐτὸ τοῦτο καὶ πρὸς ἄλλους συχνοὺς ἔπραττεν. ὡς γὰρ εἰδότος τοῦ Κλαυδίου τὰ γινόμενα, καὶ συγχωροῦντος αὐτῇ ἀκολασταίνειν, ἐμοίχευε. Κλαύδιος δὲ, ἐπεὶ ὁ ἥλιος ἐν τῇ τῶν γενεθλίων αὐτοῦ ἡμέρᾳ ἐκλείψειν ἔμελλεν, ἐφοβήθη μή τις ἐκ τούτου ταραχὴ γένηται· καὶ προέγραψεν οὐ μόνον ὅτι ἐκλείψει, καὶ πότε, καὶ ἐφ' ὁπόσον, ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτίας δι' ἃς ἀναγκαίως γενήσεσθαι τοῦτο ἔμελλεν. εἰσὶ δὲ αἵδε. ἡ σελήνη τὴν κάτω τοῦ ἡλίου περιφορὰν, ὥσπερ που πεπίστευται, εἴτ' οὖν ἐφεξῆς αὐτοῦ, εἴτε καὶ μετὰ τὸν Ἑρμῆν αὐτὸν, τήν τε Ἀφροδίτην, ἔχει. κινεῖται μὲν κατὰ μῆκος, ὥσπερ [ἴσως] καὶ ἐκεῖνος, κινεῖται δὲ καὶ κατὰ βάθος, ὥσπερ ἴσως καὶ ἐκεῖνος· κινεῖται δὲ καὶ ἐν τῷ πλάτει, ὅπερ οὐδαμῇ οὐδαμῶς τῷ ἡλίῳ ὑπάρχει. ὅταν οὖν κατά τε τὴν αὐτὴν αὐτῷ εὐθυωρίαν ὑπὲρ τὴν ἡμετέραν ὄψιν γένηται, καὶ ὑπὸ τὴν φλόγα αὐτοῦ ὑποδράμῃ, τότε τὴν αὐγὴν αὐτοῦ τὴν εἰς τὴν γῆν καθήκουσαν, τοῖς μὲν ἐπὶ πλεῖον, τοῖς δ' ἐπ' ἔλαττον διεσκέπασεν, * οὐδὲ ἐπὶ βραχύτατον ἀποκρύπτει. ἴδιον γὰρ ἀεὶ φῶς ὁ ἥλιος ἔχων, οὐκ ἔστιν ὅτε αὐτοῦ ἀπαλλάττεται, καὶ διὰ τοῦθ' οἷς ἂν ἡ σελήνη μὴ ἐπίπροσθεν, ὥστ' αὐτὸν συσκιάζεσθαι, γένηται, ὁλόκληρος ἀεὶ φαίνεται. περὶ μὲν δὴ τὸν ἥλιον ταῦτα συμβαίνει. ἡ δὲ σελήνη, (οὐ γάρ ἐστιν ἀποτρόπαιον καὶ τὸ κατ' ἐκείνην εἰπεῖν, ἐπειδήπερ ἅπαξ τοῦ λόγου τούτου προσηψάμην) ὁσάκις ἂν καταντικρὺ τῷ ἡλίῳ γενομένη (ἐν γὰρ ταῖς πανσελήνοις μόνως αὐτῇ τοῦτο, ὥσπερ καὶ ἐκείνῳ ἐν ταῖς νουμηνίαις, συμβαίνει) εἰς τὸ τῆς γῆς σκίασμα κωνοειδὲς ὂν ἐμπέσῃ· γίγνεται δὲ τοῦτο, ὅταν διὰ τῶν μέσων ἐν τῇ τοῦ πλάτους κινήσει περιφέρηται. στέρεται γὰρ τοῦ ἡλιοειδοῦς φωτὸς, καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ὁποία ἐστὶ φαντάζεται.

obedientes, in Britanniam traiecerunt. In eo bello Britãnico Veſpaſianus, vnus ex legatis Plautii, pręclare ſe geſſit: atque ad id bellum profectus Claudius, hoſtibus cũ quib. congreſſus eſt, ſuperatis, captiſque eorum regiis, *Britannicus* cognominatus eſt. Meſſalina vero, amore Mneſteris ſaltatoris capta, cum ei perſuadere non poſſet vt ſecum coiret, petiuit a Claudio viro ſuo, vt illum ſibi obſequi iuberet: tamquam ipſi in quibuſdam aliis rebus opera eius neceſſaria foret. Is, poſtquam ei Claudius præcepit vt omnia quæ Meſſalina imperaret, libenter faceret, cum illa rem habuit, tamquam id quoque ſibi imperatum fuiſſet. id enim Meſſalina ſępe in multis aliis fecit. nam quaſi Claudio conſcio ſinenteque ei petulanter viuere, mœchabatur. Claudius, vt præuidit ſuo natali die defectionem ſolis futuram, veritus ne tumultus ob eam cauſam cõcitaretur, ſcripſit aliquanto tempore ante, non ſolum defectionem fore, & quando, aut quanta eſſet futura: ſed etiam cauſas ſcripſit, propter quas id eſſet neceſſario euenturum. Cauſæ hæ ſunt. Luna (vt creditum eſt) mouetur ad curſum ſolis, ſiue ſtatim poſt eum, ſiue Mercurius & Venus interiecti ſint. Mouetur autem in longitudinem, vt ſol; atque in altitudinem, vt etiam ille fortaſſis: poſtremo in latitudinem; quod ſoli nullo modo accidit. Cum igitur ea ſupra conſpectum noſtrum ſimul cum ſole fuerit rectis lineis, ac ſub ei9 ſplẽdore curſum ſuum habuerit, radios eius, qui terrã attingunt, etſi non eodẽ modo apud omnes gẽtes, occultat. nec vero id facit in locis omnib9. nam ſol perpetuo ſplẽdorem ſuũ habens, eum numquam deſerit: ex quo fit vt totus videatur iis quib. luna ita oppoſita non eſt, vt ipſum obſcurare poſſit. Hæc quidem de ſolis defectione dicũtur. Luna vero (nec enim alienum erit a propoſito de ea dicere, poſtquam in hunc ſermonem incidimus) quotieſcumque ſoli oppoſita fuerit, (id quod ei, cum plena eſt, tantummodo, perinde atque ſoli, cum ipſa noua eſt, contingit) atque in vmbram terræ cono ſimilem inciderit; (quod fit, quoties media in latitudinẽ mouetur) tunc ſolis priuatur ſplendore, & qualis eſt natura, conſpicitur.

Atque hæc eiuſmodi ſunt. Ceterũ Meſſalina apud ſe Mneſterem habebat abductum a Theatro; de quo cũ ſermo apud populũ haberetur, quod non ſaltaret amplius, Claudius miratus, iurabat eum ſecum nõ fuiſſe. Itaque omnes magnam moleſtiam capiebant, quod vnum Claudium neſcire intelligerent ea quæ gerebantur in Palatio, quæ iã & apud hoſtes percrebuerant; tamen ea nihilo magis aperiebant, quod Meſſalinam reuererentur, & Mneſteri parcerent: cuius ars tantum ſatisfaciebat populo, quãtum Meſſalinæ forma eiuſdem placebat. erat enim ſaltator egregi⁹. Hic, cum ab eo populus aliquando magno ſtudio contenderet, vt ſaltaret in celebri fabula; de ſcena quaſi per trãſennam populũ aſpiciens, ita reſpondit; *Non poſſum*, inquit: *nam cum Oreſte cubui.* Sequenti anno Claudius quartum, Lucius Vitellius tertium Conſules facti ſunt. Is annus erat ab
Ann. vrbis DCCC. Vrbe condita octingenteſimus. Eo tempore Claudius quoſdam Senatu mouit; e quibus complures inopia rei familiaris haud grauatim ea dignitate ceſſerunt. Idem multos in Senatorium ordinem cooptauit; in quorum numero fuit Surdinius Gallus; qui principio cum poſſet Senator eſſe, Carthaginem migrauit. Cui accerſito propere Claudius; *Ego te*, inquit, *aureis vinculis conſtringam.* Itaque ille deuinctus dignitate, in vrbe remanſit. Claudius, quamuis libertos alienos, quoties eos deliquiſſe cognouerat, acriter puniret; tamen erga ſuos indulgentiſſimus erat. Nam cum ab hiſtrione tritum illud in theatro quandoque diceretur, Ἀφόρητός ἐστιν εὐτυχῶν μαστιγίας, *Intolerabilis eſt fortunatus verbero*: & ob eam cauſam in Polybium libertum eius omnes oculos coniecissent; isq; magno clamore reſpondiſſet, dictum eſſe ab eodem poeta, Βασιλεῖς ἐγένοντο οἱ πρὶν ὄντες αἰπόλοι, *Reges quoque exſtitere de caprariis*: in eum ipſe non animaduertit. Cumq; ad eum perferretur quoſdam ei parare inſidias, ceteris pro nihilo habitis reſpondit, *Non eodem modo pulicem, & feram belluam vlciſcendam.* Aſiaticus vero apud eũ condemnatus eſt; parumque abfuit quin abſolueretur. nam cum negaret factum, ſeque neminem ex iis qui contra ſe teſtimoniũ dixerant, noſſe confirmaret; miles qui ſe vna cum eo dicebat fuiſſe, interrogatus quis eſſet Aſiaticus, caluum quendam, qui tum forte aderat præſens, oſtendit:

Ταῦτα μὲν δὴ τοιαῦτα ἐστιν. ἡ Μεσαλῖνα δὲ, τὸν Μνηστῆρα ἀποσπάσασα ἀπὸ τῆς θεάτρου εἶχε· καὶ ὁπότε λόγος τις ἐν τῷ δήμῳ περὶ αὐτοῦ ὅτι μὴ ὀρχοῖτο γένοιτο, θαυμά τε ὁ Κλαύδιος ἐποιεῖτο, ὤμνυε ὅτι μὴ συνείη αὐτῷ· πιστεύοντες δὲ ἀγνοεῖν αὐτὸν τὰ γιγνόμενα, ἐλυποῦντο μὲν ὅτι μόνος οὐκ ἠπίστατο τὰ ἐν τῷ βασιλείῳ δρώμενα, ὅσα καὶ ἐς τοὺς πολεμίους ἤδη διεπεφοιτήκει· οὐ μὴν καὶ ἐξελέγχειν αὐτὰ ἤθελον, τὸ μὲν τὴν Μεσαλῖναν αἰδούμενοι, τὸ δὲ καὶ τοῦ Μνηστῆρος φειδόμενοι. ὅσον γὰρ ἐκείνη διὰ τὸ κάλλος, τοσοῦτον τῷ δήμῳ διὰ τὴν τέχνην ἤρεσκεν. οὕτω γάρ που δεινὸς σοφιστὴς ἐν τῇ ὀρχήσει ἦν, ὥστε τοῦ ὁμίλου μεγάλῃ ποτὲ σπουδῇ δρᾶμά τι αὐτὸν ἐπιβοώντων ὀρχήσασθαι δεομένων, παρακύψαι τε ἐκ τῆς σκηνῆς, καὶ εἰπεῖν ὅτι Οὐ δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι· τῷ γὰρ Ὀρέστῃ συγκεκοίμημαι.

Ἐν δὲ τῷ ἑξῆς ἔτει ὅ τε Κλαύδιος τὸ τέταρτον, καὶ Βιτέλλιος Λούκιος τὸ τρίτον, ὀκτακοσιοστοῦ τῇ Ῥώμῃ ἔτους ὄντος, ὑπάτευσαν. καὶ ἐξήλασε μὲν ὁ Κλαύδιος τινας καὶ ἐκ τῆς βουλῆς· ὧν οἱ πλείονες οὐκ ἄκοντες ἐξέπεσον, ἀλλ' ἐθελονταὶ διὰ πενίαν [οὐ] παρέμενον. ἀντεσήγαγε δὲ ὁμοίως πολλούς. ἐπειδή τε Σουρδίνιός τις Γάλλος βουλεῦσαι δυνάμενος ἐς τὴν Καρχηδόνα ἐξῴκησε, σπουδῇ τε αὐτὸν μετεπέμψατο, καὶ ἔφη ὅτι Χρυσαῖς σε πέδαις δήσω. καὶ ὁ μὲν οὕτω τῷ ἀξιώματι πεδηθεὶς, κατὰ χώραν ἔμεινε. Τοὺς μέντοι ἀλλοτρίους ἀπελευθέρους ὁ Κλαύδιος, εἴπου κακουργοῦντας λάβοι, δεινῶς ἐτιμωρεῖτο, τοῖς ἰδίοις οὕτω προσεῖχετο, ὥσθ' ὑποκριτοῦ τινὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ποτὲ τοῦτο δὴ τὸ θρυλλούμενον εἰπόντος, ὅτι Ἀφόρητός ἐστιν εὐτυχῶν μαστιγίας, καὶ τοῦ τε δήμου παντὸς ἐς Πολύβιον τὸν ἀπελεύθερον αὐτοῦ ἀποβλέψαντος, καὶ ἐκείνου ἐκβοήσαντος ὅτι ὁ αὐτὸς μέντοι ποιητὴς εἶπεν ὅτι Βασιλεῖς ἐγένοντο οἱ πρὶν ὄντες αἰπόλοι, οὐδὲν δεινὸν εἰργάσατο. Μηνυθέντων δέ τινων ὡς ἐπιβουλεύοιεν αὐτῷ, τοὺς μὲν ἄλλους ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιήσατο, εἰπὼν ὅτι οὐ τὸν αὐτὸν χρὴ τρόπον ψύλλαν τε καὶ θηρίον ἀμύνεσθαι· ὁ δὲ Ἀσιατικὸς ἐκρίθη μὲν παρ' αὐτῷ, καὶ ὀλίγου δὲ δεῖν ἀπέφυγεν· ἀρνουμένου γὰρ αὐτοῦ καὶ λέγοντος ὅτι Οὐκ οἶδα οὐδὲ γνωρίζω τινὰ τῶν καταμαρτυρούντων μου τούτων οὐδένα, ἐρωτηθεὶς ὁ στρατιώτης ὁ φάσκων αὐτῷ συγγεγονέναι, ὅστις ὁ Ἀσιατικὸς εἴη, φαλακρόν τινα προσεστῶτα κατὰ τύχην ἔδειξε.

τοῦτο γὰρ αὐτοῦ τὸ σύμβολον μόνον ἠπίστατο. γέλωτος οὖν ἐπὶ τούτῳ πολλοῦ γενομένου, καὶ τοῦ Κλαυδίου ἀπολύειν αὐτὸν μέλλοντος, ὁ Βιτέλλιος τῇ Μεσσαλίνῃ χαριζόμενος, παρακεκλῆσθαι ἔφη ὑπ' αὐτοῦ ἵν' ὅπως ἂν βουληθῇ ἀποθάνῃ. ἀκούσας δὲ τοῦτ' ἐκεῖνος, ἐπίστευσέ τε αὐτὸν ὄντως ἑαυτοῦ διὰ τὸ συνειδὸς κατεγνωκέναι, καὶ κατεχρήσατο. Ἀνεφάνη δὲ καὶ νησίδιόν τι ἐν τῷ ἔτει τούτῳ παρὰ τῇ Θήρᾳ τῇ νήσῳ, οὐκ ὂν πρότερον. Ἐπειδή τε πολλοὶ δούλους ἀρρωστοῦντας οὐδεμιᾶς θεραπείας ἠξίουν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξέβαλλον, ἐνομοθέτησε πάντας τοὺς ἐκ τοῦ τοιούτου περιγιγνομένους, ἐλευθέρους εἶναι. Ἐν δὲ τῇ Βρεττανίᾳ περιστοιχηθέντος τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ποτὲ, καὶ κινδυνεύοντος φθαρῆναι, ὁ Τίτος ὁ υἱὸς αὐτοῦ περὶ τῷ πατρὶ δείσας, τήν τε περιοχὴν αὐτῶν παραλόγῳ τόλμῃ διέρρηξε· κἀκ τούτου φεύγοντας σφᾶς ἐπιδιώξας ἔφθειρεν. ὁ δὲ Πλαύτιος, ἀπὸ τοῦ Βρεττανικοῦ πολέμου, ὡς καὶ καλῶς αὐτὸν χειρίσας καὶ κατορθώσας, καὶ ἐπῃνέθη ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου, καὶ ἐθριάμβευσε. Γναῖος δὲ Δομίτιος Κορβούλων, ἐν τῇ Κελτικῇ στρατηγῶν, τά τε στρατεύματα συνεκρότησε, καὶ τῶν βαρβάρων ἄλλους τε καὶ οὓς ἐκάλουν Καύχους ἐκάκωσε. καὶ αὐτὸν ἐν τῇ πολεμίᾳ ὄντα ὁ Κλαύδιος ἀνεκάλεσε. τήν τε γὰρ ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἄσκησιν μαθὼν, οὐκ ἐπέτρεψεν αὐτῷ ἐπὶ πλέον αὐξηθῆναι. πυθόμενος δὲ τοῦτο ὁ Κορβούλων ἐπανῆλθε, τοσοῦτον μόνον ἀναβοήσας, Ὦ μακάριοι οἱ πάλαι ποτὲ στρατηγήσαντες· ἐς δήλωσιν ὅτι τοῖς μὲν ἀκινδύνως ἀνδραγαθίζεσθαι ἐξῆν, αὐτὸς δὲ ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος διὰ τὸν φθόνον ἐνεποδίσθη. τῶν μέντοι ἐπινικίων καὶ ὣς ἔτυχε. πιστευθεὶς δὲ πάλιν τὸ στράτευμα, καὶ οὐδὲν ἧττον ἤσκει αὐτό· καὶ ἐπειδή γε εἰρήνουν, διετάφρευσε δι' αὐτῶν πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ * Μέσου, σταδίους ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μάλιστα· ἵνα μὴ οἱ ποταμοὶ ἐν τῇ τοῦ Ὠκεανοῦ πλημμυρίδι ἀναρρέοντες πελαγίζωσιν. Ἡ Μεσσαλίνα δὲ, ὥσπερ οὐκ ἐξαρκοῦν αὐτῇ ὅτι καὶ ἐμοιχεύετο καὶ ἐπορνεύετο, (ἤδη γὰρ καὶ ἐπ' οἰκήματος ἐν τῷ παλατίῳ αὐτή τε ἐκαθέζετο, καὶ τὰς ἄλλας τὰς πρώτας ἐκάθιζεν) ἐπεθύμησε καὶ ἄνδρας (τοῦτο * δὴ τὸ τοῦ νόμου) πολλοὺς ἔχειν. διὸ καὶ Σίλιον τὸν Γάιον ἄνδρα ἐπεγράψατο, καὶ τούς γε γάμους πολυτελῶς εἱστίασε, καὶ οἰκίαν αὐτῷ βασιλικὴν ἐχαρίσατο, πάντα τὰ τιμιώτατα τῶν τοῦ Κλαυδίου κειμηλίων συμφορήσασα ἐς αὐτήν· καὶ

nam id ſignũ eius tantummodo didicerat. quamobrem cũ magnus riſus cõcitatus eſſet, Claudiusq; eũ liberare ſtatueret, Vitellius, quo Meſſalinæ rem gratã faceret, ſe ab Aſiatico rogatũ eſſe dixit, vt ſibi liceret mortis genus eligere. ² Quod cũ Claudius audiuiſſet, Aſiaticũ necauit; vt quẽ conſcium culpæ, ſe ipſum morte iam damnaſſe exiſtimaret. Eodem anno parua inſula prope Theram inſulam, quæ numquã antea viſa fuerat, apparuit. Sed cũ multi ſeruos ſuos morbo laborantes nõ modo negligenter tractarent, verũ etiam domo expellerẽt, legem tulit, qua lege oẽs huiuſmodi qui cõualuiſſent, liberos eſſe iuſſit.

Cum autẽ Veſpaſianus in Britannia obſideretur a barbaris, atq; in extremum periculũ veniſſet, Titus filius eius, patris ſaluti metuens, incredibili audacia eũ obſidione liberauit, fuditque barbaros, eosq; lõgius inſecutus occidit. Plautius de bello Britannico, quod bene feliciterq; geſſerat, laudatus a Claudio triũphauit. Cnæus vero Domitius Corbulo, qui Prætor in †Germania exercitib. in vnũ condu- Celtica. Gr. ctis vexabat multos, eosq; præſertim qui Cauchi nominãtur, e ſolo hoſtili a Claudio euocatꝰ eſt. Cognita enim eius virtute, exercitationeq; armorũ, amplius eum augeri non permiſit. Quod vbi Corbulo intellexit, in vrbẽ reuerſus eſt; * prius tamen exclamauit, veteres duces fortunatos fuiſſe, quibus licuerit eſſe fortibus ſine periculo; ſe aũt inuidia a Cæſare prohiberi. Claudius tamen ei vt triũpharet conceſſit; eundemq; poſtea exercitui iterum præfecit. Quem cũ ille accepiſſet, eodẽ modo exercebat milites: & quoniã eo tempore pax erat, agrũ qui inter Rhenũ & Moſam interiacet, ab illis perfodi curauit; (is ager patet ad † milia paſſuũ XXI) idq; fecit ne stadia potiſſimũ CLXX. inundãte Oceano flumina reſtagnarent. Interea Meſſalina, cui nõ ſatis erat adulteria committere & ſcortari, (iam enim *cubiculũ habebat in palatio, in quo ſe & primarias fœminas proſtituebat) cupiuit plurib. viris, tãquam legibus id permiſſum eſſet, nubere. Itaq; nupſit Caio Silio; harumq; nuptiarum conuiuium magnificũ & ſumptuoſum fecit; eiq; regiã domũ donauit, in qua cõgeſſit omnes Claudii theſauros pretioſiſsimos; cumque

ad extremum Conſulem deſignauit. Quæ cũ audirentur & viderentur ab omnibus, ea ſolus Claudius ignorabat: qui cum Oſtiam eſſet profectus vt rei frumentariæ prouideret, Meſſalina, Romæ relicta ſimulatione ægræ valetudinis, conuiuium ornauit magnifice & ſplẽdide; in eoq; omnia libidinoſe & petulanter fecit. Itaque Narciſſus Claudio, cũ ſolus eſſet, per pellices ipſius omnia quæ gererẽtur, ſignificauit. Quibus cognitis rebus, Claudius in vrbẽ ſubito reuerſus, magnum numerum hominũ, ſed in primis Mneſterem occidit: poſt ipſam quoq; Meſſalinã iugulauit: nec multo tempore poſt, Agrippinam fratris ſui filiam & matrem eius Domitii qui Nero cognominatus eſt, in vxorem duxit. Erat enim fœmina egregia forma; ad quam ipſe antea ſæpenumero accedebat, eaq; cum Claudio vt patruo ſola conuerſabatur libidinoſius quã neptem deceret. Igitur Agrippina, vt primũ regalem poteſtatẽ habuit, Claudium ſibi deuinxit; (erat enim acris fœmina & induſtria in rebus gerendis) eosq; quos a Claudio diligi animaduerterat, minis atq; beneficiis ſuos fecit. Ea Claudio, liberos habenti, perſuaſit vt filium ſuum adoptaret; eumq; interim ad principatum exercebat, dũ a Seneca inſtitui atq; erudiri curaret. Huic etiã quam maximas opes cõparauit: nihil enim tam paruum erat aut vile, quod pecuniæ cauſa non faceret; colebatq; eos qui aliquantum locupletes erant, & complures ob eandem cauſam occidebat: multas illuſtres & nobiles fœminas nonnulla inuidia perdidit; in quarum numero fuit Lollia Paulina; quæ ab ea propterea necata eſt, quod ſe Claudio nupturam eſſe aliquando ſperauerat: cuius caput ad ſe perlatum cum nõ agnoſceret, os eius manu ſua aperuit, vt dentes inſpiceret, quos illa non perinde vt ceteræ ſolent habuerat. Itaque Agrippina repente altera Meſſalina facta eſt; præſertim cum Senatus ampliſſimos honores ei decerneret, & in primis, vt in conuentibus publicis carpento vteretur. Sed cum Claudius Neronem filium eius adoptaſſet, eumq; ſibi poſteà generum faceret emancipata filia, ne fratres matrimonio coniungi viderentur, magnũ prodigium exſtitit. nam eo die cœlũ ardere viſum eſt. Cupiuit Claudius nauale prœliũ in quodam lacu apparare; cuius muro de lignea materia ædificato, defixisq; trabibus, eo magnam

τέλος ὕπατον ἀπέφηνε. ταῦτ' οὖν καὶ ὑπὸ πάντων ἀκουόμενα καὶ ὁρώμενα, τὸν γοῦν Κλαύδιον ἐλελήθει· ὡς δ' οὗτός τε ἐς τὰ Ὤστια πρὸς ἐπίσκεψιν σίτου κατέβη, καὶ ἐκείνη ἐν τῇ Ῥώμῃ προφάσει ὡς καὶ νοσοῦσα ὑπελείφθη, συμπόσιόν τι περιβόητον συνεκρότησε, καὶ κῶμον ἀσελγέστατον ἐκώμασεν· ἐνταῦθα ὁ Νάρκισσος μονωθέντι τῷ Κλαυδίῳ μηνύει διὰ τῶν παλλακῶν αὐτοῦ πάντα τὰ γιγνόμενα. ὅθεν ὑποστρέψας παραχρῆμα ἐς τὴν πόλιν, ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τὸν Μνηστῆρα ἐθανάτωσε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τὴν Μεσσαλῖναν ἀπέσφαξε. Καὶ μετ' ὀλίγον τὴν ἀδελφιδῆν Ἀγριππῖναν ἔγημε, τὴν τοῦ Δομιτίου τοῦ Νέρωνος ἐπονομασθέντος μητέρα. καὶ γὰρ καλὴ ἦν, καὶ συνεχῶς αὐτῷ προσεφοίτα· μόνη τε ὡς καὶ θείῳ συνεγίγνετο, καὶ ξυφερώτερον ἢ καὶ * ἀδελφιδῇ προσεφέρετο. ὡς δ' ἅπαξ ἐν τῇ βασιλείᾳ ἡ Ἀγριππῖνα ἐγένετο, τόν τε Κλαύδιον ἐσφετερίσατο, δεινοτάτη που οὖσα πράγμασι χρήσασθαι, καὶ τοὺς τινὰ αὐτοῦ εὔνοιαν ἔχοντας, τὰ μὲν φόβῳ, τὰ δὲ εὐεργεσίαις ᾠκειώσατο. τόν τε υἱὸν εἰσποιήσασθαι τὸν Κλαύδιον ἀναπείσασα, καίτοι παῖδας ἔχοντα, ἐς τὸ κράτος ἐξήσκει, καὶ παρὰ τῷ Σενέκᾳ ἐξεπαίδευε. πλοῦτόν τε ἀμύθητον αὐτῷ συνέλεγεν, οὐδὲν οὔτε τῶν σμικροτάτων, οὔτε τῶν ἀτιμοτάτων ἐπ' ἀργυρισμῷ παραλείπουσα, ἀλλὰ πάντα μὲν καὶ τὸν ὁπωσοῦν εὐποροῦντα θεραπεύουσα, πολλοὺς δὲ καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο φονεύουσα. ἤδη δέ τινας καὶ τῶν ἐπιφανῶν γυναικῶν ζηλοτυπήσασα ἔφθειρε, καὶ τήν τε Παυλῖναν τὴν Λολλίαν, ὅτι ἐλπίδα τινὰ εἰς τὴν τοῦ Κλαυδίου συνοίκησιν ἐσχήκει, ἀπέκτεινε· τήν τε κεφαλὴν αὐτῆς κομισθεῖσαν αὐτῇ, μὴ γνωρίσασα, τό τε στόμα αὐτῆς αὐτοχειρίᾳ ἠνέῳξε, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐπεσκέψατο, ἰδίως πως ἔχοντας. καὶ ἡ μὲν ταχὺ καὶ αὐτὴ Μεσσαλῖνα ἐγένετο, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ τιμὰς ἄλλας τε, καὶ * τὸ καρπεντῷ ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι, παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβεν. Ὁπότε δὲ ὁ Κλαύδιος τὸν Νέρωνα τὸν υἱὸν αὐτῆς εἰσεποιήσατό τε καὶ γαμβρὸν ἐποιήσατο, τὴν θυγατέρα ἐς ἕτερόν τι γένος ἐκποιήσας, ἵνα μὴ ἀδελφοὺς συνοικίζειν δοκῇ, τέρας οὐ μικρὸν ἐγένετο. καίεσθαι γὰρ ὁ οὐρανὸς τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἔδοξεν. Ἐν δέ τινι λίμνῃ ναυμαχίαν ὁ Κλαύδιος ἐπεθύμησε ποιῆσαι· τεῖχός τε ξύλινον περὶ αὐτὴν κατεσκεύασε, καὶ ἰκρία ἔπηξε· πλῆθός τε

ἀναρίθμη-

τριακοσίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν, Ῥωμαίους ἔμφυλος ὀλεῖ στάσις: *Hinc ter trecētis circumuoluentibus annis, Seditio perdet Romanos.* Cumq; Nero populi conſolandi cauſa hos verſus nuſquam repertos eſſe diceret, mutata ſententia hunc verſum, vt vere Sibyllinum, canere cœperũt: Ἔσχατος Αἰνεαδῶν μητροκτόνος ἡγεμονεύσει, *Vltimus AEneadum matrem necat Induperator.* id quod accidit, ſiue vere prædictũ diuino oraculo, ſiue afflatu multitudinis ex ſtatu rerum qui tum erat. nam is vltimus ex Iulii familia, quæ ab Ænea pfecta erat, regnauit. Nero magnam pecuniam a priuatis & populis prætextu iſtius incendii partim vi, partim de voluntate ipſorũ exegit; & populo diuiſionem frumẽti abſtulit. Quæ dum ab Nerone gererentur, nũtius ex Armenia, laurusq; parta victoria ad eum allata eſt. Nam Corbulo, reſtituta exercitataq; re militari, quæ iam antea diſperſa & neglecta erat, Vologæſum regem Parthorum, & Teridatem principem Armeniæ, aduẽtu ſuo perterruit. Is *non ſolum genere clarus & viribus corporis, ſed etiam prudentiſſimus erat, poteratque cum veteribus Romanis comparari; vir magna fortitudine, & iuſtitia & fide, non modo in ſuos, ſed etiam in hoſtes. Cuius rei cauſa Nero eum pro ſe ad bellum gerendum miſit; eique tantam poteſtatem dedit, quantam vnquam nemini. Credidit enim eum ſuperaturũ eſſe barbaros, & ſecum in fide perpetuo mãſurum: quibus in rebus haud eum fefellit opinio. Nam Corbulo reliquos homines ob hanc vnam cauſam offendit, quod Neroni fidem ſeruaret; *eumq; dum principem pro illo habere cuperent, hac in re dumtaxat non probabant. Corbulo Artaxata abſq; pugna cepit, vrbemque diruit: poſt ad Tigranocerta contendit: regioni eorum parcebat qui deditionem facerent: agros vero vrbesque eorum qui reſiſterent, depopulabatur: ſicque & illa a volentibus capiebat. Cumque alia multa præclare & glorioſe faceret, Vologæſum, licet horribilem & formidoloſum hoſtem, adduxit ad fœdera facienda pro dignitate populi Romani. Itaque Corbulo magnam potentiam & gloriam adeptus, cum poſſet facillime Imperator deſignari, omnibus hominibus Neroni grauiter infenſis, cunctaſque res ipſius admirantibus,

non modo nihil vmquam molitus, accuſatusque numquam eſt, ſed tum etiam magis continens fuit. At Seneca & Rufus præfectus prætorii, cũ aliis viris illuſtribus contra Neronem coniurauerunt. Non enim amplius eius turpitudinem perferre, non petulantiam, non crudelitatem poterãt. Itaq; ſe, atque illum ſimul, his malis liberari cupiebant; idque palam Sulpicius † Aſper cẽturio, & † Subrius Flauius tribunus ſtipatorum militum, apud Neronem confeſſi ſunt. Horum ille, rogatus a Nerone cauſam coniurationis, reſpondit; *Quoniam*, inquit, *alio pacto tibi nõ poteram ſubuenire*. Flauius vero: *Dilexi te*, inquit, *& odi ſupra omnes homines. Dilexi, quod te ſperabam bonum principẽ fore: odi, quod hæc facias. non enim poſſum aurigæ & citharœdo ſeruire*. Hi, patefacta coniuratione, atque alii multi, horum cauſa ſupplicio affecti ſunt. Nam ſi cui crimina poterant inferri ex effuſa lætitia, mœrore, ſermone, nutu, iis criminibus illatis fides habebatur: nec erat vllum crimen, licet confictum eſſet, quod non ob ea quæ vere a Nerone facta fuerãt, credibile videretur. Qua in re amici mali multorum ſeruiq; plurimum potuerunt. nam alienos quidem ſeruos atque inimicos, quod eos habebãt ſuſpectos, cauebãt: ſuis autem ſe vel inuiti patefaciebant. ac de reliquis quidem dicere difficile eſt: Seneca vero Paulinam vxorem interficere voluit. dicebat enim ſe ei perſuaſiſſe mortẽ contemnere, eamq; ſecum vna mortem obire cupiuiſſe. igitur eius quoq; Seneca venas incidit: ſed cum is difficile moreretur, militibus mortem ei accelerantibus, ante mortuus eſt q̃ vxor. Ita Paulina ſuperſtes fuit: neque prius ſibi manus attulit, quã libellum quem ſcribebat, ceteraque emendauiſſet; quę non audebat apud quemq̃ deponere; metuens ne, ſi forte in manus Neronis veniſſent, interirent. Itaque Seneca hoc modo diſceſſit e vita: licet, vt homo imbecillo animo, Neroni conſuetudinem, quam cum ipſo habuiſſet, exprobraret, ſuasque facultates omnes propter ædificia, quę exſtruebantur, contuliſſet. Fratres Senecæ poſtea interfecti ſunt. Thraſea quoq; & Soranus, qui nobilitate, opibus, ac omni genere virtutis, primas partes tenebant, etſi culpam coniurationis non ſuſtinuerunt, tamen propterea quod tales erant, poſtea mortui ſunt. Contra Soranum Publios

Aper, al. Subius, al.

ἀποδέξασθαι, οὔτε ἐνεωτέρισέ τι, οὔτε ἠτιάθη, ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον ἐμετρίαζεν. ὁ γὰρ δὴ Σενέκας καὶ ὁ Ῥοῦφος ὁ ἔπαρχος, ἄλλοι τέ τινες τῶν ἐπιφανῶν, ἐπεβούλευσαν τῷ Νέρωνι· οὔτε γὰρ τὴν ἀσχημοσύνην, οὔτε τὴν ἀσέλγειαν, οὔτε τὴν ὠμότητα αὐτοῦ ἔτι φέρειν ἠδύναντο. αὐτοί τε οὖν ἅμα τῶν κακῶν τούτων ἀπαλλαγῆναι, κἀκεῖνον ἐλευθερῶσαι ἠθέλησαν, ὥσπερ αὐτίκα Σουλπίκιός τε *Ἄσπερ ἑκατόνταρχος, καὶ *Σούβιος Φλάβιος χιλίαρχος, ἐκ τῶν σωματοφυλάκων ὄντες, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Νέρωνα ὡμολόγησαν. ἐκεῖνός τε γὰρ ἐρωτηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ τὴν αἰτίαν τῆς ἐπιθέσεως, εἶπεν ὅτι Ἄλλως σοι βοηθῆσαι οὐκ ἠδυνάμην· καὶ ὁ Φλάβιος, Καὶ ἐφίλησά σε, εἶπε, πάντων μᾶλλον, καὶ ἐμίσησα· ἐφίλησα μὲν, ἐλπίσας ἀγαθὸν αὐτοκράτορα ἔσεσθαι· ἐμίσησα δὲ, ὅτι ταῦτα καὶ τὰ ποιεῖς. οὔτε γὰρ ἁρματηλάτῃ οὔτε κιθαρῳδῷ δουλεύειν δύναμαι. μηνύσεως οὖν γενομένης, οὗτοί τε ἐκολάσθησαν, καὶ ἄλλοι δι' αὐτοὺς πολλοί. πᾶν γὰρ ὅ τι τις ἐγκαλέσαι τῳ ἐκ περιχαρείας καὶ λύπης, ῥημάτων τε καὶ νευμάτων, οἷόστε ἦν, καὶ ἐπεφέρετο καὶ ἐπιστεύετο· οὐδὲ ἔστιν ὅ τι τῶν ἐγκλημάτων, εἰ καὶ ἐπέπλαστο, ἀπιστεῖσθαι διὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν τοῦ Νέρωνος ἔργων ἠδύνατο. καὶ διὰ τοῦτ' ἐς τὰ μάλιστα οἵ τε φίλοι οἱ πονηροὶ καὶ οἰκέται δεινοὶ ἤνθησαν. τοὺς μὲν γὰρ ἀλλοτρίους τούς τε ἐχθροὺς ὑποπτεύοντες, ἐφυλάσσοντο, πρὸς δὲ δὴ τοὺς συνόντας καὶ ἄκοντες ἐγυμνοῦντο. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων τῶν ἀπολωλότων πολὺ ἔργον εἰπεῖν· ὁ δὲ δὴ Σενέκας ἠθέλησε μὲν καὶ τὴν γυναῖκα Παυλῖναν ἀποκτεῖναι, λέγων πεπεικέναι αὐτὴν τοῦ τε θανάτου καταφρονῆσαι, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ μεταλλαγῆς ἐπιθυμῆσαι· καὶ ἔσχισε καὶ τὰς *ἐκείνου φλέβας. δυσθανατήσας δὲ δὴ, καὶ πρὸς τὸν ὄλεθρον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐπειχθεὶς, προαπηλλάγη αὐτῆς, καὶ οὕτως ἡ Παυλῖνα περιεγένετο. οὐ μέντοι πρότερον ἑαυτοῦ ἥψατο, πρίν τό τε βιβλίον ὃ συνέγραφεν ἐπανορθῶσαι, καὶ τἄλλα (ἐδεδίει γὰρ μὴ καὶ ἐς τὸν Νέρωνα ἐλθόντα φθαρῇ) παρακαταθέσθαι τισί. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐτελεύτησε, καίπερ τήν τε συνουσίαν τὴν πρὸς αὐτὸν, ὡς καὶ ἀσθενῶν, *προφερόμενος, καὶ πᾶσαν αὐτῷ τὴν οὐσίαν ἐπὶ τῇ τῶν οἰκοδομουμένων προφάσει κεχαρισμένος· καὶ οἱ ἀδελφοὶ ὕστερον ἐπαπώλοντο. ὁ δὲ δὴ Θρασέας καὶ ὁ Σωρανὸς, καὶ γένους καὶ πλούτου τῆς τε συμπάσης ἀρετῆς τὰ πρῶτα ἀνήκοντες, ἐπιβουλῆς μὲν αἰτίαν οὐκ ἔσχον, ἀπέθανον δὲ καὶ αὐτοὶ ὅτι τοιοῦτοι ἦσαν. καὶ τοῦ γε Σωρανοῦ Πού-

πλιος Ἐγνάτιος Κέλωρ φιλόσοφος κατεψευδομαρτύρησε. δύο γὰρ ἀνδρῶν συνόντων αὐτῷ, Κασσίου τε Ἀσκληπιοδότου Νικαέως καὶ ἐκείνου Βηρυτίου, ὁ μὲν Ἀσκληπιόδοτος οὐχ ὅπως κατεῖπέ τι αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον καλοκἀγαθίαν οἱ προσεμαρτύρησε· καὶ διὰ τοῦτο τότε μὲν ἔφυγεν, ὕστερον δὲ ἐπὶ Γάλβου κατήχθη. ὁ δὲ δὴ Πούπλιος ἐπὶ μὲν τῇ συκοφαντίᾳ καὶ χρήματα καὶ τιμὰς ἔλαβε, καθάπερ οἱ ἄλλοι οἱ τοιοῦτόν τι ποιήσαντες· μετὰ δὲ τοῦτο ἐξωρίσθη. Σωρανὸς μὲν οὖν, ὡς καὶ μαγεύματί τινι διὰ τῆς θυγατρὸς κεχρημένος, ἐπειδὴ νοσήσαντος αὐτοῦ θυσίαν τινὰ ἐθύσαντο, ἐσφάγη· Θρασέας δέ, ὅτι οὔτε ἐς τὸ βουλευτήριον συνεχῶς, ὡς οὐκ ἀρεσκόμενος τοῖς ψηφιζομένοις, ἀπήντα, οὔτ᾽ ἤκουσέ ποτε αὐτοῦ κιθαρῳδοῦντος, οὔτε ἔθυσε τῇ ἱερᾷ αὐτοῦ φωνῇ, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, οὔτε ἐπεδείξατο οὐδέν· καίτοι ἐν *Παταβίῳ τῇ πατρίδι τραγῳδίαν κατά τι πάτριον ἐν ἑορτῇ τινὶ τριακονταετηρίδι ὑποκρινάμενος. ἐντεμὼν οὖν τὴν φλέβα, ἀνέτεινε τὴν χεῖρα, καὶ ἔφη, Σοὶ τοῦτο τὸ αἷμα, ὦ Ζεῦ ἐλευθέριε, σπένδω. Καὶ τί ἄν τις θαυμάσειεν εἰ τοιαῦτα [αὐτὸν] ἐπήχθη, ὁπότε τις, ὅτι πρὸς τῇ ἀγορᾷ ᾤκει, καὶ ἐργαστήρια ἐξεμίσθου, ἢ καὶ φίλους τινὰς εἰς αὐτὰ ὑπεδέχετο· καὶ ἄλλος, ὅτι τοῦ Κασσίου τοῦ τὸν Καίσαρα ἀποκτείναντος εἰκόνα εἶχε, καὶ ἐκρίθησαν καὶ ἐφονεύθησαν. Ἄξιον δὲ μνημονεῦσαι καὶ γυναικός τινος Ἐπιχάριτος. αὕτη γὰρ ἔν τε τῇ συνωμοσίᾳ ἐξετασθεῖσα, καὶ πᾶσαν αὐτὴν ἀκριβῶς πιστευθεῖσα, οὐδὲν τὸ παράπαν, καίπερ πολλάκις ὑπὸ τῆς Τιγελλίνου δεινότητος βασανισθεῖσα, ἐξέφηνε. Τί δ᾽ ἄν τις καταλέξειεν ὅσα ἐπὶ τῇ ἐπιβουλῇ ταύτῃ ἢ τοῖς δορυφόροις ἐδόθη, ἢ τῷ τε Νέρωνι καὶ τοῖς αὐτοῦ φίλοις ὑπέρογκα ἐψηφίσθη; Ῥοῦφος μέντοι Μουσώνιος ὁ φιλόσοφος ἐπὶ τούτοις ἐφυγαδεύθη, καὶ ἡ Σαβῖνα ὑπὸ τοῦ Νέρωνος τότε ἀπέθανε. κυούσῃ γὰρ αὐτῇ λάξ, εἴτε ἑκὼν εἴτε ἄκων, ἐνέθορεν. ἡ δὲ δὴ Σαβῖνα αὕτη οὕτως ὑπερετρύφησεν, (ἐκ γὰρ τῶν βραχυτάτων πάντα δηλωθήσεται) ὥστε τάς τε ἡμιόνους τὰς ἀγούσας αὐτὴν ἐπίχρυσα σπαρτία ὑποδεῖσθαι, καὶ ὄνους πεντακοσίας ἀρτιτόκους καθ᾽ ἡμέραν ἀμέλγεσθαι, ἵν᾽ ἐν τῷ γάλακτι αὐτῶν λούηται. τήν τε γὰρ ὥραν καὶ τὴν λαμπρότητα τοῦ σώματος λαμπρῶς ἐσπουδάκει, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ εὐπρεπῆ ποτε αὐτὴν ἐν κατόπτρῳ ἰδοῦσα, ηὔξατο τελευτῆσαι πρὶν παρηβῆσαι.

blius Egnatius Celer philoſophus falſum teſtimoniũ dixit. Cum enim duo homines præcipue cum Sorano verſarentur, Caſpius Aſclepiodotus Nicæus, & ille Berytius, Aſclepiodotus nõ modo nihil in eum dixit, ſed contra bonitatem integritatemque eius confirmauit. quamobrem tunc in exſilium miſſus eſt; licet eum Galba Imperator poſtea reſtituerit. Publius vero, quod eum calumniatus erat, pecuniam & honores adeptus eſt, vt ceteri omnes qui idem fecerant; quamuis poſtea in exſiliũ miſſus ſit. Soranꝰ ergo, quod vſus eſſe artibus magicis diceretur opera filię ſuæ, factis Nerone ægrotante ſacrificiis, occiſus eſt. Thraſea propterea moritur, quod raro, tamquam minime approbaret Senatus decreta, in Senatum venerat; & quod numquã Neronem audiuerat, dum cithara caneret; neq; voci eius ſacrę, vt reliqui omnes, ſacrificauerat, *aut approbauerat quidquã eius generis: *quamquam Pataui in patria tragœdiã egit, vt mos erat in quibuſdam ludis, qui trigeſimo quoq; anno fieri conſueuerant. Hic cum venam ſecuiſſet, porrecta manu ait; *Hunc tibi Iupiter libertatis patrone ſanguinẽ libo.* Neq; vero mirari quiſquam debet, ſi Nero huiuſmodi rebus ad homines interficiendos adducebatur, quando ab eo homines duo, quod alter eorũ habitaret in foro, & tabernas conduceret, amicosq; in eas reciperet; alter, quod ſtatuam Caſſii haberet, eius qui Cæſarẽ interfecerat, damnati, interfecti ſunt. Hoc loco prętereũda non eſt Epicharis mulier; de qua cũ quæſtio haberetur de coniuratione, cuius ipſa in primis cõſcia fuerat, ac crebris tormentis adhibitis ſæuitia Tigellini cruciaretur, nihil vmquã patefecit. Quis vero recẽſere poſſet ea quæ huius coniurationis cauſa prætorianis militibus data; aut ampliſſima atque magnificentiſſima decreta, quæ de Nerone amicis ve eius facta ſunt? Rufus Muſonius philoſophꝰ his de cauſis in exſiliũ miſſus eſt; & Sabina eſt a Nerone interfecta; quã prægnantem ſeu volens, ſeu per imprudentiã, calcibus oppreſſit. Sabina vero adeo delicate vixit, vt (nã hoc vno breuiter cognito res manifeſta erit) mulas quib. agebatur, haberet aureis *funib. ſubligatas; & quingẽtæ aſinæ, quæ ꝓxime peperiſſẽt, quotidie mulgerẽtur, vt ipſa earũ lacte lauaretur. Formã enim & nitorẽ corporis magno ſtudio curabat. nã cum aliquando ſe non ſatis bona forma in ſpeculo cerneret, mori prius quã ſeneſceret, optauit.

Nero tanto eius deſiderio teneri cœpit, vt puerum libertũ (is Sporus nominabatur) exſecari iuſſerit, quod Sabinæ ſimillimus erat; eoque in ceteris rebus pro vxore vſus ſit. Quinetiam progrediente tempore eũ in vxorem duxit; quamquam ipſe nupſit Pythagoræ *liberto; dotemq; ei per ſyngrapham conſtituit: quas nuptias populus Romanus celebrauit vna cum ceteris gentibus: licet hæc poſtea facta ſint. Sed tunc, vt paulo ante dicebam, mors quamplurimis allata eſt; multique etiam, ſalute a Tigellino magna pecunia redempta, liberati ſunt.

Nero cũ multa ridicule faceret, tum aliquando in orcheſtram inſpectante vniuerſo populo conſcendit; ibiq; quædam poemata ſua ſcripta de reb. Troianis legit: propter quæ, vt ꝓpter cetera omnia quæ faciebat, ſacrificia multa facta ſunt. Cogitabat de rebus geſtis Romanorum verſibus ſcribere; *cum tamen euolueret magnũ numerum librorum, antequam aliquid eorum componeret. Qua in re præter ceteros adhibebat Annęum Cornutum, virum illis temporib. doctrina & eruditione clariſſimum: quem tamẽ parum abfuit quin interfici iuſſerit; eum quidem certe in inſulam relegauit, propterea quod, nonnullis exiſtimantibus quadringentos libros a Nerone ſcribi oportere, nimium multos eſſe dixit. cumq; alter ita obiiceret; *Atqui Chryſippus, quem tu laudas & imitaris, multo plures compoſuit*; illos vtiles eſſe vitæ hominum reſpondit. Huius rei cauſa Cornutus exſilio mulctatus eſt. Lucano vero, ꝙ arte poetica clarus erat, vetitum fuit ne carmen faceret. Ceterum Caio Teleſino, & Suetonio Paulino Cõſulibus duo facta ſunt, quorum vnum honeſtiſſimũ, alterum turpiſſimum fuit. Nam Nero certauit inter citharœdos, eique victori magno applauſu corona impoſita eſt; perfectiſque ludis citharœdorum, in circo currus agitauit. Et Teridates, habens ſecum non ſolum ſuos, ſed etiam Vologæſi, Pacori, & Monobazi liberos, Romam deductus eſt; fuitque eorum iter vt in triumphis per omnes regiones ab Euphrate. Vigebat Teridates ætate, forma, nobilitate, prudentia, magnoque famulorum comitatu & apparatu regio; conſequebantur eum tria milia equitum Parthorum, cum frequentibus Romanis; eumque vrbes magnifice ornatæ, ac populi

καὶ οὕτως γε αὐτὴν ὁ Νέρων ἐπόθησεν, ὥστε καὶ παῖδα ἀπελεύθερον, ὃν Σπόρον *ὠνόμαζεν, ἐκτεμών, ἐπειδὴ τῇ Σαβίνῃ προσεῴκει, τά τε ἄλλα ὡς γυναικὶ αὐτῷ ἐχρῆτο, καὶ προϊόντος τοῦ χρόνου καὶ ἔγημεν αὐτόν· καίπερ Πυθαγόρᾳ τινὶ ἐξελευθέρῳ *γεγαμημένος· καὶ προῖκα αὐτῷ κατὰ συγγραφὴν ἔνειμε, καὶ τοὺς γάμους σφῶν δημοσίᾳ οἵ τε ἄλλοι καὶ αὐτοὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἑώρτασαν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο· τότε δὲ πολλοὶ μὲν (ὥσπερ εἶπον) ἐθανατώθησαν, πολλοὶ δὲ καὶ μεγάλων χρημάτων τὴν σωτηρίαν παρὰ τοῦ Τιγελλίνου ἐκπριάμενοι, ἀπελύθησαν. Ὁ δὲ Νέρων ἄλλα τε γελοῖα ἔπραττε, καί ποτε καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ θεάτρου ὀρχήστραν ἐν πανδήμῳ τινὶ θέᾳ κατέβη, καὶ ἀνέγνω Τρωϊκά τινα ἑαυτοῦ ποιήματα· καὶ ἐπ᾽ αὐτοῖς θυσίαι πολλαί, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν οἷς ἔπραττεν, ἐγένοντο. παρεσκευάζετο δὲ ὡς καὶ τὰς τῶν Ῥωμαίων πράξεις ἁπάσας συγγράψων ἐν ἔπεσι· *καὶ περί γε τοῦ πλήθους τῶν βιβλίων, πρὶν καὶ ὁποιονοῦν αὐτῶν συντεθῆναι, ἐσκέψατο, παραλαβὼν ἄλλους τε καὶ Ἀνναῖον Κορνοῦτον, εὐδοκιμοῦντα τότε τε ἐπὶ παιδείᾳ· καὶ αὐτὸν ὀλίγου μὲν καὶ ἀπέκτεινεν, ἐς νῆσον δ᾽ οὖν ἐνέβαλεν, ὅτι τινῶν *τετρακόσια ἀξιούντων αὐτὸν βιβλία γράψαι, πολλά τε αὐτὰ εἶναι ἔφη, καὶ μηδένα αὐτὰ ἀναγνώσεσθαι. καί τινος εἰπόντος, Καὶ μὴν Χρύσιππος ὃν ἐπαινεῖς καὶ ζηλοῖς, πολὺ πλείω συνέθηκεν, ἀπεκρίνατο ὅτι, Ἀλλ᾽ ἐκεῖνα χρήσιμα τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ ἐστίν. ὁ μὲν οὖν Κορνοῦτος φυγὴν ἐπὶ τούτῳ ὦφλεν. ὁ δὲ δὴ *Λουκανὸς ἐκωλύθη ποιεῖν, ἐπειδὴ ἰσχυρῶς *ὑπὸ τῇ ποιήσει ἐπῃνεῖτο. Ἐπὶ δὲ Γαΐου Τελεσίνου καὶ ἐπὶ *Σουτωνίου Παυλίνου ὑπάτων, ἐνδοξότατόν τε ἅμα ἔργον καὶ ἕτερον αἴσχιστον ἐγένετο. *ὅ τε γὰρ Νέρων ἐν τοῖς κιθαρῳδοῖς ἠγωνίσατο, καὶ νικητήρια αὐτῷ μὲν ἐκρότουν, τοῦ τε κιθαρῳδίας διδασκάλου ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ποιησάμενος ἡνιόχησε. καὶ ὁ Τηριδάτης ἐς τὴν Ῥώμην οὐχ ὅτι τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τοῦ Ὀλογαίσου, τοῦ τε Πακόρου καὶ τοῦ Μονοβάζου ἄγων, ἀνήχθη· καὶ ἐγένετο αὐτῶν πομπὴ διὰ πάσης τῆς ἀπὸ τοῦ Εὐφράτου γῆς ὥσπερ ἐν ἐπινικίοις. αὐτός τε γὰρ ὁ Τηριδάτης καὶ ἡλικίᾳ καὶ κάλλει καὶ γένει καὶ φρονήματι ἤνθει, καὶ ἡ θεραπεία ἥ τε παρασκευὴ ἡ βασιλικὴ πᾶσα αὐτῷ συνηκολούθει· τρισχίλιοί τε ἱππεῖς τῶν Πάρθων καὶ χωρὶς ἕτεροι Ῥωμαίων συχνοὶ συνείποντο. καὶ αὐτοὺς αἵ τε πόλεις λαμπρῶς κεκοσμημέναι, καὶ οἱ δῆμοι

πολλὰ καὶ χαρίεντα ἀναβοῶντες ὑπεδέχοντο· τά τε ἐπιτήδεια πάντα προῖκα εἶχον, ὥστε εἴκοσι μυριάδας τὸ ἡμερήσιον ἀνάλωμα τῷ δημοσίῳ λογισθῆναι· καὶ τοῦτο ἐπ' ἐννέα μῆνας οἷς ὡδοιπόρησαν, ὁμοίως ἐγένετο. ἵππευσε δὲ πανταχῇ μέχρι τῆς Ἰταλίας, καὶ αὐτῷ ἡ γυνὴ συμπαρίππευε, κράνος χρυσοῦν ἀντὶ καλύπτρας ἔχουσα, ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι παρὰ τὰ πάτρια. ἐν δὲ τῇ Ἰταλίᾳ ζεύγεσι πεμφθεῖσιν ὑπὸ τοῦ Νέρωνος ἐκομίσθη, καὶ διὰ Πικεντίνων ἐς Νέαν πόλιν πρὸς αὐτὸν ἀφίκετο. οὐ μέντοι καὶ τὸν ἀκινάκην, ὅτε προσῄει αὐτῷ, καταθέσθαι, καίπερ κελευσθείς, ἠθέλησεν, ἀλλ' ἥλοις αὐτὸν τῷ κολεῷ προσέπηξε· καίτοι καὶ ἐς γῆν τὸ γόνυ καθείς, καὶ τὰς χεῖρας ἐπαλλάξας, δεσπότην τε αὐτὸν ὀνομάσας καὶ προσκυνήσας. ὁ οὖν Νέρων καὶ ἐπὶ τούτῳ αὐτὸν θαυμάσας, τοῖς τε ἄλλοις ἐδεξιώσατο, καὶ μονομαχίας ἐν Ποτιόλοις ἔθετο. ἠγωνοθέτησε δὲ Πατρόβιος ἐξελεύθερος αὐτοῦ· καὶ τοσαύτῃ γε τῇ λαμπρότητι καὶ τῇ δαπάνῃ ἐχρήσατο, ὥστε ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ μηδένα ἄλλον πλὴν Αἰθιόπων καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παίδων, εἰς τὸ θέατρον εἰσελθεῖν· καὶ (ἔδει γὰρ τῷ Πατροβίῳ τιμήν τινα διὰ ταῦτα ἀμείψασθαι) ἐτόξευσεν ὁ Τηριδάτης ἄνωθεν ἐκ τῆς ἕδρας θηρία· καὶ δύο γε ταύρους μιᾷ ἅμα βολῇ (εἴ γέ τῳ πιστὸν) διέτρωσε καὶ ἀπέκτεινε. Μετὰ δὲ τοῦτο ἔς τε τὴν Ῥώμην αὐτὸν ὁ Νέρων ἀνήγαγε, καὶ τὸ διάδημα αὐτῷ ἐπέθηκε. καὶ πᾶσα μὲν ἡ πόλις ἐκεκόσμητο καὶ φωσὶ καὶ στεφανώμασιν, οἵ τε ἄνθρωποι πολλοὶ πανταχόθεν ἑωρῶντο. μάλιστα δὲ ἡ ἀγορὰ ἐπεπλήρωτο. τὸ μὲν γὰρ μέσον αὐτῆς ὁ δῆμος λευχειμονῶν καὶ δαφνηφορῶν κατὰ τέλη εἶχε, τὰ δ' ἄλλα οἱ στρατιῶται, λαμπρότατα ὡπλισμένοι· ὥστε καὶ τὰ ὅπλα αὐτῶν καὶ τὰ σημεῖα ἀστράπτειν. οἵ τε κέραμοι καὶ αὐτοὶ πάντων τῶν τῇδε οἰκοδομημάτων ἐκρύπτοντο ὑπὸ τῶν ἀναβεβηκότων. τούτων δ' οὕτως ἐκ νυκτὸς προπαρασκευασθέντων, εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἀγορὰν ὁ Νέρων ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, τὴν ἐσθῆτα τὴν ἐπινίκιον ἐνδεδυκώς, σύν τε τῇ βουλῇ καὶ σὺν τοῖς δορυφόροις· καὶ ἐπί τε τὸ βῆμα ἀνέβη, καὶ ἐπὶ δίφρου ἀρχικοῦ ἐκαθέζετο. καὶ μετὰ τοῦτο ὅ τε Τηριδάτης καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ διά τε στοίχων ὁπλιτῶν ἑκατέρωθεν παρατεταγμένων διῆλθον, καὶ πρὸς τῷ βήματι προστάντες, προσεκύνησαν αὐτόν, ὥσπερ καὶ πρότερον. κραυγῆς τε ἐπὶ τούτῳ πολλῆς συμβάσης, ἐξεπλάγη τε ὁ Τηριδάτης, καὶ ἄφωνος χρόνον τινά, ὡς καὶ ἀπολλύμενος,

magnis lætiſque clamoribus excipiebant: quęque neceſſaria erant, omnia gratis ei præſtabantur. In quam rem populus Romanus ſumptum faciebat ſingulis dieb. †octingenta ſeſtertia: idque nouem menſibus, quibus iter fecit, factum eſt. Teridates equo vbique vehebatur, quouſque in Italiam venit: itidem vxor eius faciebat: gerebatque galeam auream pro* integumento, ne contra morem patriæ conſpiceretur. In Italia vehi cœpit curribus a Nerone miſſis: ad eumque Neapolim per agrum †Picentinum venit. Dum Neronem conueniret, quamquam iuſſus eſt gladium quem gerebat, deponere, tamen noluit; ſed eum vaginæ clauis affixit: quamuis illum genu flexo, ac manus viciſſim *ad cęlum tendens, veneratus Dominum appellauerit. Hũc Nero ob eam cauſam admiratus, benigne & comiter excipit, ac præter cetera ludos gladiatorios Puteolis facit. Præfectus ludorum fuit Patrobius libertus eius: tantaque fuit eorum magnificentia atque ſumptus, vt vnius diei ſpatio nemo preter viros & mulieres & pueros Æthiopes, amphitheatrum ingrederetur: *quibus de cauſis Patrobius aliquo honore dignus erat. Ibi Teridates de ſuperiore loco in quo ſedebat, belluas iaculo traiecit: duoſque tauros vno ictu (ſi tamen credibile eſt) vulnerauit ac confecit. His perfectis rebus, Nero Romam eum adduxit, eique diadema impoſuit. Ibi tota vrbe luminibus ſertiſque ornata, magna viſa eſt vbique hominum multitudo; ſed forum in primis refertum erat. nam populus albatus laureatuſque certis ordinibus medium forum tenuit; cetera tenebant milites armati ſplendidiſſime, eorumq; arma & ſigna relucebant inſtar fulguris; nulliuſque apparebant ædificii tecta, propter multitudinem eorum qui in ea aſcenderant. Quibus rebus de nocte comparatis, Nero ornatus veſte triumphali, prima luce forum introiit cum Senatu & Prætorianis militibus: deinde tribunal conſcendit, & in ſede principali conſedit. Teridates cum iis quos ſecum habebat, per ordines armatorum, qui vtrimque inſtructi fuerãt, tranſiit: poſt, vbi ad tribunal veniunt, Neronem, vt antea fecerant, venerantur. Quas ob res editis magnis clamoribus, Teridates perterritus, mutus, quaſi actum de ſe foret, aliquanto tempore

† aureorum octo milliũ, al. xx myriades drachm. Gr.

† Picent. al.

remanſit: ſed vbi indicto ſilentio animum recepit, coactus ſeruire tempori, & neceſſitati parere, non curauit ſiquid paulo humilius loqueretur; adductus ſpe eorum quæ poſtea conſecutus eſt. *Ego*, inquit, **domine*, *Arſacis nepos, Vologaſi & Pacori regum frater, tuus, ſeruus ſum; veniq; vt te deū meum, non ſecus ac* Μίθραν, *id eſt ſolem, colerem. Equidem *tuus ero quē tu me fato quodam efficies. Tu enim fatum meum es & fortuna.* Huic Nero ita reſpondit: *Tu quidem quod huc veneris, recte*, inquit, *feciſti, vt præſens præſente me fruereris. nam quæ neque pater tuus tibi reliquit, neque fratres qui dederant, ſeruauerunt, ea ipſe tibi nunc do; teque regem Armeniæ facio; vt tu atq; illi ſimul intelligatis, in mea eſſe poteſtate, regna dare & adimere.* Hæc cum dixiſſet, iuſſit eum adſcendere in ſedem quæ ante tribunal ob eam cauſam parata fuerat. Tum Teridates ad pedes Neronis conſedit; eique Nero diadema impoſuit; & ingentes clamores editi ſunt. Poſt hæc actus eſt decreto Senatus celebris conuentus in theatro; cuius nō modo ſcena, ſed etiam ipſum totum circuitu intus erat inauratum; itemq; cetera omnia, quæ intromittebantur, auro ornata erant. Quibus de cauſis ille *dies aureus* nominatus eſt. Peripetaſmata, quæ in aere extenſa erant ad defendendos ſolis ardores, purpurea fuerunt, ſtellis aureis circum vndique relucentibus: in medio horum [7] Nero currum agitās, acu pictus erat. Inde magnificum conuiuium actum eſt. Poſt hæc Nero cithara publice cecinit, curruſq; praſina veſte indutus, & †galero aurigarum ornatus, agitauit. Hic Teridates Neronē reprobare & deteſtari, Corbulonem in primis laudare: hoc tantum in eo reprehendere, quod talem dominum perferret. Qua de re nec ipſum quidem Neronē celauit. nam ei ita aliquando dixit: *Domine*, inquit, *optimum* ſeruum Corbulonem nactus es.* Sed id Nero non intellexit, quod ei Teridates in ceteris rebus aſſentaretur, ſeque ſtudioſiſſime in eius familiaritatem inſinuaret. Cuius rei cauſa multa munera accepit, quorū pretiū aiunt fuiſſe ad †bis millies ſeſtertium; pmiſſumq; eſt ei Artaxata inſtaurare; ob eāq; cauſam magnū numerum fabrorū, quos partim a Nerone acceperat, partim pſuaſerat pecunia, Roma

†Galea, Gr.

† aureorum vicies centena millia, Bl. quinque millia myriadū drachm. Gr.

ἐγένετο. ἔπειτα σιωπῆς κηρυχθείσης ἐπεθάῤῥησέ τε, καὶ ἐκβιασάμενος τὸ φρόνημα, τῷ τε καιρῷ καὶ τῇ χρείᾳ ἐδούλευσε, μηδὲν φροντίσας εἴ τι ταπεινὸν φθέγξαιτο, πρὸς τὴν ἐλπίδα ὧν τεύξαιτο. εἶπε γὰρ οὕτως, Ἐγὼ, δέσποτα, Ἀρσάκου μὲν ἔκγονος, Οὐολογαίσου δὲ καὶ Πακόρου τῶν βασιλέων ἀδελφὸς, σὸς δὲ δοῦλός εἰμι· καὶ ἦλθόν τε πρὸς σὲ τὸν ἐμὸν θεὸν προσκυνήσων σε, ὡς καὶ τὸν Μίθραν· καὶ ἔσομαι τοῦτο ὅ τι ἂν σὺ ἐπικλώσῃς. σὺ γάρ μοι καὶ μοῖρα εἶ καὶ τύχη. Ὁ δὲ Νέρων ἠμείψατο αὐτὸν ὧδε· Ἀλλ' εὖ τοι ἐποίησας, αὐτὸς δεῦρο ἐλθὼν, ἵνα καὶ παρὼν παρόντος μου ἀπολαύσῃς. ἃ γάρ σοι οὔτε ὁ πατὴρ κατέλιπεν, οὔτε οἱ ἀδελφοὶ δόντες ἐτήρησαν, ταῦτα ἐγὼ χαρίζομαι· καὶ βασιλέα τῆς Ἀρμενίας ποιῶ, ἵνα καὶ σὺ καὶ ἐκεῖνοι μάθωσιν ὅτι καὶ ἀφαιρεῖσθαι *βασιλείας καὶ δωρεῖσθαι δύναμαι. Ταῦτ' εἰπὼν, ἀνελθεῖν τε αὐτὸν κατὰ τὴν ἄνοδον τὴν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος πεποιημένην ἐκέλευσε, καὶ *καθιζηθέντι αὐτῷ ὑπὸ τὸν πόδα τὸ διάδημα ἐπέθηκε· βοαί τε καὶ ἐπὶ τούτῳ πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ ἐγένοντο. ἐγένετο δὲ κατὰ ψήφισμα καὶ πανήγυρις θεατρικὴ, καὶ τὸ θέατρον, οὐχ ὅτι ἡ σκηνὴ, ἀλλὰ καὶ ἡ περιφέρεια αὐτοῦ πᾶσα ἔνδοθεν ἐκεχρύσωτο· καὶ τἆλλα ὅσα ἐσῄει, χρυσῷ ἐκεκόσμητο. ἀφ' οὗ καὶ τὴν ἡμέραν αὐτὴν χρυσῆν ἐπωνόμασαν. τά γε μὴν παραπετάσματα τὰ διὰ τοῦ ἀέρος διαταθέντα, ὅπως τὸν ἥλιον *ἀπερύκοι, ἁλουργὰ ἦν, καὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν ἅρμα ἐλαύνων ὁ Νέρων ἐνέστικτο· πέριξ δὲ ἀστέρες χρυσοῖ ἐπέλαμπον.

Ταῦτα μὲν οὕτως ἐγένετο, καὶ δηλονότι καὶ συμποσίῳ πολυτελεῖ ἐχρήσαντο. ὁ δὲ Νέρων ἐπὶ τούτοις καὶ ἐκιθαρῴδησε δημοσίᾳ, καὶ ἡρματηλάτησε, τήν τε στολὴν τὴν πρασίνην ἐνδεδυμένος, καὶ τὸ κράνος τὸ ἡνιοχικὸν περικείμενος. ἐφ' οἷς ὁ Τηριδάτης αὐτὸν μὲν δυσχεραίνων, τὸν δὲ Κορβούλωνα ἐπαινῶν, ἐν αὐτοῦ τοῦτο μόνον ᾐτιᾶτο, ὅτι τοιοῦτον δεσπότην ἔχων ἔφερεν. οὐκοῦν οὐδὲ πρὸς αὐτὸν τὸν Νέρωνα ἀπεκρύψατο, ἀλλ' εἶπέ ποτε αὐτῷ, Ἀγαθὸν, ὦ δέσποτα, ἀνδράποδον Κορβούλωνα ἔχεις. Ταῦτα μὲν οὐδὲ συνιέντι αὐτῷ ἔλεγεν· ἐν δὲ δὴ τοῖς ἄλλοις καὶ ἐκολάκευσεν αὐτὸν καὶ ὑπέδραμε δεινότατα· καὶ διὰ τοῦτο δῶρά τε παντοδαπὰ πεντακισχιλίων μυριάδων ἄξια, ὥς φασιν, ἔλαβε, καὶ Ἀρτάξατα ἀνοικοδομῆσαι ἐπετράπη· δημιουργούς τε πρὸς *τούτοις πολλοὺς, τοὺς μὲν παρ' ἐκείνου λαβὼν, τοὺς δὲ καὶ χρήμασι πείσας, ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξήγα-

ἐξήγαγεν. οὐ μέντοι καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὁ Κορβούλων ἐς τὴν Ἀρμενίαν διαβῆναι ἐφῆκεν, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ὑπὸ τοῦ Νέρωνος αὐτῷ δοθεῖσιν. ὅθεν καὶ ἐπὶ μᾶλλον ὁ Τηριδάτης τοῦτον τε ἐθαύμασε, καὶ ἐκείνου κατέγνω. ἀνεκομίσθη δὲ οὐχ ᾗπερ ἦλθε διὰ τοῦ Ἰλλυρικοῦ, καὶ ὑπὲρ τὸν Ἰόνιον, ἀλλ' ἐς τὸ Δυρράχιον ἐκ τοῦ Βρεντεσίου πλεύσας. καὶ εἶδε καὶ τὰς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεις· ὥστε καὶ ἐξ ἐκείνων τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν καταπλαγῆναι καὶ ἰσχύος ἕνεκα καὶ κάλλους.

Ὁ μὲν δὴ Τηριδάτης τὰ Ἀρτάξατα ἀνοικοδομήσας, Νερώνεια προσηγόρευσεν. ὁ δὲ δὴ Οὐολόγαισος, *ὅτι ἐλθεῖν πρὸς τὸν Νέρωνα, καίτοι πολλάκις *μεταπεμφθεὶς, οὐκ ἠθέλησε· καὶ τέλος, ὡς ὀχληρὸς αὐτῷ ἐγίνετο, ἀντεπέστειλέν οἱ ὅτι Πολύ σοι ῥᾷον ἢ ἐμοὶ ἐστὶ τοσαύτην θάλασσαν πλεῦσαι. ἂν οὖν εἰς τὴν Ἀσίαν ἔλθῃς, τότε συνθησόμεθα συμβαλεῖν ἀλλήλοις. Νέρων δὲ ἐπὶ μὲν ἐκεῖνον οὐκ ἔπλευσε, καίπερ ὀργὴν αὐτῷ ἔχων· οὐ μὴν οὐδὲ ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας, ἢ τὰς Πύλας τὰς Κασπίας, ὥσπερ ἐνενόει. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ κατασκόποις ἑκατέρωσε ἔπεμψεν. ἐς δὲ δὴ τὴν Ἑλλάδα ἐπεραιώθη, *οὔ τι γε ὡς *Φλαμινῖνος, οὐδὲ ὡς Μούμμιος, ἢ καὶ Ἀγρίππας καὶ Αὔγουστος οἱ πρόγονοι αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπί τε ἡνιοχῆσαι καὶ κιθαρῳδῆσαι, κηρύξαι τε καὶ τραγῳδίας ὑποκρίναι. οὐ γὰρ ἤρκει αὐτῷ ἡ Ῥώμη, οὐδὲ τὸ τοῦ Πομπηίου θέατρον, οὐδὲ ὁ μέγας ἱππόδρομος, ἀλλ' ἐδεήθη καὶ ἐκστρατείας τινὸς, ἵνα καὶ περιοδονίκης (ὡς ἔλεγε) γένηται. τοσοῦτόν γε πλῆθος οὐχ ὅτι τῶν αὐγουστείων ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐπηγάγετο, ὅσον, εἴπερ ἐμπολέμιον ἦν, καὶ Πάρθους ἂν καὶ τὰ ἄλλα ἔθνη ἐχειρώσατο· ἀλλ' ἦσαν οἷοι Νερώνειοι ἂν στρατιῶται γένοιντο, καὶ ὅπλα κιθάρας τε καὶ πλῆκτρα, πρόσωπά τε καὶ ἐμβάτας ἔφερον· καὶ ἐνίκησε νίκας οἵας στρατοπέδῳ τοιούτῳ ἔπρεπε, καὶ κατέλυσε Τέρπνον, καὶ Διόδωρον, καὶ Παμμένην, [ὡς] οἷα Φίλιππον, ἢ Περσέα, ἢ Ἀντίοχον. καὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, καὶ τὸν Παμμένην ἐκεῖνον ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἀκμάσαντα κατηνάγκασε, καίτοι γέροντα ὄντα, ἀγωνίσασθαι, ἵνα αὐτοῦ τοὺς ἀνδριάντας κρατήσας αἰκίσηται). καὶ εἰ μὲν μόνα ταῦτα ἐπεπράχει, γέλωτα ἂν ὠφλήκει. καίτοι πῶς ἄν τις καὶ ἀκοῦσαι, μὴ ὅτι ἰδεῖν, ὑπομείνειεν αὐτοκράτορα Αὔγουστον ἔς τε τὸ λεύκωμα ἐν τοῖς ἀγωνισταῖς ἐγγραφόμενον, καὶ τὴν φωνὴν ἀσκοῦντα, μελετῶντά τε τινὰς ᾠδάς, καὶ τὴν μὲν κεφαλὴν κομῶντα, τὸ δὲ γένειον ψιλιζόμενον· ἱμάτιον ἀναβαλλόμενον ἐν τοῖς δρόμοις, μεθ' ἑνὸς ἢ δύο ἀκολούθων βαδίζοντα, τοὺς ἀντιπάλους ὑποβλέποντα, καὶ ἀεί τι πρὸς αὐτοὺς μεθ' ἀψιμαχίας

abduxit: ex quibus Corbulo eos tantum quos a Nerone acceperat, paſſus eſt in Armeniam tranſire. Quamobrem Teridates hunc magis admirabatur, illum damnabat. Reuerſus eſt non per Illyricum, & trans Ionium, qua via venerat; ſed Brundiſio Dyrrachium nauigauit; viditque vrbes Aſiæ munitiſſimas atque pulcherrimas, ac propter eas obſtupuit Imperium populi Romani: poſt Artaxata inſtaurauit, eaque cognominauit *Neronia*. Vologæſus autem, ſæpenumero accerſitus, venire ad Neronem noluit; *cui etiam ad extremum infeſtus fuit, atque ita reſcripſit: *Tibi quidem*, inquit, *longe facilius eſt tam magnum mare tranſire, quam mihi. Si ergo in Aſiam veneris, conſtituemus quando nobis congrediendum ſit.* Nero tamen nec aduerſus eum, nec cōtra Æthiopas, & Pylas Caſpias, vti cogitabat, nauigauit: ſed miſſis vtroque exploratoribus, in Græciam tranſiit, non vt maiores eius fecerant, Flamininus, Mummius, Agrippa, Auguſtus: ſed vt currus agitaret, cithara caneret, præconis officio fungeretur, & tragœdias ageret. Non enim Roma ei ſufficiebat, non theatrum Pompeii, non Circus maximus: ſed expeditione opus fuit, vt fieret (ſicuti dicebat) περιοδονίκης: tantamque ſecum multitudinem adduxit, non ſolum Auguſtalium, ſed etiam aliorum hominum, quanta, ſi bellicus exercitus fuiſſet, aut Parthos aliaſve gentes cepiſſet. Sed illi erant videlicet Neroniani milites, proque armis ferebant citharas, plectra, perſonas, ſoccos. Itaque reportauit victoriam dignam tali exercitu; Terpnumque, & Diodorum, & Pammenem, pro Philippo, Perſeo, Antiocho ſuperauit. Nam Pammenem illum, qui fuerat Caii temporibus, licet iam ſenectute confectum, certare coegit; vt victor ſtatuas eius contumelioſe verberaret. Quæ ſi tantummodo a Nerone eſſent facta, ipſe quidem ridiculus fuiſſet. etſi quis audire aut videre æquo animo potuit Imperatorem Auguſtum in albo athletarum inſcribi, vocem exercere, meditari cantilenas, comam nutrire, mentum pilis nudare, in curriculo veſtem reiicere, ire cum vno duobuſve comitibus, torue aſpicere aduerſarios, eiſque ſemper per rixam

maledicere, præfectos certaminum & flagelliferos pertimeſcere, iiſque clam pecuniam largiri, ne deprehenſus flagello cæderetur: atque hæc omnia facere,*vt cum in certaminibus citharœdorum vinceret, Cæſaribus inferior eſſet. Quas res quis ſolas deploret, quando is, dum ſoccos indueret,omnem potentiam exuebat; ac dum perſonam ſuſciperet, dignitatem abiiciebat Imperii? vinculis enim conſtringebatur vt ſeruus fugitiuus, deducebaturque vt cæcus:*concipiebat, pariebat, inſaniebat. Oedipum, Thyeſtem, Herculem, Alcmæonem, Oreſtem plurimum agebat; ac perſonas nunc illis,nunc ſibi ſimiles gerebat: in muliebri quidem ornatu Sabinam imitabatur. vinciebaturque catenis aureis. non enim conuenire videbatur, principem Romanum ferreis conſtringi. Hæc omnia cum ceteri omnes & milites viderent, patiebantur, & collaudabant, ipſumque præter alia quæ conſueuerant, Pythicum, Olympicum, Periodicum, omnium denique certaminum victorem nominabant, Imperii nomina cum his nominibus permiſcentes, ita vt poſt vnumquodque eorum Cæſaris aut Auguſti nomen poneretur. Nemo infelicitatem iſtius miſereri eſt auſus, nemo odio habere. Vnus quidam e militibus, vt eum vinctum & religatum conſpexit, accurrit ac diſſoluit. Alter, rogatus quid faceret Imperator, *Parit*, inquit: tum enim Canacen agebat. Nemo quidquam fecit dignum homine Romano: tantam enim pecuniam ab eo conſequebantur, vt, quo maiorem acciperent, optarent vt idem ſæpe faceret.* Quæ ſola ſi(vt paulo ante dixi)facta eſſent, tamen ea res nimium ſecura, ignominia notata, & ludibrio habita fuiſſet: nunc autem, quaſi vere ad bellum gerendum veniſſet, Græciam depopulatus eſt, licet eam liberam reliquerit: fecitque cædes infinitas, & bona quorundam adhuc viuentium publicauit, atq; innumerabilia donaria, quæ vel Romæ in templis repoſita erãt, abſtulit. Qui in vrbe erant atq; in omni Italia, eos omnes dedidit Helio Cæſariano; cui tãta facta erat rerũ omnium poteſtas, vt

λέγοντα· τοὺς ἀγωνοθέτας τούς τε μαστιγοφόρους φοβούμενον, καὶ χρήματα αὐτοῖς κρύφα ἅπασιν ἀναλίσκοντα, μὴ καὶ ἐλεγχθεὶς μαστιγωθῇ· καὶ ταῦτα μέντοι πάντα ποιοῦντα, ἵνα τὸν τῶν κιθαρῳδῶν ἀγῶνα νικήσας, ἡττηθῇ τὸν τῶν Καισάρων. καὶ τί δῆτις ταῦτα αὐτοῦ μόνα ὀδύραιτο, ὁπότε καὶ ἐπὶ τοὺς ἐμβάτας ἀναβαίνων κατέπιπτεν ἀπὸ τοῦ κράτους, καὶ τὸ προσωπεῖον ὑποδυόμενος ἀπέβαλλε τὸ τῆς ἡγεμονίας ἀξίωμα, ἐδεῖτο ὡς δραπέτης, ἐποδηγεῖτο ὡς τυφλὸς, ἐκύει, ἔτικτεν, ἐμαίνετο· τόν τε Οἰδίποδα καὶ τὸν Θυέστην, τόν τε Ἡρακλέα, καὶ τὸν Ἀλκμαίωνα τόν τε Ὀρέστην ὡς πλεῖστα ὑποκρινόμενος. καὶ τά γε πρόσωπα ποτὲ μὲν αὐτοῖς ἐκείνοις, ποτὲ δὲ καὶ ἑαυτῷ εἰκασμένα ἔφερε. τὰ γὰρ τῶν γυναικῶν πάντα πρὸς τὴν Σαβῖναν ἐσκεύαστο. χρυσαῖς μέντοι ἁλύσεσιν ἐδεσμεύετο· καὶ γὰρ οὐκ ἔπρεπεν (ὡς ἔοικεν) αὐτοκράτορι Ῥωμαίων σιδηραῖς δεῖσθαι. καὶ ταῦτα μέντοι πάντα οἵ τε ἄλλοι πάντες καὶ οἱ στρατιῶται ὁρῶντες ἔφερον, ἐπῄνουν· πυθιονίκην τε αὐτὸν καὶ ὀλυμπιονίκην καὶ περιοδονίκην, παντονίκην πρὸς τοῖς ἄλλοις οἷς εἰώθεσαν, ἀπεκάλουν, συμμιγνύντες δηλονότι αὐτοῖς καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς ὀνόματα, ὥστε ἐφ' ἑκάστῳ τόν τε Καίσαρα καὶ τὸν Αὔγουστον ἀκροτελεύτιον εἶναι. οὐδὲ ἐτόλμησεν οὐδεὶς αὐτὸν οὔτε ἐλεῆσαι τὸν κακοδαίμονα, οὔτε μισῆσαι· ἀλλ' εἷς μέν τις στρατιώτης, ἰδὼν αὐτὸν δεδεμένον, ἠγανάκτησε, καὶ προσδραμὼν ἔλυσεν· ἕτερος δὲ, ἐρομένου τινὸς, τί ποιεῖ ὁ αὐτοκράτωρ, ἀπεκρίνατο ὅτι *τίκτει· καὶ γὰρ τὴν Κανάκην ὑπεκρίνετο. ἔργον δ' οὐδὲν ἄξιον Ῥωμαίων οὐδεὶς σφῶν ἐποίησε. τοσαῦτα γάρ που χρήματα διελάγχανον, ὥστε καὶ εὔχεσθαι αὐτὸν πολλὰ τοιαῦτα δρᾶν, ἵν' *ἔτι πλείονα λαμβάνωσιν.

Ἀλλ' εἰ μὲν ταῦτα μόνα οὕτως ἐγεγόνει, αἰσχύνη τε ἅμα καὶ χλευασία τὸ πρᾶγμα ἀκίνδυνον ἐνενόμιστο· νῦν δ' ὡς ἀληθῶς, ὥσπερ ἐπὶ πόλεμον σταλεὶς, πᾶσαν μὲν τὴν Ἑλλάδα ἐλεηλάτησε, καίπερ ἐλευθέραν ἀφεὶς, παμπληθεῖς δὲ ἐφόνευσεν, ἐπεὶ τάς γε οὐσίας ὅσας καὶ ζώντων τινῶν ἐδήμευσε, καὶ τὰ ἀναθήματα ὅσα καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ ναῶν ἐσύλησεν, οὐδὲ ἐξαριθμήσειεν ἄν τις. τοὺς μέντοι ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ τῇ Ἰταλίᾳ πάντας Ἡλίῳ τινὶ Καισαρείῳ ἐκδότους παρέδωκε. πάντα γὰρ ἁπλῶς αὐτῷ ἐπετέτραπτο, ὥστε καὶ δημεύειν, καὶ φυγαδεύειν, καὶ ἀποκτιννύναι (καὶ

πρὶν δηλῶσαι τῷ Νέρωνι) καὶ ἰδιώτας ὁμοίως, καὶ ἱππέας, καὶ βουλευτάς. οὕτω μὲν δὴ τότε ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ δύο αὐτοκράτορσιν ἅμα ἐδούλευσε, Νέρωνι καὶ Ἡλίῳ. οὐδὲ ἔχω εἰπεῖν ὁπότερος αὐτῶν χείρων ἦν· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἐκ τοῦ ὁμοίου πάντα ἔπραττον, ἐν ἑνὶ δὲ τούτῳ διήλλαττον, ὅτι ὁ μὲν τοῦ Αὐγούστου ἀπόγονος κιθαρῳδούς, ὁ δὲ τοῦ Κλαυδίου ἀπελεύθερος Καίσαρας ἐζήλου. τὸν γὰρ Τιγελλῖνον ἐν προσθήκης μέρει τοῦ Νέρωνος, ὅτι σὺν αὐτῷ ἦν, τίθημι. χωρὶς δὲ ὅ τε Πολύκλειτος, καὶ Καλουΐα Κρισπινίλλα ἦγον, ἐπόρθουν, ἐσύλων πάνθ' ὅσα ἐνεδέχετο· ἐκεῖνος μὲν, μετὰ τοῦ Ἡλίου ἐν τῇ Ῥώμῃ, αὕτη δὲ μετά τε τοῦ Νέρωνος, καὶ μετὰ τῆς Σαβίνης τοῦ Σπόρου. τήν τε γὰρ φυλακὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπιτροπείαν τὴν περὶ ἐσθῆτα, καίπερ γυνὴ καὶ ἐπιφανὴς οὖσα, ἐπεπίστευτο, καὶ δι' αὐτῆς πάντες ἀπεδύοντο. ὠνόμασε δὲ Σαβῖναν τὸν Σπόρον, οὐ κατὰ τοῦτο μόνον ὅτι διὰ τὴν ὁμοιότητα αὐτῆς ἐξετέτμητο, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐγήματο αὐτῷ, ὥσπερ καὶ ἐκείνη, ἐν τῇ Ἑλλάδι κατὰ συμβόλαιον, ἐκδόντος αὐτὸν τοῦ Τιγελλίνου, ὥσπερ ὁ νόμος ἐκέλευσε. καὶ τούς τε γάμους αὐτῶν πάντες οἱ Ἕλληνες ἑώρτασαν, τά τε ἄλλα (οἷα εἰκὸς ἦν) ἐπιλέγοντες, καὶ γνησίους σφίσι παῖδας γεννηθῆναι εὐχόμενοι. κἀκ τούτου συνεγίνοντο ἅμα τῷ Νέρωνι, Πυθαγόρας μὲν ὡς ἀνήρ, Σπόρος δὲ ὡς γυνή. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ κυρία, καὶ βασιλὶς, καὶ δέσποινα ὠνομάζετο. Καὶ τί τοῦτο θαυμάσειεν ἄν τις, ὁπότε καὶ μειράκια καὶ κόρας σταυροῖς γυμνὰς προσδέων, θηρίου τέ τινος δορὰν ἀνελάμβανε, καὶ προσπίπτων σφίσιν, ἠσέλγαινεν ὥσπερ τι ἐσθίων. Τοιαῦτα μὲν ὁ Νέρων ἠσχημόνει. τοὺς δὲ βουλευτὰς, χιτώνιόν τι ἐνδεδυκὼς ἄνθινον, καὶ σινδόνιον περὶ τὸν αὐχένα ἔχων, ἠσπάζετο. καὶ γὰρ ἐν τούτοις ἤδη παρηνομοῦμεν, ὥστε καὶ ἀζώστους χιτῶνας ἐν τῷ δημοσίῳ ἐνδύεσθαι. λέγεται δ' ὅτι καὶ οἱ ἱππεῖς οἱ ἐκ τοῦ τέλους ἐπὶ αὐτοῦ πρῶτον *ἐφ' ἱππίοις ἐν τῇ ἐτησίᾳ σφῶν ἐξετάσει ἐχρήσαντο. Ἐν δὲ τοῖς *Ὀλυμπίοις ἅρμα ἐλάσας, καὶ πεσὼν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ὀλίγου δεῖν συντριβεὶς, ὅμως ἐστεφανώθη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῖς Ἑλλανοδίκαις τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας, ἃς ὕστερον Γάλβας παρ' αὐτῶν ἀπῄτησεν, ἔδωκε. τοῦ δὲ δὴ Ἀπόλλωνος (εἴτ' οὖν ἀγανακτήσας ὅτι λυπηρά τινα προεῖπεν αὐτῷ, εἴτε καὶ ἄλλως μανείς) τήν τε χώραν τὴν Κιρραίαν ἀφείλετο, καὶ στρατιώταις ἔδωκε,

inconſulto Nerone bona proſcriberet, mitteretque in exſilium; ac non modo plebeios homines, ſed etiam viros equeſtris ſenatoriſque ordinis iuberet occidi. Ita eo tempore imperium populi Romani duobus ſimul Imperatoribus ſeruiebat, Neroni & Helio: quorum vter eſſet nequior, nõ queo dicere. Cuncta enim eodẽ modo faciebant, tantũq; diſcrepabant in eo, quod alter e ſtirpe Auguſti, citharœdos; alter, Claudii libertus, Cæſares imitabatur. Tigellinum enim pono quaſi auctarii loco; quippe cum Nerone coniunctum. Polycletus autem & Caluia Criſpinilla, ſeparatim raptabant, depopulabanturq; & ſpoliabant omnia quæ occurrerent: ille, cum Helio in vrbe; hæc, cum Nerone, *& Sporo Sabinæ nomen iam gerẽte; cuius cuſtodia ei, etſi erat *nobilis fœmina, data fuerat, totiusque veſtis procuratio. Quam ob cauſam omnes ab ea ſpoliabantur. Sporum Sabinam nominauit, non ſolum quod propter eius ſimilitudinem exſectus fuerat, ſed etiam quod, vt ei antea Sabina, ita hic in Græcia pactis conuentis nupſit, eumque Tigellinus, vt lex iubebat, deſpondit. Hæ nuptiæ ab omnibus Græcis celebratæ ſunt, multaque ſunt in eam rem, vt par erat, dicta: ſed in primis optabant, vt ab iis legitimi liberi procrearentur. Ex eo tempore duo ſimul cum Nerone coibãt, Pythagoras pro viro, Sporus pro vxore; ac Nero præter cetera *Domina & Regina appellabatur. Illud vero quis digne mirari poteſt? quod, cum adoleſcentes & puellas nudas alligaret palo, capiebat pellem feræ; deinde, quaſi deuoraret aliquid, in eos irruebat petulanter. *Cumq; hæc turpiter faceret, parua tunica indutus, eaque floribus ornata, ac linteum circum collum habens, Senatores ſalutabat. Quibus in rebus ita faciebat contra ius faſque, vt etiam tunicis diſcinctis publice indueretur. Ferunt equites Romanos Neronis temporibus, dum quotannis recenſerentur, primum ephippiis vſos fuiſſe. Nero in Olympiis currum agitauit: cumq; ex eo decidiſſet, ita vt fere eo caſu attereretur, tamen corona donatus eſt. quamobrem dederat Hellanodicis (hi iudices erant Olympiorũ) †decies ſeſtertiũm: quam ſummam Galba poſtea repetiuit. Apollini, ſiue iratus quod ei moleſtum & graue reſponſum dediſſet, ſiue alio pacto inſaniens, Cirrhæam regionẽ abſtulit, eamq; dedit militibus;

† taureorum x milia, al. xxv myriades drachmarũ, Gr.

& locum vnde oracula petebantur, deleuit, hominib. ad os ipſum, ex quo *ſpiritus dei mittebatur, interfectis. Certauit in omnibus vrbibus, in quibus fiebant certamina; ibiq; quotieſcumque præconio opus fuit, Cluuio Rufo viro conſulari eſt vſus. Athenas & Lacedæmonem excipio; quas vrbes ne viſitauit quidem, quod in altera leges Lycurgi erant contrariæ eius inſtituto; in altera Erinnyes eſſe dicebantur. Præconium autem fiebat his verbis: *Nero Cæſar, victor huius certaminis, coronat populum Romanum, & ſuum orbem terrarum.* Cū enim orbem terrarum in ſua poteſtate eſſe diceret, cithara canebat, fungebaturq; præconis officio, & tragœdias agebat. Senatum autem adeo oderat grauiter, vt ei Vatinius propterea maxime gratus eſſet, quod ei ſemper diceret; *Odi te*, inquit, *Cæſar, quod* Senatores.* Obſeruabantur diligenter ingreſſiones & egreſſiones omnium, oris habitus, nutus, acclamationes: tum qui cum eo erant ſemper, *eumq; attente audiebāt, acclamabantq; vehementer, laudibus & honoribus afficiebātur: ceteri aut notabantur ignominia, aut alias pœnas dabant. Itaq; multi, cum pati non poſſent diutius, quod ſpectacula a matutino tempore producerentur vſq; ad veſperum, ſimulata morte e theatris pro mortuis elati ſunt. Porro pręter inſtitutū ſuſceptę peregrinationis in Græciā, Iſthmum Peloponneſi cupiuit perfodere. Quā rem eſt aggreſſus hominibus id grauate facientibus; propterea quod iis qui primum rem attigerant, ſanguis e terra erupit, auditaq; ſunt lamenta & mugitus, & ſpectra multa apparuerunt: quocirca Nero accepto ligone ipſe aliquantulum effodit; eoq; facto ceteros adduxit coegitq; vt idem facerent. Ad hoc opus faciendū magna multitudo hominum etiam ex exteris gentibus accerſita eſt. Qua in re, atq; multis aliis, cum magna pecunia opus eſſet, (*magnificus enim & liberalis erat) metueretq; potentiſſimos homines, ne ipſum, quod hæc faceret, inuaderent, multos viros bonos ſuſtulit. Quibus prætermiſſis, (erat etenim crimen publicum omnibus virtus, opes, nobilitas: atque ob eam cauſam vel ſibi mortem inferebant, vel ab eo occidebantur) tantum Corbulonis, Sulpiciorumq; ac Scriboniorum, Rufi & Procli, mentionem faciam. Nam hi cum fratres eſſent,

καὶ τὸ μαντεῖον κατέλυσεν, ἀνθρώπους ἐς τὸ στόμιον ἐξ οὗ τὸ ἱερὸν πνεῦμα ἀνῄει, σφάξας. Ἠγωνίσατο δὲ ἐν πάσῃ ὁμοίως πόλει ἀγῶνα ἐχούσῃ, κήρυκι πρὸς πάντα τὰ κηρύξεως δεόμενα Κλουβίῳ Ῥούφῳ ἀνδρὶ ὑπατευκότι χρησάμενος· πλὴν Ἀθηνῶν καὶ Λακεδαιμονίων. ταύταις γὰρ μόναις οὐδὲ ἐπεφοίτησε τὴν ἀρχήν· τῇ μὲν, διὰ τοὺς Λυκούργου νόμους, ὡς ἐναντίους τῇ προαιρέσει αὐτοῦ ὄντας· τῇ δὲ, διὰ τὸν περὶ τῶν Ἐριννύων λόγον. τὸ δὲ δὴ κήρυγμα ἦν· Νέρων Καῖσαρ νικᾷ τόνδε τὸν ἀγῶνα, καὶ στεφανοῖ τόν τε τῶν Ῥωμαίων δῆμον καὶ τὴν ἰδίαν οἰκουμένην. ἔχων γὰρ (ὡς ἔλεγεν) οἰκουμένην, ἐκιθαρῴδει τε καὶ ἐκήρυττε καὶ ἐτραγῴδει. Τὴν δὲ γερουσίαν οὕτως δεινῶς ἐμίσει, ὥστε καὶ τῷ *Βατινίῳ ὡς μάλιστα χαίρειν, ὅτι ἔλεγεν ἀεί ποτε πρὸς αὐτὸν, Μισῶ σε Καῖσαρ ὅτι συγκλητικὸς εἶ. χρήσομαι γὰρ αὐτῷ τῷ λεχθέντι ὑπ᾽ αὐτοῦ ῥήματι. Ἐτηροῦντο δὲ ἀκριβῶς καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἀεί ποτε καὶ αἱ εἴσοδοι καὶ αἱ ἔξοδοι, τά τε σχήματα, νεύματα, καὶ [τὰ] ἐπιβοήματα. καὶ οἱ μὲν ἀεὶ συνόντες αὐτῷ καὶ σπουδαίως ἀκροώμενοι, τορῶς τε ἐκβοῶντες, ἐπῃνοῦντο καὶ ἐτιμῶντο· οἱ δὲ λοιποὶ, καὶ ἠτιμάζοντο καὶ ἐκολάζοντο· ὥστε τινὰς μὴ δυναμένους ἐπὶ πολὺ ἀντέχειν, (πολλάκις γὰρ καὶ μέχρι τῆς ἑσπέρας ἐξ ἑωθινοῦ παρετείνοντο) προσποιεῖσθαί τε ἐκθνήσκειν, καὶ νεκρῶν δίκην ἐκ τῶν θεάτρων ἐκφέρεσθαι. Πάρεργον δὲ δὴ τῆς ἐπιδημίας τῆς ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐποιήσατο, τὸν ἰσθμὸν τῆς Πελοποννήσου διορύξαι ἐπιθυμήσας· καὶ ἤρξατο τοῦ ἔργου, καίπερ τῶν ἀνθρώπων ὀκνούντων. αἷμά τε γὰρ τοῖς πρώτοις ἁψαμένοις τῆς γῆς *ἀνέβλυσεν, καὶ οἰμωγαὶ μυκηθμοί τέ τινες ἐξηκούοντο, καὶ εἴδωλα πολλὰ ἐφαντάζετο. λαβὼν δὲ αὐτὸς δίκελλαν, καί τι καὶ ἀνασκάψας, ἔπεισε καὶ τοὺς ἄλλους ἀνάγκῃ αὐτὸν μιμήσασθαι· καὶ πολὺ πλῆθος ἀνθρώπων ἐπὶ τοῦτο τὸ ἔργον καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν μετεπέμψατο. Ἔς τε οὖν τἄλλα καὶ ἐς ταῦτα χρημάτων πολλῶν δεόμενος, καὶ μεγαλοπράγμων καὶ μεγαλόδωρος ὁμοίως ὤν, καὶ ἅμα φοβούμενος τοὺς δυνατωτάτους μὴ ἐπιθῶνταί οἱ τοιαῦτα ποιοῦντι, πολλούς τε καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ἔφθειρεν. ὧν ἐγὼ τοὺς μὲν ἄλλους ἐάσω, (πᾶσί τε γὰρ παρ᾽ αὐτῷ δημόσιον ἔγκλημα ἦν ἀρετή τε καὶ πλοῦτος καὶ γένος· καὶ πάντες ἢ ἑαυτοὺς ἀπεκτίννυσαν, ἢ ὑπ᾽ ἄλλων ἐφονεύοντο) τοῦ δὲ δὴ Κορβούλωνος καὶ Σουλπικίων καὶ Σκριβωνίων, Ῥούφου τε καὶ Πρόκλου, μνημονεύσω· τούτων μὲν, ὅτι ἀδελφοί τε

καὶ ἡλι-

καὶ ἡλικιῶται τρόπον τινὰ ὄντες, καὶ μηδὲν μηδέποτε αὐτοὶ ἀλλήλων πράξαντες, ἀλλ' ὥσπερ τῷ γένει, οὕτω καὶ τῇ προαιρέσει τῇ τε οὐσίᾳ συμπεφυκότες, καὶ τὰς Γερμανίας δὲ ἀμφοτέρας ἐπὶ πολὺ ἅμα διῴκησαν· ἦλθόν τε εἰς τὴν Ἑλλάδα μεταπεμπτοὶ, ὥστε αὐτῶν τοῦ Νέρωνος δεομένου· καὶ *ἐγκλήματος οἷα ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἔφερε λαβόντες, καὶ μήτε λόγου τυγχάνοντες, μήτε ἐς ὀφθαλμοὺς τοῦ Νέρωνος ἀφικνούμενοι, καὶ διὰ τοῦθ' ὑφ' ἁπάντων ὁμοίως ἀτιμαζόμενοι, ἀποθανεῖν τε ἐπεθύμησαν, καὶ ἐτελεύτησαν τὰς φλέβας αὐτῶν σχάσαντες. τοῦ δὲ δὴ Κορβούλωνος, ὅτι καὶ ἐκεῖνον ἐντιμότατα μεταπεμψάμενος, καὶ τά τε ἄλλα καὶ πατέρα καὶ εὐεργέτην αὐτὸν ἀεὶ ὀνομάζων· ἔπειτ', ἐπειδὴ τῇ *Κεγχρέᾳ προσέσχε, σφαγῆναι, πρὶν καὶ ἐς ὄψιν αὐτῷ ἐλθεῖν, προσέταξε. κιθαρῳδήσειν γὰρ ἤμελλεν, (ὥς τινες λέγουσι) καὶ οὐχ ὑπέμεινεν αὐτῷ τὸ ὀρθοστάδιον ἔχων ὀφθῆναι. καὶ ὅς, ἐπειδὴ τάχιστα τὸ προστεταγμένον ἔγνω, ξίφος τε ἔλαβε, καὶ ἑαυτὸν ἐρρωμένως παίων, ἔλεγεν, Ἄξιος. τότε γὰρ *δή ποτε πρῶτον ἐπίστευσεν ὅτι κακῶς ἐπεποιήκει καὶ φεισάμενος τοῦ κιθαρῳδοῦ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλθὼν ἄνοπλος.

Ἐν μὲν δὴ τῇ Ἑλλάδι ταῦτ' ἐπράττετο. τί γὰρ δεῖ λέγειν ὅτι καὶ τὸν Πάριν τὸν ὀρχηστὴν ἀποθανεῖν ἐκέλευσεν, ὅτι ὀρχεῖσθαι παρ' αὐτῷ μαθεῖν ἐθελήσας, οὐκ ἠδυνήθη; τί δ' ὅτι *Καικίναν Τοῦσκον ὑπερώρισεν, ὅτι τῆς Αἰγύπτου ἄρχων, ἐλούσατο ἐν τῷ βαλανείῳ ὃ ἐκείνῳ ὡς καὶ ἐς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἥξοντι, ἐποιήθη; Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ὁ Ἥλιος ἄλλα τε πολλὰ καὶ δεινὰ εἰργάσατο, καὶ Σουλπίκιον Καμερῖνον ἄνδρα τῶν πρώτων μετὰ τοῦ υἱέος ἀπέκτεινεν, ἐγκαλέσας σφίσιν ὅτι *Πυθικοὶ ἐκ προγόνων ἐπικαλούμενοι, οὐκ ἐπαύσαντο τὸ πρόσρημα τοῦτ' ἔχοντες, ἀλλ' ἐς τὰς τοῦ Νέρωνος νίκας τὰς Πυθικὰς ἐκ τῆς ὁμωνυμίας ἠσέβουν. Τῶν δὲ Αὐγουστείων ἄγαλμα αὐτοῦ χιλίων λιτρῶν ποιήσειν ὑποσχομένων, πᾶν τὸ ἱππικὸν ἠναγκάσθη συντελέσαι σφίσι τὸ ἀνάλωμα. τὰ δὲ δὴ τῆς γερουσίας, ἔργον καθ' ἕκαστον ἐπεξελθεῖν. τοσαῦται γὰρ θυσίαι καὶ ἱερομηνίαι ἐψηφίσθησαν, ὥστε μηδ' ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν ἐξαρκέσαι. Ὁ δὲ Ἥλιος πολλάκις μὲν καὶ πρότερον ἐπιστείλας αὐτῷ, παραινῶν ὅτι τάχιστα ἀνακομισθῆναι· ὡς δ' οὐκ ἐπείθετο, ἦλθεν αὐτὸς εἰς τὴν Ἑλλάδα ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, καὶ *ἐξεφόβησεν αὐτὸν, εἰπὼν μεγάλην τινὰ ἐπιβουλὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ παρασκευάζεσθαι κατ'

ac fere æquales, nihilq; vnquam disiuncti & ſeparati feciſſent, vt erãt genere & inſtituto vitæ & facultatibus coniuncti, diuq; ſimul vtramq; Germaniam adminiſtrauerant: ita ſimul accerſiti in Græciam venerunt, tamq̃ Nero eorum opera indigeret. cumq; rei facti criminum, quæ illa tempora ferebant, non poſſent cum Nerone colloqui, aut in conſpectum eius venire, ac proinde ab omnibus pariter deſpicerentur, mortem obire ſtatuerunt; tandemq; inciſis venis mortui ſunt. Corbulo autem, accitus honorificentiſſime, (quem virum Nero præter cetera *Patrem* & *Beneficum* appellabat) poſtquam Cenchreas appulit, ab eodem occidi iuſſus eſt, priuſquã in conſpectum eius veniret. Nero enim, vt aiunt, cum ſtatuiſſet cithara canere, Orthoſtadium (*quod eſt muſicæ veſtis nomen*) habens, ab eo ſe videri non ſuſtinuit. ſed Corbulo, vt mandatum Neronis intellexit, gladium accipit, ſeque ipſe fortiter percutiens, ait, *Dignus*. Tum enim primum erratum ſuũ agnouit, quod citharœdo pepercisſet, & quod ad eum inermis veniſſet. Quæ cum ita facta ſint in Græcia, quid opus eſt referre Paridẽ ſaltatorem iuſſum eſſe a Nerone interfici? quod, cum ab eo doceri ſaltare cuperet, diſcere nõ potuit. Quid Cæcinam Tuſcum? quem mulctauit exſilio, propterea quod, cũ is eſſet præfectus Ægypti, lotus eſt in balneo, quod Neroni venturo Alexandriam paratum fuerat. Per id tempus Romæ Helius multas & graues res fecit. nam Sulpicium Camerinum, vnũ ex primis ciuitatis, ac filium eius, interfecit, accuſatos, quod cum iam inde a maioribus *Pythici* cognominarentur, non deſinerẽt eo cognomine appellari, ſed in Pythicas victorias Neronis ex ſimilitudine nominis impii forent. Cumq; ſtatuam eius mille librarũ Auguſtales ſe facturos promiſiſſent, omnem equitatum ad eã impenſam faciendam conferre coegit. Quę vero facta ſunt a Senatu, difficile eſt ſingula pcenſere. Ab eo enim ſupplicationes ſingulis calendis, aliiſque dieb. fieri decretæ ſunt: vt ad eas peragendas ne annus quidẽ ſufficeret. Helius, cũ antea ſæpe Neronẽ per literas hortatus fuiſſet, vt quã celerrime reuerteretur, neq; is pareret, in Græciam ſeptẽ diebus peruenit, cumq; perterruit, quod magnam coniurationem in vrbe contra ipſum fieri

diceret. quod vbi intellexit Nero, ſubito in Italiam nauigauit. Spes erat vi †hiemis illum periturum. verum fruſtra id gaudium fuit: ſaluus enim euaſit: fuitque hoc ipſum multis exitio, quod eius interitũ optaſſent aut ſperaſſent. Cum autem non longe abeſſet ab vrbe, pars muri diruta eſt, & portæ aliqua ex parte fractæ ſunt. Leges enim iubent, vt quorundã ſermo fuit, vtrumque iis qui coronas certaminũ ferebant, fieri. Primi omnium introierunt qui coronas quas meruiſſent, ferebant: hos ſequebãtur ii qui tabellas longis haſtis affixas ferebant, in quibus ſcriptum erat nomen & genus certaminis, vtq; Nero Cæſar, primus e ciuibus Romanis, qui vnquã exſtitiſſent, victor ex eo rediret. Deinde ipſe Nero curru triumphali, in quo Auguſtus olim tot triumphos egerat, vehebatur. amictus erat veſte purpurea auro intexta; & oleaſtro coronatus, laurum Pythicam præ ſe ferebat: cum eo vna Diodorus citharœdus vehebatur: eoque pacto per Circum & forum cum militibus, & equitibus, ac Senatoribus trãſiit: tum aſcendit in Capitolium; atq; inde in Palatium venit, tota vrbe coronata, lychniſq; ac ſuffimentis plena. Acclamabãt omnes, & Senatores in primis: *Oua Olympionica, oua Pythionica, Auguſte, Auguſte: Neroni Herculi, Neroni Apollini: quã ſolus περιοδονίκης, ſolus ex æterno tempore: Auguſte, Auguſte: Sacra vox; beati qui te audiunt.* Nihil enim attinet ea verba ſilẽtio inuoluere: neq; ea quę iam dixi, dedecori ſunt hiſtoriæ: quin potius, dum nihil reticetur, decus atque ornamentum afferunt. His rebus confectis, Circenſes imperauit: has coronas & reliquas omnes quas ex curru certando victor obtinuerat, attulit in Circum, & obeliſco Ægyptio impoſuit. hæ erant numero mille octingentæ octo. Poſt hæc currum agitauit. Tum quidam Larcius Lydus ad eum venit, obtulitque ei †decies ſeſtertium vt citharа caneret: quos etſi Nero repudiauit, ratus ſibi turpiſsimum eſſe, mercede aliquid facere: tamen hanc ſummam Tigellinus a Larcio accepit, ne eum interficeret. Itaque Nero ingreſſus in theatrum, cithara cecinit, egit tragœdias: *ex curru certauit crebertime: nonnunquam etiam ſponte vinci ſe

† tempeſtatis

† milia aureorum, Bl. xxv myriades drachmarũ. Gr.

pleriſque riſum excitabat. Cum enim videret grauitatem & maieſtatem eius in publicis conuentibus, cuius ſtupra ante cognouerant; ſedereque in equo regio, ornatum chlamyde purpurea eum, quem ſciebant veneto veſtitu certatores equos in certaminibus abſterſiſſe: deinde cũ tanta manu militum conſcendere in Capitolium, quem nemo ante videre poterat in foro propter multitudinẽ creditorũ: poſtremo * coli ab omnibus, quem ne oſculari quidẽ libenter voluerat quiſquam: teneri non poterãt quin riderẽt. at ii qui pecunias ei crediderant, proficiſcenti quidẽ in Germaniam inſtiterant, ac vix datis fideiuſſoribus eum dimiſerant: tunc autem non modo non ridebant, ſed etiam lugentes ſeſe occultabãt. At Vitellius, requiſitis poſtea creditoribus, dicebat ſe reddidiſſe ſalutem pro credita pecunia; repoſcebatque tabulas contractuum. Crebro veniebat in theatra, vt ad ſe plebis animos alliceret. Cœnabat familiariter vna cum optimatibus, vt eos ſibi maiorem in modum deuinciret. Sæpe mentionem faciebat veterum ſodalium, eoſque habebat in honore. Neq; enim turpe aut ſe indignum putabat, ſi aliquẽ ex iis agnoſcere videretur: quod pleriq; faciunt, qui elati maximis & inſperatis honoribus, oderunt eos a quibus ſe intelligunt humiles antea & abiectos cognitos fuiſſe. Dum hæc faceret, exſtitere ſiniſtra prodigia. nam & cometes apparuit, & Luna, contra rationem ſtatuti temporis, bis viſa eſt deficere: quarto enim & ſeptimo die obſcurata eſt. Præterea in oriente atque in occidente duo ſoles viſi ſunt eodem tempore: quorum hic imbecillis & pallidus, ille potens & clarus erat. Inuẽta quoq; ſunt in Capitolio multa & magna veſtigia quorũdam deorum, qui ex eo deſcendiſſe videbantur; renuntiatumque eſt a militibus, qui ea nocte in excubiis eius fuerant, templum Iouis ſua ſponte cum magno fragore apertum eſſe, atque ob eam cauſam nonnullos cuſtodes perterritos & exanimatos fuiſſe. Quæ cum ita fierent, Veſpaſianus, qui bellum cum Iudæis gerebat, vt audiuit diſſenſionem eſſe inter Othonem & Vitellium, deliberare cœpit quid ſe facere oporteret. Summa erat in eum beneuolentia omnium, non ſolum propter gloriam belli Britannici, eiuſque quod tum gerebat; ſed etiam propter æquitatem & prudentiam ipſius: quibus rebus adducebantur vt ſe ab eo regi

μέντοι ὁ Βιτέλλιος πολλοῖς παρεῖχεν. ὁρῶντες γὰρ ἄνδρα σεμνοπροσωποποιοῦντα ἐν ταῖς δημοσίαις προόδοις, ὃν ᾔδεσαν πεπορνευκότα· καὶ ἐφ' ἵππου βασιλικοῦ καὶ ἐν χλαμύδι πορφυρᾷ, ὃν ἠπίσταντο τοὺς ἀγωνιστὰς ἵππους ἐν τῇ * οὐενετίῳ ἐσθῆτι ψήχοντα· μετά τε ὄχλου στρατιωτῶν τοσούτου ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνιόντα, ὃν οὐδεὶς οὐδὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ πρότερον διὰ τὸ τῶν δανειστῶν πλῆθος ἰδεῖν ἐδύνατο· καὶ προσκυνούμενον πρὸς πάντων ὃν οὐδεὶς οὐδὲ φιλῆσαί ποτε ἡδέως ἠθέλησεν· οὐκ εἶχον ὅπως τὸν γέλωτα κατάσχωσιν. οἵ γε μὴν δεδανεικότες τι αὐτῷ, ἐξορμῶντος μὲν αὐτοῦ ἐς τὴν Γερμανίαν, ἐπελάβοντο, καὶ μόλις ποτὲ κατεγγυηθέντα αὐτὸν ἀπέλυσαν· τότε δὲ οὐχ ὅσον οὐ κατεγέλων, ἀλλὰ καὶ ἐθρήνουν καὶ κατεκρύπτοντο. καὶ αὐτοὺς ἀναζητῶν, τήν τε σωτηρίαν σφίσιν ἐς τὸ ὀφειλόμενον ἀποδιδόναι ἔλεγε, καὶ τὰ συμβόλαια ἀπῄτει. Ἐπεφοίτα δὲ καὶ τοῖς θεάτροις συνεχῶς, ὥστε καὶ τὸν ὅμιλον ἀπ' αὐτῶν ἀναρτᾶσθαι. συνεσιτεῖτο δὲ καὶ τοῖς δυνατωτάτοις ἁπλοϊζόμενος, ὥστε αὐτοὺς ἔτι καὶ μᾶλλον προσεταιρίζεσθαι. τῶν τε ἀρχαίων συμβιωτῶν ἰσχυρῶς ἐμέμνητο, καὶ πάνυ αὐτοὺς ἐτίμα· οὐκ ἀπαξιῶν γνωρίζειν τινὰ αὐτῶν δοκεῖν, ὥσπερ ἕτεροι. πολλοὶ γὰρ ἐπὶ μέγα παραλόγως ἀρθέντες, μισοῦσι τοὺς συνειδότας σφίσι τὴν ἐν τῷ πρὶν ταπεινότητα. Πράττοντι δ' αὐτῷ ταῦτα, σημεῖα πονηρὰ ἐγένετο. καὶ γὰρ κομήτης ἀστὴρ ἐφαντάσθη, καὶ ἡ σελήνη παρὰ τὸ καθεστηκὸς δὶς ἐκλελοιπέναι ἔδοξε· καὶ γὰρ τεταρταία καὶ ἑβδομαία ἐσκιάσθη. καὶ ἡλίους δύο ἅμα ἔκ τε τῶν ἀνατολῶν καὶ ἐκ τῶν δυσμῶν, τοῦτον μὲν ἀσθενῆ καὶ ὠχρὸν, ἐκεῖνον δὲ λαμπρὸν καὶ ἰσχυρὸν εἶδον. ἔν τε τῷ Καπιτωλίῳ ἴχνη πολλὰ καὶ μεγάλα δαιμόνων τινῶν, ὡς καὶ καταληλυθότων ἀπ' αὐτοῦ, ἑωράθη· καὶ ἔλεγον οἱ στρατιῶται οἱ τὴν νύκτα ἐκείνην αὐτῷ ἐγκεκοιτηκότες, ὅτι ὁ τοῦ Διὸς ναὸς αὐτόματος σὺν πολλῷ κτύπῳ ἀνεῴχθη, ὥστε τινὰς τῶν φυλάκων ἐκπλαγέντας ἀποψύξαι. Ἐπράχθη δὲ ταῦτα, καὶ ὁ Οὐεσπασιανὸς Ἰουδαίοις πολεμῶν, πυθόμενος τήν τε τοῦ Βιτελλίου καὶ τὴν τοῦ Ὄθωνος ἐπανάστασιν, ἐβουλεύετο ὅ τι χρὴ πρᾶξαι. ἥ τε γὰρ τῶν ἀνθρώπων εὔνοια πολλὴ ἦν πρὸς αὐτόν. ἡ γὰρ ἐκ τῆς Βρεττανίας δόξα, καὶ ἡ ἐκ τοῦ ἐν χερσὶ πολέμου εὔκλεια, τό τε ἐπιεικὲς καὶ φρόνιμον αὐτοῦ, πρὸς ἐπιθυμίαν σφᾶς ἦγε τοῦ παρ' αὐτοῦ

προσαλείψ.

τὴν στρατείαν. καὶ ὁ Μουκιανὸς ἰσχυρῶς προσέκειτο, ἐλπίζων τὸ μὲν ὄνομα τῆς ἀρχῆς ἐκεῖνον ἕξειν, καὶ αὐτὸς δὲ διὰ τὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ ἰσομοιρήσειν. αἰσθόμενοι δὲ οἱ στρατιῶται τούτων, καὶ περιστάντες τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, ἀνεῖπον αὐτὸν αὐτοκράτορα. Ἐγεγόνει μὲν οὖν καὶ σημεῖα καὶ ὀνείρατα τῷ Οὐεσπασιανῷ, τὴν μοναρχίαν ἐκ πολλοῦ δηλοῦντα, ἃ καὶ ἐν τῷ αὐτοῦ βίῳ λελέξεται. τηνικαῦτα δὲ τὸν μὲν Μουκιανὸν ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐπὶ τὸν Βιτέλλιον ἔπεμψεν· αὐτὸς δὲ, τά τε ἐν τῇ Συρίᾳ ἐπιδὼν, καὶ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Ἰουδαίους ἄλλοις τισὶ προστάξας, ἐς τὴν Αἴγυπτον ἐκομίσθη· καὶ συνέλεγε χρήματα, ὧν που καὶ τὰ μάλιστα ἐχρῇζε, καὶ σῖτον, ἵν' ὅτι πλεῖστον ἐς τὴν Ῥώμην ἀποστείλῃ. Οἱ δ' ἐν τῇ Μυσίᾳ στρατιῶται, τὰ κατ' αὐτὸν πεπυσμένοι, οὐδ' ἀνέμειναν τὸν Μουκιανόν, (ἐπυνθάνοντο γὰρ ἐν ὁδῷ εἶναι) ἀλλ' Ἀντώνιον Πρίμον, φυγόντα μὲν ἐκ καταδίκης ἐπὶ τοῦ Νέρωνος, καταχθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ Γάλβα, καὶ τοῦ Παννονικοῦ στρατοπέδου ἄρχοντα, εἵλοντο στρατηγόν. καὶ εἶχεν οὗτος τὴν αὐτοτελῆ ἀρχήν, μήθ' ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος μήθ' ὑπὸ τῆς γερουσίας αἱρεθείς. τοσαύτη τῶν στρατιωτῶν ἦν πρός τε τὸν Βιτέλλιον ὀργή, καὶ πρὸς τὰς ἁρπαγὰς ὁρμή. οὐ γάρ που καὶ ἐπ' ἄλλο τι ταῦτα ἔπραττον, ἢ ἵνα τὴν Ἰταλίαν διαρπάσωσιν· ὃ καὶ ἐγένετο. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Βιτέλλιος, αὐτὸς μὲν κατὰ χώραν ἔμεινε, τῇ τε ἄλλῃ τρυφῇ καὶ τότε χρώμενος, καὶ ἀγῶνας μονομαχίας τιθείς· ἐν οἷς καὶ ὁ Σπόρος, μέλλων ἐν κόρης ἁρπαζομένης σχήματι ἐς τὸ θέατρον εἰσαχθήσεσθαι, οὐκ ἠνέσχετο τὴν ὕβριν, ἀλλ' ἑαυτὸν προαπέσφαξε. τῷ δὲ δὴ Ἀλιηνῷ τὸν πόλεμον μεθ' ἑτέρων προσέταξεν. Ἀλιηνὸς δὲ, ἐς μὲν τὴν Κρεμῶνα ἀφίκετο, καὶ προκατέσχεν αὐτήν· ὁρῶν δὲ τοὺς στρατιώτας τοὺς μὲν ἑαυτοῦ ἔκ τε τῆς τρυφῆς τῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐκδεδιῃτημένους, καὶ ἐκ τῆς ἀγυμνασίας διατεθρυμμένους, τοὺς δὲ ἑτέρους καὶ τοῖς σώμασι γεγυμνασμένους καὶ ταῖς ψυχαῖς ἐρρωμένους, ἐφοβεῖτο. καὶ μετὰ τοῦτο, ἐπειδὴ καὶ λόγοι αὐτῷ παρὰ τοῦ Πρίμου φίλιοι ἦλθον, συνεκάλεσε τοὺς στρατιώτας, καὶ τήν τε τοῦ Βιτελλίου ἀσθένειαν, καὶ τὴν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἰσχύν, τόν τε ἑκατέρου τρόπον εἰπών, μεταστῆναι ἔπεισε. καὶ τότε μὲν τάς [τε] τοῦ Βιτελλίου εἰκόνας ἀπὸ τῶν σημείων καθεῖλον, καὶ ὑπὸ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἄρξεσθαι ὤμοσαν. διαλυθέντες δὲ καὶ ἐς τὰς σκηνὰς ἀναχωρήσαντες, μετενόησαν· καὶ ἐξαίφνης σπουδῇ καὶ θορύβῳ πολλῷ συστραφέντες, τὸν Βιτέλλιον αὐτοκράτορα

cuperent. Inſtabat Mucianus vehementer, quod ſperaret illum quidem nomen Imperatoris habiturum, ſed futurum tamen & ſe, propter illius æquitatem, Imperii participē. Quibus cognitis rebus, milites circumſiſtunt tabernaculum Veſpaſiani, eumq; Imperatorem renunciant. Neq; vero defuere Veſpaſiano prodigia & ſomnia, quibus ei futurum Imperium fuerat longo tempore ante ſignificatum: eaque nos, cum ad vitam eius venerimus, attingemus. Igitur Veſpaſianus primo quoq; tēpore Mucianum in Italiam contra Vitellium mittit: ipſe, inſpectis rebus Syriæ, præfectiſque aliis ducibus bello Iudaico, in Ægyptum cōtendit; ibique pecuniam, qua maxime ei opus erat, colligit; cōparatq; frumentum; vt Romā, quam maximum numerum poteſt, mittat. Legiones quæ erant in Myſia, cognitis iis quæ de Veſpaſiano perferrentur, Muciano nequaquam exſpectato, quē audiebant eſſe in itinere, Antonium Primum ducem ſuum deligunt. is fuerat a Nerone miſſus in exſilium; poſt vero, a Galba reſtitutus, Pannonico exercitui præerat; eoque tempore neque ab Imperatore, neq; a Senatu delectus, ſummum Imperium habuit. tanta erat in Vitellium indignatio militum, tanta prædandi cupiditas. Neq; enim milites hæc ob aliam cauſam agebant, quam vt Italiam diriperent: id quod factum eſt. Vitellius, cognitis his rebus omnibus, nihilo minus remanet in Vrbe: neque vero a deliciis abſtinet, ſed præter cetera ludos gladiatorios facit. In his ludis Sporus, cum eum ornatu raptæ puellę oporteret in theatrum venire, neq; poſſet talem contumeliam pati, mortem ſibi conſciuit. Vitellius Alienum cum paucis bello præficit. Alienus Cremonam venit, oppidumque occupat. Poſt, vbi videt ſuos milites propter delicias Vrbis intemperantes, nimioq; otio molles & effœminatos eſſe; contraq; hoſtes corporibus exercitatis, magniſque animis; timere cœpit: dein, vt ei a Primo litteræ amicæ venerunt, conuocauit milites; iiſq; expoſita imbecillitate Vitellii, viribusq; Veſpaſiani, ac vtriuſq; moribus, perſuaſit vt in partes Veſpaſiani tranſirent. Illi delent imagines Vitellii ex ſignis, iurantque ſe ſub Imperio Veſpaſiani fore: vixque dimiſſi in tentoria reuerterant, cum eos facti pœnitere cœpit. Itaq; repente magno ſtudio ac tumultu congregati, rurſum Vitellium

Imperatorem vocant, Alienumque, quaſi eſſent ab eo ꝓditi, vinculis conſtringunt, nulla conſulatus eius habita ratione: quæ præſertim fieri ſolent in bellis ciuilibus. Cumque iam eſſet ingens tumultus in exercitu Vitellii, tum lunæ defectio eum longe fecit maiorem; non tantum quod obſcurata eſt, (quamquam hæc terrorem inijciunt tumultuantibus) ſed etiam quod ſanguinolenta atraque eſſe, aliosque horribiles colores emittere viſa eſt. Hi enim nihilo magis decedere de ſententia, aut aliquid remittere, ſed ad manus venire inter ſe, pugnareque alacriter: etſi (vt dixi) Vitellianis dux non erat, quod Alienus Cremonæ eſſet in vinculis. Pugnatur interdiu ac noctu vtrimque æquo Marte. Nox enim inuenit pugnãtes; nec ea quidem prœliũ dirimere potuit. tanta erat ira, tanta vincendi cupiditas. Agnoſcebant ſe inter ſe, atq; vna colloquebantur: non eos placabat fames, non labor, non frigus, non tenebræ, non accepta vulnera, non cædes, non reliquiæ mortuorũ, non multitudo pereuntium: tanta deniq; inſania vtroſque pariter ceperat, vt ne propter noctem quidem quæ ſuperuenit, (vt dixi) aliquid remitterẽt. Videre licebat, quoties luna luceret, (nam interdum occultabatur nubibus) pugnare illos nonnumquã, nonnumquam ſtare, *ad haſtas adhæreſcere, ſedere, ſimul clamorem tollere: hi Veſpaſianum, illi Vitellium Imperatorem dicere; *vocare ſe mutuo, conuitiari, laudare: ſed & priuatim alter ita alterum admonere; *Mi commilito & ciuis, quid facimus? cur pugnamus? huc tranſi ad me. Nequaquam*, inquit alter; *tu ad me potius.* Cui vero mirum nõ videatur, quod, cum mulieres ex oppido eſculenta & poculenta de nocte ad Vitellianos attuliſſent, non modo ſe ipſi cibo potuque, ſed etiam aduerſarios refecerunt. vocabat quiſque aduerſarium nominatim; (omnes enim fere ſe nouerant, ac tum agnoſcebant) *Accipe*, inquit, *mi commilito, ede: non enim tibi gladium præbeo, ſed panem. accipe rurſum, & bibe: non enim tibi ſcutum, ſed poculũ trado: vt ſiue tu me interficias, ſiue ego te, moriamur facilius; atq; vt ne me eneruata aut imbecilli manu occidas, aut ego te. hæ noſtra ſint exſequiæ, nobis adhuc viuẽtib.*

αὖθις ἀνεκάλουν· καὶ τὸν Ἀλιηνὸν, ὡς καὶ προεδιδόντα *σφᾶς, ἔδησαν, οὐδὲν οὐδὲ τῆς ὑπατείας αὐτοῦ προτιμήσαντες. τοιαῦτα γὰρ τὰ τῶν πολέμων τῶν ἐμφυλίων μάλιστα ἔργα ἐστί. Ταραχῆς οὖν καὶ κατὰ τοῦτο πολλῆς ἐν τῷ τοῦ Βιτελλίου στρατοπέδῳ οὔσης, ἐπηύξησεν αὐτὴν ἡ σελήνη τῆς νυκτὸς ἐκλιποῦσα, οὐχ ὅτι καὶ ἐσκιάσθη, (καίτοι τοῖς θορυβουμένοις καὶ τὰ τοιαῦτα φόβον φέρει) ἀλλ' ὅτι καὶ αἱματώδης καὶ μέλαινα, ἄλλα τε τινὰ χρώματα φοβερὰ ἀφιεῖσα ὤφθη. οὐ μέντοι καὶ παρὰ τοῦτο οὔτε μετέθεντο οὔτε ἐνέδοσαν· ἀλλ' ἐς χεῖρας ἀλλήλοις ἐλθόντες, προθυμότατα ἠγωνίσαντο· καίπερ ἄναρχοι, ὥσπερ εἶπον, οἱ Βιτέλλειοι ὄντες. ὁ γὰρ Ἀλιηνὸς ἐν τῇ Κρεμώνῃ ἐδέδετο. κἀκ τούτου καὶ ἴση καὶ ἀντίρροπος οὐκ ἐν τῇ ἡμέρᾳ μόνῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ νυκτὶ ἡ μάχη αὐτῶν ἐγένετο. καὶ νὺξ αὐτὴν ἐπέλαβε, καὶ οὐδὲ ἐκείνη σφᾶς διέλυσε· τοσαύτη που καὶ ὀργὴ καὶ προθυμία, καίπερ καὶ γνωρίζοντες ἀλλήλους καὶ λαλοῦντες σφίσιν, ἐχρήσαντο. ὅθεν οὔθ' ὁ λιμὸς αὐτοὺς, οὔτε ὁ κάματος, οὔτε τὸ ψῦχος, οὔθ' ὁ σκότος, οὐ τὰ τραύματα, οὐχ οἱ φόνοι, οὐ τὰ λείψανα τῶν νεκρῶν, οὐ τὸ πλῆθος τῶν *ἀπολλυμένων ἐτράπωσε. τοιαύτη τις μανία ἀμφοτέρους ὁμοίως κατεῖχεν. οὐκοῦν οὐδὲ τῆς νυκτὸς ἐπελθούσης (ὥσπερ εἶπον) ἐνέδοσαν· καὶ ἦν ἰδεῖν, ὁσάκις γε καὶ ἡ σελήνη διέλαμψε, (νέφη γὰρ αὐτὴν ἔσθ' ὅτε συνέκρυπτεν) ἔστι μὲν ὅτε μαχομένους αὐτοὺς, ἔστι δ' ὅτε ἑστηκότας, ἢ καὶ ἐπὶ τὰ δόρατα προσηρεισμένους, ἢ καθημένους. καὶ ποτὲ μὲν κοινῇ συνεβόων, οἱ μὲν τὸν Οὐεσπασιανὸν, οἱ δὲ τὸν Βιτέλλιον ὀνομάζοντες, καὶ ἀντιπαρεκαλοῦντο ἀλλήλους, λοιδοροῦντές τε καὶ ἐπαινοῦντες ἑκάτερον· ποτὲ δὲ καὶ ἰδίᾳ ἄλλος ἄλλῳ διελάλει, Συστρατιῶτα, πολῖτα, τί ποιοῦμεν; τί μαχόμεθα; δεῦρ' ἧκε πρὸς ἐμέ. Μὴ δῆτα, ἀλλὰ σὺ πρὸς ἐμέ. καὶ τί ἄν τις τοῦτο θαυμάσειεν, ὁπότε καὶ σιτία καὶ ποτὰ αἵ τε γυναῖκες ἐκ τῆς πόλεως τοῖς τοῦ Βιτελλίου στρατιώταις τῆς νυκτὸς ἐνεγκοῦσαι ἐδίδοσαν· καὶ ἐκεῖνοι αὐτοί τε ἔφαγον καὶ ἔπιον, καὶ τοῖς ἀντιμαχομένοις ὤρεγον. καί τις αὐτῶν ὀνομαστὶ τὸν ἀντίπαλον ἀνακαλέσας, (πολλοὶ γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ᾔδεσαν ἀλλήλους καὶ ἐγνώριζον) *Λαβὲ, ἔφη, συστρατιῶτα, καὶ φάγε· οὐ γὰρ ξίφος ἀλλ' ἄρτον σοι δίδωμι. λαβὲ καὶ πίε· οὐ γὰρ ἀσπίδα, ἀλλὰ κύλικά σοι προτείνω· ἵνα, ἄν τε σὺ ἀποκτείνῃς ἐμὲ, ἄν τε καὶ ἐγὼ σὲ, ῥᾷον ἀπαλλάξωμεν, μηδὲ ἐκλελυμένῃ καὶ ἀσθενεῖ τῇ χειρὶ μήτε σὺ ἐμὲ κατακόψῃς, μήτε ἐγὼ σέ. ταῦτα γὰρ ἡμῖν ζῶσιν ἔτι τὰ ἐναγίσματα·

καὶ Βιτέλ-

καὶ Βιέλλιος καὶ Οὐεσπασιανὸς διαμάχονται, ἵν' ἡμᾶς τοῖς πάλαι νεκροῖς καταθύσωσι. Τοιαῦτα δ' ἄν τινες πρὸς ἀλλήλους εἰπόντες, καὶ ἀναπαυσάμενοι χρόνον τινὰ, καὶ ἐμφαγόντες, πάλιν ἂν ἐμαχέσαντο· εἶτ' ἀναχωρήσαντες, αὖθις συνέβαλλον. Καὶ ταῦθ' οὕτω δι' ὅλης νυκτὸς μέχρι τῆς ἕω ἐγένετο. ἔνθα δὴ καὶ τοιόνδε τι δύο ἄνδρες τῶν Οὐεσπασιανείων ἔπραξαν. ἐπειδὴ γὰρ ἰσχυρῶς ἐκ μηχανήματός τινος ἐβλάπτοντο, ἀσπίδας τε ἐκ τῶν Βιελλείων σκύλων ἥρπασαν, καὶ τοῖς ἀντικαθεστηκόσι μιχθέντες, ἔλαθον μέχρι τῆς μηχανῆς ἐλθόντες ὡς καὶ ἐκείνων ὄντες· καὶ τὰ σχοινία αὐτῆς διέκοψαν, ὥστε μηδὲν ἔτι βέλος αὐτῆς ἀφεῖναι δυνηθῆναι. Ἀνατείλαντος δὲ τοῦ ἡλίου, καὶ τῶν στρατιωτῶν ἐκ τοῦ τρίτου στρατοπέδου τοῦ Γαλατικοῦ καλουμένου, καὶ ἐν τῇ Συρίᾳ χειμάζοντος, τότε δὲ κατὰ τύχην ἐν τῇ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ μερίδι ὄντες, ἀσπασαμένων αὐτὸν ἐξαίφνης, ὥσπερ εἰώθεσαν, ὑποτοπήσαντες οἱ τοῦ Βιελλίου τὸν Μυκιανὸν παρεῖναι, ἠλλοιώθησαν καὶ ἡττηθέντες ὑπὸ τῆς βοῆς, ἔφυγον. (οὕτω που καὶ τὰ βραχύτατα μεγάλως τοὺς προκεκμηκότας ἐκπλήσσει) καὶ ἐς τὸ τεῖχος ἀναχωρήσαντες, χεῖράς τε προεξέτεινον καὶ ἱκέτευον. καὶ ἐπεὶ μηδεὶς αὐτῶν εἰσήκουεν, ἔλυσαν τὸν ὕπατον, καὶ αὐτὸν τῇ τε ἐσθῆτι τῇ ἀρχικῇ καὶ ταῖς ῥάβδοις κοσμήσαντες, ἔπεμψαν ἐφ' ἱκετείας, καὶ ἔτυχον τῶν σπονδῶν. ὁ γὰρ Ἀλιηνὸς, διά τε τὸ ἀξίωμα, καὶ διὰ τὴν ξυμφορὰν, ἔπεισε ῥᾳδίως τὸν Πρῖμον τὴν ὁμολογίαν σφῶν δέξασθαι. ὡς μέντοι αἵ τε πύλαι ἀνεῴχθησαν, καὶ ἐν ἀδείᾳ πάντες ἐγίνοντο, τότε δὴ ἐξαίφνης πανταχόθεν τε ἅμα εἰσέδραμον, καὶ διήρπασαν πάντα καὶ ἐνέπρησαν. καὶ ἐγένετο καὶ τοῦτο τὸ πάθος οὐδενὸς τῶν δεινοτάτων σμικρότερον. ἥ τε γὰρ πόλις καὶ μεγέθει καὶ κάλλεσιν οἰκοδομημάτων ἤσκητο, καὶ χρήματα παμπληθῆ καὶ τῶν ἐπιχωρίων καὶ τῶν ξένων ἐς αὐτὴν συνεληλύθει. καὶ τά γε πλείω κακὰ οἱ Βιέλλιοι ἔδρασαν, ἅτε καὶ τὰς οἰκίας τῶν πλουσιωτάτων καὶ τὰς διεξόδους τῶν στενωπῶν ἀκριβῶς εἰδότες. οὐδ' ἔμελεν αὐτοῖς εἰ, ὧν ὑπερεμαχέσαντο, τούτους ἀπώλεσαν, ἀλλ' ὡς καὶ αὐτοὶ καὶ ἠδικημένοι καὶ κεκρατηκότες, ἔπαιον, ἔσφαττον· ὥστε [καὶ] πέντε μυριάδας σὺν τοῖς ἐν τῇ μάχῃ πεσοῦσιν ἀπολέσθαι. Βιέλλιος δὲ, ὡς ἐπύθετο τῆς ἥττης, τέως μὲν ἐθορυβεῖτο, τὸ μέν τι καὶ ὑπὸ σημείων ταραχθεὶς, (θύσαντος γὰρ αὐτοῦ θυσίαν τινὰ, καὶ ἐπ' αὐτῇ δημηγοροῦντος τοῖς στρατιώταις, γῦπες

Vitellius enim & Veſpaſianus bellum gerũt inter ſe, vt nos iis qui iam olim mortui ſunt, mactent. Hæc atque alia eiuſdem generis cũ inter ſe dixiſſent, ceſſatur aliquamdiu, & comeditur: eoque facto pugnatur iterum: paulo poſt, pugnam intermittunt; deinde renouant. Hæc totam noctem, quouſque illuxit, facta ſunt. Tum autem duo ex militibus, qui Veſpaſiani partes ſuſtinebant, quiddam tale fecerunt. Cum enim graue damnum caperent ex aliqua machina, raptis ſcutis ex ſpoliis Vitellianorum qui iam ceciderant, permixtique cum aduerſariis, clam ad machinam veniũt pro Vitellianis; funeſque eius incidunt, vt ex ea nullum telum amplius emitti poſſet. *Orto ſole, milites tertiæ legionis (ea Gallica nominatur) quæ hibernat in Syria, aderatque tum forte cum iis qui Veſpaſiani partes tuebantur; † eum illico ſalutant, vt ante conſueuerãt. ſolem illico ſalutant, Bl. Qua ex re Vitelliani rati Mucianum veniſſe, perterriti victique clamore, in fugam ſe coniiciunt: & cum ante maximos labores ſuſtinuiſſent, minima re perterrẽtur. Poſt hæc ad murum ſe recipiunt, paſſiſq; manibus obteſtantur victores: cumque a nemine exaudirentur, Conſulem diſſoluerunt, eumque ornatum veſte conſulari miſerunt cum faſcibus ſupplicandi cauſa; ac poſtulata fœdera per eum impetrauerunt. Alienus enim, propter dignitatem ſuam, facile Primo perſuaſit vt conditiones eorum acciperet. Poſtquam portæ vrbis apertæ, atque ipſi omnes in tuto fuerunt, concurrunt vndiq;, cunctaq; rapinis & incendiis vaſtant. Fuit hæc grauiſſima calamitas, propterea quod Cremona erat maximis atque pulcherrimis ædificiis ornata, magnaque vis pecuniæ a ciuibus & peregrinis in eam coacta fuerat. Huic vrbi Vitelliani, vt qui ædes locupletum, & exitus vicorum nouerãt, maiora incommoda attulerunt. Nec enim piguit eos ciues pro quibus pugnauerant, perdere; ſed, quaſi ab iis iniuriam accepiſſent, eoſque viciſſent, violare, percutere, atque occidere auſi ſunt; ita vt cum iis qui in prœlio ciciderũt, deſiderata ſint hominum quinquaginta milia. Vitellius, de hac clade certior factus, vehemẽter tumultuari cœpit, nõ ſolum perturbatus prodigiis, ꝗ peracto quodã ſacrificio, cũ eius cauſa apud milites cõcionaretur, magnus numerus

vulturum irruit, diſcerpſitq; exta, ac ipſum fere de tribunali deturbauit: ſed multo etiã magis propter nuntiũ acceptæ calamitatis. Itaque fratrem ſuum Tarracinas celeriter mittit, munitumq; oppidũ per eum retinet. Sed cum exercitus Veſpaſiani Romã aduentaret, ita perterritus obſtupuit, vt nihil certi ageret aut ſentiret, ſed temere ſurſum deorſum ferretur, veluti in maxima tẽpeſtate. modo enim Imperium arctè tenere, accurateque defendere conabatur, ſeq; ad bellum gerendum parabat: modo vltro deponebat, quod ſtatueret priuatam vitam agere: interdũ ferebat chlamydẽ purpuream, accingebatq; gladiũ; interdum pulla veſte induebatur: concionem habebat in Palatio foroq;, ac milites nonnumquã ad prœliũ, nonnumquam ad pacem faciendam cohortabatur: partim deuouere ſe pro ſalute Reipublicę: partim captare miſericordiã: eiusq; rei cauſa filiũ, quem tenebat in manibus, amplexari, & ante oculos eorum ponere: dimittere prætorianos, rurſum accerſere: domũ fratris ſe recipere relicto Palatio: mox eodem reuerti: ita vt ex iis rebus permulti ſtudium quod habebant in ipſum, remitterent. Nam cum is maximo furore huc & illuc diſcurſaret, idq; illi viderent, non amplius imperata facere, neq; res eius magis quam ſuas curare, ridereque eum multis de cauſis, ſed in primis quod in concionibus gladium tradebat Cõſulibus & Senatui, vt ex eo ſummum Imperiũ deponeret: quem dum nemo ex Senatoribus auderet capere, ii qui aderant, multo magis ridebant. Quas ob res, præſertim cum iam Primus appropinquaret, C. Quintius Atticus, & Cn. Cæcilius Simplex Conſules, & Sabinus ꝓpinquus Veſpaſiani, aliiq; primarii viri, ſimul cõueniunt: dictiſque ſentẽtiis, in Palatiũ contendunt cum militibus ſuarũ partium, vt aut perſuaderẽt Vitellio, aut eum cogerent Imperiũ deponere. Sed cũ incidiſſent in †Germanos cuſtodes Vitellii, *miſere afflicti diſcedũt, atq; in Capitolium perfugiunt. Eodẽ Domitianum Veſpaſiani filiũ, propinquoſq; eius accerſunt, præſidiiſq; muniunt. Poſtridie eius diei, Vitelliani contra eos irruere. hi impetum illorum propulſauere aliquamdiu. ſed cũ incẽſis

Celtas, Gr.

πολλοὶ προσπεσόντες, τά τε ἱερὰ διεσκέδασαν, καὶ ἐκεῖνον ἀπὸ τοῦ βήματος ὀλίγου δεῖν κατέβαλον) τὸ δὲ δὴ πλέον διὰ τὴν ἀγγελίαν τῆς ἥττης· καὶ τὸν μὲν ἀδελφὸν διὰ ταχέων εἰς Ταῤῥακίνας ἔπεμψε, καὶ δι᾽ αὐτοῦ τὴν πόλιν κατέσχεν ὀχυρὰν οὖσαν. Τῶν δὲ δὴ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ στρατηγῶν ἐπιόντων τῇ Ῥώμῃ, ἐξεπλάγη τε καὶ ἐξέστη. ἐν μὲν γὰρ οὐδὲν οὔτε ἔπραττεν οὔτε ἐφρόνει, ἐμπλήκτως δὲ ἄνω καὶ κάτω ἐφέρετο, ὥσπερ ἐν κλύδωνι. καὶ γὰρ ἀντείχετο τῆς ἡγεμονίας, καὶ πάντως ὡς καὶ πολεμήσων παρεσκευάζετο· καὶ ἑκὼν αὐτὴν ἠφίει, καὶ πάντως ὡς καὶ ἰδιωτεύσων ἡτοιμάζετο· καὶ ἔστι μὲν ὅτε τὴν χλαμύδα τὴν πορφυρᾶν ἐφόρει, καὶ ξίφος παρεζώννυτο, ἔστι δ᾽ ὅτε ἐσθῆτα φαιὰν ἀνελάμβανεν· *ἐδημηγόρει τε καὶ ἐν τῷ παλατίῳ καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἄλλοτε ἄλλα, ἐπί τε μάχην καὶ ἐπὶ διαλλαγὰς αὖθις προτρεπόμενος. καὶ ποτὲ μὲν καὶ ἑαυτὸν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ δὴ ἐπεδίδου, τοτὲ δὲ καὶ τὸ παιδίον κατέχων καὶ φιλῶν, προέβαλλεν *αὖθις ὡς ἐλεηθησόμενος. *τοὺς δορυφόρους ἀπήλλαττε, καὶ πάλιν μετεπέμπετο. τό τε παλάτιον ἐκλιπὼν ἂν, καὶ ἐς τὴν τοῦ ἀδελφοῦ οἰκίαν ἀπιὼν, εἶτα ἀνεκομίζετο. ὥστε ἐκ τούτων καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πλείστους τῆς σπουδῆς παραλῦσαι. ὁρῶντες γὰρ αὐτὸν δεῦρο καὶ ἐκεῖσε ἐμμανῶς ᾄττοντα, οὔτέ τι τῶν προσταττομένων σφίσιν ὁμοίως ἔπραττον, οὔτε τὰ ἐκείνου μᾶλλον ἢ τὰ σφῶν διεσκόπουν. καὶ τά τε ἄλλα αὐτὸν ἐκερτόμουν, καὶ μάλιστα ὁπότε τὸ ξίφος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῖς τε ὑπάτοις καὶ τοῖς ἄλλοις βουλευταῖς ὤρεγεν, ὡς καὶ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν δι᾽ αὐτοῦ ἀποτιθέμενος. οὔτε γὰρ ἐκείνων τις λαβεῖν αὐτὸ ἐτόλμα, καὶ οἱ παρεστηκότες ἐχλεύαζον. Πρὸς οὖν ταῦτα, ἄλλως τε καὶ πελάζοντος ἤδη τοῦ Πρίμου, συνελθόντες οἵ τε ὕπατοι Γάϊος Κυΐντιος Ἀττικὸς, καὶ Γναῖος Κεκίλιος Σίμπλιξ, καὶ Σαβῖνος, (συγγενὴς δὲ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ) τῶν τε ἄλλων οἱ πρῶτοι, γνώμας ἐποιήσαντο, καὶ εἰς τὸ παλάτιον ὥρμησαν σὺν τοῖς ὁμογνωμονοῦσι σφίσι στρατιώταις, ὡς ἢ πείσοντες ἢ καὶ καταναγκάσοντες τὸν Βιτέλλιον τὴν ἀρχὴν ἀφεῖναι. καὶ περιπεσόντες τοῖς Κελτοῖς τοῖς φρουροῦσιν αὐτὸν, κακῶς ἀπήλλαξαν· κἀκ τούτου ἔς τε τὸ Καπιτώλιον ἀνέφυγον· κἀνταῦθα τὸν Δομιτιανὸν τὸν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ υἱὸν, καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ, μεταπεμψάμενοι, ἐν φυλακῇ ἐποιήσαντο. τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ προσβαλόντων σφίσι τῶν ἐναντίων, χρόνον μέν τινα ἀπεκρούσαντο αὐτούς· ἐμπρησθέντων δὲ

τῶν περὶ

τῇ περὶ τὸ Καπιτώλιον, ἀνεκόπησαν ὑπὸ τοῦ πυρός. καὶ οὕτως ἐπαναβάντες οἱ τοῦ Βιτελλίου στρατιῶται, ἐκείνων τε συχνοὺς ἐφόνευσαν, καὶ διαρπάσαντες πάντα τὰ ἀναθήματα, κατέπρησαν ἄλλα τε καὶ τὸν ναὸν τὸν μέγαν· τόν τε Σαβῖνον καὶ τὸν Ἀττικὸν συλλαβόντες, πρὸς τὸν Βιτέλλιον ἔπεμψαν. Δομιτιανὸς δὲ, καὶ Σαβῖνος ὁ τοῦ Σαβίνου παῖς, ἐν τῷ πρώτῳ θορύβῳ διαφυγόντες ἐκ τοῦ Καπιτωλίου, καὶ ἐς οἰκίας τινὰς καταχρυφθέντες ἐλελήθεσαν. Ὡς δὲ οἱ Οὐεσπασιανοὶ στρατιῶται πλησίον ἐγένοντο, οὓς ὅ τε Κύιντος Πετίλιος Κερεάλιος βουλευτὴς τῶν πρώτων, καὶ τῷ Οὐεσπασιανῷ κατ᾽ ἐπιγαμίαν τινὰ προσήκων, καὶ ὁ *Πεῖσκος ὁ Ἀντώνιος ἦγον, (ὁ γὰρ Μουκιανὸς οὔπω ἐπεφθάκει) ἐν πολλῷ δέει ὁ Βιτέλλιος ἐγεγόνει. *οὗτοι γὰρ πρότερον μὲν δι᾽ ἀγγέλων τινῶν, ἔς τε λάρνακας μετὰ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐς γρίφους ὀπώραν ἔχοντας, ἢ καὶ καλάμοις ὀρνιθευτῶν, τὰ γράμματα ἐμβαλόντες, πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει δρώμενα ἐμάνθανον, καὶ πρὸς ἐκεῖνα ἐβουλεύοντο. τότε δὲ, ἰδόντες τὸ πῦρ ἐκ τοῦ Καπιτωλίου ὥσπερ ἐκ φρυκτωρείας ὁρώμενον, ἐπείχθησαν· καὶ πρότερον τῇ πόλει μετὰ τοῦ ἱππικοῦ Κερεάλιος προσέβαλεν. ὁ δὲ Βιτέλλιος, τὴν βουλὴν συναγαγὼν, *πρέσβεις παρ᾽ αὐτῶν μετὰ τῶν ἀειπαρθένων πρὸς τὸν Κερεάλιον ἔπεμψεν. ὡς δὲ οὐδεὶς αὐτῶν εἰσήκουσεν, ἀλλ᾽ ὀλίγου καὶ ἀπέθανον, πρός τε τὸν Πρίμον καὶ αὐτὸν ἤδη προσπελάζοντα ἦλθον, καὶ λόγου μὲν ἔτυχον, ἔπραξαν δὲ οὐδέν. οἱ γὰρ στρατιῶται ἐπ᾽ αὐτὸν ὀργῇ ἐχώρησαν, καὶ τήν τε φυλακὴν τὴν τοῦ *Τιβέριδος γεφύρας ῥᾳδίως ἔλυσαν. ἐπειδὴ γὰρ ἐνστάντες ἐς αὐτὴν ἐκώλυσαν σφᾶς διελθεῖν, διενήξαντο τὸν ποταμὸν οἱ ἱππεῖς, καὶ κατὰ τοῦ νώτου σφίσιν ἐπέπεσον. καὶ μετὰ τοῦτο ἄλλοι ἄλλῃ ἐσβαλόντες, οὐδὲν ὅ τι τῶν δεινοτάτων οὐκ ἐποίησαν. πάντα γὰρ ὅσα τῷ Βιτελλίῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσιν ἐπεκάλουν, καὶ δι᾽ ἃ καὶ πολεμεῖν σφίσιν ἐσκήπτοντο, ἔδρασαν· καὶ ἀπέκτειναν πολλούς. συχνοὶ δὲ καὶ αὐτῶν ἀπὸ τῶν *τεγῶν τῷ κεράμῳ βαλλόμενοι, καὶ ἐν ταῖς στενοχωρίαις ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀντισταμένων ὠθούμενοι, ἐκόπτοντο· ὥστε [ἐς] πέντε μυριάδας ἀνθρώπων ὅλας ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις φθαρῆναι. Τῆς οὖν πόλεως πορθουμένης, καὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν μὲν μαχομένων, τῶν δὲ φευγόντων, καὶ ἤδη καὶ αὐτῶν ἐκείνων (ὅπως τῶν ἐσεληλυθότων δόξαντες εἶναι, σωθῶσι) καὶ διαρπαζόντων τινὰ καὶ φονευόντων, ὁ Βιτέλλιος φοβηθεὶς, χιτωνίσκον τε ῥακώδη καὶ ῥυπαρὸν ἐνέδυ, καὶ ἐς

iis quæ circum Capitolium erant, igni impedirentur, Vitelliani aſcendunt in Capitolium, magnumq; numerum eorum concidunt: direptisque iis omnibus quæ in Capitolio repoſita erant, ac præter alia loca, magno templo Iouis Opt. Max. incenſo, Sabinum & Atticum captos ad Vitellium mittunt: nam Domitianus, & Sabinus filius, in primo tumultu fugerant ex Capitolio, & abditi in quibuſdam ædibus, latuerant. Poſtquã nõ longe abfuerunt Veſpaſiani milites, quos Q. Petilius Cerealis, vnus ex primis Senatoribus, & Veſpaſiani affinis; & item Antonius Priſcus ducebant, (nam Mucianus nõdum venerat) Vitellius ſumme pertimuit. Illi enim primũ per nuntios, *deinde per litteras in vrnas inter mortuos coniectas, & in corbes in quibus fructus erant, & item in arundines aucupum, fiebant certiores omniũ quæ in vrbe gererentur; ita vt de iis, quid opus eſſet facto, conſultarent: tunc autem, quia ignẽ viderant in Capitolio, tamquam e ſpecula, iter quam celerrime faciebant; primusq; omnium Cerealis cum equitatu in vrbem cõtendit. Vitellius, conuocato Senatu, legatos ex eo & ex Veſtalibus ad Cerealem mittit. hi, cum nemo vellet ipſos audire, fereque in mortis diſcrimen veniſſent, ad Primum, qui inde nõ longe aberat, proficiſcuntur; vtque cum eo colloqui poſſint, impetrant: nihil tamen efficiunt, ſed a militibus profectis contra Vitellium, maximo furore præſidia pontis Tiberis frangun tur. nam cum tranſire prohiberentur ab iis qui pontem tuebantur, equites flumen tranſierunt natando; eosque cum inuaſiſſent a tergo, aliis irruentibus ex aliis partibus, affecerunt acerbiſsimis & grauiſsimis incõmodis. Tum ab iis factum eſt id quod in Vitellio ac Vitellianis criminabantur, cuiusque cauſa ſe cum eis bellum gerere *ſimulabant. Cæſi ſunt videlicet quamplurimi mortales, *multiq; contra de tectis fictilibus deiecti, & in anguſtis locis propter multitudinem hominum oppreſsi interierunt; ita vt per illos dies obierint hominũ quinquaginta milia. Dũ vrbs hoc modo diriperetur, pugnarentq; alii, aliique fugerent, & iidem poſtea rapinas & cędes pariter facerent, vt in numero eorum qui vrbem inuaſerant, incolumes ſeruarentur; Vitellius ſordido attritoq; ſagulo amictus, ſe abdit

in obſcurum locũ, vbi canes alebantur; ſperans ſe noctu Tarracinam ad fratrem fugiturum: ſed inueſtigatus inuentusq; a militibus, (non enim diu latere poterat is qui fuerat Imperator) pannis obſitus, & ſanguine perfuſus, quod eum canes læſerant, deprehenditur: deinde veſte eius diſciſſa, vinctisque a tergo manibus, ac laqueo in collo religato, Cęſarem e Palatio, vbi magnas voluptates ceperat, deducunt: trahuntque via Sacra eum Imperatorem, qui ſuperbe plerumq; ſella vectus fuerat; ipſumq; Auguſtũ in forum in quo crebro concionatus erat, perducunt: ibi ei colaphos impingunt, alii barbam vellũt, illudunt omnes, ac contumelioſe maledicunt, & comiſſationes exprobrant: nam ventre obeſo erat. Cumque Vitellius ob has cauſas magno pudore affectus, demiſſo capite terram intueretur, milites ſub mento eũ pungebant, vt caput extolleret inuitus, altumque cerneret. Quod vbi quidã † Germanus animaduertit, non pertulit diutius, ſed miſericordia permotus; *Ego tibi*, inquit, *qua in re potero, opem feram*: itaq; illum percuſſit, deinde ſibi manus attulit. Neque tamen Vitellius moritur ex eo vulnere, ſed trahitur in carcerem *vna cum ſuis ſtatuis, quib. ridicula multa atq; turpia exprobrabantur. Hic Vitellius ſummo dolore affectus propter ea quæ pateretur & audiret; *Ego quidem*, inquit, *aliquando Imperator veſter fui*. Quamobrem irati milites, eũ ad ſcalas Gemonias perductum obtruncãt, abſciſſumque caput eius per totam vrbem geſtant. Vitellius poſtea ab vxore ſepelitur. Is vixit annos quinquaginta quattuor: regnauit annum vnum, decem dieb. exceptis. Frater eius, cum Tarracina profectus eſſet vt ei opem ferret, accepiſſetque in itinere eum mortuum eſſe, incidit in eos qui contra eũ miſſi erant, cum iisque de ſalute ſua paciſcitur; licet & ipſe non multo poſt, & poſt eum filius Vitellii, occiſus fuerit: quamquam Vitellius nullum ex propinquis Othonis aut Veſpaſiani occiderat. His confectis rebus Mucianus venit; isque omnia vna cum Domitiano adminiſtrare cœpit: quem etiam ad milites adduxit, fecitque, quamuis puer eſſet, vt apud eos concionaretur. tum † viceniquini denarii dati ſunt ſingulis militibus.

Celta, Gr.

ſinguli aurei, al. XXV drachm. Gr.

οἴκημα σκοτεινὸν, ἐν ᾧ ἐτρέφοντο κύνες, ἐκρύφθη, γνώμην ἔχων τῆς νυκτὸς ἐς τὴν Ταρρακίναν πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀποδρᾶναι. καὶ αὐτὸν ἀναζητήσαντες οἱ στρατιῶται καὶ ἐξευρόντες, (οὐ γάρ που καὶ ἐπὶ πολὺ λαθεῖν ἀκριβῶς ἠδύνατο, ἅτε αὐτοκράτωρ γεγονὼς) συνέλαβον ὑφαντοῦ καὶ αἵματος ἀναπεπλησμένον· (ὑπὸ γὰρ τῶν κυνῶν ἐλελύμαντο) κἀκ τούτου τὴν μὲν ἐσθῆτα αὐτοῦ περιερρήξαντες, καὶ τὼ χεῖρε εἰς τοὐπίσω δήσαντες, τῷ τε αὐχένι σχοινίον περιθέντες, κατήγαγον ἐκ τοῦ παλατίου τὸν Καίσαρα τὸν ἐν αὐτῷ ἐντρυφήσαντα· καὶ διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ ἔσυραν τὸν αὐτοκράτορα τὸν ἐν τῷ βασιλικῷ δίφρῳ *πολλάκις σοβήσαντα· ἔς τε τὴν ἀγορὰν ἐσεκόμιζον τὸν Αὔγουστον, ἐν ᾗ πολλάκις ἐδημηγόρησε. καὶ οἱ μὲν ἐρράπιζον αὐτὸν, οἱ δὲ τοῦ γενείου ἔτιλλον, πάντες δὲ ἔσκωπτον, καὶ πάντες ὕβριζον, τά τε ἄλλα καὶ τὴν ἀσωτίαν αὐτοῦ ἐπιλέγοντες, ἐπεὶ καὶ γαστροπίων ἦν. αἰσχυνομένου τι ἐπὶ τούτοις αὐτοῦ καὶ κάτω βλέποντος, οἱ στρατιῶται ξιφιδίοις αὐτὸν ὑπὸ τὸ γένειον ὑπεκέντουν, ἵνα καὶ ἄκων ἄνω βλέπῃ. ἰδὼν δὲ τοῦτο Κελτός τις, οὐκ ἤνεγκεν, ἀλλ᾽ ἐλεήσας αὐτὸν, Ἐγώ σοι, ἔφη, βοηθήσω ὡς *μόνος δύναμαι. καὶ ὁ μὲν ἐκεῖνόν τε ἔτρωσε, καὶ ἑαυτὸν ἔσφαξεν· οὐ μέντοι καὶ ὁ Βιτέλλιος ἀπέθανεν ἐκ τοῦ τραύματος, ἀλλ᾽ ἐσύρετο ἐς τὸ δεσμωτήριον, ὥσπερ καὶ οἱ ἀνδριάντες αὐτοῦ, πολλῶν μὲν γελοίων, πολλῶν δὲ καὶ αἰσχρῶν ἐπιλεγομένων σφίσιν. ἐπεὶ δή τε καὶ ὑπεραλγήσας καὶ οἷς ἔπαθε καὶ οἷς ἤκουσεν, Ἀλλ᾽ ἔγωγε, ἔφη, αὐτοκράτωρ ποτὲ ὑμῶν ἐγενόμην, ὀργισθέντες οἱ στρατιῶται, πρός τε τοὺς ἀναβαθμοὺς αὐτὸν ἤγαγον, κἀνταῦθα κατέκοψαν. τήν τε κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτεμόντες, κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν περιήγαγον. Καὶ τοῦτον μὲν ὕστερον ἡ γυνὴ ἔθαψε, ζήσαντα μὲν ἐπὶ τέσσαρα ἔτη καὶ πεντήκοντα, ἄρξαντα δὲ ἐνιαυτὸν ἡμερῶν δέκα ἀποδέοντα. ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὥρμησε μὲν ἐκ τῆς Ταρρακίνης ὡς καὶ βοηθήσων αὐτῷ· μαθὼν δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ὅτι τέθνηκε, καὶ περιπεσὼν ἅμα τοῖς ἐπ᾽ αὐτὸν πεμφθεῖσιν, ὡμολόγησε μὲν σφίσιν ὡς καὶ σωθησόμενος, ἐσφάγη δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον· καὶ αὐτῷ καὶ ὁ τοῦ Βιτελλίου παῖς ἐπαπώλετο, καίτοι τοῦ Βιτελλίου μηδένα μήτε τῶν τοῦ Ὄθωνος μήτε τῶν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ συγγενῶν ἀποκτείναντος. Πεπραγμένων δὲ τούτων ἤδη ὡς ἑκάστων, ὁ Μουκιανὸς ἐπῆλθε, καὶ τά τε ἄλλα συνδιῴκει τῷ Δομιτιανῷ, καὶ ἐς τοὺς στρατιώτας αὐτὸν παραγαγὼν δημηγορῆσαι ἐποίησε, καίπερ καὶ παιδίσκον ὄντα· καὶ πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς τῶν στρατιωτῶν ἕκαστος ἔλαβεν.

ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ.

Ταῦτα μὲν οὕτως ἔσχεν· αὐτοκράτωρ δ' ἐπ' αὐτοῖς ὁ Οὐεσπασιανὸς καὶ πρὸς τῆς βουλῆς ἀπεδείχθη, καὶ Καίσαρες ὅ τε Τίτος καὶ ὁ Δομιτιανὸς ἐπεκλήθησαν· τήν τε ὕπατον ἀρχὴν ὁ Οὐεσπασιανὸς καὶ ὁ Τίτος ἔλαβον, ὁ μὲν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ὁ δὲ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ὤν. Ἐγεγόνει μὲν οὖν καὶ σημεῖα καὶ ὀνείρατα τῷ Οὐεσπασιανῷ τὴν μοναρχίαν ἐκ πολλοῦ προδηλοῦντα. βοῦς τε γὰρ ἐν τῷ ἀγρῷ ἐν ᾧ τὴν δίαιταν ὡς πλήθει ἐποιεῖτο, δειπνοῦντι προσελθὼν ὤκλασε, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑπέθηκε. καὶ κύων αὖθις, σῖτον αὐτοῦ καὶ τότε αἰρουμένου, χεῖρα ἀνθρωπίνην ὑπὸ τὴν τράπεζαν ὑπέβαλε. κυπάριττός τε ἐπιφανὴς πρόρριζος ὑπὸ σφοδροῦ πνεύματος ἀναβρασθεῖσα, ἔπειτα τῇ ὑστεραίᾳ ὑφ' ἑαυτῆς ἀνέστη, καὶ ἀκμάζουσα διετέλεσεν. καὶ παρ' ὀνείρατος ἔμαθεν ὅτι, ὅταν ὁ Καῖσαρ Νέρων ὀδόντα ἀποβάλῃ, αὐταρχήσοι· καὶ τοῦτό τε τὸ κατὰ τὸν ὀδόντα τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ συνηνέχθη· καὶ αὐτὸς ὁ Νέρων ἔδοξέ ποτε ἐν τοῖς ὕπνοις τὸν τοῦ Διὸς ὄχον ἐς τὴν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ οἰκίαν εἰσαγαγεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἑρμηνεύσεως ἐχρῆζεν. Ἰώσηπος δὲ ἀνὴρ Ἰουδαῖος, ἀχθείς τε ὑπ' αὐτοῦ πρότερον καὶ δεθείς, ἐγέλασε καὶ ἔφη, Νῦν μέν με δήσεις· μετ' ἐνιαυτὸν δὲ λύσεις αὐτοκράτωρ γενόμενος. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ Οὐεσπασιανὸς εἰς τὴν ἀρχήν, ὡς καὶ ἄλλοι τινές, ἐγεγέννητο. ἀπόντος δ' αὐτοῦ ἔτι ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ὁ Μουκιανὸς τὰ τοῦ κράτους πάντα μετὰ τοῦ Δομιτιανοῦ διῴκει. μέγα γάρ τι, ὡς καὶ αὐτὸς τὴν ἡγεμονίαν τῷ Οὐεσπασιανῷ δεδωκώς, *ἠγάλλετο, διά τε τἆλλα καὶ ὅτι ἀδελφὸς ὑπ' αὐτοῦ ὠνομάζετο, καὶ ὅτι ἐξουσίαν εἶχε πάνθ' ὅσα ἐβούλετο καὶ ἄνευ τῆς αὐτοῦ προστάξεως διοικεῖν καὶ γράφειν, τὸ ὄνομα αὐτοῦ μόνον ἐπιγραφόμενος. καὶ διὰ τοῦτό γε καὶ δακτύλιον πεμφθέντα ἐφόρει, ἵνα τὸ αὐτοκρατορικὸν σφράγισμα τὰ σημαινόμενα λαμβάνῃ. τό τε σύμπαν, οὕτως πάντα αὐτοὶ ὡς αὐταρχοῦντες ἐποίουν, ὥστε τὸν Οὐεσπασιανὸν ἐπιστεῖλαί ποτε τῷ Δομιτιανῷ ὅτι, Χάριν ἔχω σοι τέκνον, ὅτι με ἐᾷς ἄρχειν, καὶ οὐδέπω με καταλέλυκας. Ὁ δὲ Μουκιανὸς καὶ χρήματα ἀμύθητα πανταχόθεν, ὅθεν ἐνεδέχετο, εἰς τὸ δημόσιον ἤθροιζεν ἑτοιμότατα, τὴν ἐπ' αὐτῷ ἐπήρειαν εἰς ἑαυτὸν ἀντὶ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἀναδεχόμενος. ἔλεγε γὰρ

VESPASIANVS.

His rebus geſtis, Veſpaſianus etiam a Senatu creatur Imperator, Titusque & Domitianus Cæſares deſignantur: præterea Veſpaſianus & Titus abſentes conſularem dignitatem accipiunt. Horum alter in Ægypto, alter in Palæſtina erat. Veſpaſiano lõgo tempore ante regnum multis prodigiis ſomniisq; ſignificatum eſt. Nam bos in agro in quo ipſe magnam vitæ partem degebat, cœnanti aſtitit flexis genibus, ac ceruice pedibus ſubiecta: rurſumque, cum cibum caperet, canis ſub menſam eius manum hominis poſuit. Itemque eximia cupreſſus magna vi ventorum euerſa radicitus, poſtero die per ſe ſtetit, ac vigere perſeuerauit. Præterea accepit in ſomnis, ſe principem Romanum fore, cum Cæſar Nero dentem perdidiſſet: idq; poſtridie quam ſomniauit, accidit. Quinetiam ipſe Nero *vidit per quietem, currum Iouis in ædes Veſpaſiani intromitti. Sed hæc quidem omnia egebant interpretatione. At Ioſephus natione Iudæus, ante ab eo captus conſtrictusq; vinculis, ridens ait: *Nunc quidem me vincies: poſt annum autem ſolues, cum fueris Imperator factus.* Igitur Veſpaſianus, *vt alii pauci, ad principatum natus erat. Sed cum is adhuc abeſſet in Ægypto, Mucianus omnia ſumma poteſtate adminiſtrabat vna cũ Domitiano, iactabatque magnum aliquid eſſe, quod Veſpaſianum Imperatorem feciſſet, quodque ab eo Frater appellaretur, haberetque magnam potentiam. Nam omnia ſuo arbitratu abſque mandato Veſpaſiani gerebat, ſcribebatque de rebus omnibus, tantummodo adſcripto Veſpaſiani nomine: ob eamque cauſam ferebat annulum, quem ad ipſum Veſpaſianus miſerat, vt ea quæ ediceret, ſigillum principis haberent. Igitur eo tempore omnia nutu horum, quaſi ipſi Imperatores eſſent, ita gerebantur vt Veſpaſianus ad Domitianum ſic ſcripſerit: *Ago tibi gratias fili, quod me ſinas principatum tenere, quodq; me ex eo nondum expuleris.* Mucianus vndiq; quam maximam pecuniam poterat, referebat in ærariũ; eiusq; rei culpam, ne eam Veſpaſianus ſubiret, in ſe deriuabat, dicebatq;

ſemper, *pecunias neruos eſſe principatus.* Itaque hortabatur Veſpaſianum vt vndequaq; pecuniam faceret: quod cum principio fecerit, grandem pecuniam Imperio ſibique confecit. Tum alię rebelliones contra Romanos in Germania factæ ſunt; quarum memoria (vt ego quidem arbitror) nulli vſui eſt. Id mirum fuit, quod Iulius Sabinus,* qui principatum tenebat in Lingonibus, ſeparatim magnũ exercitum comparauit, fuitque Cæſar cognominatus, quod ſe Iulio Cæſare prognatum diceret. deinde aliquot prœliis victus, rus abiit; ibique in ſepulcrum ſubterraneum, quod ipſe prius incenderat, ingreſſus eſt: cumque conſtans eſſet opinio illum interiiſſe, in eo nouem annos cum vxore delituit, ex eaque duos filios ſuſtulit. Has rebelliones Germaniæ Cerealis compeſcuit, multis prœliis factis: tantaq; in vno ex iis prœliis multitudo Romanorum barbarorumq; cæſa eſt, vt mortuorũ cadauera profluentis curſum retinuerint. Domitianus, propter ea quæ agebat, (nihil enim niſi magnũ moliebatur) patrem metuens, in Albano monte morabatur. Is animum ad amorem Domitiæ filiæ Corbulonis applicauerat; eamq; a Lucio Lamio Æmiliano viro eius abductam ſecum habebat in numero amicarum; eandemq; poſtea vxorem duxit. Interim Titus, præfectus bello Iudaico, cepit Hieroſolyma, incẽditque templum; exiſtimantibus Iudæis non ſuum interitum, ſed victoriam, ſalutem, & felicitatẽ eſſe, quod vna cum templo caderent. Capti ſunt ab eo multi, præſertim Barporas, qui apud eos principatum tenebat: isque ſolus in triumpho ſupplicio affectus eſt. Itaque Hieroſolyma die Saturni, quem diẽ in primis Iudæi colunt vſq; ad hæc noſtra tempora, conciderunt. Ab eodem Tito iuſſi ſunt quotannis didrachmum pendere Ioui Capitolino ii qui patrias leges eorũ tuerentur. His de cauſis vterque *Imperatoris* nomen obtinuit; quamuis neuter *Iudaicus* cognominatus ſit; ſed alia multa, (vt par erat) tam magna parta victoria, atque in primis arcus triumphales, eis decreti ſunt. Veſpaſiano ingreſſo in Alexandriam, Nilus inundauit vno die vltra quam conſueuerat, amplius quatuor digitis: quod numquam antea niſi ſemel factum eſſe dicebatur. Idem Veſpaſianus cæcum hominem, itemque alterum

τῆς ἡγεμονίας τὰ χρήματα ἀεί ποτε εἶναι ἔλεγε· καὶ κατὰ τοῦτο καὶ ἐκεῖνον πανταχόθεν πορίζειν παρῄνει, καὶ αὐτὸς ἀπ' ἀρχῆς ἀργυρολογῶν διετέλεσε, καὶ μεγάλα μὲν καὶ τῇ βασιλείᾳ χρήματα παρεσκεύασε, μεγάλα δὲ καὶ αὐτὸς ἐκτήσατο. Ἐν δὲ τῇ Γερμανίᾳ ἄλλαι τε κατὰ Ῥωμαίων ἐπαναστάσεις ἐγένοντο, οὐδὲν ἐς μνήμην ἐμοὶ γοῦν ὄφελος φέρουσαι, καί τι συνηνέχθη καὶ θαύματος ἄξιον. Ἰούλιος γάρ τις Σαβῖνος, ἀνὴρ πρῶτος τῶν Λιγγόνων, δύναμιν καὶ αὐτὸς ἰδίαν ἤθροισε, καὶ Καῖσαρ ἐπωνομάσθη, λέγων ἔκγονος τοῦ Καίσαρος τοῦ Ἰουλίου εἶναι. ἡττηθεὶς δὲ μάχαις τισὶν, ἔφυγε μὲν εἰς ἀγρόν τινα, καὶ ταῦτα εἰς μνημεῖον ὑπόγαιον, προκαταπρήσας αὐτὸ, κατέδυ· καὶ οἱ μὲν ᾤοντο κἀκεῖνον ἀπολωλέναι, ὁ δὲ ἐκρύφθη τε ἐν αὐτῷ ἐννέα ἔτη μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς δύο ἄρρενας ἐποίησε. Καὶ τὰ μὲν ἐν Γερμανίᾳ Κερεάλιος μάχαις πολλαῖς κατεστήσατο, ὧν ἐν μιᾷ τοσοῦτον πλῆθος τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν βαρβάρων κατεκόπη, ὥστε τὸν παραρρέοντα ποταμὸν ὑπὸ τῶν πεπτωκότων ἐπισχεθῆναι. ὁ δὲ Δομιτιανὸς, ἐξ ὧν ἔδρασε, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἐξ ὧν ἐπεχείρησεν, (οὐδὲν γὰρ μικρὸν ἐπενόει) φοβηθεὶς τὸν πατέρα, πρός τε τῷ Ἀλβανῷ τῷ ὄρει τὰ πολλὰ διατρίβων, καὶ τῷ ἔρωτι τῆς Δομιτίας τῆς Κορβούλωνος θυγατρὸς προσέχων ἐτύγχανε. ταύτην γὰρ Λουκίου Λαμίου Αἰμιλιανοῦ τοῦ ταύτης ἀνδρὸς ἀποσπάσας, τότε μὲν ἐν ταῖς ἐρωμέναις ἐποιήσατο, ὕστερον δὲ καὶ ἔγημεν. Ὁ δὲ Τίτος, τῷ πρὸς Ἰουδαίους πολέμῳ ἐπιταχθεὶς, τὰ Ἱεροσόλυμα εἷλε, καὶ τὸν ναὸν κατέπρησε. τοῖς δὲ Ἰουδαίοις οὐχ ὅτι ὄλεθρος, ἀλλὰ καὶ νίκη καὶ σωτηρία εὐδαιμονία τε εἶναι ἐδόκει ὅτι τῷ ναῷ συναπώλοντο. ἑάλωσαν δὲ οὕτω καὶ ὣς, ἄλλοι τε καὶ ὁ Βαρπορᾶς ὁ ἄρχων αὐτῶν· καὶ μόνος γε οὗτος ἐν τοῖς ἐπινικίοις ἐκολάσθη. οὕτω μὲν τὰ Ἱεροσόλυμα ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Κρόνου ἡμέρᾳ, ἣν μάλιστα ἔτι καὶ νῦν Ἰουδαῖοι σέβουσιν, ἐξώλετο· καὶ ἀπ' ἐκείνου δίδραχμον ἐτάχθη τοὺς τὰ πάτρια αὐτῶν ἔθη περιστέλλοντας, τῷ Καπιτωλίῳ Διῒ κατ' ἔτος ἀποφέρειν. καὶ ἐπ' αὐτοῖς τὸ μὲν [τοῦ] αὐτοκράτορος ὄνομα ἀμφότεροι ἔλαβον, τὸ δὲ δὴ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ οὐδέτερος ἔσχε· καίτοι τά τε ἄλλα αὐτοῖς, ὅσα ἐπὶ τηλικαύτῃ νίκῃ εἰκὸς ἦν, καὶ ἁψῖδες τροπαιοφόροι ἐψηφίσθησαν. Τοῦ δὲ Οὐεσπασιανοῦ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν εἰσελθόντος, ὁ Νεῖλος παλαιστῇ πλέον παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐπελάγισεν· ὅπερ οὔπω ποτὲ, πλὴν ἅπαξ, γεγονέναι ἐλέγετο. καὶ Οὐεσπασιανὸς δὲ αὐτὸς τυφλόν τέ τινα, καὶ ἕτερον

οὐκ ὀρ-

οὐκ *ἀρτίχειρα, προσελθόντες οἱ ἐξ ὄψεως ὀνειράτων, τοῦ μὲν τὴν χεῖρα πατήσας, τοῦ δὲ τοῖν ὀφθαλμοῖν *προσπτύσας, ὑγιεῖς ἀπέφηνε. Τὸ μὲν θεῖον τούτοις αὐτὸν ἐσέμνυνεν· οὐ μέντοι καὶ οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἔχαιρον αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἤχθοντο· ὥστε μὴ μόνον ἰδίᾳ, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ, καὶ σκώπτειν αὐτὸν καὶ λοιδορεῖν. προσδοκήσαντες γὰρ μέγα τι παρ' αὐτοῦ λήψεσθαι, ὅτι πρῶτοι αὐτὸν αὐτοκράτορα πεποιήκεσαν, οὐ μόνον οὐδὲν εὕροντο, ἀλλὰ καὶ προσεπράσσοντο χρήματα. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλως παρ' αὐτῶν ἐξέλεξε, μηδένα πόρον, μηδ' εἰ ἐπαίτης τις ἦν, παραλιπών, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν ὁμοίως χρηματιζόμενος. πολλὰ δὲ καὶ τέλη, τὰ μέν τινα ἐκλελειμμένα ἀνενεώσατο, τὰ δὲ καὶ νομιζόμενα προσεπηύξησε. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ ὑπηκόῳ, ἔν τε τῇ Ῥώμῃ μετὰ τοῦτ' ἐποίησεν. οἱ γοῦν Ἀλεξανδρεῖς ἄλλα τε ἐς αὐτὸν ἀπερρίπτουν, καὶ ὅτι, Ἓξ ὀβολοὺς προσαιτεῖς. ὥστε καὶ τὸν Οὐεσπασιανόν, καίπερ ἐπιεικέστατον ὄντα, χαλεπῆναι, καὶ κελεῦσαι μὲν καὶ τοὺς ἓξ ὀβολοὺς κατ' ἄνδρα εἰσπραχθῆναι, βουλεύσασθαι δὲ καὶ τιμωρίαν αὐτῶν ποιήσασθαι. τοῦ γοῦν Τίτου ἐξαιτησαμένου αὐτούς, οὐδὲν αὐτῶν ἐφείσατο. ἐκεῖνοι δ' αὐτοῦ οὐκ ἀπέσχοντο, ἀλλὰ μέγα πάνυ ἀθρόοι ἐν συνόδῳ τινὶ κοινῇ πρὸς τὸν Τίτον ἐξεβόησαν, εἰπόντες αὐτὸ τοῦτο, Συγγινώσκομεν αὐτῷ· οὐ γὰρ οἶδε καισαρεύειν. Καὶ οἱ μὲν οὕτω τότ' ἐρριψοκινδύνουν, καὶ τῆς ἀσελγείας, ὑφ' ἧς ἀεί ποτε κακῶς ἀπαλλάττουσιν, ἄδην ἐνεφοροῦντο, τῇ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπιεικείᾳ ἀποχρώμενοι. ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς μετὰ ταῦτα ἐς τὴν Ῥώμην ἐληλύθει, καὶ Μουκιανῷ μὲν ἄλλοις τε τῶν πρώτων ἐν τῷ Βρεντεσίῳ ἐνέτυχε, Δομιτιανῷ δὲ ἐν Βενεβέντῳ· ὑπὸ γὰρ τοῦ συνειδότος ὧν τε ἐφρόνει καὶ ὧν ἐπεποιήκει, οὔτε ἐθάρσει, καὶ προσέτι καὶ μωρίαν ἔστιν ὅτε προσεποιεῖτο. ἐν γοῦν τῷ Ἀλβανῷ χωρίῳ τὰ πλεῖστα διάγων, ἄλλα τε πολλὰ καὶ γελοῖα ἔπραττε, καὶ τὰς μυίας γραφείοις κατεκέντα. τοῦτο γὰρ εἰ καὶ ἀνάξιον τοῦ τῆς ἱστορίας ὄγκου ἐστίν, ἀλλ' ὅτι γε ἱκανῶς τὸν τρόπον αὐτοῦ ἐνδείκνυται, ἀναγκαίως ἔγραψα· καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ μοναρχήσας ὁμοίως αὐτὸ ἐποίει. ὅθεν οὐκ ἀχαρίτως τις εἶπε πρὸς τὸν ἐρωτῶντα τί πράττει Δομιτιανός, ὅτι Ἰδιάζει τι, καὶ οὐδὲ μυῖα αὐτῷ παρακάθηται. ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς ἐκείνου μὲν ἐταπείνου τὸ φρόνημα, τοὺς δὲ ἄλλους πάντας οὐχ ὡς αὐτοκράτωρ, ἀλλ' ὡς ἰδιώτης, μνήμῃ τῆς προτέρας αὐτοῦ τύ-

cui imbecilla manus erat, (qui per quietem ipſum adire iuſſi fuerant) ſanauit, oculis alterius ſputo conſperſis, & manu alterius *conculcata: quæ opinio diuinitatis eum celeberrimum fecit. Neque tamen Alexandrinis gratus erat; cui adeo grauiter infenſi erant, vt ei priuatim publiceque illuderent atque maledicerent. In cauſa erat quod, cum ſperauiſſent ſe ab eo, quem primi omnium Imperatorem fecerant, magnum aliquod munus accepturos, non ſolum nihil eis largitus eſt, ſed etiã ab iis pecuniã exegit; *atque tam multam collegit, nullo genere tributi prætermiſſo, vt ne mendicis quidem pepercerit, ac de diuinis humaniſque rebus pecuniam fecerit. Multa enim vectigalia quæ iam ſolui deſierant, renouauit, auxitq; multa ex iis quæ obtinebant: idque in ceteris prouinciis ſubditis imperio Romano, ac poſtea in Vrbe fecit. Hanc ob cauſam Alexandrini multa in eum conuitia iactabant, dicebantque præter cetera, eum ſex obolos exigere. Quamobrem Veſpaſianus, vir alioqui mitiſſimus, tanta ira commotus eſt, vt viritim ſex obolos perſolui iuſſerit, ſtatueritque ſupplicium de iis capere. *Quorum pœnam cum Titus deprecaretur, eis nihilo magis pepercit. Neque vero Alexandrini ob eam cauſam deſiſtebant. Nam ita apud Titum frequentes exclamauere in publico conuentu; *Ignoſcimus ei*, inquiunt: *non enim nouit imperare.* ' Ita hi maledicendi libidinem ſuam, qua ſemper laborarunt, abunde explebant, abuſi Imperatoris comitate. ' Veſpaſianus poſt hæc Romam venit. Huic Mucianus cum viris primariis Brundiſium proceſſit obuiam. Domitianum Beneuenti conuenit; qui conſcientia mentis, & rerum ante geſtarum, ita diffidebat, vt interdum ſimularet ſtultitiam. Nam cum magnam vitæ partem degeret in Albano, faceretque multa ridicule, tum muſcas ſtylo trãsfigebat. Quod etſi indignum eſt grauitate hiſtoriæ; tamen, quod abunde eius mores oſtendit, neceſſario ſcribẽdum putaui; potiſſimum cũ factus Imperator, idẽ fecerit. Ex quo facete reſpõſum eſt a quodam interroganti quid ageret Domitianus: *Solus*, inquit, *eſt; ne muſca quidem cũ eo.* Veſpaſianus, vt deprimebat huius ſuperbiam, ita ceteros omnes non vt Imperator, ſed vt priuatus, memorque priſtinæ

fortunæ, excipiebat. Templum in Capitolio ſtatim ædificare cœpit, primusque inde terram extulit, iuſſitq; ceteris illuſtriſſimis & clariſſimis viris vt idem facerent; quo minus cetera multitudo operam ſuam denegare poſſet. Cumque ſumptus publicos, qui neceſſarii erant, magnificentiſſimos ſemper faceret, publicosq; conuentus ſumptuoſos præſtaret, in ceteris rebus ob eas cauſas parciſsimus erat, nihilque impendebat, niſi neceſſario: ita vt nihil cocti in popinis præter legumina vendi pateretur. Qua ex re perſpicuum eſſe cœpit, eum tam magnam pecuniam non ad ſuas voluptates, ſed ad vſus publicos collegiſſe. Porro Veſpaſianus ita vitam inſtituerat. raro habitabat in Palatio; in hortis autem Salluſtianis plurimũ erat; eoq; recipiebat quemcumque, non ſolum Senatorii, ſed etiam cuiuſuis ordinis. Ante lucem, cum etiam adhuc eſſet in lecto, colloquebatur cum iis qui ſibi valde erant familiares: eumque ceteri in viis ſalutabant. Portæ *regiarum interdiu ſemper apertæ, ac omni cuſtodia deſtitutæ erant. Veniebat in Senatum ſemper; & cum Patribus communicabat omnia: ſæpe etiã ius reddebat in foro. Quod ſi forte* de quibuſdam rebus non poſſet cognoſcere propter ſenectutem, aut ſiquid abſens ſcripſerat ad Senatum, ea filiis, vt in Senatu legerent, plurimum iubebat. Neq; vero in hac re ſolum Senatum affecit honore, ſed etiam quod ex eo ordine frequentes & quotidianos conuiuas acciperet: ipſe quoque crebro apud amicos & familiares ſuos cœnabat. In ſumma, quod ad curam reipublicæ pertinet, Imperator habebatur: in ceteris rebus, æquabili iure cum reliquis viuebat. Nec enim tantum iocabatur populariter, verum etiam iocoſe ludi ſe libenter patiebatur. *Cumq; ſcripta quædam in principes ſine nomine (vt aſſolet) atq; in contumeliam eius proponerentur, ipſe cõtra, nihil commotus, ea quæ conducerent, proponebat. Cum autem Phœbus ad eum veniſſet purgãdi ſui cauſa, in eo quod Neronis temporibus in Græcia atq; in theatro, *cum Veſpaſianus, videns Imperatorem contra decorum facere, frontem contraxiſſet, iratus iuſſerat eum abire: dein roganti quo iuberet, reſpondit *in malam crucem*: itaque Phœbo defendenti ſe in hac cauſa, non modo nullum damnum attulit, ſed neque aliud quam hoc ipſum reſpondit, *Abi in malam crucem*. Vologæſum, qui ad ſe ſcripſerat

χης ἐδεξιοῦτο. τόν τε νεὼν τὸν ἐν Καπιτωλίῳ εὐθὺς οἰκοδομεῖν ἤρξατο, αὐτός *τι τοῦ χοῦ πρῶτος ἐκφορήσας, καὶ δηλονότι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐπιφανεστάτοις *ταὐτὰ τοῦτο ποιῆσαι κελεύσας, ἵνα καὶ τῷ λοιπῷ πλήθει ἀπαραίτητον τὸ διακόνημα γένηται). Μεγαλοπρεπέστατα δ' ἀεί ποτε ἐς τὸ κοινὸν ὅσα ἐχρῆν ἀναλώσας, καὶ τὰς πανηγύρεις πολυτελέστατα διαθεὶς, εὐτελέστατα *διὰ τοῦτο καὶ οὐδὲν ἔξω τῶν πάνυ ἀναγκαίων ἐδαπάνα. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐν τοῖς καπηλείοις ἑφθόν τι πλὴν ὀσπρείων πιπράσκεσθαι ἐπέτρεπε. κἀκ τούτου καὶ τὰ μάλιστα διέδειξεν ὅτι τὰς συλλογὰς τῶν χρημάτων οὐκ εἰς τὰς ἑαυτοῦ ἡδονὰς, ἀλλ' ἐς τὰς τοῦ δήμου χρείας ἐποιεῖτο. Κατάστασις δὲ τοῦ βίου τοιάδε ἐγένετο. ὀλίγα μὲν ἐν τῷ παλατίῳ ᾤκει, τὸ δὲ δὴ πλεῖστον ἐν τοῖς κήποις τοῖς καλουμένοις Σαλουστείοις διέτριβεν· κἀνταῦθα τὸν βουλόμενον οὐχ ὅτι τῶν βουλευτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων, ἐσεδέχετο. καὶ τοῖς πάνυ φίλοις καὶ πρὸ τῆς ἕω ἔν τε τῇ εὐνῇ κείμενος συνεγίνετο, καὶ ἕτεροι ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτὸν ἠσπάζοντο. αἵ τε θύραι τῶν βασιλείων ἀνεῳγμέναι διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ἦσαν, καὶ φρουρὸς οὐδεὶς ἐν αὐταῖς ἐγκαθειστήκει. ἔς τε τὸ συνέδριον διὰ παντὸς ἐφοίτα, καὶ περὶ πάντων αὐτοῖς ἐπεκοίνου, *καὶ τῇ ἀγορᾷ πολλάκις ἐδίκαζεν. ὅσα τε μὴ ἐδύνατο αὐτὸς ὑπὸ τοῦ γήρως ἀναλέγεσθαι, ἢ καὶ ὅσα ἀπὼν ἐπέστελλε τῇ βουλῇ, διὰ τῶν υἱέων αὐτοῦ ὡς τὸ πολὺ ἐκέλευεν ἀναγινώσκεσθαι, τιμῶν κἀν τούτῳ αὐτήν. συσσίτους τε ἔκ τε αὐτῶν ἐκείνων καὶ ἐκ τῶν ἄλλων καθ' ἑκάστην ἡμέραν συχνοὺς ἐποιεῖτο, καὶ πολλάκις καὶ αὐτὸς παρὰ τοῖς πάνυ φίλοις ἐδείπνει. τό τε σύμπαν, τῇ προνοίᾳ τῶν κοινῶν, αὐτοκράτωρ ἐνομίζετο· ἐς δὲ δὴ τἆλλα πάντα, κοινὸς καὶ ἰσοδίαιτος σφίσιν ἦν. καὶ γὰρ ἔσκωπτε δημοτικῶς καὶ ἀντεσκώπτετο ἡδέως· εἴ τε τινὰ γράμματα, οἷα εἴωθεν, ἀνώνυμα εἰς τοὺς αὐτοκράτορας προπηλακισμὸν αὐτῶν φέροντα ἐξετέθη ποτὲ, ἀντεξετίθει τὰ πρόσφορα, μηδὲν ταραττόμενος. τοῦ τε Φοίβου προσελθόντος αὐτῷ καὶ ἀπολογουμένου ὅτι ἐπὶ τοῦ Νέρωνος ἐσκυθρωπακότα ποτὲ [αὐτὸν] ἐπὶ τοῦ θεάτρου ἐν τῇ Ἑλλάδι, ἐφ' οἷς ἀσχημονοῦντα ἑώρα τὸν αὐτοκράτορα, ἐκέλευσε πρὸς ὀργὴν ἀπελθεῖν· τοῦ δὲ ἐρομένου, Ὅποι; Ἐς κόρακας, εἶπεν· ὑπὲρ τούτου οὖν ἀπολογουμένου τοῦ Φοίβου, οὔτε τι κακὸν αὐτὸν εἰργάσατο, οὔτε ἀπεκρίνατο αὐτῷ ἄλλο οὐδὲν, πλὴν αὐτὸ τοῦτο ὅτι, Ἐς κόρακας ἄπιθι. τοῦ δὲ Ὀλογαίσου ἐπιστείλαντος αὐτῷ

οὕτως,

οὕτως, Βασιλεὺς βασιλέων Ἀρσάκης Φλαβίῳ Οὐεσπασιανῷ χαίρειν, οὔτε τι αὐτὸν ᾐτιάσατο, καὶ ἀντέγραψε τὸν αὐτὸν τρόπον, μηδὲν τῶν τῆς ἀρχῆς ὀνομάτων προσθείς. ἐπεὶ δὲ Πρίσκος Ἑλουίδιος ὁ τοῦ Θρασέου γαμβρὸς, τοῖς τε Στωϊκοῖς δόγμασιν ἐντραφεὶς, καὶ τὴν τοῦ Θρασέου παῤῥησίαν οὐ σὺν καιρῷ μιμούμενος, στρατηγῶν δὲ τηνικαῦτα, οὔτε τι πρὸς τιμὴν αὐτοκράτορος ἔδρα, καὶ προσέτι καὶ βλασφημῶν αὐτὸν οὐκ ἐπαύετο· καί ποτε διὰ τοῦτο οἱ δήμαρχοι συλλαβόντες αὐτὸν, τοῖς ὑπηρέταις παρέδοσαν· συνεχύθη τε ὁ Οὐεσπασιανὸς, καὶ δακρύσας ἐκ τοῦ βουλευτηρίου ἐξῆλθε· τοσοῦτον μόνον εἰπὼν ὅτι, Ἐμὲ μὲν υἱὸς διαδέξεται, ἢ οὐδεὶς ἄλλος. Ὡς δὴ οὖν καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἐκ τῶν Στωϊκῶν καλουμένων λόγων προαχθέντες, μεθ᾽ ὧν καὶ Δημήτριος ὁ κυνικὸς, συχνὰ καὶ οὐκ ἐπιτήδεια τοῖς παροῦσι δημοσίᾳ, τῷ τῆς φιλοσοφίας προσχήματι καταχρώμενοι, διελέγοντο, κἀκ τούτου καὶ ὑποδιέφθειρόν τινας, ἔπεισεν ὁ Μουκιανὸς τὸν Οὐεσπασιανὸν πάντας τοὺς τοιούτους ἐκ τῆς πόλεως ἐκβαλεῖν, εἰπὼν ὀργῇ μᾶλλον ἢ φιλολογίᾳ τινὶ πολλὰ κατ᾽ αὐτῶν. καὶ πάντας αὐτίκα τοὺς φιλοσόφους ὁ Οὐεσπασιανὸς, πλὴν τοῦ Μουσωνίου, ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξέβαλε· τὸν δὲ [δὴ] Δημήτριον καὶ τὸν *Ὁστίλιον καὶ ἐς νήσους κατέκλεισε· καὶ ὁ μὲν Ὁστίλιος, εἰ καὶ τὰ μάλιστα μὴ ἐπαύσατο περὶ τῆς φυγῆς ἀκούσας, (ἔτυχε γὰρ διαλεγόμενός *τινι) ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείω κατὰ τῆς μοναρχίας κατέδραμεν, ὅμως παραχρῆμα μετέστη· τῷ δὲ Δημητρίῳ μηδ᾽ ὣς ὑπείκοντι, ἐκέλευσεν ὁ Οὐεσπασιανὸς λεχθῆναι ὅτι Σὺ μὲν πάντα ποιεῖς ἵνα σε ἀποκτείνω, ἐγὼ δὲ κύνα ὑλακτοῦντα οὐ φονεύω. Τότε δὲ καὶ Καινὶς ἡ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ παλλακὴ μετήλλαξεν. ἐμνημόνευσα δὲ αὐτῆς, ὅτι τε πιστοτάτη ἦν, καὶ ὅτι μνήμης ἄριστα ἐπεφύκει· πρὸς γοῦν τὴν δέσποιναν τὴν *Ἀντωνίαν τὴν τοῦ Κλαυδίου μητέρα, κρύφα τι δι᾽ αὐτῆς τῷ Τιβερίῳ περὶ τοῦ Σιανοῦ γράψασαν, καὶ αὐτὸ ἀπαλειφθῆναι εὐθὺς, ὅπως μηδεὶς αὐτοῦ ἔλεγχος ὑπολειφθῇ, κελεύσασαν, Μάτην, ὦ δέσποινα, ἔφη, τοῦτο προσέταξας. πάντα γὰρ καὶ ταῦτα καὶ τὰ ἄλλα ὅσα *ὑπαγορεύσῃς μοι, ἔν τε τῇ ψυχῇ ἀεὶ φέρω, καὶ οὐδέποτε ἐξαλειφθῆναι δύναται. τοῦτό τε οὖν αὐτῆς ἐθαύμασα, καὶ προσέτι ὅτι καὶ ὁ Οὐεσπασιανὸς αὐτῇ ὑπερέχαιρε· πλεῖστόν τε διὰ τοῦτο ἴσχυσε, καὶ πλοῦτον ἀμύθητον ἤθροισεν· ὥστε καὶ νομισθῆναι ὅτι δι᾽ αὐτῆς ἐκείνης ἐχρηματίζετο. πάμπολλα γὰρ παρὰ πολλῶν ἐλάμβανε, τοῖς μὲν ἀρ-

his verbis; *Rex Regum Arſaces Flauio Veſpaſiano ſalutem*; ne reprehendit quidem, ſed ei iiſdem verbis, non adſcriptis Imperatoriis nominibus, reſpondit. Cum autem Heluidius Priſcus, Thraſeæ gener, ac in præceptis Stoicorum ab ineunte ætate verſatus, Thraſeæ loquendi libertatem imitaretur, quãuis minus opportunis temporibus, ac tunc cum eſſet Prætor, nihil faceret in honorem Imperatoris, ſed ei ſemper malediceret, atque ob eam cauſam captus, a tribunis plebis lictoribus traditus eſſet: confuſus Veſpaſianus fleuit, eque Senatu exiit, hoc vnum inquiens, *Aut mihi filius meus ſuccedet, aut nemo.* Sed cum alii multi excitati ex Stoica diſciplina, in quorum numero fuit Demetrius Cynicus, multa ignominioſa publice diſſererent prætextu philoſophiæ, atque ita multos occulte in varias ſententias traherent; Mucianus Veſpaſiano perſuaſit vt omnes qui eſſent eius ſectæ, ex vrbe expelleret; dixitq; in eos multa, ira magis incitatus quã ſtudio doctrinæ. Itaque Veſpaſianus ſtatim philoſophos, præter Muſoniũ, Roma expulit: Demetrium vero & Hoſtilium in inſulas relegauit. Hic Hoſtilius, cum de ſuo exſilio intelligeret, ac tum forte cum alio diſſereret, magiſque contra regnum loqueretur; tamen ſubito ſententiam mutauit. Demetrio vero nondũ quieſcenti Veſpaſianus mandari iuſſit his verbis: *Tu quidem*, inquit, *nihil prætermittis vt ego te interfici iubeam: ego tamen canem latrantem non occido.* Per id tempus mortem obiit Cænis, pellex Veſpaſiani: cuius propterea mentionem feci, quod maxima fide, & excellenti memoria fuit. Hæc enim heræ ſuæ Antoniæ, matri Claudii, quæ ad Tiberium per eam nonnihil de Seiano ſcripſerat, iuſſeratque vt id, ne quis forte deprehenderet, ſtatim deleretur, *Fruſtra*, inquit, *domina iuſſiſti: hæc enim atque cetera omnia quæ mihi imperas, ita ſemper in memoria habeo, vt ex ea deleri non poßint.* Id igitur in ea admiratus ſum; tum etiam quod Veſpaſianus valde delectabatur eius conſuetudine; cuius etiam cauſa magnam potentiam aſſecutus eſt, ac per eam opes innumerabiles (vt creditum eſt) comparauit. Hæc enim multa accipiebat a multis, cum magiſtra-

tus, procurationesq; prouinciarum, & officia militum, ac ſacerdotia, ipſa quoq; reſponſa principis, nonnullis venderet. Veſpaſianus quidem neminem occidi iuſſit pecuniæ cauſa; ſed pleroſque, quod pecuniam darēt, incolumes ſeruauit. Quas omnes cū Cænis caperet; id fieri de voluntate Veſpaſiani, ſuſpicio erat ex ceteris quæ gerebat; quorum pauca exempli cauſa ponam. Cum aliquot homines ſtatuiſſent ei ponere ſtatuam †pretio decies ſeſtertiûm, porrecta manu; *Vos vero*, inquit, *mihi argentum date: hoc enim eius fundamentum eſt*. Prętereą Tito grauiter ferenti propter vectigal quod ex lotio atq; aliis rebus capiebat, aureos ex eo vectigali quæſitos oſtendit, dixitque; *Vide*, inquit, *fili, num oleant*. Veſpaſiano ſextum, & Tito quartum conſulibus, templum Pacis dedicatum eſt: & coloſſus Sacra via collocatus, quem ferunt fuiſſe altum pedes centum: huic imago Neronis erat, vel Titi, vt ab aliis traditum eſt. Cædes belluarū Veſpaſianus fecit in amphitheatris: ludis autem gladiatoriis non magnopere delectabatur. quamquam Titus ludis Iuuenalibus, qui in patria eius facti erant, armis certauit cum Alieno, videlicet ficto certamine. Parthis bellum cum quibuſdam populis gerentibus, opemque ab eo poſtulantibus, auxilia non miſit; negauitq; conuenire ſibi curam rerum alienarum.

† ad aureorū x milia, Bl. xxv myriades drachmarum, Gr.

Per id tempus Beronice maxime florebat; ob eamq; cauſam cum Agrippa fratre Romam venit. Is Prætoriis honoribus auctus eſt: ipſa habitauit in Palatio, cœpitque cum Tito coire: ſpes erat eam Tito nuptum iri: iam enim omnia, ita vt ſi eſſet vxor, gerebat. Sed Titus, cum intelligeret populum Romanum id moleſte ferre, eam repudiauit; præſertim quod de iis rebus magni rumores perferentur. Eodem tempore *moleſti quidam ſophiſtæ clam in vrbem ingreſſi ſunt: ex quibus Diogenes cum prior in theatrum veniſſet refertum magna hominum multitudine, ac populum vexaſſet multis contumeliis, virgis cæſus eſt. Poſt hunc Eras venit; qui, ratus nihil ſibi grauius euenturum, multo exclamauit inſolentius atque impudentius: quamobrem ei caput detruncatum eſt. Iiſdem temporibus in quadam taberna vas plenum vini vſque adeo redundauit, vt in viam profflueret. Itemq; *Sabinus Gallus, qui ſe Cæſarem eſſe dixerat, atq; cum ad

καὶ, τοῖς δ' ἐπιτροπείας, στρατείας, ἱερωσύνας. ἤδη δὲ ποτε καὶ ἀποφάσεις αὐτοῦ πιπράσκουσα· ἀπέκτεινε μὲν γὰρ ὁ Οὐεσπασιανὸς χρημάτων ἕνεκα οὐδένα, ἔσωσε δὲ πολλοὺς τῶν διδόντων. καὶ ἡ μὲν λαμβάνουσα ἐκείνη ἦν, ὑπωπτεύετο δὲ ὁ Οὐεσπασιανὸς ἑκὼν αὐτῇ ἐπιτρέπειν τοῦτο ποιεῖν, ἐκ τῶν ἄλλων ὧν *ἔπραττεν, ὧν ὀλίγα δείγματος ἕνεκα διηγήσομαι. ἀνδριάντα γάρ ποτε ἐκ μυριάδων πέντε καὶ εἴκοσι ψηφισαμένων τινῶν, προέτεινε τὴν χεῖρα καὶ ἔφη, Δότε μοι τὸ ἀργύριον· ἡ γὰρ βάσις αὐτοῦ αὕτη ἐστί. καὶ πρὸς τὸν Τίτον ἀγανακτοῦντα τῷ τοῦ οὔρου τέλει, ὃ καὶ *αὐτὸ μετὰ τῶν ἄλλων κατεδείχθη, εἶπε λαβὼν ἐξ αὐτοῦ χρυσοῦς πεπορισμένους, καὶ δείξας αὐτῷ, Ἰδοὺ τέκνον εἴ τι ὄζουσιν. Ἐπί γε τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἕκτον καὶ ἐπὶ τοῦ Τίτου τέταρτον ἀρχόντων, τὸ τῆς Εἰρήνης τέμενος καθιερώθη· ὅ τε κολοσσὸς ὠνομασμένος ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ ἱδρύθη. φασὶ δ' αὐτὸν τό τε ὕψος ἑκατὸν ποδῶν, καὶ τὸ εἶδος, οἱ μὲν τὸ τοῦ Νέρωνος, οἱ δὲ τὸ τοῦ Τίτου ἔχειν. Σφαγὰς δὲ ὁ Οὐεσπασιανὸς θηρίων μὲν ἐποιεῖτο ἐν τοῖς θεάτροις· μονομαχίαις δὲ ἀνδρῶν οὐ πάνυ τι ἔχαιρε, καίτοι τοῦ Τίτου ἐν ταῖς τῶν νεανίσκων παιδιαῖς ταῖς ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ τελουμέναις σκιαμαχήσαντός ποτε πρὸς τὸν Ἀλιηνὸν ὅπλοις. Τοῖς δὲ Πάρθοις πολεμηθεῖσι πρός τινας, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ συμμαχίας δεηθεῖσιν, οὐκ ἐβοήθησεν, εἰπὼν ὅτι οὐ προσήκει αὐτῷ τὰ ἀλλότρια πολυπραγμονεῖν. Βερενίκη δὲ ἰσχυρῶς τε ἤνθει, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐς τὴν Ῥώμην μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ἀγρίππα ἦλθε· καὶ ὁ μὲν στρατηγικῶν τιμῶν ἠξιώθη, ἡ δὲ ἐν τῷ παλατίῳ ᾤκησε, καὶ τῷ Τίτῳ συνεγίγνετο. προσεδόκα τε γαμηθήσεσθαι αὐτῷ, καὶ πάντα ἤδη ὡς καὶ γυνὴ αὐτοῦ οὖσα ἐποίει· ὥστ' ἐκεῖνον, δυσχεραίνοντας τοὺς Ῥωμαίους ἐπὶ τούτοις ᾐσθημένον, ἀποπέμψασθαι αὐτήν. ἄλλως τε γὰρ πολλὰ ἐθρυλεῖτο, καί τινες καὶ τότε σοφισταὶ κυνικοὶ ἐς τὸ ἄστυ πως παρεδεδύκεσαν, Διογένης μὲν πρότερος ἐς τὸ θέατρον πλῆρες ἀνδρῶν ἐσελθὼν, καὶ πολλὰ αὐτοὺς λοιδορήσας, ἐμαστιγώθη· Ἡρᾶς δὲ μετ' αὐτὸν, ὡς οὐδὲν πλέον πεισόμενος, πολλὰ καὶ ἄτοπα κυνηδὸν *ἐξέκραγε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. Καθ' ὃν δὴ χρόνον καὶ τοῦτο ἐγένετο· οἶνός τε γὰρ ἐν καπηλείῳ τινὶ τοσοῦτος ὑπὲρ τὸ ἀγγεῖον ὑπερεχύθη, ὥστε καὶ ἐς τὴν ὁδὸν προχωρῆσαι. καὶ ὁ *Σαβῖνος ἐκεῖνος ὁ Γαλάτης ὁ Καίσαρά ποτε ἑαυτὸν ὀνομάσας, καὶ ἐς

ὅπλα

ὅπλα χωρήσας, ἡττηθείς τε καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατακρυφθεὶς, ἐφανερώθη τε καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἀπήχθη. συναπέθανε δὲ αὐτῷ καὶ ἡ γυνὴ Πεπονίλα, ἥπερ που καὶ διεσεσώκει αὐτόν· καίτοι καὶ τὰ παιδία τῷ Οὐεσπασιανῷ προβαλοῦσα, καὶ ἐλεεινότατον ἐπ' αὐτοῖς λόγον εἰποῦσα ὅτι, Ταῦτα, Καῖσαρ, καὶ ἐγέννησα ἐν τῷ μνημείῳ καὶ ἔθρεψα, ἵνα σε πλείονες ἱκετεύσωμεν. δακρῦσαι μὲν γὰρ αὐτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ἐποίησεν· οὐ μέντοι καὶ ἠλεήθησαν. Καὶ τούτῳ ἐπεβουλεύθη μὲν ὑπό τε τοῦ Ἀλιηνοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ Μαρκέλλου, καίπερ φίλους τε αὐτοὺς ἐν τοῖς μάλιστα νομίζων, καὶ πάσῃ εἰς αὐτοὺς ἀφθονωτάτῃ τιμῇ χρώμενος. οὐ μὴν καὶ ὑπ' ἐκείνων ἀπέθανε. φωραθέντες γὰρ, Ἀλιηνὸς μὲν αὐτοῦ ἐν τῷ βασιλείῳ ἐξαναστὰς ἐκ τοῦ συσσιτίου, εὐθὺς ἀπεσφάγη τοῦ Τίτου κελεύσαντος, μὴ καὶ φθάσῃ τι τῆς νυκτὸς νεοχμῶσαι· (τῶν γὰρ στρατιωτῶν συχνοὺς προπαρεσκεύαστο) Μάρκελλος δὲ δὴ, κριθεὶς ἐν τῷ συνεδρίῳ καὶ καταδικασθεὶς, ἀπέτεμε τὸν λαιμὸν αὐτὸς ἑαυτοῦ ξυρῷ. οὕτω που τοὺς φύσει κακοὺς οὐδὲ αἱ εὐεργεσίαι νικῶσιν, ὁπότε κἀκεῖνοι τὸν τοσαῦτα εὐεργετηκότα σφᾶς ἐπεβούλευσαν. Ταῦτα μὲν οὕτως ἔσχεν. Οὐεσπασιανὸς δὲ, ὡς μὲν [ἡ] ἀλήθεια ἔχει, νοσήσας οὐ τῇ ποδάγρᾳ τῇ συνήθει, ἀλλὰ πυρετοῖς, μετήλλαξεν ἐν τοῖς ὕδασι τῶν Σαβίνων τοῖς Κυτιλίοις ὠνομασμένοις· ὡς δέ τινες, καταψευδόμενοι τοῦ Τίτου, ἄλλοι τε καὶ Ἀδριανὸς [ὁ αὐτοκράτωρ] ἐφήμισαν, φάρμακον ἐν συμποσίῳ τινὶ λαβών. Ἐνεδεδήκει δὲ σημεῖα αὐτῷ φέροντα εἰς τοῦτο, ὅ τε ἀστὴρ κομήτης ἐπὶ πολὺ φαντασθεὶς, καὶ τὸ μνημεῖον τὸ τοῦ Αὐγούστου αὐτόματον ἀνοιχθέν. Τῶν δὲ ἰατρῶν ἐπιτιμώντων αὐτῷ ὅτι τῇ τε ἄλλῃ διαίτῃ ὁμοίᾳ νοσῶν ἐχρῆτο, καὶ πάντα τὰ προσήκοντα τῇ ἀρχῇ ἔπραττε, Τὸν αὐτοκράτορα δεῖ, ἔφη, ἑστῶτα ἀποθνήσκειν. καὶ πρὸς τοὺς περὶ τοῦ κομήτου τι διαλαλοῦντας, Οὐκ ἔμοιγε, εἶπεν, ἀλλὰ τῷ τῶν Πάρθων βασιλεῖ προσημαίνει. ἐκεῖνος γὰρ κομᾷ, ἐγὼ δὲ φαλακρός εἰμι. ἐπεὶ δή τε ἐπίστευσεν ὅτι τελευτήσει, ἔφη, Θεὸς ἤδη γίνομαι. Ἔζησε δὲ ἔτη ἐννέα καὶ ἑξήκοντα, καὶ μῆνας ὀκτώ· ἐμονάρχησε δὲ ἔτη δέκα ἡμερῶν ἓξ δέοντα. Κἀκ τούτου συμβαίνει ἐνιαυτόν τε καὶ δύο καὶ εἴκοσιν ἡμέρας ἀπὸ τοῦ θανάτου τοῦ Νέρωνος μέχρι τῆς τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἀρχῆς διελθεῖν. ἔγραψα δὲ τοῦτο, τοῦ μή τινας ἀπατηθῆναι, τὴν ἐξαρίθμησιν τοῦ χρόνου πρὸς τοὺς τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντας ποιουμένους. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐ διεδέξαντο ἀλλήλους, ἀλλὰ ζῶντός

arma veniſſet, victusque eſſet, in monumentum ſe abdiderat, agnitus & Romam adductus eſt: cum eoq; occiſa eſt Peponila vxor, quæ eum incolumem ſeruauerat: quamuis ea Veſpaſiano filios ſuos propoſuerit, dixeritq; ad captandam miſericordiam: *Ego*, inquit, *Cæſar, hos in monumento peperi, aluiq., vt plures tibi ſupplices eſſemus.* Qua oratione etſi ei ceteriſque qui aderant, exciuit lacrymas; tamen ipſe eis non pepercit. Dum hæc gererentur, Alienus & Marcellus contra Veſpaſianum coniurant: quos ipſe ſibi amiciſſimos eſſe arbitrabatur, ſummiſq; auxerat honoribus: neque tamẽ ab iis interficitur, propterea quod patefacta coniuratione, Alienus in Palatio, ſtatim vt ſurrexit e conuiuio, iuſſu Titi occiſus eſt, ne quid noctu moliretur: iam enim magnũ numerum militum comparauerat. Marcellus autem, damnatus in Senatu, guttur ſibi nouacula præcidit. *Adeo homines malo ingenio præditi, nullis beneficiis vincuntur: quando isti parauere inſidias ei a quo tot beneficia acceperant.* Quæ cum ita ſint, conſtat Veſpaſianum morbo, non quidem podagra, qua laborare conſueuerat, ſed febribus exſtinctum eſſe in aquis Sabinis quæ Cutiliæ appellãtur. Alii Titum falſo criminantur, præſertim Adrianus; dicuntq; eum veneno in conuiuio ſublatũ eſſe. Plane prodigia, quæ eo pertinebant, præceſſere. nam cometes diu viſus fuit, & monumẽtum Auguſti ſua ſponte apertum eſt. Cum autem increparetur a medicis, quod morbo correptus, nihil de quotidiana victus ratione immutaret, faceretque omnia quæ ad principatũ ſpectarent, reſpondit, †*Imperatorem ſtantem mori oportere.* Iis vero qui de comete neſcio quid inter ſe colloquebantur, ait: *Non mihi, ſed regi Parthorum mortem portendit: ille enim comatus eſt, ego caluus ſum.* Poſteaquam autem credidit ſe moriturum, *Ego*, inquit, *deus efficiar.* Vixit annos LXIX, menſes VIII: regnauit annos decem, ſex diebus exceptis. Ex quo fit, vt a morte Neronis, vſque ad principatum Veſpaſiani, annus vnus intercedat, dieſq; viginti duo. Quod idcirco ſcribendum putaui, ne errore ducerentur ii qui numerum temporis ad eos qui principatum obtinuerunt, referrent. Non enim ſibi ſucceſſere inuicem, ſed viuo

†Idem etiã Turbo, præfectus prætorio Adriani Imperatoris, dixiſſe fertur.

adhuc & regnante altero, quiſque eorum Imperatorem ſe tum eſſe credidit, cum primum Imperium quodammodo occepit. Itaq; dies eorum non ex ſucceſſione mutua numerãdi ſunt, ſed accurata exactaque ratione temporis; vt a me dictum eſt.

τε καὶ ἔτι ἄρχοντος ἑτέρου, ἕκαστος αὐτῶν ἐπίστευσεν αὐτοκράτωρ, ἀφ' οὗ γε καὶ ἐς τοῦτο παρέκυψαν, εἶναι. δεῖ δὴ οὐ πάσας σφῶν τὰς ἡμέρας, ὡς καὶ ἐφεξῆς ἀλλήλαις ἐκ διαδοχῆς γινομένας ἀριθμεῖν, ἀλλ' ἐφάπαξ πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τοῦ χρόνου, καθάπερ εἴρηταί μοι, λογίζεσθαι.

TITVS.

TITVS, ex quo tempore principatum ſolus obtinuit, nec cędes fecit, nec amoribus inſeruiuit; ſed comis, quamuis inſidiis peteretur; & cõtinens, Beronice licet in vrbẽ reuerſa, fuit. adeo mores ſtatim mutauit. *Neq; enim eodem modo ſe gerũt ii qui* * *ſocii tãtummodo regni ſunt, & ii qui ſoli regnũ tenent: propterea quod illi, neglecta gloria principatus, immoderate eius poteſtate abutuntur, multaq; ad inuidiam & calumniam eius faciunt: qui autem intelligunt omnia ex ſeſe pendere, magnopere exiſtimationi ſtudent.* Id qđ Titus aliquando dixit ei cuius antea ſtudioſus fuerat. *Diſſimile eſt*, inquit, *egere opera alterius, & iudicem eſſe; perinde ac poſtulare ab alio, & dare.* Is perpaucos annos ita principatum tenuit, vt in eo nullum ſcelus ediderit. Vixit enim in eo dumtaxat annos II, menſes II, dies XX: ante vero quam eſſet Imperator, annos XXXIX, menſes V, dies XXV. Quamobrem eum pleriq; in hac re ita cum Auguſto comparãt, vt negent & illum, ſi celerius obiiſſet; & hunc, ſi vixiſſet diutius, caros vmquam fuiſſe: propterea quod Auguſtus, cum coactus inimicorum multitudine & ſeditionibus, principio aſper fuiſſet, poſtea, cum diu vixerit, multitudine beneficiorum clarus eſſe potuit: Titus vero, quod eo tempore, quo comiter regnare cœperat, & ob eam cauſam magnam gloriam habebat, mortuus eſt: quam fortaſſe amiſiſſet, ſi vixiſſet diutius, 'manifeſtato, eum feliciorem quã virtuoſiorem fuiſſe. Igitur Titus non modo Senatorem, quamdiu principatum tenuit, nullum interfici iuſſit; ſed nec alius quiſquã ſub eius Imperio morte affectus eſt. De crimine impietatis numquam cognouit, neq; permiſit aliis vt cognoſcerẽt. *Nemo enim*, inquit, *iniuria me afficere, aut inſequi contumelia poteſt, propterea quod nihil ago quod reprehendi mereatur: ea vero quæ falſo de me dicuntur, prorſus negligo. Porro principes qui vitam cum morte commutarunt, ipſi ſe, ſi vere heroes ſunt, aut ſi*

ΤΙΤΟΣ.

Ὁ ΔΕ δὴ Τίτος οὐδὲν οὔτε φονικὸν, οὔτε ἐρωτικὸν μοναρχήσας ἔπραξεν, ἀλλὰ χρηστὸς, καίπερ ἐπιβουλευθεὶς, καὶ σώφρων, καίτοι καὶ τῆς Βερενίκης ἐς Ῥώμην αὖθις ἐλθούσης, ἐγένετο. τάχα μὲν γὰρ καὶ μετεβάλετο. οὐ γὰρ ὁμοίως *ἄλλοι τέ τινες παραδυναστεύουσι καὶ αὐτοὶ αὐταρχοῦσιν· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀφροντιστοῦντες τῆς τοῦ κράτους δόξης, τῇ τε ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ἀπλήστως ἀποχρῶνται, καὶ πολλὰ ἐπί τε φθόνῳ καὶ διαβολῇ αὐτοῦ ποιοῦσιν· οἱ δὲ, ἐπ' αὐτοῖς πάντα ἀνακείμενα εἰδότες, προνοοῦνταί τι καὶ τῆς εὐδοξίας. ὥσπερ που καὶ ὁ Τίτος πρός τινα, *ὃν πρότερον ἐσπουδάκει, εἶπεν ὅτι Οὐχ ὅμοιόν [ἐστιν] ἑτέρου τι δεῖσθαι, καὶ αὐτὸν δικάζειν· οὐδὲ παρ' ἄλλου τι αἰτεῖν, καὶ αὐτὸν διδόναι τινί. ἤδη δὲ καὶ ὅτι ἐπὶ βραχύτατον (ὥς γε ἐς ἡγεμονίαν εἰπεῖν) *ἐπεβίου, ὥστε μηδ' ἁμαρτίαν τινὰ αὐτῷ ἐγγενέσθαι. δύο τε γὰρ αὐτῷ ἔτη μετὰ τοῦτο καὶ μῆνας δύο, ἡμέρας τε εἴκοσιν ἔζησεν, καὶ ἐπ' ἐννέα καὶ τριάκοντα ἔτεσι, καὶ μησὶ πέντε, καὶ ἡμέραις πέντε καὶ εἴκοσι. καὶ αὐτὸν ἐξ ἴσου κατὰ τοῦτο τῇ τοῦ Αὐγούστου πολυετίᾳ ἄγουσι, λέγοντες ὅτι οὔτ' ἂν ἐκεῖνος ἐφιλήθη ποτὲ, εἰ ἐλάττω χρόνον ἐζήκει, οὔτ' ἂν οὗτος, εἰ πλείονα· ὁ μὲν, ὅτι τραχύτερος κατ' ἀρχὰς διά τε τοὺς πολεμίους καὶ διὰ τὰς στάσεις γενόμενος, ἠδυνήθη μετὰ ταῦτα εὐεργεσίαις ἐν τῷ χρόνῳ λαμπρύνεσθαι· ὁ δὴ, ὅτι ἐπιεικῶς ἄρξας, ἐν ἀκμῇ τῆς δόξης ἀπέθανε· τάχα ἂν ἐλεγχθεὶς, εἴγε ἐπὶ μακρὸν ἐβεβιώκει, ὅτι εὐτυχίᾳ πλείονι ἢ ἀρετῇ ἐκέχρητο. Οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Τίτος οὐδένα τῶν βουλευτῶν ἐν τῇ αὐτοῦ ἡγεμονίᾳ ἀπέκτεινεν, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλος τις αὐτῷ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς ἐτελεύτησε. τάς τε δίκας τὰς τῆς ἀσεβείας οὔτ' αὐτός ποτε ἐδέξατο, οὔτ' ἄλλοις ἐπέτρεψεν· λέγων ὅτι Ἐγὼ μὲν οὐδὲν οὔθ' ὑβρισθῆναι, οὔτε προπηλακισθῆναι δύναμαι. οὔτε γὰρ ἄξιόν τι ἐπηγορίας ποιῶ, οὔτε μοι μέλει τῶν ψευδῶς λεγομένων. οἱ δὲ μετηλλαχότες τῶν αὐτοκρατόρων, αὐτοὶ ἑαυτοῖς, ἄνπερ ὡς ἀληθῶς ἥρωές τε ὦσι καὶ

δύναμιν

δύναμίν τινα ἔχωσι, τιμωρήσουσιν, ἄν τι τις αὐτοὺς ἀδικήσῃ. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πρός τε τὸ ἀσφαλὲς καὶ πρὸς τὸ ἄλυπον τῶν ἀνθρώπων κατεστήσατο. καὶ γὰρ γράμματα ἐξέθηκε, βεβαιῶν πάντα τὰ ὑπὸ τῶν προτέρων αὐτοκρατόρων *βεβαιωθέντα τισίν, ὥστε μὴ καθ' ἑκάστους σφᾶς αἰτοῦντας αὐτὸν πράγματα ἔχειν· τούς τε μηνυτὰς ἐξήλασεν ἐκ τῆς πόλεως. Καὶ τούτου πολέμου αὖθις ἐν τῇ Βρεττανίᾳ γενομένου, τά τε τῶν ἐκεῖ πολεμίων Γναῖος Ἰούλιος Ἀγρικόλας πάντα κατέδραμε, καὶ πρῶτός γε Ῥωμαίων, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ἔγνω τοῦθ' ὅτι ἡ Βρεττανία περίρρυτός ἐστι. στρατιῶται γάρ τινες στασιάσαντες, καὶ ἑκατοντάρχους χιλίαρχόν τε φονεύσαντες, ἐς πλοῖα κατέφυγον· καὶ ἐξαναχθέντες περιέπλευσαν τὰ πρὸς ἑσπέραν αὐτῆς, ὥς που τό τε κῦμα καὶ ὁ ἄνεμος αὐτοὺς ἔφερε· καὶ ἔλαθον ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα, πρὸς τὰ στρατόπεδα τὰ ταύτῃ ὄντα προσσχόντες. κἀκ τούτου καὶ ἄλλους ὁ Ἀγρικόλας πειράσοντας τὸν περίπλουν πέμψας, ἔμαθε καὶ παρ' ἐκείνων ὅτι νῆσός ἐστιν. Ἐν μὲν τῇ Βρεττανίᾳ ταῦτ' ἐγένετο, καὶ ἀπ' αὐτῶν ὁ μὲν Τίτος αὐτοκράτωρ τὸ πεντεκαιδέκατον ἐπεκλήθη· ὁ δὲ Ἀγρικόλας ἔν τε ἀτιμίᾳ τὸ λοιπὸν τοῦ βίου καὶ ἐν ἐνδείᾳ, ἅτε καὶ μείζονα ἢ κατὰ στρατηγὸν καταπράξας, ἔζησε· καὶ τέλος ἐσφάγη *διὰ ταῦτα ὑπὸ Δομιτιανοῦ, καίπερ τὰς ἐπινικίους τιμὰς παρὰ τοῦ Τίτου λαβών. Ἐν δὲ τῇ Καμπανίᾳ φοβερά τινα καὶ θαυμαστὰ συνηνέχθη. πῦρ γὰρ μέγα κατ' αὐτὸ τὸ φθινόπωρον ἐξαπιναίως ἐξήφθη. τὸ γὰρ ὄρος τὸ Βέσβιον ἔστι μὲν πρὸς τῇ θαλάσσῃ κατὰ Νέαν πόλιν, ἔχει δὲ πυρὸς πηγὰς ἀφθόνους· καὶ ἦν μέν ποτε πᾶν ὁμοίως ὑψηλόν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ μέσου τὸ πῦρ ἀνέτελλε (ταύτῃ γὰρ πεπύρωται μόνον) τὰ δὲ ἔξωθεν αὐτοῦ πάντα ἄπυρα καὶ νῦν ἔτι διαμένει. ἐκ δὲ τούτου ἐκείνων μὲν ἀκαύστων ἀεὶ ὄντων, τῶν δὲ ἐν τῷ μέσῳ κραυρουμένων καὶ τεφρουμένων, αἱ περιξ κορυφαὶ τὸ ἀρχαῖον ὕψος ἐς δεῦρο ἔχουσι· τὸ δὲ ἔμπυρον πᾶν, δαπανηθὲν ἐν τῷ χρόνῳ, κοῖλον ἐκ τῆς συνιζήσεως γέγονεν, ὥστε κυνηγετικῷ τινὶ θεάτρῳ τὸ ὄρος σύμπαν (ὡς μικρὰ μεγάλοις εἰκάσαι) ἐοικέναι· καὶ αὐτοῦ τὰ μὲν ἄκρα, καὶ δένδρα καὶ ἀμπέλους πολλὰς ἔχει, ὁ δὲ δὴ κύκλος ἀνεῖται τῷ πυρί, καὶ ἀναδίδωσι τῆς μὲν ἡμέρας καπνόν, τῆς δὲ νυκτὸς φλόγα· ὥστε δόξαι πολλὰ ἐν αὐτῷ καὶ παντοδαπὰ θυμιᾶσθαι θυμιάματα. καὶ τοῦτο μὲν οὕτως ἀεί, ποτὲ μὲν ἐπὶ μᾶλλον, ποτὲ δὲ

quidquam poſſunt, vlciſcentur, ſiquis eis iniuriam faciat. Multa quoq; conſtituit ad ſecuritatem & tranquillitatem omnium, propoſitis edictis, quibus omnia beneficia quæ ſuperiores principes dederant, confirmabãtur, ne, dum quemq; pro ſe poſtulare oporteret, moleſtiam caperent. Delatores quoq; ex vrbe expulit. Eodem tempore alterũ bellum exſtitit in Britannia: quo bello Cnæus Iulius Agricola regionem hoſtium vaſtauit, primusq; omnium Romanorum (quòd ſciamus) Britanniã circumfuſam eſſe mari vndique cognouit. Cum enim pauci milites facta ſeditione, interfectisq; centurionibus *tribunisq; ſuis, ad naues confugiſſent, atq; inde ſoluiſſent, nauigauere eam partẽ Britanniæ quæ ſpectat ad occidentẽ ſolem, vt fluctibus ventoq; ferebantur: cũq; id feciſſent, atq; ad altera caſtra Romanorum, quæ tum ibi erant, appuliſſent imprudentes, Agricola alios miſit, qui nauibus eũdem curſum tenerent; ex quibus etiam inſulam eſſe comperit. His rebus geſtis in Britannia, Titus Imperator XV appellatus eſt: Agricola, reliquum vitæ tempus in ignominia & paupertate trãſegit; ſcilicet quod maiora quam Prętori par eſſet, effecerat; ob easq; cauſas a Domitiano tandem interfectus eſt; quamuis permiſſu Titi triumphauiſſet. Per id tempus accidere in Campania horribilia quædam, quæ magnam admirationem habẽt. Nam ſub autumni tempus ingens incendiũ repente excitatum eſt, eoque mons Veſeuus conflagrauit. Is mons mare ſpectat ad Neapolim, habetq; fontes ignis maximos; ac olim quidem ex omni parte pariter excelſus erat; ſed tunc ex medio eius ignis exſtitit: nam ea parte tantum exuſtus eſt: extrinſecus enim intactus integerq; permanet ad hæc tempora. ex quo fit vt, cũ ignis externas partes non exurat, eaq; quæ ſunt in medio, cõſumantur igni, rediganturq; in cineres, vertices qui circum ſunt, vſq; adhuc veterem altitudinem habeant; & quæ pars igni conſumpta eſt, dum in ſe coit, concaua facta ſit; ita vt totus mons (ſi licet parua cum magnis conferre) formam habeat amphitheatri. Culmina eius montis multas arbores habent, viteſque: ipſe interius circuitu propter ignem decliuis eſt: vtq; fumum interdiu, ita noctu flammam reddit; ita vt in eo ſuffimenta cuiuſuis generis fieri ſemper videantur. Quod cum ita ſe habeat, nec ſemper eodem modo, id magis aliquando, interdum

minus facit: ad hæc & cinerem nonnumquam proiicit, quoties ſimul aliquid ſubſidit; emittitque ſaxa facto impetu ventorum: tum reſonat mugitque; quod minime denſas atque conſtipatas, ſed raras & occultas reſpirationes habet. Cũ igitur Veſeuus eiuſmodi ſit, hæc in eo quotannis fere fieri ſolent. Quæ cum illis temporibus præter morem euenerint, magnaq; adhuc eſſe videantur iis qui ea ſemper inſpiciũt; tamen, licet omnia ſimul cum ceteris, quæ tum quoque euenerunt, comparentur, parua habeantur neceſſe eſt.*Etenim eo tempore magnus numerus hominum inuſitata magnitudine, quales gigantes finguntur, in eodem monte regioneque finitima, ac proximis ciuitatibus, interdiu noctuque vagari, verſarique in aere viſus eſt. Poſt hæc conſecuta eſt maxima ſiccitas; ac repẽte ita graues terræmotus facti,*vt & omnis ea planities feruida eſſet, & culmina mõtium ſubſiderent. Ad hęc ſonitus ſubterranei tamquam tonitrua, & ſuper terram mugitibus ſimiles exſtiterunt.* Dein mare ſimul fremere, omne cælum reſonare, ingensque & repentinus fragor, quaſi montes ſimul conſiderent, exaudiri. Tum exſilire primum immenſi lapides, & ad ſummos vertices peruenire: deinde magna copia ignis fumique; ita vt omnẽ aerem obſcuraret, occultaretq; ſolem non aliter quam ſi defeciſſet. Igitur nox ex die, & tenebræ ex luce factæ erant, putantibus nonnullis gigantes ſeditionem inter ſe facere; quod multæ imagines eorum in fumo conſpicerentur, quodque clangor tubarum audiretur. Alii exiſtimabãt aut mundum in chaos redigi, aut igni conſumi: ob eamque cauſam properabant alii ex ædibus in vias; alii de viis in ędes confugere; atque e mari in continentem, & ex continenti in mare ſe recipere. Alii conturbati, ea quę nondum venerant, exiſtimare tutiora rebus præſentibus. Tanta vero erat copia cineris, vt terram, mareque, atque adeo ipſum aerem cõpleret. quæ res multa damna, vt cuiq; ſors tulit, importauit, non ſolum hominibus, prædiisq; ac pecoribus; ſed etiam piſces volucresq; omnes peremit; duasque vrbes, Herculanũ & Põpeios, populo ſedente in theatro, penitus obruit. Poſtremo tantus fuit cinis, vt inde peruenerit in Africam,

ἐπὶ πλεῖον γίγνεται· πολλάκις δὲ [καὶ] τέφρας ἀναβάλλει ὅταν ἀθρόον τι ὑφιζήσῃ· καὶ λίθους ἀναπέμπει, ὅταν ὑπὸ πνεύματος ἐκβιασθῇ. ἠχεῖ τε καὶ βοᾷ, ἅτε μὴ συμπεπιλημένας, ἀλλὰ ἀραιὰς καὶ λαθραίας τὰς ἀναπνοὰς ἔχων. Τοιοῦτον μὲν τὸ Βέσβιόν ἐστι, καὶ ταῦτα ἐν αὐτῷ κατ' ἔτος ὡς πλήθει γίγνεται. ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα ὅσα ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ συνηνέχθη, εἰ καὶ μεγάλα παρὰ τὸ καθεστηκὸς τοῖς ἀεὶ ὁρῶσιν αὐτὰ εἶναι ἔδοξε, σμικρὰ ἂν πρὸς τὰ τότε συμβάντα, καὶ τὰ πάντα εἰς ἓν συναχθέντα, νομισθείη. ἔσχε γὰρ οὕτως· ἄνδρες πολλοὶ καὶ μεγάλοι πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερβεβληκότες, οἷοι οἱ γίγαντες γράφονται, τοῦτο μὲν ἐν τῷ ὄρει, τοῦτο δὲ ἐν τῇ περὶ αὐτὸ χώρᾳ ταῖς τε πόλεσι μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἐν τῇ γῇ περινοστοῦντες, καὶ ἐν τῷ ἀέρι διαφοιτῶντες ἐφαντάζοντο. καὶ μετὰ τοῦτο αὐχμοί τε δεινοὶ καὶ σεισμοὶ ἐξαίφνης σφοδροὶ ἐγένοντο, ὥστε καὶ τὸ πεδίον ἐκεῖνο πᾶν ἀναβράττεσθαι, καὶ τὰ ἄκρα ἀναπηδᾶν. ἠχαί τε, αἱ μὲν ὑπόγειοι, βρονταῖς ἐοικυῖαι· αἱ δὲ ἐπίγειοι, μυκηθμοῖς ὅμοιαι συνέβαινον· καὶ ἥ τε θάλασσα συνέβρεμε, καὶ ὁ οὐρανὸς συνεπήχει· κἀκ τούτου κτύπος τε ἐξαίσιος ἐξαπιναίως, ὡς καὶ τῶν ὀρῶν συμπιπτόντων, ἐξηκούσθη· καὶ ἀνέθορον πρῶτον μὲν λίθοι ὑπερμεγέθεις, ὥστε καὶ ἐς αὐτὰ τὰ ἄκρα ἐξικέσθαι· ἔπειτα πῦρ πολὺ καὶ καπνὸς ἄπλετος, ὥστε πάντα μὲν τὸν ἀέρα συσκιασθῆναι, πάντα δὲ τὸν ἥλιον συγκρυφθῆναι, καθάπερ ἐκλελοιπότα. Νύξ τε οὖν *ἡμέρας, καὶ σκότος ἐκ φωτὸς ἐγένετο· καὶ ἐδόκουν οἱ μὲν τοὺς γίγαντας ἐπανίστασθαι, (πολλὰ γὰρ καὶ τότε εἴδωλα αὐτῶν ἐν τῷ καπνῷ διεφαίνετο, καὶ προσέτι καὶ σαλπίγγων τις [βοὴ] ἠκούετο) οἱ δὲ [καὶ] ἐς χάος ἢ καὶ πῦρ τὸν κόσμον πάντα ἀναλίσκεσθαι. καὶ διὰ ταῦτ' ἔφευγον, οἱ μὲν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐς τὰς ὁδούς, οἱ δὲ ἔξωθεν, εἴσω· ἔκ τε τῆς θαλάσσης ἐς τὴν γῆν, καὶ ἐξ ἐκείνης ἐς τὴν θάλασσαν· οἱ ἄλλοι τε ταραττόμενοι, καὶ πᾶν τὸ ἀπὸ σφῶν ἀπὸν ἀσφαλέστερον τοῦ παρόντος ἡγούμενοι. Ταῦτά τε ἅμα ἐγίγνετο, καὶ τέφρα ἀμύθητος ἐφυσήθη· καὶ τήν τε γῆν τήν τε θάλασσαν καὶ τὸν ἀέρα πάντα κατέσχε· καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα (ὥς που καὶ ἔτυχε) καὶ ἀνθρώποις καὶ χώραις καὶ βοσκήμασιν ἐλυμήνατο, τοὺς δὲ δὴ ἰχθύας τά τε ὄρνεα πάντα διέφθειρε· καὶ προσέτι καὶ πόλεις δύο ὅλας, τό τε Ἡρκουλάνεον καὶ τοὺς Πομπηΐους, ἐν θεάτρῳ τοῦ ὁμίλου αὐτῆς καθημένου, κατέχωσε. τοσαύτη γὰρ ἡ πᾶσα κόνις ἐγένετο, ὥστ' ἀπ' αὐτῆς ἦλθε μὲν [καὶ ἐς Ἀφρικὴν

καὶ Συρίαν,

καὶ Συρίαν καὶ ἐς Αἴγυπτον, ἐσῆλθε δὲ καὶ ἐς τὴν Ῥώμην, καὶ τόν τε ἀέρα τὸν ὑπὲρ αὐτῆς ἐπλήρωσε, καὶ τὸν ἥλιον ἐπεσκίασε. καὶ συνέβη κἀνταῦθα δέος οὐ μικρὸν ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις, οὔτ' εἰδόσι τοῖς ἀνθρώποις τὸ γεγονὸς, οὔτ' εἰκάσαι δυναμένοις· ἀλλ' ἐνόμιζον καὶ ἐκεῖνοι πάντα ἄνω τε καὶ κάτω καταστρέφεσθαι, καὶ τὸν μὲν ἥλιον ἐς τὴν γῆν ἀφανίζεσθαι, τὴν δὲ γῆν ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνιέναι. ἡ μὲν οὖν τέφρα αὕτη οὐδὲν μέγα τότε κακὸν αὐτοὺς εἰργάσατο· ὕστερον γὰρ νόσον σφίσι λοιμώδη δεινὴν ἐνέβαλε.

Πῦρ δὲ δὴ ἕτερον ἐπίγειον τῷ ἑξῆς ἔτει πολλὰ πάνυ τῆς Ῥώμης, τοῦ Τίτου πρὸς τὸ πάθημα τὸ ἐν τῇ Καμπανίᾳ γενόμενον ἐκδημήσαντος, ἐπενείματο. καὶ γὰρ τὸ Σεραπεῖον, καὶ τὸ Ἰσεῖον, τά τε Σεπτὰ, καὶ τὸ Ποσειδώνιον, τό τε βαλανεῖον τὸ τοῦ Ἀγρίππου, καὶ τὸ Πάνθειον, τό τε *Διριβιτώριον, καὶ τὸ τοῦ Βάλβου θέατρον, καὶ τὴν τοῦ Πομπηίου σκηνὴν, καὶ τὰ *Ὀκταουίεια οἰκήματα καὶ μετὰ τῶν βιβλίων, τόν τε νεὼν τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίου μετὰ τῶν συννάων αὐτοῦ κατέκαυσεν. οὕτω γε τὸ κακὸν οὐκ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ δαιμόνιον ἐγένετο. πάρεστι γὰρ ἐκ τούτων ὧν κατέλεξα, παντί τῳ τεκμήρασθαι καὶ τἆλλα τὰ ἀπολλύμενα. Ὁ δ' οὖν Τίτος τοῖς μὲν Καμπανοῖς δύο ἄνδρας ἐκ τῶν ὑπατευκότων οἰκιστὰς ἔπεμψε, καὶ χρήματα ἄλλα τε, καὶ τὰ χρήματα τῶν ἄνευ κληρονόμων τεθνηκότων ἐδωρήσατο· αὐτὸς δὲ οὐδὲν οὔτε παρ' ἰδιώτου, οὔτε παρὰ πόλεως, οὔτε παρὰ βασιλέως, καίτοι πολλῶν πολλὰ διδόντων αὐτῷ καὶ ὑπισχνουμένων, ἔλαβεν. ἀνέστησέ τοι καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων πάντα. καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξε. τὸ δὲ δὴ θέατρον τὸ κυνηγετικὸν, τό τε βαλανεῖον τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ ἱερώσας, πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ἐποίησε. γέρανοί τε γὰρ ἀλλήλοις ἐμαχέσαντο, καὶ ἐλέφαντες τέσσαρες· ἄλλα τε ἐς ἐνακισχίλια καὶ βοτὰ καὶ θηρία ἀπεσφάγη, καὶ αὐτὰ καὶ γυναῖκες οὐ μέντοι ἐπιφανεῖς συγκατειργάσαντο. ἄνδρες τε πολλοὶ μὲν ἐμονομάχησαν, πολλοὶ δὲ καὶ ἀθρόοι ἔν τε πεζομαχίαις καὶ ἐν ναυμαχίαις ἠγωνίσαντο. τὸ γὰρ θέατρον αὐτὸ ἐκεῖνο ὕδατος ἐξαίφνης πληρώσας, εἰσήγαγε μὲν καὶ ἵππους καὶ ταύρους καὶ ἄλλα τινὰ χειροήθη, δεδιδαγμένα πάνθ' ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς πράττειν, καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ. εἰσήγαγε δὲ καὶ ἀνθρώπους ἐπὶ πλοίων. καὶ οὗτοι μὲν ἐκεῖ, ὡς οἱ μὲν Κερκυραῖοι, οἱ δὲ Κορίνθιοι ὄντες, ἐναυμάχησαν· ἄλλοι δὲ ἔξω ἐν τῷ ἄλσει τῷ τοῦ Γαΐου τοῦ τε Λουκίου, ὅ ποτε ὁ Αὔγουστος ἐπ' αὐτοῖς τοῦτ' ὠρύξατο. καὶ γὰρ ἐνταῦθα

Syriam, & Ægyptum: introieritque Romam, eiuſque aerem compleuerit, & ſolem obſcurauerit. Id Romæ accidit paucis poſt diebus, cũ omnes ignorarent id quod factum erat in Campania, nec, quid eſſet, cõiectura aſſequi poſſent. Itaq; etiam ii putare cœperunt, omnia ſurſum deorſum ferri, ſolemque in terram cadere, ac terrã in cælum conſcendere. *Quamquam autem hic cinis non tunc ſtatim attulit grauia incommoda populo Romano, tamen poſtea morbum peſtilentem & grauem immiſit. Inſequenti anno, Tito ad viſendam calamitatem Campaniæ profecto, multa Romæ conflagrauerunt: quod incendium tamen *extiterat ex terra. Nam Serapidis ac Iſidis fana, Septa, templum Neptuni, balnea Agrippæ, Pantheon, Diribitorium, theatrum Balbi, Scena Pompeii, Octauiana ædificia vna cum libris, templum Iouis Capitolini, cũ proximis templis, igni conſumpta ſunt. Ita id malũ diuinum potius quam humanum fuit. Licet enim ex iis quæ commemoraui, cetera quæ eo incendio perierunt, coniicere. Titus ad Cãpanos miſit duos viros conſulares, *qui colonias eo deducerent: iisque grandem pecuniam dedit, atque eam potiſſimum, quam reliquiſſent ii qui ſine heredib. mortui eſſent. Ipſe nihil a priuatis, aut ciuitatibus, aut regibus, cum ei multa darẽt ac pollicerẽtur, accepit: *quinetiam ea quæ adhuc apud ſe habebat, reſtituit. Quod pertinet ad cetera, nihil præcipuum geſſit: tantum amphitheatrum venationum cauſa, & balnea ſuo nomine dedicauit: tum ibi multa eaque admirabilia fecit. Grues enim certauerunt inter ſe, præterea quatuor elephanti: ac pecorum ferarumq; milia nouem interfecta ſunt: *quæ mulieres quoq; ignobiles confecerunt. multi obierunt munus gladiatorium: multi quoque conferti pedeſtria ac naualia prœlia cõmiſerunt. Nã amphitheatro de repẽte aqua impleto, in ipſum equos tauroſq;, aliaq; manſueta animalia introduxit, quæ facere didicerant ea quę in terra conſueuerant. In hanc aquam introducti ſunt homines in nauibus: qui in Corcyrenſes & Corinthios diuiſi, prœlio nauali certauerũt. Extra hũc locũ pugnatũ eſt ab aliis in horto Caii & Lucii, quẽ Auguſtus pfodi ob eandẽ cauſam iuſſerat. Ibi n.

primo die *bellum nauale, cædesque belluarum facta eſt, lacu, *qua parte ſtatuas ſpectat, tabulis inædificato, ac fixis vndique trabibus. Poſtridie eius diei, ludi Circēſes facti ſunt. Tertio die nauale prœlium factum eſt hominum trium milium: poſt hæc, pedeſtris pugna conſecuta eſt. Nam Atheniēſes ſuperatis Syracuſanis (his enim nominibus vſi pugnauerunt) cū in paruam inſulam deſcēdiſſent, magno impetu celeriter facto, monumentum quod ibi factum erat, inuadunt, capiuntque. Fuere per centum dies ſpectacula eius generis. Sed & plebi vtile fuit, quod Titus paruos globos ligneos de ſuperiore loco iaceret in amphitheatrum, in quibus ſcripta erat nota alicuius eſculenti, veſtisve, aut vaſis argentei, aut aurei, equorumq; & iumentorum ac mancipiorum: quos globos qui rapuiſſet, attuliſſetq; ad diſpēſatores Titi, quod ſcriptum erat, conſequebatur. His confectis rebus, poſtremo die fleuit, inſpectāte vniuerſo populo; nec amplius quidquam magnum geſſit: ſed inſequenti anno, Flauio & Pollione conſulibus, dedicatis iis quę ſupradicta ſunt, in iiſdem aquis, in quibus pater obierat, mortuus eſt. Fama eſt fratrem mortem ei attuliſſe; præſertim quod ei inſidias ante parauerat: alii morbo exſtinctum tradunt. Cum enim adhuc reſpiraret, poſſetq; forſan conualeſcere, Domitianus ipſum in arcam plenam niuis coniecit, quo celerius moreretur. Eo quidem certe viuo Romam venit, introiitque in caſtra, ac nomen & potentiam Imperatoris accepit, deditq; militibus quantum eis frater dederat. Titus moriens, ſe vnius tantummodo rei pœnitere dixit: id autem quid eſſet, non aperuit, nec quiſquam certo nouit, aliud aliis coniicientibus. Cōſtans fama fuit, (vt nonnulli tradunt) quod Domitiam vxorem fratris habuiſſet: alii putant, (quib. ego aſſentior) quod Domitianum, à quo certo ſciebat ſibi inſidias parari, non interfeciſſet, ſed id ab eo pati maluiſſet; & quod traderet Imperium Romanum tali viro, qualem eum fuiſſe referemus. Regnauit (vt ſupra dictum eſt) annos II, menſes II, dies XX.

τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ *μονομαχία καὶ θηρίων σφαγὴ, καταικοδομηθείσης σανίσι τῆς κατὰ πρόσωπον τῶν εἰκόνων λίμνης, καὶ ἰκρία πέριξ λαβούσης· τῇ δὲ δευτέρᾳ, ἱπποδρομία· καὶ τῇ τρίτῃ, ναυμαχία τρισχιλίων ἀνδρῶν· καὶ μετὰ τοῦτο καὶ πεζομαχία ἐγένετο. νικήσαντες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς Συρακουσίους (τούτοις γὰρ τοῖς ὀνόμασι χρησάμενοι ἐναυμάχησαν) ἐπεξῆλθον ἐς τὸ νησίδιον, καὶ προσβαλόντες τείχει τινὶ περὶ τὸ μνημεῖον πεποιημένῳ, εἷλον αὐτό. Ταῦτα μὲν ἐς ὄψιν ἥκοντα καὶ ἐφ' ἑκατὸν ἡμέρας ἐγένετο· παρέσχε δέ τινα καὶ ἐς ὠφέλειαν φέροντα αὐτοῖς· σφαιρία γὰρ ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐρρίπτει, σύμβολον ἔχοντα, τὸ μὲν ἐδωδίμου τινὸς, τὸ δὲ ἐσθῆτος, τὸ δὲ ἀργυροῦ σκεύους, ἢ καὶ χρυσοῦ, ἵππων, ὑποζυγίων, βοσκημάτων, ἀνδραπόδων· ἃ διαρπάσαντάς τινας ἔδει πρὸς τοὺς δοτῆρας αὐτῶν ἀπενεγκεῖν, καὶ λαβεῖν τὸ ἐπιγεγραμμένον. Διατελέσας δὲ ταῦτα, καὶ τῇ γε τελευταίᾳ ἡμέρᾳ καταδακρύσας, ὥστε πάντα τὸν δῆμον ἰδεῖν, οὐδὲν ἔτι μέγα ἔπραξεν, ἀλλὰ τῷ ἐπιγιγνομένῳ ἔτει ἐπί τε τοῦ Φλαβίου καὶ ἐπὶ τοῦ Πωλίωνος τῶν ὑπάτων, καθιερώσας ὅσα εἴρηται, μετήλλαξεν ἐν τοῖς ὕδασιν, ἐν οἷς καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ· ὡς μὲν ἡ φήμη λέγει, πρὸς τοῦ ἀδελφοῦ, δήλως θ' ὅτι καὶ πρότερον ἐπεβεβούλευτο ὑπ' αὐτοῦ· ὡς δέ τινες γράφουσι, νοσήσας. ἔμπνουν γάρ τοι αὐτὸν ὄντα, καὶ τάχα περιγενέσθαι δυνάμενον, ἐς λάρνακα χιόνος πολλῆς γέμουσαν ὁ Δομιτιανὸς ἐνέβαλεν, ἵνα θᾶσσον ἀποθάνῃ. ἔτι γοῦν ζῶντος αὐτοῦ ἔς τε τὴν Ῥώμην ἀφίππευσε, καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον εἰσῆλθε, τήν τε ἐπίκλησιν καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ αὐτοκράτορος ἔλαβε, δοὺς αὐτοῖς ὅσονπερ καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐδεδώκει. Ὁ δ' οὖν Τίτος ἀποψύχων, εἶπε μὲν ὅτι Ἓν μόνον ἐπλημμέλησα. τί δὲ δὴ τοῦτο εἴη, οὐ διεσάφησεν, ἀλλ' οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς ἀκριβῶς ἀνέγνω· οἱ μὲν γὰρ τὸ, οἱ δὲ τὸ κατείκαζον. κρατεῖ δ' οὖν, ὡς μέν τινες λέγουσιν, ὅτι τὴν Δομιτίαν τὴν τοῦ ἀδελφοῦ γυναῖκα ἔσχεν· οἱ δ' ἕτεροι, (οἷς ἐγὼ πείθομαι) ὅτι τὸν Δομιτιανὸν σαφῶς ἐπιβουλεύσαντά οἱ λαβὼν, οὐκ ἀπέκτεινεν, ἀλλ' αὐτός τε ὑπ' ἐκείνου παθεῖν τοῦτο μᾶλλον εἵλετο, καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀνδρὶ τοιούτῳ ἐξέδωκεν, οἷον ἡ διέξοδος τοῦ λόγου δηλώσει. Ἦρξε δὲ δύο ἔτη καὶ μῆνας δύο, ἡμέρας τε εἴκοσιν, ὡς προείρηται.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ δὲ, ἦν μὲν καὶ θρασὺς καὶ ὀργίλος, ἦν δὲ καὶ ἐπίβουλος καὶ κρυψίνους· ὥστε ἀφ' ἑκατέρων τῶν μὲν τὸ προπετὲς, τῶν δὲ τὸ δόλιον ἔχων, πολλὰ μὲν ὡς σκηπτὸς ὀξέως ἐμπίπτων τισὶν, ἐλυμαίνετο, πολλὰ δὲ καὶ ἐκ παρασκευῆς ἐκακούργει. * θεῶν μὲν γὰρ τὴν Ἀθηνᾶν ἐς τὰ μάλιστα ἤγαλλε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ Παναθήναια μεγάλως ἑώρταζε· καὶ ἐν αὐτοῖς ἀγῶνας καὶ ποιητῶν καὶ λογογράφων μονομάχων τε κατ' ἔτος (ὡς εἰπεῖν) ἐν τῷ Ἀλβανῷ ἐποίει. τοῦτο γὰρ τὸ χωρίον ὑπὸ τὸ ὄρος τὸ Ἀλβανὸν, ἀφ' οὗπερ οὕτως ὠνομάσθη, ὄν, ὥσπερ τινὰ ἀκρόπολιν ἐξείλετο. ἀνθρώπων δὲ ἐφίλησε μὲν ἀληθῶς οὐδένα, πλὴν γυναικῶν τινῶν· ἐπλάττετο δὲ ἀγαπᾶν ἀεὶ ὃν ἀεὶ μάλιστα ἀποσφάξαι ἤθελεν. οὕτω γὰρ ἄπιστος καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς χαριζομένους τι, ἔς τε [τὰ] δεινότατα ὑπηρετοῦντας αὐτῷ, ἐγίγνετο, ὥσθ', ὁπότε τινὲς ἢ χρήματα αὐτῷ πολλὰ πορίσαιεν, ἢ ἀνθρώποις πολλοὺς συκοφαντήσειεν, πάντως αὐτοὺς ἔφθειρε, καὶ μάλιστα τοὺς δούλους τοὺς κατὰ τῶν δεσποτῶν μηνύσαντας.

Τοιοῦτος δὲ δὴ πρὸς πάντας παρ' ὅλην τὴν ἡγεμονίαν γενόμενος, πολὺ καὶ ἑαυτὸν ὑπερεβάλετο ἐν τῇ τῶν τοῦ πατρὸς τοῦ τε ἀδελφοῦ φίλων ἀτιμίᾳ τε καὶ ὀλεθρίᾳ μεταχειρίσει. ἐμίσει τε γὰρ αὐτοὺς, ὅτι μὴ πάνθ' ὅσα ᾔτει, πολλά τε καὶ οὐ προσήκοντα [ὄντα,] παρέσχον αὐτῷ· καὶ ὅτι ἐν τιμῇ τινὶ ἐγεγόνεσαν. καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς Εαρίνου τινὸς εὐνούχου ἐρῶν, ὅμως, ἐπειδὴ καὶ ὁ Τίτος ἰσχυρῶς περὶ τὰς ἐκτομίας ἐσπουδάκει, ἀπηγόρευσεν ἐπὶ ἐκείνου ὕβρει, μηδένα ἔτι ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐκτέμνεσθαι. Τὸ δ' ὅλον, ἔλεγε τοὺς αὐτοκράτορας τοὺς μὴ πολλοὺς κολάζοντας, οὐκ ἀγαθοὺς, ἀλλ' εὐτυχεῖς εἶναι. καὶ * τι καὶ σκηνοποιίᾳ τινὶ ἐοικὼς ἐγένετο· αὐτός τε γὰρ καὶ φιλεῖν τὸν ἀδελφὸν καὶ πενθεῖν προσεποιεῖτο, καὶ τούς τε ἐπαίνους τοὺς ἐπ' αὐτῷ μετὰ δακρύων ἔλεξε, πάντα τὰ ἐναντιώτατα ὧν ἐβούλετο σκηπτόμενος. ἀμέλει καὶ τὴν ἱπποδρομίαν τὴν τῶν γενεσίων αὐτοῦ κατέλυσε· καὶ οἱ ἄλλοι οὔθ' ὅπως συνάχθοιντο, οὔθ' ὅπως συνήδοιντο, ἀσφαλῶς εἶχον· τὸ μὲν, ὅτι τὴν γνώμην αὐτοῦ λυπεῖν, τὸ δ', ὅτι τὴν προσποίησιν ἐλέγξειν ἔμελλε. Τὴν δὲ γυναῖκα τὴν Δομιτίαν ἐβουλεύσατο μὲν σφάξαι ἐπὶ μοιχείᾳ· παρακληθεὶς δὲ

DOMITIANVS.

DOMITIANVS, homo audax erat & iracūdus, preterea inſidiator & vafer: itaque ex altero temerarius, ex altero fraudulentus erat. Multa enim vaſtabat irruens celeriter inſtar fulminis: cōtra, multa damna paratus & præmeditatus inferebat. Mineruam præcipue ex omnibus diis coluit: atque ob eam cauſam Quinquatria magnifice celebrauit: in quibus certamina poetarum, oratorū, gladiatorumq; quotannis fere exhibebat in Albano. nam eum locum ſub Albano monte, ex quo ita cognominatus eſt, tamquam arcem aliquam elegerat. Neminem vnquā vere & ex animo dilexit, præter paucas mulieres: quamquā eum ſe diligere ſimulabat ſemper, quē maxime interfectū cupiebat. Adeo vero diffidebat iis qui ei aliquid gratificabantur, aut obſequebantur in moleſtiſſimis atque grauiſſimis rebus, vt eos qui ei maximam pecuniam * darent, aut qui multos homines calumniarētur, penitus perderet; præſertim ſeruos, ſi quid contra dominos detuliſſent. Cumq; ſe talem erga oēs præſtiterit ſemper in ſuo principatu, tum vero ſeipſum in eo longe ſuperauit,* quod patrem fratremq; & amicos ignominioſe & perdite tractauit. Eos enim oderat: propterea quod ei non conceſſiſſent omnia quæ poſtulauerat, præſtitiſſentque multa quæ non ſatis idonea aut recta eſſe videbantur, & quod antea in aliquo honore fuiſſent. Quas ob res etſi Earinum eunuchū amabat, tamen, quod Titus quoque exſectos dilexerat, vetuit in eius contumeliam, ne quis in poſterum intra fines Romani imperii caſtraretur. Omnino dicebat, Imperatores a quibus permulti homines non punirentur, fortunatos magis quam bonos eſſe: & quaſi in ſcena eſſet, ſimulabat ſe fratrem amare ac lugere, laudabatque non ſine lacrymis; cum tamen omnia contra quā vellet, præ ſe ferret. nam Circenſes ludos, qui natali die illius fiebant, diremit: ceteri, quemadmodum cōdolerent, aut ei congratularentur tuto, neſciebant; ne aut ei moleſtiā afferrent, aut eius diſſimulationem percipere viderentur. Cum autem de cæde Domitiæ vxoris ſuæ conſultaret, propter admiſſum adulteriū, capto conſilio

de ſententia Vrſi, eam repudiauit; & propter eandem etiam Paridem ſaltatorem in media via occidit: ac poſtquam accepit eum locum a multis hominibus floribus* frondibusq; & virgultis ornari, eos interfici iuſſit. Quibus confectis rebus, palam cum fratris ſui filia Iulia, tamquam cum vxore, coibat. Multos primarios viros compluribus de cauſis morte & exſilio de medio ſuſtulit. Sed neque Veſtalibus pepercit; in quas animaduertit, quaſi cum viris conſuetudinem habuiſſent: de quibus cum eſſet aſpere & acerbe quæſitū, ac multi qui accuſati fuerant, ſupplicio afficerentur, id vnus e pontificibus Eluius Agrippa non ferens, atque eo perterritus, in Senatu, vbi tum erat, exſtinctus eſt. Domitianus profectus in Germaniam cum exercitu, hoſte nuſquam viſo, reuertit. Hoc loco mihi commemorare non neceſſe eſt ea quæ tum ob eam cauſam ei, ceteriſque Imperatoribus eius ſimillimis, ſemper tributa ſunt, ne paruos honores adepti, ac proinde rati ſe contemni, moleſte & grauiter ferrēt. Illud fuit in eo grauiſſimū, quod, cum ſe adulari cuperet, vtriſque, & colentibus eum, & non colentibus, pariter ſuccenſebat: illis, quod aſſentari; his, quod negligere viderentur. Adeo vero ſtulte elatus eſt & inſolenter, vt Conſul decem annos perpetuos, & Cenſor, quamdiu viueret, primus ſolusque ex priuatis ciuibus atque Imperatoribus deſignatus ſit. Lictores cepit quatuor & viginti: vtque veſte triumphali vteretur, quoties veniret in Senatum, obtinuit. Menſem Octobrem, quod in eo natus erat, Domitianum cognominauit. Aurigarum duo genera adiunxit; quorum vnum aureum, alterum argenteum appellauit. Spectatoribus multa crebro largiebatur in ſphæris paruulis: nonnumquam conuiuium faciebat eis in eodem loco ſedentibus, præbebatque ſæpenumero vinum fluens nocturno tempore. Quę res vt multitudini erat voluptati, vt par eſt; ita potentibus viris cauſa erat interitus. Multos enim occidebat, cum non haberet vnde tantos ſumptus faceret; partim reos factos in Senatu, partim abſentes accuſatos: nonnullos quoque ex inſidiis, clamdeſtinis venenis ſuſtulit. Per id tempus maximum bellū fuit populo Romano cū Dacis, apud quos Decebalus regnum obtinebat. Is erat in cognoſcendis rebus

ὑπὸ τοῦ Οὔρσου, ἀπεπέμψατο, τὸν Πάριν τὸν ὀρχηστὴν ἐν μέσῃ τῇ ὁδῷ δι' αὐτὴν φονεύσας. ἐπεὶ δὲ πολλοὶ καὶ ἄνθεσι καὶ μύροις τὸν τόπον ἐκεῖνον ἐτίμων, ἐκέλευσε τούτους σφάττεσθαι. Κἀκ τούτου τῇ ἀδελφιδῇ τῇ ἰδίᾳ, ἤγουν τῇ Ἰουλίᾳ, ἀπαρακαλύπτως ὥσπερ ὡς γαμετῇ συνῴκει. Πολλοὺς δὲ τῶν πρώτων ἀνδρῶν κατὰ πολλὰς προφάσεις φόνοις τε καὶ ὑπερορίαις ἐκποδὼν ποιούμενος, οὐδὲ τῶν ἀειπαρθένων ἐφείσατο, ἀλλ' ὡς καὶ ἀνδρωμένας ἐτιμωρήσατο. Ὅτε καὶ λέγεται, σκληρᾶς καὶ βαρείας τῆς περὶ αὐτὰς ἐξετάσεως γινομένης, καὶ πολλῶν αἰτιαθέντων καὶ κολαζομένων, οὐκ ἐνεγκὼν εἷς τῶν ποντιφίκων Ἐλούιος Ἀγρίππας, ἀλλ' ἐκπλαγεὶς, αὐτοῦ ἐν τῷ συνεδρίῳ, ὥσπερ εἶχεν, ἀποψύξαι. Ἐκστρατεύσας δὲ εἰς τὴν Γερμανίαν, καὶ μηδ' ἑωρακώς που πόλεμον, ἐπανῆκε. τί γὰρ δεῖ καὶ λέγειν ἃ διὰ τοῦτο καὶ ἐκείνῳ τότε καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὁμοίοις αὐτῷ αὐτοκράτορσιν αἰεὶ ἐδόθη, ἵνα μὴ, προσυποτοπεύοντες ἔκ τε τῆς ὀλιγότητος καὶ ἐκ τῆς σμικρότητος τῶν τιμῶν ἐλέγχεσθαι, χαλεπαίνωσι. Καίτοι καὶ τοῦτο δεινότατον εἶχεν, ὅτι καὶ κολακεύεσθαι ἤθελε, καὶ ἀμφοτέροις ὁμοίως ἤχθετο, καὶ τοῖς θεραπεύουσι, καὶ τοῖς μή· τοῖς μὲν, ὅτι θωπεύειν, τοῖς δὲ, ὅτι καταφρονεῖν ἐδόκουν. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπὶ πλεῖον ἐπαρθεὶς ὑπ' ἀνοίας, ὕπατος μὲν ἔτη δέκα ἐφεξῆς, τιμητὴς δὲ διὰ βίου πρῶτος δὴ καὶ μόνος καὶ ἰδιωτῶν καὶ αὐτοκρατόρων ἐχειροτονήθη. ῥαβδούχοις τε τέσσαρσι καὶ εἴκοσι καὶ τῇ στολῇ τῇ ἐπινικίῳ, ὁπόταν ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσίῃ, χρῆσθαι ἔλαβε. τόν τε ὀκτώβριον Δομιτιανὸν ἀντωνόμασεν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐγεγένητο. Τοῖς δὲ ἁρματηλάταις δύο γένη ἕτερα, τὸ μὲν χρυσοῦν, τὸ δὲ ἀργυροῦν ὀνομάσας, *προσκατέστησε. τοῖς τε θεωμένοις συχνὰ διὰ τῶν σφαιρίων ἐδίδου· καί ποτε καὶ ἐδείπνισεν αὐτοὺς κατὰ χώραν καθημένους, οἶνόν τε σφίσι πολλαχῇ ῥέοντα νυκτὸς παρέσχεν. ἃ δὴ τοῖς μὲν πολλοῖς ἐν ἡδονῇ, ὡς εἰκὸς ἦν, τοῖς δὲ δυνατοῖς ὀλέθρου* αἴτια καθίστατο. οὐ γὰρ ἔχων ὁπόθεν ἀναλώσῃ, συχνοὺς ἐφόνευε, τοὺς μὲν ἐσάγων ἐς τὸ βουλευτήριον, τῶν δὲ καὶ ἀπόντων κατηγορῶν· ἤδη δὲ καὶ ἐξ ἐπιβουλῆς ἐνίους λαθραίοις φαρμάκοις ἀπήλλαξε. Μέγιστος δὲ δὴ πόλεμος Ῥωμαίοις τότε πρὸς τοὺς Δάκους ἐγένετο· ὧν τότε Δεκέβαλος ἐβασίλευε, δεινὸς μὲν συνεῖναι

τὰ πολέ-

τὰ πολέμια, δεινὸς δὲ καὶ πρᾶξαι· ἐπελθεῖν εὔστοχος, ἀναχωρῆσαι καίριος· ἐνέδρας τεχνίτης, μάχης ἐργάτης· καὶ καλῶς μὲν νίκῃ χρήσασθαι, καλῶς δὲ καὶ ἧτταν διαθέσθαι εἰδώς· ἀφ᾽ οὗ δὴ καὶ ἀνταγωνιστὴς ἀξιόμαχος ἐπὶ πολὺ τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένετο. Δάκους δὲ αὐτοὺς προσαγορεύω, ὥσπερ που καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς καὶ οἱ Ῥωμαῖοι σφᾶς ὀνομάζουσιν· οὐκ ἀγνοῶν ὅτι Ἑλλήνων τινὲς Γέτας αὐτοὺς λέγουσιν, εἴτ᾽ ὀρθῶς, εἴτε καὶ μὴ λέγοντες. ἐγὼ γὰρ οἶδα Γέτας τοὺς ὑπὲρ τὸν Αἷμον παρὰ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντας. Ὁ Δομιτιανὸς μὲν οὖν ἐξεστράτευσε μὲν ἐπ᾽ αὐτούς, οὐ μέντοι καὶ τοῦ πολέμου προσήψατο· (οὐ γὰρ ὅτι τό τε σῶμα ἄπονος, καὶ τὴν ψυχὴν ἄτολμος, ἀλλὰ καὶ ἀσωτότατος καὶ ἀσελγέστατος καὶ πρὸς γυναῖκας καὶ πρὸς μειράκια ἦν) ἄλλους δὲ πέμπων εἰς τὸν πόλεμον στρατηγούς, τὰ πλείω κακῶς ἀπήλλασσεν· ἐς δὲ τὴν Ῥώμην ὡς καὶ κεκρατηκὼς ἐπέστελλε· καὶ τοσαῦτα αὐτῷ ἐψηφίσθη, ὥστε πᾶσαν ὀλίγου δεῖν τὴν οἰκουμένην τὴν ὑπ᾽ αὐτὸν οὖσαν, εἰκόνων αὐτοῦ καὶ ἀνδριάντων καὶ ἀργυρῶν καὶ χρυσῶν ἐμπλησθῆναι. Ἐποίησε δὲ καὶ θέας πολυτελῆ, ἐν ᾗ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐς ἱστορίαν ἐπίσημον παρελάβομεν, πλὴν ὅτι καὶ παρθένοι τῷ δρομικῷ ἠγωνίσαντο. Μετὰ δὲ ταῦτα ἑορτάς τινας νικητηρίους [δῆθεν] ἐπιτελῶν, ἀγῶνας συχνοὺς ἐποίησε. τοῦτο μὲν γάρ, ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ μάχας καὶ πεζῶν πρὸς ἀλλήλους καὶ ἱππέων αὖ συνέβαλε· τοῦτο δέ, καὶ ἐν καινῷ τινι χωρίῳ ναυμαχίαν ἐπετέλεσε. καὶ ἀπέθανον ἐν αὐτῇ πάντες μὲν ὀλίγου δεῖν οἱ ναυμαχήσαντες, συχνοὶ δὲ καὶ ἐκ τῶν θεωμένων. ὑετοῦ γὰρ πολλοῦ καὶ χειμῶνος σφοδροῦ ἐξαίφνης γενομένου, οὐδενὶ ἐπέτρεψεν ἐκ τῆς θέας ἀπαλλαγῆναι, ἀλλ᾽ αὐτὸς μανδύας ἀλλασσόμενος, ἐκείνους οὐδὲν εἴασε μεταβαλεῖν· καὶ ἐκ τούτου ἐνόσησαν οὐκ ὀλίγοι καὶ ἐτελεύτησαν. ἐφ᾽ ᾧ [που] παραμυθούμενος αὐτούς, δεῖπνον σφίσι δημοσίᾳ διὰ πάσης τῆς νυκτὸς παρέσχε. πολλάκις δὲ καὶ τοὺς ἀγῶνας νύκτωρ ἐποίει· καὶ ἔστιν ὅτε καὶ *νόννας καὶ γυναῖκας συνέβαλε.

Τὸ μὲν οὖν πλῆθος οὕτως τότε ἐδείπνισεν· αὖθις δὲ τοὺς πρώτους τῆς γερουσίας καὶ τῶν ἱππέων, τόνδε τὸν τρόπον. οἶκον μελάντατον ἀπανταχόθεν ἔκ τε τῆς ὀροφῆς καὶ ἐκ τῶν τοίχων τοῦ τ᾽ ἐδάφους παρασκευάσας, καὶ κλισίας ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ δαπέδου γυμνὰς ὁμοίως ἑτοιμάσας, ἐσεκάλεσεν αὐτοὺς μόνους νυκτὸς ἄνευ τῶν ἀκολούθων. καὶ πρῶτον μὲν

bellicis perſpicax; in agendo ſollers, promptusque ad inuadendum, & ad regrediendum, ſi res ita poſtulabat. Nouerat enim optime inſidias facere, prœlium committere, optime vti victoria, & acceptam cladem ferre moderate. Quamobrem diutiſſime aduerſarius grauis fuit populo Romano. Porro eam gentem *Dacos* appello: nam ita ſe ipſi nominant, eodemque nomine a Romanis appellantur; etſi non ignoro eos a quibuſdā Græcis *Getas* eſſe dictos. Quod an recte factum ſit, neſcio: illud quidem ſcio, Getas trans Hæmū apud Danubium incolere. At Domitianus, ducto in eos exercitu, quamquam ipſe bellum nulla ex parte attigit; (erat enim non ſolum impatiēs laboris corporis, ſed etiam animo timido & imbelli; petulansque & libidinoſus non modo in mulieribus, ſed etiam in pueris) tamen miſſis ducibus ad bellum gerendum, ac magna parte militum turpiter amiſſa, vt victor Romā litteras miſit. Quamobrem ei tot & tāta decreta facta ſunt, vt in omni fere orbe terrarum qui ſub dicione eius erat, ſtatuæ aureæ atq; argenteæ poſitæ ſint. Edidit ſumptuoſum ſpectaculum; ex quo nihil dignū hiſtoria accepimus, præterquā quod virgines curſu certarunt. Poſt hæc dies feſtos egit, videlicet triumphales: exhibuit crebra certamina, prœliis peditum, ac deinde equitum commiſsis in circo; tum etiam in nouo quodā loco bello nauali facto; in quo non ſolum omnes fere qui pugnauerunt, mortui ſunt, ſed etiā multi ex ſpectatoribus; propterea quod maximo imbri, & vehementi tempeſtate repente commota, nemini permiſit abire ex ſpectaculo: & quamquam ipſe pænulam mutauit, tamen ceteros nihil mutare paſſus eſt. Qua ex re non pauci in graues morbos inciderunt, & mortui ſunt. Itaq; populo nocturnum epulum dedit, eius conſolandi cauſa. Noctu enim ſæpe exhibebat certamina; interdum vero & nonnas & mulieres cōmittebat. Vtq; plebi eo tempore, ita poſt primorib. Senatorii & equeſtris ordinis conuiuium in hunc modū fecit. Apparauit ædes nigerrimas ex omnib. partibus: erant enim atra laquearia, parietes ac pauimētum; in eoq; ſedes nudæ eodem modo collocatæ erant. Quibus paratis rebus, eos de nocte introduci iubet abſque comitibus: ac primum omnium

iuxta vnumquemque columnã collocat, factam inſtar ſepulcri, in qua nomen eius ſcriptum erat; pendebatque de ea lychnuchus paruus, vt aſſolet in monumentis: tũ nudi pueri, atramentoq; obliti, tamquam ſpectra quædam ingrediuntur, ipſosque horribili ſaltatione circumeunt; eoque facto ante pedes ipſorum conſiſtunt; ad extremum, omnia quæ in exſequiis mortuorũ adhiberi ſolent, in vaſis eodem modo eis appoſita fuerunt. Quas ob res quiſque maxime reformidare cœpit & perhorreſcere; quod ſe iam exſpectarent interfectum iri; præſertim quod ceteris magnum ſilẽtium erat, quaſi iam mortui eſſent, quodque Domitianus ſermonem habebat de iis rebus quæ ad mortes, quæve ad cædes pertinerent. Tandem vero illos dimittit, *præmiſſis famulis ipſorum qui in veſtibulis ædium remanſerãt. Cumque præparaſſet alios incognitos homines, a quibus domum reducerentur, vehiculis & lecticis datis, iis metum multo maiorem incuſſit. Iam quiſque domum venerat, iamque reſpirare quodam modo cœperat; cum nuntiatum eſt, nonnullos ab Auguſto venire. Qua ex re eis mori omnino exſpectantibus, ab vno ho[illegible] lata eſt columna argentea, ab a[illegible] aliud quidpiam, ab alio vas ex iis quæ in cœna appoſita fuerant, quæque erãt pretioſiſsima: ' poſtremo, puer ille qui antè dæmonem repræſentauerat, vnicuique lotus & ornatus oblatus eſt: eoque pacto illi totam noctem magno timore perculſi, munera acceperunt. * Et Domitianus hos triumphos egit, vel (vt vulgo loquebantur) exſequias eorum qui in Dacia Romæq; mortem obierant. Iiſdem temporibus interfecit quoſdam primarios viros; priuauitque facultatibus eum qui vnum ex iis in prædiis ſuis defunctum ſepultura affecerat. Ceterum Dacico bello hæc accidere memoria digna. Iulian⁹, cui cura belligerendi ab Imperatore mandata erat, ceteris reb. bene conſtitutis, iuſsit militibus vt ſua & cẽturionum nomina in ſcutis inſcriberent, quo facilius ii qui prçclare aliquid aut turpiter feciſſent, agnoſcerentur: congreſſusque cum hoſtibus in Tapis, magnum numerum eorum concidit. ex quibus Vezinas, qui ſecundum locum poſt Decebalum obtinebat apud ſuos, cum viuus non poſſet ſe in fugam conicere, de induſtria pro mortuo cecidit: deinde noctu

philoſophus obiit mortem voluntariam, cum ei Adrianus propter ſenectutem & morbum cicutam bibere conceſſiſſet. Poſt hæc Adrianus in alias ex aliis prouincias regioneſque & vrbes proficiſcitur viſendi cauſa. Hic in primis cuiuſq; arces & mœnia conſiderat: eorumq; partem transfert in loca magis idonea, partem diruit, ædificat: atque in ſumma omnia non modo quæ ad vniuerſum exercitum pertinent, arma dico, machinas, foſſas, muros, aggeres, ſed etiam qualis ſit cuiuſq; & militum & ducum ipſorum vita, ſtatio, & mores, diligenter animaduertit. ibi mores indulgentia deprauatos corrigit; & ædificia quæ bene extructa non erant, ſubuertit. Tum cœpit eos ad omne genus pugnæ exercere, atq; interim alios afficere honore, alios caſtigare verbis: poſtremo, omnes ea quæ ſe facere oporteret, docere: atq; vt milites haberent vnde exemplum peterent, ipſe duriter viuere, pedib. iter facere, aut in quæuis loca admiſſo equo proficiſci. numq̃ enim vehicula aut quadrigas conſcendere: nulloque calore, nullo frigore, vt capite operto eſſet, adduci: nec enim vmquã aut propter niues Celticas, aut calores Ægyptios. opertum caput habuit. Itaque, vt vno verbo dicam, ita milites, quãdiu principatum tenuit, rebus ipſis exercuit, inſtituitq; præceptis, vt quæ tum ab illo conſtituta ſunt, ad hæc tempora vim legis atq; diſciplinæ militaris obtineãt. *Quãobrem, prẹſertim cũ pax eſſet, apud populos externos morabatur. Illi enim, quod eius apparatum viderent, quodq; non modo nulla afficerentur iniuria, ſed etiam ab eo pecuniã acciperent, nihil moliebãtur. Cumq; ita milites exercuiſſet, equitatus qui Batauus nominatus eſt, Danubium tranſiit armatus. Qua re animaduerſa, barbari ita Romanos obſtupeſcere cœperunt, vt in ſe inuicem conuerſi, ad componẽdas controuerſias, quæ inter ipſos erant, Adriano arbitro vterẽtur. In hac peregrinatione ædificauit theatra in pleriſq; ciuitatib⁹: inſtituitq; certamina, *ſine regio apparatu aut magnificẽtia: quam niſi Romę numquam adhibuit. Patriam vero, quamquã ei magnos honores tribuit, ornauitq; maximis muneribus, numquam tamen inuiſit. Adrianũ ſtudioſum venationis fuiſſe tradunt, in eaque clauiculam fregiſſe, & ob eandem crus pene mutilatum habuiſſe. Quamobrẽ vrbem quam ædificauit in Myſia, *Adriani venationes* appellauit. Numq̃ tamen

huius rei cauſa ea quæ ad principatū ſpectabāt, prætermiſit. Magno autem argumento eſt, eum ſtudio venandi delectatum fuiſſe, quod Boryſtheni equo, quo libenter in venationibus vtebatur, mortuo monumētum ædificauit, erexitq; columnam inſcripto epigrammate. Ex quo mirādum non eſt, ſi Plotinæ vita functæ, cuius opera, quod ab ea maxime amaretur, Imperiū adeptus erat, ampliſſimos honores tribuit. Atratus enim per nouē dies fuit; eique templum extruxit, & carmina de laudib. eius fecit. Fuit autem adeo agilis in venationibus, vt aprum maximū vno ictu confecerit.

Poſtquam venit in Græciam, ſpectauit myſteria. cumque per Iudæam in Ægyptum veniſſet, parentauit Pompeio; de quo hunc verſum fertur dixiſſe; Τῷ ναοῖς βρίθοντι πόση σπάνις ἔπλετο τύμβου!
Pene caret tumulo, cui tot modo templa fuerūt. Sepulcrumq; eius pene collapſum reſtituit. In Ægypto quoq; ciuitatem inſtaurauit Antinoi nomine. Erat Antinous ortus Bithynio ciuitate Bithyniæ; quam ciuitatem etiam Claudiopolim appellamus. Hic Antinous, cum in deliciis eius fuiſſet, in Ægypto mortuus eſt; ſiue quod in Nilum ceciderit, vt Adrianus ſcribit; ſiue quod immolatus, id quod verum eſt, fuerit. Nam cum Adrianus maxime curioſus eſſet, vt ſupra dixi; tū vero diuinationib. vtebatur, & magicis artibus cuiuſuis generis. Itaque Antinoum, qui vel ob amorem ipſius, vel ob aliam cauſam, voluntariam mortem obierat, (nam Adriano ad ea quę parabat, opus erat anima voluntaria) tanto honore affecit, vt vrbem in eo loco in quo ille obiiſſet, reſtitutam, ex eo nominari voluerit, ſtatuaſq; ei, vel potius ſimulacra, in omni fere orbe terrarū collocauerit. Sidus etiam Antinoi ipſe ſe videre dicebat: libenterq; auſcultabat eos qui dicerent, vere ex Antinoi anima ſtellam quæ tum primū apparuiſſet, exſtitiſſe. Sed Adrianus ob hanc cauſam irridebatur. Cū autem in vrbem Hieroſolymam, quę euerſa fuerat, quamq; *AEliam Capitolinam* appellauit, coloniā deduxiſſet, ac quo in loco templum Dei fuerat, alterum Ioui ædificari curauiſſet, magnum bellum & diuturnum moueri cœpit, Iudæis grauiter ferentibus, quod exteræ nationes in ſuam vrbem habitatum veniſſent, quodque in ea fieri externa ſacra viderentur. Tamen cum Adrianus in Ægyptum, ac rurſum in Syriam aduentaſſet, quieſcendum ſibi eſſe putabant. Interim vero arma quæ ipſis erant a Romanis imperata, minus apta de induſtria fece-

τι περὶ γὰρ τὸ ἀπαράκλητον τῇ ἀρχῇ προσηκόντων κατέλιπε. τῆς δὲ περὶ τὰς θήρας σπουδῆς αὐτοῦ καὶ ὁ Βορυσθένης ὁ ἵππος, ᾧ μάλιστα θηρῶν ἠρέσκετο, σημεῖόν ἐστιν. ἀποθανόντι γὰρ αὐτῷ καὶ τάφον κατεσκεύασε, καὶ στήλην ἔστησε, καὶ ἐπιγράμματα ἐπέγραψεν. ὅθεν οὐ θαυμαστὸν εἰ καὶ τὴν Πλωτίναν ἀποθανοῦσαν, δι᾽ ἧς ἔτυχε τῆς ἀρχῆς, ἐρώσης αὐτοῦ διαφερόντως, ἐτίμησεν, ὡς καὶ ἐπὶ ἡμέρας ἐννέα μελανειμονῆσαι, καὶ ναὸν αὐτῇ οἰκοδομῆσαι, καὶ ὕμνους τινὰς ἐς αὐτὴν ποιῆσαι. οὕτω δὲ περὶ τὴν θήραν ἐπιδέξιος ἦν, ὥστε καὶ μέγαν ποτὲ σῦν μιᾷ πληγῇ καθελεῖν. Ἀφικόμενος δὲ ἐς τὴν Ἑλλάδα, ἐπώπτευσε τὰ μυστήρια. διὰ δὲ τῆς Ἰουδαίας μετὰ ταῦτα εἰς Αἴγυπτον παριὼν, καὶ ἐνήγισε τῷ Πομπηΐῳ· πρὸς ὃν καὶ τοῦτο τὸ ἔπος ἀποῤῥίψαι λέγεται· Τῷ ναοῖς βρίθοντι πόση σπάνις ἔπλετο τύμβου! καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ διεφθαρμένον ἀνῳκοδόμησεν. ἐν δὲ τῇ Αἰγύπτῳ καὶ τὴν Ἀντινόου ὠνομασμένην ἀνῳκοδόμησε πόλιν. ὁ γὰρ Ἀντίνοος ἦν μὲν ἐκ Βιθυνίου πόλεως Βιθυνίδος, ἣν καὶ Κλαυδιούπολιν καλοῦμεν*, παιδικά τε αὐτοῦ ἐγεγόνει, καὶ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐτελεύτησεν, εἴτ᾽ οὖν εἰς τὸν Νεῖλον ἐκπεσὼν, ὡς Ἀδριανὸς γράφει· εἴτε καὶ ἱερουργηθεὶς, ὡς [ἡ] ἀλήθεια ἔχει. τά τε γὰρ ἄλλα περιεργότατος Ἀδριανὸς (ὥσπερ εἶπον) ἐγένετο, καὶ μαντείαις μαγγανείαις τε παντοδαπαῖς ἐχρῆτο. καὶ οὕτω γε τὸν Ἀντίνοον, ἤτοι διὰ τὸν ἔρωτα αὐτοῦ, ἢ ὅτι ἐθελοντὴς ἐθανατώθη, (ἑκουσίου γὰρ ψυχῆς [πρὸς] ἃ ἔπραττεν, ἐδεῖτο) ἐτίμησεν, ὡς καὶ πόλιν ἐν τῷ χωρίῳ ἐν ᾧ τοῦτ᾽ ἔπαθε, συνοικίσαι, καὶ ὀνομάσαι ἀπ᾽ αὐτοῦ· καὶ ἐκείνου ἀνδριάντας ἐν πάσῃ (ὡς εἰπεῖν) τῇ οἰκουμένῃ, μᾶλλον δὲ ἀγάλματα ἀνέθηκε· καὶ τέλος ἀστέρα τινὰ αὐτός τε ὁρᾶν ὡς τοῦ Ἀντινόου ὄντα ἔλεγε, καὶ τῶν συνόντων αὐτῷ μυθολογούντων ἡδέως ἤκουεν, ἔκ τε τῆς ψυχῆς τοῦ Ἀντινόου ὄντως τὸν ἀστέρα γεγενῆσθαι, καὶ τότε πρῶτον ἀναπεφηνέναι. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἐσκώπτετο. ἐς δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν αὐτοῦ ἀντὶ τῆς κατασκαφείσης οἰκίσαντος, ἣν καὶ Αἰλίαν Καπιτωλίναν ὠνόμασε, καὶ ἐς τὸν τοῦ ναοῦ τοῦ θεοῦ τόπον, ναὸν τῷ Διῒ ἕτερον ἀντεγείραντος, πόλεμος οὔτε μικρὸς οὔτ᾽ ὀλιγοχρόνιος ἐκινήθη. Ἰουδαῖοι γὰρ, δεινόν τι ποιούμενοι τὸ ἀλλοφύλους τινὰς ἐς τὴν πόλιν σφῶν οἰκισθῆναι, καὶ τὸ ἱερὰ ἀλλότρια ἐν αὐτῇ ἱδρυθῆναι, παρόντος μὲν ἔν τε τῇ Αἰγύπτῳ καὶ αὖθις ἐν τῇ Συρίᾳ τοῦ Ἀδριανοῦ, ἡσύχαζον, πλὴν καθ᾽ ὅσον τὰ ὅπλα τὰ ἐπιταχθέντα σφίσιν ἧττον ἐπιτήδεια ἐξεπίτηδες

*κατεσκεύα-

*κατασκευάσαι, ὡς ἀποδοκιμασθεῖσιν αὐτοῖς ὑπ' ἐκείνων χρήσασθαι· ἐπεὶ δὲ πόρρω ἐγένετο, φανερῶς ἀπέστησαν· καὶ παρατάξει μὲν φανερᾷ οὐκ ἐτόλμων διακινδυνεῦσαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, τὰ δὲ τῆς χώρας ἐπίκαιρα κατελάμβανον, καὶ ὑπονόμοις καὶ τείχεσιν ἐκρατύνοντο, ὅπως ἀναφυγάς τε, ὁπόταν βιασθῶσιν, ἔχωσι, καὶ παρ' ἀλλήλους ὑπὸ γῆν διαφοιτῶντες λανθάνωσι, *διατρήσαντες ἄνω τὰς ὑπογείους ὁδοὺς, ἵνα καὶ ἄνεμον καὶ φέγγος εἰσδέχοιντο. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐν οὐδενὶ αὐτοὺς λόγῳ οἱ Ῥωμαῖοι ἐποιοῦντο· ἐπεὶ δὲ ἥ τε Ἰουδαία πᾶσα κεκίνητο, καὶ οἱ ἀπανταχοῦ γῆς Ἰουδαῖοι συνεταράττοντο καὶ συνήεσαν, καὶ πολλὰ κακὰ ἐς τοὺς Ῥωμαίους, τὰ μὲν λάθρα, τὰ δὲ καὶ φανερῶς ἐνεδείκνυντο, πολλοί τε ἄλλοι καὶ τῶν ἀλλοφύλων ἐπιθυμίᾳ κέρδους σφίσι συνελαμβάνοντο, καὶ πάσης (ὡς εἰπεῖν) κινουμένης ἐπὶ τούτῳ τῆς οἰκουμένης, τότε δὴ [τότε] τοὺς κρατίστους τῶν στρατηγῶν ὁ Ἀδριανὸς ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψεν. ὧν πρῶτος Ἰούλιος Σεβῆρος ὑπῆρχεν, ἀπὸ Βρεττανίας ἧς ἦρχεν, ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους σταλείς· ὃς ἀντικρὺς μὲν οὐδαμόθεν ἐτόλμησε τοῖς ἐναντίοις συμβαλεῖν, τό τε πλῆθος καὶ τὴν ἀπόγνωσιν αὐτῶν ὁρῶν· ἀπολαμβάνων δὲ ὡς ἑκάστους πλήθει τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ὑπάρχων, καὶ τροφῆς ἀπείργων καὶ κατακλείων, ἠδυνήθη βραδύτερον μὲν, ἀκινδυνότερον δὲ κατατρῖψαι καὶ ἐκτρυχῶσαι καὶ ἐκκόψαι αὐτούς. ὀλίγοι δὲ οὖν κομιδῇ περιεγένοντο. καὶ φρούρια μὲν αὐτῶν πεντήκοντα τά γε ἀξιολογώτατα, κῶμαι δὲ ἐνακόσιαι καὶ ὀγδοήκοντα καὶ πέντε ὀνομαστόταται κατεσκάφησαν· ἄνδρες δὲ ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα μυριάδες ἐσφάγησαν ἔν τε ταῖς καταδρομαῖς καὶ ταῖς μάχαις. τῶν τε γὰρ λιμῷ καὶ νόσῳ καὶ πυρὶ φθαρέντων τὸ πλῆθος, ἀνεξερεύνητον ἦν· ὥστε πᾶσαν ὀλίγου δεῖν τὴν Ἰουδαίαν ἐρημωθῆναι, καθάπερ που καὶ πρὸ τοῦ πολέμου αὐτοῖς προεδείχθη. τὸ γὰρ μνημεῖον τοῦ Σολομῶντος, ὃν ἐν τοῖς σεβασμίοις οὗτοι ἄγουσι, ἀπὸ ταὐτομάτου διελύθη τε καὶ συνέπεσε· καὶ λύκοι ὕαιναί τε πολλαὶ ἐς τὰς πόλεις αὐτῶν ἐσέπιπτον ὠρυόμεναι. πολλοὶ μέντοι ἐν τῷ πολέμῳ τούτῳ καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀπώλοντο. διὸ καὶ ὁ Ἀδριανὸς γράφων πρὸς τὴν βουλὴν, οὐκ ἐχρήσατο τῷ προοιμίῳ τῷ συνήθει τοῖς αὐτοκράτορσιν, ὅτι, Εἰ αὐτοί τε καὶ οἱ παῖδες ὑμῶν ὑγιαίνετε, εὖ ἂν ἔχοι· ἐγὼ καὶ τὰ στρατεύματα ὑγιαίνομεν. Τὸν δὲ Σεβῆρον ἐς Βιθυνίαν ἔπεμψεν, ὅπως μὲν οὐδὲν, ἄρχοντος [δὲ] καὶ ἐπιστάτου καὶ δικαίου καὶ φρονίμου καὶ ἀξίωμα ἔχοντος

runt: vt, ſi ea Romani reprobaſſent, ipſi eis vterentur. Poſt vbi Adrianus longe abeſſe viſus eſt, palam defecerunt: vtque aperto prœlio non audebant cum Romanis periclitari, ita loca ſuæ regionis opportuna *cuniculis muniebant & mœnibus, vt ad ea, ſi vrgeret neceſſitas, perfugerent: vtque ad ſe mutuo ſub terram tranſeuntes laterent, vias ſubterraneas deſuper perforauerunt, quo ventum lumenq; reciperent. Hos Romani primo nihili faciebant: ſed poſtquam totam Iudæam commotam eſſe, Iudæosque omnes vbique gentium tumultuari & conuentus facere intellexerūt, ac multa damna occulte aperteque Romanis inferre, cum iiſque complures alias gentes lucri cupiditate coniungi; ac fere ob eam cauſam omnem orbem terrarum commoueri; Adrianus optimos quoſque duces aduerſum eos mittit; quorum primus fuit Iulius Seuerus, qui ex Britannia cui præerat, contra Iudæos miſſus eſt. Hic nulla ex parte eſt auſus aperte cum hoſtibus congredi, multitudine ipſorum atque deſperatione cognita; ſed eos *ſeparatim magno militum ac tribunorum numero adortus, commeatu prohibuit, atque intercluſos, ſerius quidem, ſed minore cum periculo ita oppreſſit fregitq;, vt pauci admodū euaſerint. & quinquaginta eorum arces munitiſſimæ, vicique celeberrimi atque nobiliſſimi nongenti octoginta quinque funditus euerſi ſint. Cæſa ſunt in excurſionibus prœliiſque hominum quingenta octoginta milia: eorum autem qui fame, morbo, & igni interierunt, *infinita fuit multitudo: ita vt omnis pene Iudæa deſerta relicta fuerit. Id eis, ante quam bellum gereretur, fuerat denuntiatum ex eo quod monumentum Solomonis, *qđ illi ſumma reuerentia colunt, ſua ſponte diuiſum corruerat; quodque lupi & hyænæ multæ in vrbes eorum rugientes atq; vlulantes introierant. Periere quoque ex Romanis complures in eo bello. Quamobrem Adrianus cum ſcriberet ad Senatum, non eſt vſus illo exordio quo vti Imperatores conſueuerunt; *Si vos liberique veſtri valetis, bene eſt; ego quidem & exercitus valemus.* Poſt hæc Seuerum miſit in Bithyniā, vt ne prouincia prætore præfectove iuſto ac prudēte, dignitateq; prædito

careret: nam hæc in illo erant omnia. Is quidem ita ſe geſſit, reſque eorum priuatas atq; publicas ita adminiſtrauit, vt nos ad hæc tempora memoriã eius crebris ſermonib. vſurpemus. Confecto ad hunc modum bello Iudaico, bellum Alanorũ (hi ſunt Maſſagetę) Pharaſmanes mouit, Mediãq; vexata Armenia atque Cappadocia vaſtauit: poſt Alani, partim adducti Vologæſi muneribus, partim timore Flauii Arriani, qui Cappadociæ præerat, conquieuerunt. Eodem tempore Adrianus templũ Iouis Olympii, in quo ipſius quoq; ſtatua poſita fuit, Athenis ædificauit; iuſſitq; in eo draconem allatum ex India collocari; ac Dionyſia, defunctus maximo apud eos magiſtratu, patriaq; veſte indutus, magnifice celebrauit. Templũ ſuum, quod Πανελλήνιον vocant, Græcis, vt ædificarẽt, permiſit; propter quod inſtituit certamina, magnamque pecuniam, & frumentum annuum: omnemq; Cephaleniam Athenienſibus dedit. Multas leges ſanxit, ſed ꝑſertim vt ne Senator per ſe, neve per alium vectigalia conduceret. Poſtquam Romam venit, ac forte in ſpectaculo popul⁹ ab eo magnis clamoribus contendit vt cuidam aurigæ libertatem daret, negauit ſe facturum; ſcripſitq; in tabella, non decere populum Romanum ab ſe petere vt aut ipſe alienum ſeruũ donaret libertate, aut vt dominum ad id faciendũ compelleret. Vt autem ægrotare cœpit, quod ſanguis qui p nares eius effundi antea conſueuerat, tum vehementius effluxit, vitam deſperauit: ob eamq; cauſam Lucium Commodum, quãuis ipſe quoq; ſanguinem euomeret, Cæſarem Romanis deſignauit. Seuerianum vero, eiusq; nepotem Fuſcũ, qui id factum grauiter ferebãt, interfici iuſſit: illum, nonaginta; hunc, decem & octo annos natũ. Seuerianus, antequam iugularetur, ignem popoſcit: deinde incenſo thure, *Vos*, inquit, *dii immortales, quos habeo innocẽtiæ meæ teſtes, hoc vnum rogo, vt Adrianus, quãuis mortẽ obire percupiat, tamen nõ poſſit.* Et ſane Adrianus cũ ſæpe mori optaret, ac ſibi manus afferre vellet, diutiſſime ægrotauit: exſtatq; eius epiſtola, in qua oſtenditur, quam miſerum ſit cupientem mori non poſſe. Hunc Seuerianum Traianus principatu dignum exiſtimauerat. Nam cum in conuiuio petiiſſet ab amicis, vt decem viros dignos principatu nominar-

διομένῳ ἃ πάντα ἐκείνῳ ἦν. καὶ ὁ μὲν, διήγαγε καὶ διῴκησε καὶ τὰ ἴδια καὶ τὰ κοινὰ αὐτῶν οὕτως, ὥσθ' ἡμᾶς καὶ εἰς δεῦρο ἀεὶ αὐτοῦ μνημονεύειν. Ὁ μὲν οὖν τῶν Ἰουδαίων πόλεμος ἐς τοῦτο ἐτελεύτησεν. ἕτερος δὲ ἐξ *Ἀλανῶν (εἰσὶ δὲ Μασσαγέται) ἐκινήθη ὑπὸ Φαρασμάνου. καὶ τὴν μὲν Μηδίαν ἰσχυρῶς ἐλύπησε, *τῆς δὲ Ἀρμενίας τῆς τε Καππαδοκίας ἁψάμενος ἔπειτα τῶν Ἀλανῶν τὰ μὲν δώροις ὑπὸ τοῦ Οὐολογαίσου πεισθέντων, τὰ δὲ καὶ Φλάβιον Ἀρριανὸν τὸν τῆς Καππαδοκίας ἄρχοντα *φοβηθέντες, ἐπαύσατο. Ἀδριανὸς δὲ, τό τε Ὀλύμπιον τὸ ἐν ταῖς Ἀθήναις, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἵδρυται, ἐξεποίησε, καὶ δράκοντα ἐς αὐτὸ ἀπὸ Ἰνδίας κομισθέντα ἀνέθηκε. τά τε Διονύσια, τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς ἀρχὴν ἄρξας, ἐν τῇ ἐσθῆτι τῇ ἐπιχωρίῳ λαμπρῶς ἐπετέλεσε. τόν τε σηκὸν τὸν ἑαυτοῦ, τὸ *Πανελλήνιον ὠνομασμένον, οἰκοδομήσασθαι τοῖς Ἕλλησιν ἐπέτρεψε, καὶ ἀγῶνα ἐπ' αὐτῷ κατεστήσατο, χρήματά τε πολλὰ καὶ σῖτον ἐτήσιον. τήν τε Κεφαλληνίαν ὅλην τοῖς Ἀθηναίοις ἐχαρίσατο. ἐνομοθέτησε δὲ ἄλλα τε [πολλά,] καὶ ἵνα μηδεὶς βουλευτὴς μήτ' αὐτὸς μήτε δι' ἑτέρου τέλος τι μισθῶται. Εἰς δὲ τὴν Ῥώμην ἐλθὼν, ἐπεὶ ἔν τε θέᾳ βοῶν ὁ δῆμος ἁρματηλάτην τινὰ ἐλευθερωθῆναι ἐδεῖτο, ἀντέγραψε διὰ πινακίου γραφῆς, εἰπὼν ὅτι Οὐ πρέπει ὑμῖν οὔτε παρ' ἐμοῦ αἰτεῖν ἵνα ἀλλότριον δοῦλον ἐλευθερώσω, οὔτε τὸν δεσπότην αὐτοῦ βιάζεσθαι τοῦτο ποιῆσαι. Ἀρξάμενος δὲ νοσεῖν, (αἷμα γὰρ εἰώθει μὲν αὐτῷ καὶ πρότερον διὰ τῆς ῥινὸς προχεῖσθαι, τότε δὲ ἰσχυρῶς ἐπλεόνασεν) ἀπεγνώσθη μὲν βιώσεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο Κόμμοδον μὲν Λούκιον, καίτοι αἷμα ἐμοῦντα, Καίσαρα Ῥωμαίοις ἀπέδειξε. *Σεβηριανὸν δὲ, καὶ Φοῦσκον τὸν ἔγγονον αὐτοῦ, ὡς καὶ ἀγανακτήσαντας ἐπὶ τούτῳ, ἐφόνευσε, τὸν μὲν ἐνενηκοντούτην ὄντα, τὸν δὲ ὀκτωκαιδεκέτην. πρὶν δὲ ἀποσφαγῆναι, ὁ Σεβηριανὸς, πῦρ τ' ᾔτησε, καὶ θυμιῶν ἅμα, Ὅτι μὲν οὐδὲν ἀδικῶ, ἔφη, ὑμεῖς ὦ θεοὶ ἴστε. περὶ δὲ Ἀδριανοῦ τοσοῦτον μόνον εὔχομαι, ἵνα ἐπιθυμήσας ἀποθανεῖν, μὴ δυνηθῇ. καὶ μέντοι καὶ διετέλεσεν Ἀδριανὸς ἐπὶ πλεῖστον νοσῶν, πολλάκις μὲν ἀποθανεῖν εὐξάμενος, πολλάκις δὲ καὶ ἀποκτεῖναι ἑαυτὸν ἐθελήσας. ἔστι γε αὐτοῦ καὶ ἐπιστολὴ αὐτὸ τοῦτο ἐνδεικνυμένη, ὅσον κακόν ἐστιν, ἐπιθυμοῦντά τινα, ἀποθανεῖν μὴ δύνασθαι. Τὸν δὲ Σεβηριανὸν οὕτως ὁ Τραϊανὸς καὶ τῆς αὐταρχίας ἄξιον ἐνόμισεν εἶναι· εἰπὼν γοῦν ποτε ἐν συμποσίῳ τοῖς φίλοις, ἵνα αὐτῷ δέκα ἄνδρας μοναρχεῖν δυναμένους ὀνομά-

σωσιν,

σιωπῇ, εἶτ᾽ ὀλίγον ἐπισχὼν, ἔφη ὅτι Ἐννέα δέομαι μαθεῖν. τὸν γὰρ ἕνα, τουτέστι Σεβηριανὸν, ἔχω. Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι τότε ἄριστοι ἄνδρες· ὧν ἐπιφανέστατοι Τούρβων τε καὶ Σίμιλις ἦσαν, οἳ καὶ ἀνδρίας ἐτιμήθησαν. Τούρβων μὲν, στρατηγικώτατος ἀνὴρ, ὃς καὶ ἔπαρχος γεγονὼς, εἴτ᾽ οὖν ἄρχων τῶν δορυφόρων, οὔτε τι ἁβρὸν οὔτε τι ὑπερήφανον ἔπραξεν, ἀλλ᾽ ὡς εἷς τῶν πολλῶν διεβίω. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τὴν ἡμέραν πᾶσαν πρὸς τὸν βασιλέα διετέλει, καὶ πολλάκις καὶ πρὸ μέσων νυκτῶν πρὸς αὐτὸν ᾔει, ὅτε τινὲς τῶν ἄλλων καθεύδειν ἤρχοντο. ἀμέλει καὶ Κορνήλιος Φρόντων, ὁ τὰ πρῶτα τῶν τότε Ῥωμαίων ἐν δίκαις φερόμενος, ἑσπέρας ποτὲ βαθείας ἀπὸ δείπνου οἴκαδε ἐπανιὼν, καὶ μαθὼν παρά τινος ᾧ συνηγορήσειν ὑπέσχετο, δικάζειν αὐτὸν, ἔν τε τῇ στολῇ τῇ δειπνίτιδι ὥσπερ εἶχεν, ἐς τὸ δικαστήριον αὐτοῦ ἐσῆλθε, καὶ ἠσπάσατο, οὔτι γε τῷ ἑωθινῷ προσρήματι τῷ Χαῖρε, ἀλλὰ τῷ ἑσπερινῷ τῷ Ὑγίαινε χρησάμενος. οἴκοι δὲ ὁ Τούρβων οὐ πώποτε ἡμέρας, οὐδὲ νοσήσας, ὤφθη· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν Ἀδριανὸν συμβουλεύοντα αὐτῷ ἀτρεμῆσαι, εἶπεν ὅτι τὸν ἔπαρχον ἑστῶτα ἀποθνήσκειν δεῖ. ὁ δὲ δὴ Σίμιλις, ἡλικίᾳ μὲν καὶ τάξει προήκων αὐτῶν, ἐν τοῖς τρόποις οὐδενὸς τῶν πάνυ, ὥστε ἐγὼ νομίζω, δεύτερος ἦν. ἔξεστι δὲ καὶ ἐξ ὀλίγων τεκμήρασθαι. τῷ τε γὰρ Τραιανῷ ἑκατονταρχοῦντα αὐτὸν ἐσκαλέσαντί ποτε εἴσω πρὸ τῶν ἐπάρχων, ἔφη, Αἰσχρόν ἐστι Καῖσαρ, ἑκατοντάρχῳ σε, τῶν ἐπάρχων ἔξω ἑστηκότων, διαλέγεσθαι. καὶ τὴν τῶν δορυφόρων ἀρχὴν ἄκων τότε ἔλαβε, καὶ λαβὼν ἐξίστατο· μόλις τε ἀφεθεὶς, ἐν ἀγρῷ ἥσυχος ἑπτὰ ἔτη τὰ λοιπὰ τοῦ βίου διήγαγε, καὶ ἐπί γε τὸ μνῆμα αὐτοῦ τοῦτο ἐπέγραψεν ὅτι, Σίμιλις μὲν ἐνταῦθα κεῖται, βιοὺς μὲν ἔτη τόσα, ζήσας δὲ ἔτη ἑπτά. Ἀδριανὸς δὲ φθόῃ τε ἐκ τῆς πολλῆς τοῦ αἵματος ῥύσεως ἐχρῆτο, καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς καὶ ὑδρωπίασεν. Ἐπεὶ δὲ συνέβη τὸν Λούκιον τὸν Κόμμοδον ἐξαίφνης ἐκλαλειφθῆναι ὑπὸ τοῦ αἵματος πολλοῦ τε καὶ ἀθρόου ἐκπεσόντος, συνεκάλεσε τοὺς πρώτους καὶ ἀξιολόγους τῶν βουλευτῶν οἴκαδε· καὶ κατακείμενος εἶπεν αὐτοῖς τάδε· Ἐμοὶ, ὦ ἄνδρες φίλοι, γόνον μὲν οὐκ ἔδωκεν ἡ φύσις ποιήσασθαι, νόμῳ δὲ ὑμεῖς ἐδώκατε. διαφέρει δὲ τοῦτο ἐκείνου, ὅτι τὸ μὲν γεννώμενον, ὁποῖον ἂν δόξῃ τῷ δαιμονίῳ, γίγνεται· τὸ δὲ δὴ ποιούμενον, αὐθαίρετόν τις αὐτὸς ἑαυτῷ προστίθεται· ὥστε παρὰ μὲν τῆς φύσεως ἀνάπηρον καὶ ἄφρονα πολλάκις δίδοσθαί τινι, παρὰ δὲ τῆς κρίσεως

rent, paulum ſubſtitit: deinde, *Nouem,* inquit, *ex vobis audire cupio: ego enim vnum, nempe Seuerianum, habeo.* Fuere autem illis temporibus optimi viri, quorum celeberrimi erant Turbo & Similis, qui fortitudinis ergo magnos honores cõſecuti ſunt. Turbo, vir rei militaris peritiſſimus, præfectus prætorio fuit; nihilq; vmquam molliter facere aut inſolenter eſt viſus. viuebat enim tamquam vnus e multis; quamuis totum diem moraretur cũ principe, eumque ſæpe adiret ante mediam noctem, quando ceteri dormire inciperent. Fuit & Cornelius Fronto magnæ auctoritatis: qui in agẽdis cauſis Romæ primum locũ obtinebat. Hic cũ veſperi a cœna ſero domũ reduxiſſet, intellexiſſetq; ex eo cui patrocinium pollicitus erat, principẽ ius reddere, veſte cœnatoria indutus, vt erat, in ius venit, eumque ſalutauit, non verbo *Salue,* quæ matutina eſt ſalutatio; ſed *Vale,* quæ veſpertina eſt, vſus. Turbo autem numquam interdiu, ne ægrotus quidẽ, domi viſus eſt. Nam & Adriano conſulenti ſibi vt quieſceret, reſpondit, *præfectum ſtantem mori oportere.* Similis vero, cum eos ætate & honore anteiret, nemini (vt ego quidem arbitror) moribus & virtute ſecundus erat: idq; licet ex re perexigua cognoſcere. Nam cum centurio eſſet, eumq; Traianus ante præfectos aduocauiſſet, *Turpe eſt,* inquit, *tibi Cæſar cum centurione remotis præfectis diſſerere.* Is deinde præfecturam Prætorianorum inuitus obiit; qua poſtea ſe ipſe abdicauit: ac vix tãdẽ dimiſſus, ruri reliquos ſeptẽ vitę annos cõquieuit, ſuoq; ſepulcro moriens inſcribi iuſſit hæc verba: HIC IACET SIMILIS, CVIVS ÆTAS MVLTORVM ANNORVM FVIT, IPSE SEPTEM DVMTAXAT ANNOS VIXIT. Adrianus autẽ ingenti effuſione ſanguinis contabuit, atq; ob eam cauſam aqua intercute laborauit. Itaq; poſtq̃ accidit Lucium Commodum magna quoq; effuſione ſanguinis ſubito extingui, domum conuocauit principes Senatorii ordinis, iiſque decumbens in lecto ait: *Mihi quidem, cariſſimi viri, natura filium non dedit, vos vero lege dediſtis. Multum autem intereſt, naſcatur, an adoptetur filius; propterea quod is qui naſcitur, talis eſt qualem eum fortuna dederit: eum vero qui adoptatur, vnuſquiſq; ſibi ſuo arbitrio probatum deligit. ex quo fit vt ille ſæpe naſcatur mutilus & demens: hic, quod certo iudicio fit,*

integer & ſana mentis deligatur. Quamobrem ego antea Lucium Commodum vnum ex omnibus delegeram, qualem ne naſci quidem mihi optare potui. Sed cum eum mortis fata peremerint, alterum pro illo vobis inueni: eumque vobis do, nobilem, mitem, manſuetum, prudentem, qui nihil temere propter iuuentutem, nihil propter ſenectutem negligenter poteſt facere: vixit enim ſemper legibus, fuitque cum Imperio moribus & inſtitutis patriæ; vt neque ea quæ ad Imperatorem ſpectant, ignoret, neque iis omnibus male vti poſsit. Dico autem hunc Aurelium Antoninum: quem etſi intelligo difficillime moleſtis negotiis implicari, abeſſeque longiſsime ab hac imperandi cupiditate, tamen non diffido eundem curam habiturum mei veſtrique, & principatum inuitum recepturum. Ita Antoninus Imperator factus eſt: qui, cum mares liberos non ſuſcepiſſet, Commodum Commodi filiũ, ac deinde Marcum Antoninum Verum ſibi adoptauit; quod vellet longo tempore ante futuros principes deſignare. Erat porro Marcus Antoninus, qui Catilius ante nominabatur, filius Annii Veri, qui tertium Conſul, ac tribunus militum fuerat. ſed Antoninus iuſſus erat ab Adriano vtrumque adoptare: Verum tamen maiore honore affecit, cũ propter ius ſanguinis, tum quod eum iam florentem ætate & ingenio cognoſceret: quem etiam ob eam cauſam facete *Veriſsimum* nominabat. Interim Adrianus aquam intercutem curauit magicis artibus; qua tamen iterum nec ita multo poſt laborauit. quæ cum magis ac magis augeretur, atq; ipſe quotidie mortem quodammodo obiret, vehementer cupiebat e vita diſcedere, poſtulabatque ſæpenumero venenum, aut gladium; quæ tamen a nemine impetrabat. Itaque poſtquam ei, licet pecuniam & ſecuritatem polliceẽti, nemo paret, accerſi iubet Maſtorem, hominẽ barbarum, Iazygem natione; quo ſeruo in venationibus, propter eius vires & audaciã vſus fuerat; eumq; partim minis, partim pollicitationib. cogit promittere vt ſe interficiat: dein ei locũ ſub mamma ab Hermogene medico cõmonſtratum deſignat, oblinitq;, vt ſecundum eum locum accepto mortifero vulnere, minore ſuo dolore moreretur. Quod cum ei minus ſucceſſiſſet, (nam Maſtor timore rei perterritus aufugit)

καὶ ἀρτιμελῆ καὶ ἀρτίνουν πάντως αἱρεῖσθαι. καὶ διὰ τοῦτο πρότερον μὲν τὸν Λούκιον ἐξ ἁπάντων ἐξελεξάμην, οἷον οὐδ' [ἂν] εὔξασθαι παῖδα ἠδυνήθην. [ἐπεὶ δ' ἐκεῖνον] τὸ δαιμόνιον ἡμῶν ἀφείλετο, εὗρον ἀντ' ἐκείνου αὐτοκράτορα ὑμῖν, ὃν δίδωμι, εὐγενῆ, πρᾶον, εὔοικτον, φρόνιμον, μήτε ὑπὸ νεότητος προπετές, μήθ' ὑπὸ γήρως ἀμελές ποιῆσαί τι δυνάμενον, ἠγμένον κατὰ τοὺς νόμους, ἡγεμονευκότα κατὰ τὰ πάτρια· ὥστε μήτε τι ἀγνοεῖν τῶν ἐς τὴν ἀρχὴν φερόντων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς καλῶς δύνασθαι χρήσασθαι. λέγω δ' Αὐρήλιον Ἀντωνῖνον τουτονί· ὃν εἰ καὶ τὰ μάλιστα οἶδα ἀπραγμονέστατόν τε ἀνδρῶν ὄντα, καὶ πόρρω τοιαύτης ἐπιθυμίας καθεστηκότα, ἀλλ' οὔ τι γε καὶ ἀφροντιστήσειν οἴομαι οὔτε ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ ἄκοντα τὴν ἀρχὴν ὑποδέξεσθαι. Οὕτω μὲν ὁ Ἀντωνῖνος αὐτοκράτωρ ἐγένετο. ἐπεὶ δ' ἦν ἄπαις ἀρρένων παίδων, τόν τε Κομμόδου υἱὸν Κόμμοδον εἰσεποίησεν αὐτῷ, καὶ ἔτι πρὸς τούτῳ Μάρκον * Ἀντωνῖνον Βῆρον, βουληθεὶς ἐπιπλεῖστον καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα αὐταρχήσοντας ἀποδεῖξαι. ἦν δ' οὗτος ὁ Ἀντωνῖνος Μάρκος, ὁ Κατίλιος πρότερον ὀνομαζόμενος, Αννίου Βήρου τοῦ τρὶς ὑπατεύσαντος καὶ χιλιαρχήσαντος ἔγγονος. καὶ ἀμφοτέρους μὲν εἰσποιήσασθαι τῷ Ἀντωνίνῳ ἐκέλευε, προετίμησε δ' τὸν Βῆρον διά τε τὴν συγγένειαν αὐτοῦ, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ ὅτι φύσιν ψυχῆς ἐρρωμενεστάτην ἤδη ὑπέφαινεν· ἀφ' οὗ [καὶ] Οὐηρίσσιμον αὐτὸν, πρὸς τὴν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ῥήματος ἔννοιαν κομψευόμενος, ἀπεκάλει. Ἀδριανὸς δ' * μαγγανείαις μέν τισι καὶ γοητείαις ἐκενοῦτό ποτε τοῦ ὑγροῦ, πάλιν δ' αὐτοῦ διὰ ταχέος ἐπίμπλατο. ἐπεὶ οὖν πρὸς τὸ χεῖρον ἀεὶ ἐπεδίδου, καὶ καθ' ἑκάστην τρόπον τινὰ ἡμέραν ἀπώλλυτο, ἀποθανεῖν ἐπεθύμησε· καὶ ᾔτει μὲν πολλάκις καὶ φάρμακον καὶ ξίφος, ἐδίδου δ' οὐδείς. ὡς δ' οὖν οὐδεὶς αὐτῷ, καίτοι χρήματα καὶ ἄδειαν ὑπισχνουμένῳ, ὑπήκουε, μετεπέμψατο Μάστορα ἄνδρα βάρβαρον Ἰάζυγα, ᾧ αἰχμαλώτῳ γενομένῳ, πρὸς τὰς θήρας διά τε ἰσχὺν καὶ δι' εὐτολμίαν ἐκέχρητο· καὶ τὰ μὲν ἀπειλῶν αὐτῷ, τὰ δ' ὑπισχνούμενος, ἠνάγκασεν αὐτὸν ἐπαγγείλασθαι τὴν σφαγήν· καί τι καὶ χωρίον ὑπὸ τὸν μαστὸν πρὸς Ἑρμογένους τοῦ ἰατροῦ * ἀποδειχθὲν, χρώματί τινι περιέγραψεν, ὅπως κατ' αὐτὸ πληγεὶς καιρίαν, ἀλύπως τελευτήσῃ. ἐπεὶ δ' οὐδὲ τοῦτο αὐτῷ προεχώρησεν, (ὁ γὰρ Μάστωρ, φοβηθεὶς τὸ πρᾶγμα, καὶ ἐκπλαγεὶς, ὑπεχώρησε)

πολλὰ

πολλὰ μὲν ἑαυτὸν ἐπὶ τῇ νόσῳ ὠδύρετο, πολλὰ δὲ καὶ ἐπὶ τῇ οὐκ ἐξουσίᾳ, ὅτι μὴ οἷός τ' ἦν ἑαυτὸν ἀναχρήσασθαι, καίτοι τοὺς ἄλλους ἔτι καὶ τότε δυνάμενος. καὶ τέλος τῆς τε ἀκριβείας τῆς κατὰ τὴν δίαιταν ἀπέσχετο, καὶ ταῖς μὴ προσηκούσαις ἐδωδαῖς καὶ ποτοῖς χρώμενος, ἐτελεύτησε, λέγων καὶ βοῶν τὸ δημῶδες, ὅτι Πολλοὶ ἰατροὶ βασιλέα ἀπώλεσαν.

Ἔζησε δὲ ἔτη δύο μὲν καὶ ἑξήκοντα, μῆνας δὲ πέντε καὶ ἡμέρας ἐννεακαίδεκα· καὶ ἐμονάρχησεν ἔτη εἴκοσι καὶ μῆνας ἕνδεκα. ἐτάφη δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ ποταμῷ πρὸς τῇ γεφύρᾳ τῇ Αἰλίᾳ· ἐνταῦθα γὰρ τὸ μνῆμα κατεσκευάσατο. τὸ γὰρ τοῦ Αὐγούστου ἐπεπλήρωτο, καὶ οὐκέτι οὐδεὶς ἐν αὐτῷ ἐτέθη.

Οὗτος ἐμισήθη μὲν διὰ τοὺς πρώτους καὶ τελευταίους φόνους, ἅτε ἀδίκως καὶ ἀνοσίως γενομένους· ἐπεὶ οὕτως ἥκιστα φονικὸς ἐγένετο, ὥστε καὶ προσκρουσάντων αὐτῷ τινῶν, ἀρκοῦν νομίζειν τὸ ταῖς πατρίσιν αὐτῶν αὐτὸ τοῦτο γράψαι, ὅτι αὐτῷ οὐκ ἀρέσκουσιν. εἴ τινα τῶν τέκνα ἐχόντων ὀφλῆσαι πάντως τι ἔδει, ἀλλ' οὖν πρός γε τὸν ἀριθμὸν τῶν παίδων καὶ τὰς τιμωρίας αὐτῶν ἐπεκούφιζεν.

tum vero flere & lamẽtari cœpit, non tam morbi cauſa, quam quod nõ poſſet mortem ſibi cõſciſcere, quam adhuc aliis afferre poſſet. tandem contempta diæta, vſusq; cibo & potu minus idoneo, mortuus eſt: moriensq; exclamauit illud peruulgatum, Πολλοὶ ἰατροὶ βασιλέα ἀπώλεσαν, *Multi medici regem ſuſtulerunt.* Vixit annos LXII, menſes V, dies XIX. Regnauit annos viginti, menſes vndecim. Sepultus eſt iuxta flumen ad pontem Ælium, vbi monumentum fecerat, propterea q̃ Augusti Mauſoleum plenum erat, in quo nemo amplius ſepultus eſt. Adrianus in odium venit propter nefarias & indignas cædes, quas initio & ſub finem principatus fecit: alioqui ad cædes procliuis non erat. Magno argumento eſt quod, cum eum aliquando nonnulli offendiſſent, ſatis eſſe dixit, ſi de iis in patriam ipſorum ſcriberetur, illos ſibi nequaquam placere: tum quoties rei facti erant ii qui liberos habebãt, pœnam eorum minuebat pro numero liberorum.

ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ Ο ΕΥΣΕΒΗΣ.

ΙΣΤΕΟΝ ὅτι τὰ περὶ τοῦ Ἀντωνίνου τοῦ Εὐσεβοῦς ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τοῦ Δίωνος οὐχ εὑρίσκεται, παθόντων τι (ὡς εἰκὸς) τῶν βιβλίων. ὥστε ἀγνοεῖσθαι τὴν κατ' αὐτὸν ἱστορίαν σχεδὸν σύμπασαν, πλὴν ὅτι τοῦ Λουκίου Κομμόδου, ὃν ὁ Ἀδριανὸς ἐποιήσατο, πρὸ τοῦ Ἀδριανοῦ τελευτήσαντος, οὗτος παρ' ἐκείνου καὶ ἐποιήθη, καὶ αὐτοκράτωρ ἐγένετο· καὶ ὅτι μὴ βουλομένης τῆς γερουσίας τὰς ἡρωϊκὰς τιμὰς δοῦναι τῷ Ἀδριανῷ τελευτήσαντι διά τινας φόνους ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, ὁ Ἀντωνῖνος ἄλλα τε πολλὰ δακρύων καὶ ὀδυρόμενος αὐτοῖς διελέχθη, καὶ τέλος εἶπεν· Οὐδὲ ἐγὼ ἄρα ὑμῶν ἄρξω, εἴ γε ἐκεῖνος καὶ κακὸς καὶ ἐχθρὸς ὑμῖν καὶ πολέμιος ἐγένετο· πάντα γὰρ δηλονότι τὰ πραχθέντα ὑπ' αὐτοῦ, ὧν ἓν καὶ ἡ ἐμὴ ποίησίς ἐστι, καταλύσετε. ἀκούσασα δὲ τοῦτο ἡ γερουσία, καὶ αἰδεσθεῖσα τὸν ἄνδρα, τὸ δέ τι καὶ τοὺς στρατιώτας φοβηθεῖσα, ἀπέδωκε τῷ Ἀδριανῷ τὰς τιμάς. Ταῦτα μόνα περὶ τοῦ Ἀντωνίνου ἐν τῷ Δίωνι σώζεται· καὶ ὅτι Αὔγουστον αὐτὸν καὶ Εὐσεβῆ διὰ τοιαύτην αἰτίαν ἐπωνόμασεν ἡ βουλή· ἐπεὶ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς αὐτοκρατορίας αὐτοῦ πολλῶν αἰτιαθέντων, καί τινων

ANTONINVS PIVS.

SCIENDVM eſt, *acta Antonini Pii non inueniri in exemplaribus Dionis: vt veriſimile ſit aliquid ex eis periiſſe. Itaque omnis fere de Antonino hiſtoria ignoratur: tantum inuenitur, eum Lucio Commodo, quem Adrianus adoptauerat, ante Adrianum exſtincto, ab eodem Adriano adoptatum, & Imperatorem factum eſſe: itemque nolente Senatu heroicos honores tribui Adriano vita functo, propter aliquot cædes virorum illuſtrium, quas fecerat, multa flentem lamentantemque in Senatu diſſeruiſſe, atque ita ad extremum dixiſſe; *Igitur nec ipſe princeps veſter ero, ſi ille improbus inimicusque vobis atque hoſtis fuit: nimirum enim omnia eius, in quibus eſt adoptio mea, reſcindetis.* Itaque Senatum, cum hæc audiuiſſet, reuerentem Antoninum, metuentemque milites, Adriano honores reddidiſſe. Hæc quidem de Antonino apud Dionem tantummodo ſuperſunt: tum etiam, eum Auguſtum Piumque eſſe appellatum a Senatu, propterea quod initio principatus ſui multis reis factis, po-

ſtulatiſque nonnullis nominatim ad ſupplicium, neminem puniuit. *Non enim, inquit, me oportet ab his reb. principatus exordium facere.* Principio quoq; hiſtoriæ Marci Veri, (qui poſt Antoninum Imperator fuit) deſunt ea quæ hic erga Lucium Commodi filium, quem Marcus generum habuit; quæque Lucius miſſus a ſocero in bellum quod cum Vologæſo gerebatur, fecit. Quocirca pauca ante dicam de iis rebus quæ ex aliorum libris collegi: poſt ad ea quæ in Dione ſequuntur, tranſibo. Igitur conſtat inter omnes, Antoninum probum virum & bonum fuiſſe: nec enim ceteris ſubditis grauis, nec Chriſtianis infenſus fuit; quos vehementer obſeruauit & coluit, ac honori quo Adrianus Chriſtianos proſequebatur, acceſſionem fecit. Ponuntur enim ab Euſebio Pamphili F. in Hiſtoria eccleſiaſtica epiſtolæ quædam Adriani, quibus oſtenditur illum grauiter minari iis qui Chriſtianis moleſtiam exhiberent, quive illos deferrent; iuratque Herculem, ſe in eos eſſe animaduerſurum. Fertur Antoninus curioſus fuiſſe, poſuiſſeque maximam diligentiam in minimis quibuſque rebus indagandis: quem qui irriderent, idcirco κυμινοπρίστην, id eſt *Cuminiſectorem*, appellabant. Eundem ſenem obiiſſe Quadratus ſcribit, eiq; fuiſſe mortem dulciſſimam, ſimilemque ſomno iucundiſſimo. Ferunt ſub Antonino in Bithynia atque in Helleſponto valde horribilem terræmotum eſſe factum; eaq; de cauſa complures alias ciuitates laboraſſe vehementer, & Cyzicum funditus conciđiſſe, eiusque vrbis templum maximum omnium atque pulcherrimum corruiſſe. Erant columnæ eius templi craſſitudine quatuor vlnarum, altitudine cubitorum L: ſingulæ ex ſingulis lapidibus: cetera quę in eo templo erant, ſingula plus admirationis quam laudis habuerunt. 'Præterea ferunt diducto montis vertice in continenti terra, maritimum fluctum erupiſſe, ſpumamque puri & limpidi maris procul inde in terram proiectam fuiſſe. Ac de rebus quidem Antonini hæc habui quæ dicerem. Regnauit annos quatuor & viginti.

καὶ ὀνομαστὶ ἐξαιτηθέντων, ὅμως οὐδένα ἐκόλασεν εἰπὼν ὅτι, Οὐ δεῖ με ἀπὸ τοιούτων ἔργων τῆς προστασίας ὑμῶν ἄρξασθαι. Οὐ σώζεται δὲ οὐδὲ τὰ μετὰ Ἀντωνῖνον ἄρξαντος Μάρκου Βήρου τὰ πρῶτα τῶν ἱστορουμένων, ὅσα περὶ τὸν Λούκιον τὸν τοῦ Κομμόδου υἱόν, ὃν ὁ Μάρκος γαμβρὸν ἐποιήσατο, ἔπραξεν [ἐκεῖνος] αὐτός, καὶ ὅσα ἐκεῖ εἰς τὸν κατὰ Ὀλογαίσου πόλεμον ὑπὸ τοῦ πενθεροῦ πεμφθεὶς ἔδρασε. διὸ βραχέα περὶ τούτων ἐξ ἑτέρων ἀναλεξάμενος βιβλίων ἐρῶ· εἶθ᾽ οὕτως ἐπὶ τὰ ἑξῆς τοῦ Δίωνος μεταβήσομαι. ὁ γὰρ Ἀντωνῖνος ὁμολογεῖται παρὰ πάντων καλός τε καὶ ἀγαθὸς γενέσθαι, καὶ οὔτε τῶν ἄλλων ὑπηκόων τισὶ βαρύς, οὔτε Χριστιανοῖς ἐπαχθής, ἀλλὰ πολλήν τινα τούτοις νέμων αἰδῶ, καὶ τῇ [τοῦ] Ἀδριανοῦ τιμῇ, ἣν ἐκεῖνος ἐτίμα Χριστιανούς, προστιθείς. ὁ γὰρ τοῦ Παμφίλου Εὐσέβιος καὶ ἐπιστολάς τινας τοῦ Ἀδριανοῦ ἐν τῇ Ἐκκλησιαστικῇ αὐτοῦ ἱστορίᾳ παρατίθεται, ἐν αἷς ἐκεῖνος δείκνυται τοῖς λυποῦσί τι ἢ κατηγοροῦσι τῶν Χριστιανῶν, δεινὰ ἀπειλῶν, καὶ τὸν Ἡρακλέα ἐπομνύμενος ὡς τεύξονται τιμωρείας. Λέγεται δὲ ὁ Ἀντωνῖνος ζητητικὸς γενέσθαι, καὶ μηδὲ περὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ τυχόντα τῆς ἀκριβολογίας ἀφίστασθαι· ὅθεν αὐτὸν οἱ σκώπτοντες καὶ κυμινοπρίστην ἐκάλουν. *Κουαδράτος δὲ γηραιὸν μὲν φησὶν αὐτὸν τελευτῆσαι, τὴν δὲ τελευτὴν ἡδίστην αὐτῷ κατ᾽ ἴσον ὕπνῳ τῷ μαλακωτάτῳ γενέσθαι. Ἐπὶ τοῦ Ἀντωνίνου λέγεται καὶ φοβερώτατος περὶ τὰ μέρη τῆς Βιθυνίας καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου σεισμὸς γενέσθαι, καὶ ἄλλας τε πόλεις καμεῖν ἰσχυρῶς καὶ πεσεῖν ὁλοσχερῶς, καὶ ἐξαιρέτως τὴν Κύζικον, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ναὸν μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον ναῶν ἁπάντων καταρριφῆναι· ᾧ *τετραόργυιοι μὲν πάχος οἱ κίονες ἦσαν, ὕψος δὲ πεντήκοντα πηχέων, ἕκαστος πέτρας μιᾶς· καὶ τἆλλα τὰ ἐν αὐτῷ ἕκαστον θαυμάσαι πλέον ἢ ἐπαινέσαι. περὶ δὲ τὴν μεσόγιον, ἄνω κορυφῆς ὄρους διαστάσης, θαλάσσιόν φασιν *ἐκχυθῆναι κῦμα, ἐπὶ πολύ τε τῆς γῆς ἐλθεῖν ῥιπιζομένην τὴν ἄχνην ἀκράτου καὶ διαυγοῦς θαλάσσης. Περὶ μὲν οὖν τοῦ Ἀντωνίνου, τό γε νῦν ἔχον, τοσαῦτα· ἦρξε δὲ εἴκοσι καὶ τέσσαρα ἔτη.

ΜΑΡΚΟΣ

ΜΑΡΚΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ ὁ φιλόσοφος.

ΜΑΡΚΟΣ δὲ Ἀντωνῖνος, ἐπεὶ τοῦ ποιησαμένου αὐτὸν τελευτήσαντος Ἀντωνίνου τὴν ἀρχὴν ἔσχε, προσέλαβε ἐς κοινωνίαν τοῦ κράτους εὐθὺς τὸν τοῦ Λουκίου Κομμόδου υἱὸν Λούκιον Βῆρον. αὐτὸς μὲν [γὰρ] ἀσθενὴς ἦν τῷ σώματι, καὶ τὰ πολλὰ λόγοις ἐσχόλαζε. λέγεται γὰρ, καὶ αὐτοκράτωρ ὢν, μὴ αἰδεῖσθαι μηδὲ ὀκνεῖν ἐς διδασκάλου φοιτᾶν, ἀλλὰ καὶ Σέξτῳ προσιέναι τῷ ἐκ Βοιωτῶν φιλοσόφῳ, καὶ ἐς ἀκρόασιν τῶν ῥητορικῶν Ἑρμογένους λόγων μὴ ὀκνῆσαι παραγενέσθαι. προσέκειτο δὲ τοῖς [ἐκ τῆς] στοᾶς μάλιστα δόγμασιν. ὁ δὲ Λούκιος, ἔρρωτό τε καὶ νεώτερος ἦν, τοῖς στρατιωτικοῖς τε ἔργοις καταλληλότερος. ὅθεν καὶ γαμβρὸν αὐτὸν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Λουκίλλῃ ὁ Μάρκος ποιήσας, εἰς τὸν πρὸς Πάρθους ἔπεμψε πόλεμον. ὁ γὰρ Οὐολόγαισος πολέμου ἦρξε, καὶ στρατόπεδόν τε ὅλον Ῥωμαϊκὸν τὸ ὑπὸ Σεβηριανῷ τεταγμένον ἐν τῇ Ἐλεγείᾳ (χωρίῳ τινὶ τῆς Ἀρμενίας) ἐπισχὼν πάντοθεν, αὐτοῖς ἡγεμόσι κατετόξευσε καὶ διέφθειρε, καὶ τῆς Συρίας ταῖς πόλεσι πολὺς ἐπῄει καὶ φοβερός. Ὁ οὖν Λούκιος, ἐλθὼν εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ πλείστους στρατιώτας συλλέξας, καὶ τοὺς ἀρίστους τῶν ἡγεμόνων ὑφ' ἑαυτὸν ἔχων, αὐτὸς μὲν ἐν τῇ πόλει ἐκάθητο διατάττων ἕκαστα καὶ τὰς τοῦ πολέμου χορηγίας ἀθροίζων· Κασσίῳ δὲ τὰ στρατεύματα ἐπέτρεψε. καὶ ὃς, ἐπιόντα τε τὸν Οὐολόγαισον γενναίως ὑπέμεινε, καὶ τέλος ἐγκαταλειφθέντα ὑπὸ τῶν συμμάχων καὶ ὀπίσω ἀναχωρήσαντα ἐπεδίωξε· μέχρι τε Σελευκείας καὶ Κτησιφῶντος ἤλασε, καὶ τήν τε Σελεύκειαν διέφθειρεν ἐμπρήσας, καὶ τὰ τοῦ Οὐολογαίσου βασίλεια τὰ ἐν τῇ Κτησιφῶντι κατέσκαψεν. ἔν γε μὴν τῇ ὑποστροφῇ πλείστους τῶν στρατιωτῶν ὑπὸ λιμοῦ καὶ νόσου ἀπέβαλεν· ἀπενόστησε δ' ὅμως εἰς τὴν Συρίαν μετὰ τῶν λοιπῶν στρατιωτῶν. Καὶ ὁ μὲν Λούκιος τούτοις ἐπικυδαίνετο καὶ μέγα ἐφρόνει· οὐ μὴν αὐτῷ καὶ τὰ τῆς ἄκρας εὐτυχίας ἐς ἀγαθόν τι ἀπέβη. λέγεται γὰρ μετὰ ταῦτα καὶ τῷ πενθερῷ Μάρκῳ ἐπιβεβουλευκὼς, πρίν τι καὶ δρᾶσαι, φαρμάκῳ διαφθαρῆναι. Τὸν μέντοι Κάσσιον ὁ Μάρκος τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἐπιτροπεύειν ἐκέλευσεν· αὐτὸς δὲ τοῖς περὶ τὸν Ἴστρον βαρβάροις, Ἰάζυξί τε καὶ Μαρκομάνοις, ἄλλοτε

MARCVS ANTONINVS PHILOSOPHVS.

POSTEAQVAM Marcus Antoninus, mortuo Antonino, a quo fuerat adoptatus, principatum adeptus eſt, ſtatim ſociũ & participem Imperii cepit Lucium Verum, Lucii Commodi filium; eo quod ipſe erat imbecillis, deditusque ſtudiis litterarum: (ferunt enim non erubuiſſe eum, cum eſſet Imperator, nec puduiſſe vnquam ad doctorem proficiſci; ſed adiiſſe crebro Sextum Bœotum philoſophum; & ad audiẽdos Hermogenis *Rhetoricorum libros libenter veniſſe; verũ in primis Stoicorum præcepta ſecutum eſſe) Lucius vero, robuſtus & adoleſcens erat, tum etiam ad rem militarem aptior. Huic Marcus Lucillam filiam ſuam in matrimonium dedit; generumque factum ad bellum cum Parthis gerendum miſit; quod Vologæſus prior bellum intulerat, quodque omnem exercitum Romanum collocatũ a Seueriano ad Elegiã quæ eſt in Armenia, atq; interclusũm vndiq; vna cum ipſis ducibus, telis cõfecerat atque perdiderat; ob eamque cauſam ciuitatibus Syriæ valde formidoloſus erat. Lucius, vt venit Antiochiam, comparato maximo militum numero, & optimis ducibus delectis, ipſe in oppido remanſit, vt inde conſtitueret omnia, & commeatum militibus compararet, Caſſio exercitu permiſſo. Caſſius adorientem ſe Vologæſum fortiter ſuſtinuit; deſertumque tandem a ſociis ac terga vertentem inſecutus, Seleuciam & Cteſiphontem venit: deinde vaſtata Seleucia atque incenſa, regias Vologæſi, quæ in vrbe Cteſiphonte erãt, ſolo æquauit. Cum autem reuerteretur, magnum numerum militum amiſit, qui partim fame enecti, partim morbo exſtincti ſunt: rediit tamen in Syriam cum reliquis militibus. His de rebus quamquam maxime gloriabatur Lucius; tamen ei fortuna ad extremum non fauit, quod aliquanto tempore poſt Marco ſocero ſuo inſidias paraſſe dicitur, eſſeque veneno ſublatus ante quam negotium confeceret.

Marcus Caſsiũ toti Aſiæ præeſſe iuſſit: ipſe barbaris qui circum Iſtrum ſunt, Iazygibus & Marcomanis, nunc

his, nunc illis continenter, quamdiu vixit, bella intulit: quib. in bellis Pęonia fuit ei receptaculum. Eodem tempore Germani, qui trãs Rhenum incolunt, venere vſq; in Italiam, attulereq; Romanis maxima & grauiſſima incommoda: quibus Marcus occurrit, Pompeiano atq; Pertinace legatis exercitus factis. quo in bello optime ſe geſſit Pertinax, qui poſtea Imperator factus eſt. Inter cadauera barbarorum, corpora mulierum armata reperta ſunt. Confecto maximo prœlio, partaque inſigni victoria, Imperator cum rogatus eſſet a militibus pecuniam, tamen nõ dedit; quod diceret, *ſi quid plus quam eſſet cõſtitutum, acciperent, id ex ſanguine parentum ipſorum propinquorumq́; exactum iri. Principis enim ſolum deum iudicem eſſe poſſe.* Adeo enim temperans & continens erat in Imperio, vt cum tot tantaque bella gereret, nihil faceret contra q̃ fas eſſet, aſſentationis aut timoris cauſa. Cum autem Marcomanis in aliquo prœlio bene ſucceſſiſſet, ab iiſq; Marcus Vindex præfect⁹ interfectus eſſet, tres ei ſtatuas poſuit: illis vero ſuperatis, *Germanicus* appellatus eſt. *Germanos* enim eos qui in ſuperioribus locis habitant, appellamus. Ad hæc, motus latronum in Ægypto qui *Bucoli (quaſi Paſtores boum)* dicuntur, factus eſt, ceteris ẽt Ægyptiis a ſacerdote quodã & Iſidoro ad defectionem ſollicitatis. Hi enim primo ornati muliebri veſtitu, ſimulanteſq; ſe vxores Bucolorum eſſe, Romanoq; Centurioni aurũ pro viris ſuis daturas, eum accedentẽ ad ſe doloſe interfecerunt; mactatoq; eius comite, coniurauerunt in viſceribus eius, quæ etiam ad extremum comederũt. Hic Iſidorus fortitudine omnibus hominibus ſuæ ætatis antecelluit. Cũq; viciſſent Romanos in Ægypto, pene cepiſſent Alexandriam; niſi Caſſius dux e Syria aduerſum eos miſſus, diſcordiam ſeditionemq; ita inter ipſos excitauiſſet, vt a ſe ipſi diſtraherentur. Nã propter eorum deſperationem atq; multitudinem Romani nõ ſunt auſi cum eis aperto prœlio congredi; ſed eos Caſſius tumultuantes oppreſſit. In bello autem quod Marcus cum Germanis gerebat, vt hæc quoq; memoria digna ſint, quidã adoleſcẽtulus captiuus Marco neſcio quid interrogãti ita ait: *Præ frigore non poſſum tibi reſpõdere: quãobrem, ſi quid ex me vis cognoſcere, iube mihi veſtem, ſi quã habes, dari.*

ἄλλοις χρόνον συχνὸν ὡς εἰπεῖν δι' ὅλου τοῦ βίου τὴν Παιονίαν ἔχων ὁρμητήριον, ἐπολέμησε. · Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον Κελτῶν μέχρι τῆς Ἰταλίας ἤλασαν, καὶ πολλὰ ἔδρασαν ἐς τοὺς Ῥωμαίους δεινά. οἷς ὁ Μάρκος ἀντεπιὼν, Πομπηϊανόν τε καὶ Περτίνακα τοὺς ὑποστρατήγους ἀντικαθίστη. καὶ ἠρίστευσεν ὁ Περτίναξ, ὅστις καὶ ὕστερον αὐτοκράτωρ ἐγένετο. ἐν μέντοι τοῖς νεκροῖς τῶν βαρβάρων, καὶ γυναικῶν σώματα ὡπλισμένα εὑρέθη. καίτοι δὲ ἰσχυροτάτου ἀγῶνος καὶ λαμπροτάτης νίκης γεγενημένης, ὅμως ὁ αὐτοκράτωρ αἰτηθεὶς παρὰ τῶν στρατιωτῶν, οὐκ ἔδωκε χρήματα, αὐτὸ τοῦτο εἰπὼν ὅτι, Ὅσῳ ἂν πλεῖόν τι παρὰ τὸ καθεστηκὸς λάβωσι, τοῦτ' ἐκ τοῦ αἵματος τῶν τε γονέων σφῶν καὶ τῶν συγγενῶν εἰσπράξεται. περὶ γάρ τοι τῆς αὐταρχίας ὁ θεὸς μόνος κρίνειν δύναται. οὕτω καὶ σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς αὐτῶν ἦρχεν, ὥστε, καίπερ ἐν τοσούτοις καὶ τηλικούτοις πολέμοις ὢν, μηδὲν ἔξω τοῦ προσήκοντος μήτ' ἐκ κολακείας μήτ' ἐκ φόβου ποιῆσαι. Τῶν δὲ Μαρκομάνων εὐτυχησάντων ἔν τινι μάχῃ, καὶ τὸν Βίνδικα τὸν Μάρκου ἔπαρχον ὄντα ἀποκτεινάντων, τούτῳ μὲν τρεῖς ἀνδριάντας ἔστησε· κρατήσας δὲ αὐτῶν, Γερμανικὸς ὠνομάσθη. Γερμανοὺς γὰρ τοὺς ἐν τοῖς ἄνω χωρίοις οἰκοῦντας ὀνομάζομεν. Καὶ οἱ καλούμενοι δὲ Βουκόλοι κατὰ τὴν Αἴγυπτον κινηθέντες, καὶ τοὺς ἄλλους Αἰγυπτίους προσαποστήσαντες ὑπὸ ἱερεῖ τινὶ καὶ Ἰσιδώρῳ, πρῶτον μὲν ἐν γυναικείαις στολαῖς τὸν ἑκατόνταρχον τῶν Ῥωμαίων ἠπατηκότες, ὡς δὴ γυναῖκες τῶν Βουκόλων καὶ χρυσία δώσουσαι αὐτῷ ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν, προσιόντα σφίσι κατέκοψαν· καὶ τὸν συνόντα αὐτῷ καταθύσαντες, ἐπί τε τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ συνώμοσαν, καὶ ἐκεῖνα κατέφαγον. ἦν δὲ Ἰσίδωρος ἀνδρίᾳ πάντων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἄριστος. τοὺς δ' ἐν Αἰγύπτῳ Ῥωμαίους νικήσαντες, μικροῦ καὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν εἷλον, εἰ μὴ Κάσσιος ἐκ Συρίας πεμφθεὶς ἐπ' αὐτοὺς, καὶ στρατηγήσας ὥστε τὴν πρὸς ἀλλήλους σφῶν ὁμόνοιαν λῦσαι, καὶ ἀπ' ἀλλήλων ἀποχωρίσαι, (διὰ γὰρ τὴν ἀπόνοιαν καὶ τὸ πλῆθος αὐτῶν, οὐκ *ἐθάρρησαν συμβαλεῖν ἀθρόοις) οὕτω δὴ στασιάσαντας ἐχειρώσατο. Ἐν δὲ τῷ πολέμῳ τοῦ Μάρκου τῷ πρὸς τοὺς Γερμανοὺς, (ἵνα καὶ ταῦτα μνήμης ἀξιωθείη) μειράκιον μὲν αἰχμάλωτον ἐρωτηθέν τι ὑπ' αὐτοῦ, Οὐ δύναμαι, ἔφη, ἀποκρίνασθαί σοι ὑπὸ τοῦ ῥίγους· ὥστε εἴ τι μαθεῖν ἐθέλεις, κέλευσόν μοι ἱμάτιόν τι (εἴ γε ἔχεις) δοθῆναι.

στρατιώτης δέ τις νυκτὸς φυλακὴν τοῦ Ἴστρου ποιούμενος, καί τινα βοὴν ἐκ τῆς περαίας στρατιωτῶν ἑαλωκότων ἀκούσας, διενήξατο εὐθὺς ὥσπερ εἶχε, καὶ λύσας αὐτοὺς ἀνεκομίσθη. Ἦν δὲ περὶ Μάρκῳ ὁ Ῥοῦφος ὁ Βασσαῖος ἔπαρχος, τὰ μὲν ἄλλα ἀγαθὸς, ἀπαίδευτος δὲ ὑπ᾽ ἀγροικίας, καὶ τὰ πρῶτά γε τοῦ βίου ἐν πενίᾳ τραφείς. ἀναδενδράδα δέ ποτε αὐτὸν κλῶντα *ἀνέλαβέ τις· καὶ ἐπειδή γε μὴ εὐθὺς ἅμα τῷ πρώτῳ κελεύσματι κατέβη, ἐπετίμησεν αὐτῷ, καὶ ἔφη, Ὦ γε ἔπαρχε κατάβηθι. τοῦτο γὰρ ὡς καὶ πρὸς ὑπερφρονοῦντα καὶ τετυφωμένον αὐτὸν εἶπεν· ὅπερ ἡ τύχη μετὰ ταῦτα αὐτῷ ἔδωκεν. Ὁ δ᾽ αὐτοκράτωρ, ὁσάκις ἀπὸ τοῦ πολέμου σχολὴν ἦγεν, ἐδίκαζε, καὶ ὕδωρ πλεῖστον τοῖς ῥήτορσι μετρεῖσθαι ἐκέλευε. τάς τε *πύστεις καὶ τὰς ἀνακρίσεις ἐπὶ μακρότερον ἐποιεῖτο, ὥστε πανταχόθεν τὸ δίκαιον ἀκριβοῦν. καὶ κατὰ τοῦτο καὶ *ἕνδεκα πολλάκις καὶ δώδεκα ἡμέραις τὴν αὐτὴν δίκην, καίπερ νυκτὸς ἔστιν ὅτε, δικάζων ἔκρινεν. φιλόπονος γὰρ ἦν, καὶ ἀκριβῶς πᾶσι τοῖς τῇ ἀρχῇ προσήκουσι προσεφέρετο· καὶ οὐδὲν ἐν παρέργῳ οὔτε ἔλεγεν οὔτε ἔγραφεν οὔτε ἐποίει, ἀλλ᾽ ἔστιν ὅτε καὶ περὶ τοῦ βραχυτάτου ἡμέρας ὅλας ἀνήλισκεν, οὐκ ἀξιῶν τὸν αὐτοκράτορα ἐξ ἐπιδρομῆς τι πράττειν. καὶ γὰρ ἐνόμιζεν ὅτι κἂν ἐλάχιστόν τι παρίδῃ, διαβολὴν αὐτῷ τοῦτο καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα πάντα οἴσει. Καίτοι οὕτως ἀσθενὴς τῷ σώματι ἐγένετο, ὥστε μήτε τὸ ψῦχος τήν γε πρώτην ὑπομεῖναι, ἀλλὰ καὶ πρὶν διαλεχθῆναι τοῖς στρατιώταις συνεληλυθόσιν ἤδη κατὰ τὸ παρηγγελμένον, ἀναχωρῆσαι, καὶ τροφὴν βραχυτάτην καὶ ταύτην ἐν νυκτὶ ἀεὶ λαμβάνειν. οὐ γάρ ἐστιν ὅτε μεθ᾽ ἡμέραν, πλὴν τοῦ φαρμάκου τοῦ θηριακοῦ καλουμένου, ἐσιτεῖτο. ἐλάμβανε δὲ τοῦ φαρμάκου, οὐχ οὕτως ὅτι ἐδεδίει τι, ὡς ὅτι τοῦ τε στομάχου καὶ τοῦ θώρακος φαύλως εἶχε· καί φασιν ὅτι δι᾽ ἐκεῖνα αὐταρκεῖν πρός τε τἆλλα, καὶ πρὸς τοῦτο ἐδύνατο.

Τοὺς δὲ Ἰάζυγας οἱ Ῥωμαῖοι ἔν τε τῇ γῇ ποτε τότε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ ποταμῷ ἐνίκησαν. λέγω δὲ οὐχ ὅτι ναυμαχία τις ἐγένετο, ἀλλ᾽ ὅτι διὰ τοῦ Ἴστρου πεπηγότος φεύγουσι σφίσιν ἐπακολουθήσαντες, καὶ ἐκεῖ ὡς ἐν ἠπείρῳ ἐμαχέσαντο. αἰσθανόμενοι γὰρ οἱ Ἰάζυγες ὅτι ἐπιδιώκονται, ὑπέστησαν αὐτοὺς, ἐλπίσαντες ῥᾳδίως, ἅτε καὶ ἀήθεις τοῦ κρυστάλλου ὄντας, κατεργάσασθαι. καὶ οἱ μὲν, κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς συνέρρηξαν· οἱ δὲ, ἐκ τῶν πλαγίων παριππεύσαντες.

Præterea miles quidã, cum eſſet noctu in Danubii cuſtodia, audiretque trans flumen clamorem captorũ militum, ſtatim, vt erat, tranauit: & cum liberaſſet captos, reuertit. Erat Marco Rufus Baſæus præfectus prætorio, vir bonus; ſed propter ruſticitatem ignatus litterarum. puer enim in paupertate educatus fuerat. Hunc forte *cædentem arbores in ſilua quidã offendit; cumq; quod primo iuſſu non deſcenderat, increpauit his verbis; *Præfecte deſcende.* idq; etſi propterea viſus eſt dicere, quod humili loco natus is erat, tamẽ euenit poſtea vt fortuna hunc ei honorem tribueret. Imperator autem, quoties bellis non impediebatur, ſolebat ius reddere, iubereq; multos modios aquæ oratoribus dari. In cauſis autẽ diligenter cognoſcendis atque examinandis paulo longior eſſe; vt vndecumq; ius inueſtigaret. nam de eadem cauſa dies vndecim, & ſępe duodecim, aliquando etiam noctu cognouit. Cum enim eſſet amãs laboris, tum vero diligenter applicabat animũ ad omnia quæ ad principatum pertinerẽt. Nihil dicere ſolebat, nihil ſcribere aut facere negligẽter; ſed vel in minimis rebus diem ſæpenumero conſumere, quod exiſtimaret *non decere Imperatorẽ propere quidquam agere.* Si quid enim prętermiſiſſet vel in minimis rebus, non putabat ſe poſſe in ceteris calumniã effugere. Et tamẽ erat valetudine vſque adeo infirma, vt nõ modo frigus initio ſufferre non poſſet, ſed etiã antequam milites ex iuſſu iam congregatos, alloqueretur, ſecederet paululum, ac modico cibo, idque noctu, ſemper vteretur. Nihil enim capiebat interdiu præter medicamentum quod Theriacum appellant: quod pharmacum non tam ſumebat timoris cauſa, quã quod erat infirmo ſtomacho & pectore; vt eũ ob hanc cauſam huic rei & ceteris potuiſſe ſufficere arbitrentur. Eo tempore tandem Romani Iazygas vicere, primum in terra, poſt etiam in flumine; nõ quod nauale prœlium factum ſit, ſed quod conglaciato Danubio fugientes conſecuti, in eo perinde atq; in continente pugnauerunt. Nam Iazyges, cum Romanos ſe pone ſequi intelligerent, ſperarentque facile ſe poſſe eos cõficere, quod glaciei eſſent inſueti, impetum ſuſtinendum putauerunt. Ergo Romanos a fronte alii adoriuntur, alii a lateribus irruunt;

quod eorũ equi in huiuſmodi glacie currere tuto didicerant. Quare animaduerſa Romani nihilo magis timent; ſed cõuerſi, aduerſiq; facti hoſtibus, magna pars ſcuta deponũt: atque, quo minus cadant, in iis alterum pedẽ firmant. Hoc pacto eorũ impetũ primo ſuſtinent: arreptisq; alii frenis, alii ſcutis & contis, eos ad ſe trahunt; atq; ita implicatos homines equosque pariter deiiciunt. nec enim poterãt in lubrico loco virib. noſtrorum reſiſtere. quamquã enim etiam Romani cadebant; tamen, ſiue quis eorũ caderet ſupinus, hoſtem pedib. trahebat, atq; (vt in lucta fieri ſolet) ita retro proiiciebat, vt eo ſuperior eſſet: ſiue pronus caderet, hoſtem, qui ante ceciderat, carpebat dentibus. Nam barbari, ignari & rudes pugnæ huius generis, quodq; leuioris erant armaturæ, reſiſtere minus poterãt. Ex quo factum eſt vt pauci de multis effugerint. Igitur Marcus multis magnisq; prœliis factis, aditisq; periculis, Marcomanos & Iazygas ſubegit. Poſt hæc prœliũ acre, bellumq; magnum cũ iis qui Quadi appellãtur, fuit: quo ex bello victoria præter ſpem, vel potius Dei beneficio, cõſecuta eſt; propterea ꝙ Romani, cum eſſent in prœlio, atq; in maximum periculũ veniſſent, mirabiliter ſane ac diuinitus cõſeruati ſunt. Cum enim intercluſi a Quadis in locis opportunis conferti pugnarent fortiter, atq; interim barbari differrent prœlium, ſperãtes eos calore & ſiti perituros, quos circũ occupatis locis omnib. ſic cõcluſerant, (erant enim multo plures) vt aquam habere nullo pacto poſſent: cumque Romani in tantas difficultates incurriſſent, vt *morbo, vulneribus, ardore ſolis, ac ſiti vexarentur, nec ob eas res pugnare poſſent, aut alio ſecedere, ſed in acie ſtãtes, atq; in locis cõſtitutis, arderent; nubes derepente ita coactæ ſunt, vt maximus imber aquæ ceciderit, non ſine Dei beneficio. Fama eſt Arnuphin magũ Ægyptium, qui vna cũ Marco fuerit, Mercuriũ illũ qui eſt in aere, aliosq; dæmonas, quibuſdam artibus magicis inuocauiſſe, ac per eos pluuiã extorſiſſe. Hęc quidem a Dione dicuntur; ſed iſ mihi mentiri videtur; volens an inuitus, neſcio; volentẽ magis arbitror; cum non ignoret, legionem militum quæ

οἱ γὰρ ἵπποι σφῶν δεδιδαγμένοι καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ θεῖν ἀσφαλῶς, ἦσαν. ἰδόντες δὲ τοῦτο οἱ Ῥωμαῖοι, οὐκ ἐφοβήθησαν, ἀλλὰ συστραφέντες, καὶ πᾶσιν ἅμα αὐτοῖς ἀντιμέτωποι γενόμενοι, τάς τε ἀσπίδας οἱ πλείους ἔθηκαν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐπ᾽ αὐτῶν, ὅπως ἧττον ὀλισθαίνωσιν, ἀπερείσαντες, ἐδέξαντο σφᾶς προσπεσόντας· καὶ ἀντιλαμβανόμενοι οἱ μὲν τῶν χαλινῶν, οἱ δὲ τῶν ἀσπίδων τῶν τε κοντῶν, ἐπεσπῶντο αὐτούς· κἀκ τούτου συμπλεκόμενοι, κατέβαλον καὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τοὺς ἵππους. οὐ γάρ τοι τῆς βίας οὐκέτ᾽ ἀντέχειν πρὸς τὸ ὄλισθον ἐδύναντο. ὠλίσθαινον μὲν γὰρ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι· ἀλλ᾽ εἴθ᾽ ὕπτιός τις αὐτῶν ἔπεσε, συνεφείλκετο τὸν ἀντίπαλον, καὶ τοῖς ποσὶν ἐς τοὐπίσω ἀνερρίπτει, ὥσπερ ἐν πάλῃ, καὶ οὕτως ἐπάνωθεν αὐτοῦ ἐγίγνετο· εἴτε καὶ ἐπὶ στόμα, κατελάμβανεν αὐτὸν προκαταπίπτοντα αὐτῷ τῷ στόματι. οἱ γὰρ βάρβαροι, καὶ ἄπειροι τοιουτοτρόπως ἀγωνίας, κουφότεροι ὄντες, οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἀντέχειν· ὥστε καὶ ἀπὸ πολλῶν ὀλίγοι διέφυγον. Μαρκομάνους μὲν οὖν καὶ Ἰάζυγας πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἀγῶσι καὶ κινδύνοις Μάρκος ὑπέταξεν. * Ἔπειτα ἐκ παρατάξεως τοὺς καλουμένους Κουάδους· καὶ πόλεμος αὐτῷ συνέστη μέγας, καὶ νίκη * παράδοξος ηὐτυχήθη, μᾶλλον δὲ παρὰ Θεοῦ ἐδωρήθη. κινδυνεύσαντας γὰρ ἐν τῇ μάχῃ τοὺς Ῥωμαίους παραδοξότατα τὸ θεῖον ἐξέσωσε. κυκλωσάντων γὰρ αὐτοὺς τῶν Κουάδων ἐν τόποις ἐπιτηδείοις, συνασπίσαντες οἱ Ῥωμαῖοι, προθύμως ἠγωνίζοντο· καὶ οἱ βάρβαροι τὴν μὲν μάχην ἐπέσχον, προσδοκήσαντες σφᾶς ῥᾳδίως ὑπό τε τοῦ καύματος καὶ ὑπὸ τοῦ δίψους αἱρήσειν· πάντα δὲ τὰ πέριξ διαλαβόντες ἀπέφραξαν, ὅπως μηδαμόθεν ὕδωρ λάβωσι. πολὺ γὰρ καὶ τῷ πλήθει περιῆσαν. τῶν οὖν Ῥωμαίων ἐν παντὶ κακοῦ καὶ ἐκ τοῦ καμάτου καὶ ἐκ τῶν τραυμάτων, τοῦ τε ἡλίου καὶ τοῦ δίψους, γενομένων, καὶ μήτε μάχεσθαι διὰ ταῦτα μήτε χωρῆσαί πη δυναμένων, ἀλλ᾽ ἔν τε τῇ τάξει καὶ τοῖς τόποις ἑστηκότων καὶ καταχαιομένων, νέφη πολλὰ ἐξαίφνης συνέδραμε, καὶ ὑετὸς πολὺς οὐκ ἀθεεὶ κατερράγη. καὶ γάρ τοι λόγος ἔχει, * Ἀρνοῦφίν τινα μάγον Αἰγύπτιον, συνόντα τῷ Μάρκῳ, ἄλλους τε τινὰς δαίμονας καὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀέριον ὅτι μάλιστα μαγγανείαις τισὶν ἐπικαλέσασθαι, καὶ δι᾽ αὐτῶν τὸν ὄμβρον ἐπισπάσασθαι. Ταῦτα μὲν περὶ τούτων ὁ Δίων φησίν· ἔοικε δὲ ψεύδεσθαι, εἴτε ἑκὼν, εἴτε ἄκων. οἶμαι δὲ τὸ πλέον ἑκών. καὶ πῶς γὰρ οὔ; ὅστις οὐκ ἠγνόει τὸ τάγμα τῶν στρατιωτῶν τὸ

κεραυνο-

inſidias feciſſet. Exſiluerat enim aliquando e tabernaculo, exclamãs ſibi a Caſtore iniuriã afferri. Hic erat vir omniũ Cęſarianorum qui cum Seuero erant, optimus, cui conſilia Seueri credita, & cura cubiculi mãdata erat: præſtoq; fuere ſubito pauci milites, q̃ ante ob eã cauſam inſtructi fuerant, a quib. vna conclamatũ eſt: at ii, quod repẽte viſus eſſet Seuerus, capti ſunt, atq; in ſeditioſiores eſt animaduerſum. Præterea, cum ambo proficiſcerentur ad Caledonios, vt arma ab iis caperent, & de fœderib. colloquerẽtur, Antoninus ipſum palã ſua manu occidere eſt conatus. Nã cum forte equitarent vna, (Seuerus enim, licet ei plantæ pedũ, quæ ſanæ non erant, ſectæ eſſent, tamen equo vehebatur) equitaretq; pariter reliquus exercit⁹, & hoſtium copiæ viderentur, Antoninus equo refrenato, magno ſilẽtio percõmode gladiũ diſtrinxit, vt tergum patris percuteret: quod vbi animaduerterunt ii qui ſimul equitabãt, exclamauerũt protinus: eoq; clamore perterrit⁹ Antoninus, ſe abſtinuit. Seuerus, etſi ad clamorem eorũ conuerſus gladium vidit, tamen nullum verbum fecit; ſed peractis pro tribunali rebus neceſſariis, reuertit in prætorium: ibi filiũ, & Papinianũ, & Caſtorem ad ſe vocat: dein gladium in medio collocari iubet. Hic illũ increpat, quod tantum facinus eſſet auſus committere, quodq; ſociis & hoſtibus videntibus nefarium ſcelus facere conſtituiſſet: tandem, *Si me cupis*, inquit, *interficere, hic me interfice:* *nam vita iam functus ſum & ſenex, & iaceo. Quod ſi id recuſas, aut times tua manu facere, adeſt tibi Papinianus præfectus, cui iubere potes vt me interficiat: nam is tibi, quidquid preceperis, propterea quod ſis Imperator, efficiet.* Hæc cum dixiſſet Seuerus, tamen nihil filio nocuit; quamquã ſæpe accuſabat Marcum, quod Commodum nõ ſuſtuliſſet, ac crebro ipſi filio ſe id facturum minabatur. Sed ea Seuerus per iram dicebat: erãt enim ei filii multo cariores quam ciues: quamquam in hac re alterum ex filiis prodidit, cum certo ſciret quid ei eſſet euenturum. Poſt hæc defectio Britãnorum iterum facta eſt: quamobrem Seuerus conuocatis militibus, iuſſit vt regionem eorum inuaderent, atq; omnes, quibus

occurriſſent, interficerent: idq; præcepit his verſibus: -- μήτις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον, Χεῖράς θ' ἡμετέρας· μηδ' ὅντινα γαστέρι μήτηρ Κοῦρον ἐόντα φέροι, μηδ' ὃς φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον: *Nemo manus fugiat veſtras, cademque cruentam; Non fœtus, granida mater quem geſtat in aluo, Horrendam effugiat cædem.* Quo facto, quod Caledonii cum Mæatis defecerãt, comparabat ſe vt bellũ illic gereret. Sed dum in iis rebus eſſet, morbo exſtinctus eſt pridie Nonas Februarii: traduntque hunc morbum nonnihil ab Antonino eſſe auctum. Ante quam vero moreretur, fertur hęc libertis dixiſſe; (referã enim ea quæ dicta ſunt, ſine vllo ornatu verborum) *Facite*, inquit, *vt conueniat inter vos: locupletate milites, ceteros omnes contemnite.* Poſt hæc corpus eius more militari effertur a militibus, imponiturque in rogum honeſtatum militum & filiorum ipſius decurſione. Coniecere in eum dona militaria ii qui tum habebant: filii ignem accéderunt: oſſa in vrnam factam ex porphyro lapide coniecta, Romã perlata, & in Antoniniano repoſita ſunt. Fertur Seuerus hanc vrnam paulo ante quã decederet e vita, iuſſiſſe ad ſe perferri: dein contrectaſſe, atque ita dixiſſe; *Tu*, inquit, *virum capies, quem totus orbis terrarum non cepit.* Seuerus erat tardo corpore, ſed tamẽ forti; quamquam podagra valde imbecillum fecerat: præterea acutiſſimo & excellentiſſimo ingenio; ſtudioſus bonarum artium: quarum ſcientiam cum eſſet cõſecutus, conſilio plus, quã verbis poterat: erga amicos gratus, inimicis grauiſſimus: diligens in rebus gerendis, negligens in requirendo quis ſermo de ipſo haberetur: auidus pecuniæ; quam omnib. modis colligebat; niſi quod eius cauſa nemini mortem attulit.* In ſumptu parciſſim⁹ erat. Noua ædificia exſtruxit, vetera reſtituit: quippe Baccho & Herculi templum maximũ ædificauit. Et quamquam magnos ſumptus fecit, tamen multa milia aureorũ reliquit. Criminari ſolebat incontinentes; ob eãq; cauſam leges de mœchis tulit; ex quib. quam plurimi in ius vocati ſunt. ego quidem, cum Conſul eſſem, inueni ſcriptum in tabulis, tria milia mœchorum eſſe accuſata. Sed cum iã pauci mortales ea iudicia exſequerentur, cœpit de iis quærere negligentius. Ex quo vrbane in primis Argetocoxi Caledonii vxor, Iuliæ Auguſtæ, quæ ipſam mordebat, initis

✠μή τις, Bl.

ἂν ἐντύχωσιν, ἀποκτεῖναι· αὐτὸ τοῦτο εἰπὼν, -- [τὸ] μήτις ὑπεκφύγοι αἰπὺν ὄλεθρον Χεῖράς θ' ἡμετέρας· μηδ' ὅντινα γαστέρι μήτηρ Κοῦρον ἐόντα φέροι, μηδ' ὃς φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον. Γενομένου δὲ τούτου, καὶ τῶν Καληδονίων προσαποστάντων τοῖς Μαιάταις, ἡτοιμάζετο μὲν ὡς καὶ αὐτὸς* αὐτοῖς πολεμήσων. καὶ αὐτὸν περὶ* τοῦτ' ἔχοντα ἡ νόσος τῇ τετάρτῃ τοῦ Φεβρουαρίου ἀπηνέγκε, συνεργασαμένου τι πρὸς τοῦτο καὶ τοῦ Ἀντωνίνου, ὡς λέγεται. πρὶν γοῦν μεταλλάξαι, τάδε λέγεται τοῖς παισὶν εἰπεῖν· (ἐρῶ γὰρ αὐτὰ τὰ λεχθέντα, μηδὲν ὅ τι καλλωπίσας) Ὁμονοεῖτε· τοὺς στρατιώτας πλουτίζετε, τῶν ἄλλων πάντων καταφρονεῖτε. Ἐκ δὲ τούτου τό τε σῶμα αὐτοῦ στρατιωτικῶς κοσμηθὲν, ἐπὶ πυρὰν ἐτέθη, καὶ τῇ τε τῶν στρατιωτῶν καὶ τῇ τῶν παίδων περιδρομῇ ἐτιμήθη· τά τε δῶρα τὰ στρατιωτικὰ, οἵ τι τῶν παρόντων ἔχοντες, εἰς αὐτὴν ἐνέβαλον, καὶ τὸ πῦρ οἱ υἱεῖς ἐνῆκαν· καὶ μετὰ τοῦτο τὰ ὀστᾶ ἐς ὑδρίαν πορφυροῦ λίθου ἐμβληθέντα, ἔς τε τὴν Ῥώμην ἐκομίσθη, καὶ ἐς τὸ* Ἀντωνινεῖον ἀπετέθη. λέγεται δὲ τὴν ὑδρίαν ὀλίγον πρὸ τοῦ θανάτου μεταπέμψασθαί τε αὐτὸν, καὶ ἐπιψηλαφήσαντα εἰπεῖν, Χωρήσεις ἄνδρα ὃν ἡ οἰκουμένη οὐκ ἐχώρησεν. Ἦν δὲ τὸ σῶμα* βραδὺς μὲν, ἰσχυρὸς δὲ, καίπερ ἀσθενέστατος ὑπὸ τῆς ποδάγρας γενόμενος· τὴν δὲ δὴ ψυχὴν δριμύτατος καὶ ἐρρωμενέστατος. παιδείας μὲν γὰρ ἐπεθύμει μᾶλλον,* ἢ καὶ διὰ τοῦτο πολύγνωμος μᾶλλον ἢ πολύλογος ἦν. φίλοις οὐκ ἀμνήμων, ἐχθροῖς βαρύτατος, ἐπιμελὴς τῶν πρακτέων, ἀμελὴς τῶν περὶ αὐτοῦ λογοποιουμένων· χρηματιστὴς ἐξ ἅπαντος τρόπου, πλὴν καθ' ὅτι οὐδένα τούτων χάριν ἀπέκτεινε· περὶ τὰς δαπάνας ἀφειδέστατος. καὶ πολλὰ μὲν ᾠκοδομηκὼς ἐκ καινῆς, πολλὰ δὲ καὶ ἐπεσκευακώς· ὅς γε καὶ τῷ Διονύσῳ καὶ τῷ Ἡρακλεῖ νεὼν ὑπερμεγέθη ᾠκοδομήσατο. καίτοι δὲ πάμπλειστα δαπανήσας, ὅμως οὐκ εὐαριθμήτους τινὰς μυριάδας δραχμῶν κατελέλοιπεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ πολλάς. καὶ ἐνεκάλει μὲν τοῖς μὴ* σωφρονοῦσιν, ὡς καὶ περὶ τῆς μοιχείας νομοθετῆσαί τινα· καὶ διὰ τοῦτο γραφαὶ αὐτῆς* ὅσαι πλεῖσται ἐγένοντο. τρισχιλίας γοῦν ὑπατεύων εὗρον ἐν τῷ πίνακι ἐγγεγραμμένας. ἐπεὶ δὲ ὀλίγοι πάνυ αὐταῖς ἐπεξῄεσαν, οὐκέτι οὐδὲ αὐτὸς ἐπολυπραγμόνει. ὅθεν καὶ* μάλα ἀστείως Ἀργεντοκόξου τινὸς γυνὴ Καληδονίου πρὸς τὴν Ἰουλίαν τὴν Αὐγοῦσταν ἀποσκώπτουσάν τι πρὸς αὐτὴν μετὰ

τὰς ἀνοι-

τὰς σπουδὰς ἐπὶ τῇ ἀνέδην σφῶν πρὸς τοὺς ἄρρενας συνουσίᾳ, εἰπεῖν λέγεται), ὅτι Πολλῷ ἄμεινον ἡμεῖς τὰ τῆς φύσεως ἀναγκαῖα ἀποπληροῦμεν ὑμῶν τῶν Ῥωμαϊκῶν. ἡμεῖς γὰρ φανερῶς τοῖς ἀρίστοις ὁμιλοῦμεν, ὑμεῖς δὲ λάθρα ὑπὸ τῶν κακίστων μοιχεύεσθε. Τοῦτο μὲν ἡ Βρεττανὶς εἶπεν. ἐχρῆτο δὲ ὁ Σεβῆρος καταστάσει τοῦ βίου εἰρήνης οὔσης τοιᾷδε· ἔπραττέ τι πάντως νυκτὸς ὑπὸ τὸν ὄρθρον· καὶ μετὰ τοῦτ' *ἐβάδιζε, καὶ λέγων καὶ ἀκούων τὰ τῇ ἀρχῇ πρόσφορα· εἶτ' ἐδίκαζε, χωρὶς εἰ μή τις ἑορτὴ μεγάλη εἴη. καὶ μέντοι καὶ ἄριστα *αὐτῷ ἐπράττετο. καὶ γὰρ τοῖς δικαζομένοις ὕδωρ ἱκανὸν *ἐνέχει, καὶ ἡμῖν τοῖς συνδικάζουσιν αὐτῷ παρρησίαν πολλὴν ἐδίδου. ἔκρινε δὲ μέχρι μεσημβρίας· καὶ μετὰ τοῦθ' ἵππευεν, ἐφ' ὅσον ἂν ἐδυνήθη· εἶτ' ἐλοῦτο, γυμνασάμενος τινὰ τρόπον. ἠρίστα δὲ ἢ καθ' ἑαυτὸν, ἢ μετὰ τῶν παίδων, οὐκ ἐνδεῶς· εἶτ' ἐκάθευδεν ὡς πλήθει· ἔπειτ' *ἐξαρθεὶς, τά τε λοιπὰ προσδιῴκει, καὶ λόγοις καὶ Ἑλληνικοῖς καὶ Λατίνοις συνεγίνετο ἐν περιπάτῳ· εἶθ' οὕτω πρὸς ἑσπέραν ἐλούετο αὖθις, καὶ ἐδείπνει μετὰ τῶν ἀμφ' αὐτόν. ἥκιστά τε γὰρ ἄλλον τινὰ συνέστιον ἐποιεῖτο, καὶ ἐν μόναις ταῖς πάνυ ἀναγκαίαις ἡμέραις τὰ πολυτελῆ δεῖπνα συνεκρότει. Ἐβίω δὲ ἔτη ἑξήκοντα πέντε, καὶ μῆνας ἐννέα, καὶ ἡμέρας πέντε καὶ εἴκοσι· τῇ γὰρ ἑνδεκάτῃ τοῦ Ἀπριλλίου ἐγεγένητο. ἀφ' ὧν ἦρξεν ἔτη ἑπτακαίδεκα, καὶ μῆνας ὀκτὼ, καὶ ἡμέρας τρεῖς. τό τε σύμπαν, οὕτως ἐνεργὸς ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀποψύχων ἀναφθέγξασθαι, Ἄγετε, δότε, εἴ τι πρᾶξαι ἔχομεν.

ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ Ο ΚΑΙ ΚΑΡΑΚΑΛΛΟΣ.

ΜΕΤΑ δὲ ταῦτα ὁ Ἀντωνῖνος πᾶσαν τὴν ἡγεμονίαν ἔλαβε. λόγῳ μὲν γὰρ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ, τῷ δὲ δὴ ἔργῳ μόνος εὐθὺς ἦρξε· καὶ πρὸς μὲν τοὺς πολεμίους κατελύσατο, καὶ τῆς χώρας *αὐτοῖς ἐξέστη, καὶ τὰ φρούρια ἐξέλιπε· τοὺς δὲ δὴ οἰκείους, τοὺς μὲν ἀπήλλαξεν, ὧν καὶ *Παπινιανὸς ὁ ἔπαρχος ἦν· τοὺς δὲ καὶ ἀπέκτεινεν· ὧν ἦν καὶ Εὔοδος, ὁ τροφεὺς αὐτοῦ, ὁ Κάστωρ, ἥ τε γυνὴ αὐτοῦ ἡ Πλαυτίλλα, καὶ ὁ ταύτης ἀδελφὸς Πλαύτιος. καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ δὲ αὐτῇ ἄνδρα ἄλλως μὲν οὐκ ἐλλόγιμον, διὰ δὲ τὴν ἐπιτήδευσιν ἐπιφανέστατον ἐξειργάσατο· τὸν *δὲ Εὐπρεπῆ τὸν ἁρματηλάτην, ἐπειδὴ τἀναντία αὐτῷ ἐσπούδαζεν, ἀπέκτεινε.

fœderibus, quod ipſæ impudenter cũ maribus verſarẽtur, dixiſſe fertur: *Nos*, inquit, *multo melius explemus ea quæ naturæ poſtulat neceſſitas, quam vos Romanæ. nam aperte cum optimis viris habemus conſuetudinem: vos autem occulte peſſimi homines conſtuprant.* id enim a muliere Britanna dictũ eſt. Ceterũ Seuerus, cum pax eſſet, ita vitã inſtituerat, vt hęc omnia faceret. *Prima luce ius reddebat: poſt deambulabat, dicens audiensq; ea quæ ad Imperii vtilitatem pertinerẽt: dein iudicabat *ſeparatim, niſi celeberrimus dies feſtus eſſet: agebatq; in eo optime, quod & litigantibus aquam, quantum ſatis erat, ſuppeditaret, & nobis vna iudicantibus magnam libertatem in dicendis ſentẽtiis largiretur. Iudicabat autem ad meridiem: poſt meridiem equitabat, quantum poterat: poſt hãc exercitationem corporis lauabatur: tum prãdebat ſolus, vel cum liberis, ſatis opipare & apparate: poſt prandii tempus magna ex parte dormire cõſueuerat. Excitatus ex ſomno, perſequebatur reliqua: in primis verſabatur in ſtudio Græci & Latini ſermonis, cum interim deãbularet. Sub veſperum iterum lauabatur, cœnabatq; cum ſuis domeſticis & familiaribus: nam ex aliis cõuiuam admittebat neminem: certiſq; diebus tantum, iiſq; maxime neceſſariis, ſumptuoſas cœnas faciebat. Vixit annos LXV, mẽſes IX, dies XXV: erat enim natus III Idus Aprilis. Regnauit annos decem & ſeptem, menſes octo, dies tres. In ſumma, adeo fuit in rebus gerendis acer & induſtrius, vt dixerit moriẽs, **Agedum, ſi quid nos oportet facere.*

ANTONINVS CARACALLVS.

POST mortem Seueri, Antoninus totũ Imperium obtinuit. nam etſi dicebat, id ſibi eſſe cum fratre commune, tamẽ reuera ſolus ſtatim imperare cœpit, diremitq; bellum cũ hoſtibus, atq; regione ceſſit, & munita loca deſeruit. Domeſticos ſuos partim dimiſit; in quorũ numero fuit Papinianus præfectus prætorio: partim occidi iuſſit; in quibus fuit Euodus educator ipſius, & Caſtor, vxorque Plautilla, cum Plauto fratre eius. In Vrbe ſuſtulit hominem minime quidem nobilem, ſed tamen percelebrem in eo ſtudio cui ſe dediderat. nam *egregium aurigam, quod eſſet factionis contrariæ, interfecit.

Hic ſenex mortuus eſt, poſteaquam coronatus eſſet in plurimis equorum certaminibus. obtinuerat enim coronas DCCLXXXII: quod ante contigerat nemini. Fratrem quoq; vel patre viuo interficere voluit: ſed neque propter patrem tunc, neq; poſt in itinere propter exercitum potuit, apud quem ille cariſſimus erat; præſertim quod facie patri ſimillimus eſſet. Sed poſtquam Romã venit, ipſum quoq; ſuſtulit. Simulabant hi mutuam inter ſe beneuolentiam, collaudabantq; ſe inuicem, cum tamen agerent contraria. Nec erat obſcurũ, fore vt aliquod magnum malũ ex ipſis exſiſteret. Nã cum eſſet decretum a Senatu, vt pro concordia vtriuſq; ſacrificaretur diis immortalibus, ac præſertim ipſi Concordiæ: victima a ſacerdotibus eius deæ ad ſacrificium comparata, Cõſul profectus eſt vt ſacra faceret. Sed nec is ſacerdotes, nec illi inuenire Conſulem potuerunt: ſed omnem fere noctem conſumpſerunt, dum ſe mutuo conquirerẽt; adeo vt ſacrificium fieri nõ potuerit. poſtridieq; eius diei, duo lupi aſcendere in Capitolium: quos dum aliquot homines inſequerẽtur, alterum comprehenderũt in foro, alterum poſtea extra pomœrium occiderũt. quæ res ad Antoninum & Getam pertinuit. Statuerat Antoninus fratrem occidere Saturnalibus: tamẽ nequiuit, propterea quod id facinus manifeſtius fuiſſet quam vt potuiſſet occultari. Ex eo tempore complures eorũ pugnæ factæ ſunt, quaſi mutuo ſibi inſidiarentur, contrariis præſidiis collocatis. Sed cum magnus numerus militum atq; gladiatorum domi foriſq;, dies atq; noctes Getam cuſtodiret, perſuaſit matri vt ſe ambos in thalamum vocaret, vt in eo reconciliarentur. Eo Geta, qui matri confidebat, ingreditur cũ Antonino: poſtquam intus fuere, aliquot cẽturiones, qui fuerant in inſidiis ab Antonino collocati, ſimul in Getam impetũ faciunt; eumque, qui viſis percuſſorib. ad matrem perfugerat, ac iam tũ ex collo eius pẽdebat, adhærebatq; ipſius pectori atq; vberibus, occidũt lamentantem, clamantemq; in hæc verba; *Mater mater, genitrix genitrix, fer opẽ, occidor.* Itaq; mater decepta, filium occiſum nefarie in ſinu ſuo conſpexit, eiuſque cædem intra ſua viſcera quodammodo, ex quibus ipſum pepererat, recepit. nam ita ſanguine perfuſa eſt, vt vulnus quod ipſa accepit

καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐν γήρᾳ ἀπέθανε, πλείστοις ἀγῶσιν ἵππων στεφανωθείς. δύο γὰρ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑπτακοσίους ἀνείλετο, ὅσους οὐδεὶς ἄλλος. τὸν δ' ἀδελφὸν ἠθέλησε μὲν καὶ ζῶντος ἔτι τοῦ πατρὸς φονεῦσαι, οὐκ ἠδυνήθη δὲ οὔτε τότε δι' ἐκεῖνον, οὔθ' ὕστερον ἐν τῇ ὁδῷ, διὰ τὰ στρατεύματα. πάνυ γὰρ εὔνοιαν αὐτοῦ εἶχον, ἄλλως τε ὅτι καὶ τὸ εἶδος ὁμοιότατος τῷ πατρὶ ἦν. ἐπεὶ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀπῆλθε, καὶ τοῦτον κατειργάσατο. προσεποιοῦντο μὲν γὰρ καὶ φιλεῖν ἀλλήλους καὶ ἐπαινεῖν· πάντα δὲ τὰ ἐναντιώτατα ἔδρων, καὶ ἦν οὐκ ἄδηλον ὅτι δεινόν τι παρ' αὐτῶν γενήσοιτο· ὅπερ που καὶ πρὶν πρὸς τὴν Ῥώμην αὐτοὺς ἐλθεῖν, προεγνώσθη. θύειν τε γὰρ ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας αὐτῶν τοῖς τε ἄλλοις θεοῖς, καὶ αὐτῇ Ὁμονοίᾳ ψηφισθὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς, οἱ μὲν ὑπηρέται τὸ τῇ Ὁμονοίᾳ τυθησόμενον ἱερεῖον ἡτοίμασαν, καὶ ὁ ὕπατος ὡς καὶ βουθυτήσων ἀφίκετο· οὔτε δὲ οὗτος ἐκείνους οὔθ' οἱ ὑπηρέται τὸν ὕπατον εὑρεῖν ἠδυνήθησαν· ἀλλὰ διετέλεσαν πᾶσαν (ὡς εἰπεῖν) τὴν νύκτα ζητοῦντες ἀλλήλους· ὥστε μὴ δυνηθῆναι τότε τὴν θυσίαν γενέσθαι. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ δύο λύκοι ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀναβάντες, ἐκεῖθεν ἐξεδιώχθησαν· καὶ ὁ μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ που καταληφθείς, ὁ δὲ μετὰ ταῦτα ἔξω τοῦ πωμηρίου, ἐσφάγη. καὶ τοῦτο καὶ περὶ ἐκείνους ἐγένετο. ἐβουλήθη μὲν οὖν ἐν τοῖς Κρονίοις τὸν ἀδελφὸν ὁ Ἀντωνῖνος φονεῦσαι, οὐκ ἠδυνήθη δέ. καὶ γὰρ ἐκφανέστερον ἤδη τὸ κακὸν ἢ ὥστε συγκρυβῆναι, ἐγεγόνει· καὶ ἐκ τούτου πολλαὶ μὲν μάχαι αὐτῶν, ὡς καὶ ἐπιβουλευόντων ἀλλήλοις, πολλαὶ δὲ καὶ ἀντιφυλακαὶ συνέβαινον. ἐπεὶ οὖν καὶ στρατιῶται καὶ γυμνασταί, καὶ ἔξω καὶ οἴκοι, καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ συχνοὶ τὸν Γέταν ἐφρούρουν, ἔπεισε τὴν μητέρα μόνους σφᾶς ἐς τὸ δωμάτιον, ὡς καὶ συναλλάξουσα, μεταπέμψασθαι. καὶ οὕτω πιστεύσαντος τοῦ Γέτα, εἰσῆλθε μὲν μετ' αὐτοῦ· ἐπεὶ δ' εἴσω ἐγένοντο, ἑκατόνταρχοί τινες εἰσεπήδησαν ἀθρόοι παρὰ τοῦ Ἀντωνίνου προπαρεσκευασμένοι· καὶ αὐτὸν πρός τε τὴν μητέρα, ὡς εἶδε σφᾶς, προκαταφυγόντα, καὶ ἀπό τε τοῦ αὐχένος αὐτῆς ἐξαρτηθέντα, καὶ τοῖς στήθεσι τοῖς τε μαστοῖς προσφύντα, κατέκοψαν, ὀλοφυρόμενον καὶ βοῶντα, Μῆτερ μῆτερ, τεκοῦσα τεκοῦσα, βοήθει, σφάζομαι. καὶ ἡ μὲν οὕτως ἀπατηθεῖσα, τόν τε υἱὸν ἐν τοῖς ἑαυτῆς κόλποις ἀνοσιώτατα ἀπολλύμενον ἐπεῖδε, καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐς αὐτὰ τὰ σπλάγχνα τρόπον τινὰ ἐξ ὧν ἐγεγέννητο, εἰσεδέξατο. καὶ γὰρ τοῦ αἵματος πᾶσα ἐπλήσθη, ὡς ἐν μηδενὶ λόγῳ τὸ τῆς χειρὸς

θαῦμα

θαῦμα ὃ ἐβιάσθη ποιήσασθαι. οὔτε γὰρ πενθῆσαι, οὔτε θρηνῆσαι τὸν υἱόν, καίπερ πρόωρον οὕτως οἰκτρῶς ἀπολωλότα, ὑπῆρξεν αὐτῇ (δύο γὰρ καὶ εἴκοσι ἔτη καὶ μῆνας ἐννέα ἐβίω) ἀλλ' ἠναγκάζετο ὡς καὶ ἐν μεγάλῃ τινὶ εὐτυχίᾳ οὖσα, χαίρειν καὶ γελᾶν. οὕτω που πάντα ἀκριβῶς καὶ τὰ ῥήματα αὐτῆς καὶ τὰ νεύματα τά τε χρώματα ἐτηρεῖτο. καὶ μόνῃ ἐκείνῃ τῇ Αὐγούστῃ, τῇ τοῦ αὐτοκράτορος γυναικί, τῇ τῶν αὐτοκρατόρων μητρί, οὐδ' ἰδίᾳ που ἐπὶ τηλικούτῳ παθήματι δακρῦσαι ἐξῆν. Ὁ δ' Ἀντωνῖνος, καίπερ ἑσπέρας οὔσης, τὰ στρατόπεδα κατέλαβε, διὰ πάσης τῆς ὁδοῦ κεκραγὼς ὡς ἐπιβεβουλευμένος καὶ κινδυνεύων. εἰσελθὼν δὲ εἰς τὸ τεῖχος, Χαίρετε, εἶπεν, ὦ ἄνδρες συστρατιῶται· καὶ γὰρ ἤδη ἔξεστί μοι εὐεργετεῖν ὑμᾶς. καὶ πρὶν πάντα ἀκοῦσαι, ἐνέφραξε σφῶν τὰ στόματα τοσαύταις καὶ τηλικαύταις ὑποσχέσεσιν, ὥστε μήτ' ἐννοῆσαι μήτε φθέγξασθαί τι αὐτοὺς εὐσεβὲς δυνηθῆναι. εἷς γὰρ (ἔφησεν) ἐξ ὑμῶν εἰμί, καὶ δι' ὑμᾶς μόνους ζῆν ἐθέλω, ἵν' ὑμῖν πολλὰ χαρίζωμαι. ὑμέτεροι γὰρ οἱ θησαυροὶ πάντες εἰσί. καὶ δὴ καὶ τοῦτο εἶπεν ὅτι, Μάλιστα μὲν μεθ' ὑμῶν ζῆν, εἰ δὲ μή, ἀλλὰ μεθ' ὑμῶν γε ἀποθανεῖν εὔχομαι. οὔτε γὰρ ἄλλως δέδια τὸν θάνατον, καὶ ἐν πολέμῳ τελευτῆσαι βούλομαι. ἢ γὰρ ἐνταῦθα δεῖ τὸν ἄνδρα ἀποθνήσκειν, ἢ μηδαμοῦ. Πρὸς δὲ τὴν σύγκλητον τῇ ὑστεραίᾳ ἄλλα τέ τινα διελέχθη, καὶ μετὰ τὸ ἐκ τοῦ βάθρου ἐξαναστῆναι, καὶ πρὸς τῇ θύρᾳ γενέσθαι, Ἀκούσατέ μου, εἶπε, μέγα πρᾶγμα, ἵνα πᾶσα ἡ οἰκουμένη χαρῇ· Πάντες οἱ φυγάδες, οἱ καὶ ἐφ' ὁτῳοῦν ἐγκλήματι καὶ ὁπωσοῦν καταδεδικασμένοι κατελθέτωσαν. Τὰς μὲν οὖν νήσους οὕτω τῶν φυγάδων κενώσας, καὶ τοῖς κακίστοις τῶν καταδεδικασμένων ἄδειαν δεδωκώς, εἶτ' οὐ πολλῷ ὕστερον ἀνεπλήρωσε. τῶν δὲ δὴ Καισαρείων τῶν στρατιωτῶν τῶν μετὰ τοῦ Γέτα γινομένων, καὶ εἰς δύο μυριάδας παραχρῆμα ἀπέκτεινεν, ἄνδρας ἁπλῶς καὶ γυναῖκας, ὥς που τις καὶ ἔτυχεν ἐν τῷ βασιλείῳ ὤν. ἐκ δὲ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ἄλλους τε καὶ τὸν Παπινιανόν· καὶ τῷ γε τὸν Παπινιανὸν φονεύσαντι ἐπετίμησεν, ὅτι ἀξίνῃ αὐτὸν καὶ οὐ ξίφει διεχρήσατο. τὸν δὲ δὴ Κίλωνα τὸν τροφέα, τὸν εὐεργέτην, τὸν ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πεπολιαρχηκότα, ὃν καὶ πατέρα πολλάκις ἐκεκλήκει, ἠβουλήθη μὲν ἀποστερῆσαι τοῦ ζῆν, καὶ οἱ στρατιῶται οἱ πεμφθέντες ἐπ' αὐτόν, τὰ μὲν ἀργυρώματα καὶ τὰ ἱμάτια, τά τε χρήματα καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ ἐκείνου διήρπασαν· αὐτὸν δὲ ἀνῆγον διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ,

in manu, nihili faceret. Neque vero lamentata eſt, aut luxit interitum filii, quamuis immaturum, oblatumque miſerabiliter; (natus erat duos & XX annos, menſesque IX) ſed quaſi foret in maxima felicitate, lætari & ridere coacta eſt: adeo verba eius, nutuſque, & color obſeruabantur. Itaque huic ſoli, cum eſſet Auguſta, Imperatoris vxor, & Imperatorum mater, ne priuatim quidē licuit flere caſum acerbiſſimum. Antoninus ſtatim, quãquam veſper erat, tamen ad milites proficiſcitur; exclamatque perpetuo in itinere, contra ſe factam eſſe coniurationem, ſeque in maximum periculum veniſſe. Poſt, vbi murum eſt ingreſſus, *Saluete*, inquit, *commilitones: iam mihi quidem licet in vos maxima beneficia conferre.* Antequam enim audirent omnia, os eis tot promiſſis concluſit, vt quod pium erat, intelligere non poſſent, aut loqui. *Ego*, inquit, *ſum vnus ex vobis; cupioq; propter vos ſolos viuere, vt multa vobis largiar. Veſtri enim ſunt theſauri omnes; optoq; in primis vna vobiſcum viuere; ſin minus, ſaltem vobiſcum mori: nec enim aliter volo quam in bello ex hac vita diſcedere; quod vel in eo mortem oppetere virū fortem, vel nuſquam deceat.* Poſtero die in Senatu pauca dixit in eandem ſententiam: cumque ſurrexiſſet e ſede, aſtaretque ad fores; *Audite*, inquit, *rem maximam; vt totus orbis terrarum gaudeat. Omnes exſules, rei facti cuiuſuis ſceleris, quomodocumq; damnati ſint, reſtituantur.* Is cum exſules hoc modo ex inſulis deduxiſſet, præſtitiſſetq; ſecuritatem nefariis & damnatis hominibus, eaſdem non ita multo poſt repleuit, interfecitque ſubito ex Cæſarianis, militibusque qui cum Geta fuerant, ad hominū mulierumq; viginti milia, vt quiſque in Palatio fuit. Cæſi ſunt ex illuſtribus multi, & maxime Papinianus: cuius interfectorem increpauit, quod eum ſecuri interfeciſſet, non gladio. Cilonem quoque, qui ipſum educauerat, & a quo multa beneficia acceperat, quique præfectus vrbi fuerat patris temporibus, quem etiam Patrē ſæpenumero appellauerat, vita priuare voluit: ſed milites, quos miſerat vt eum interficerent, direptis vaſis argenteis, veſte, pecunia, ceteriſq; rebus eius omnibus, illum cum ſandaliis (nam captus erat in balneis) & amictum induſio, ducunt Via ſacra,

vt perducant in Palatium, eumq; ibi interficiant: tum veſtem eius diſcindunt, & faciem percutiunt. Quod vbi plebs vidit, cohorteſq; vrbis, tumultuãtur. Horum pudore adductus Antoninus metuque, eis procedit obuiã, ipſumq; Cilonem chlamyde cõtegit: (nam tum ei veſtis militaris erat) *Nolite*, inquit, *patrem meum iniuria afficere; nolite educatorem percutere.* Dein tribunus cui mandatum erat vt illum occideret, ceterique milites qui vna miſſi fuerant, morte affecti ſunt, propterea quod (vt dicebat) Ciloni feciſſent inſidias; ſed reuera propterea ꝙ illum non ſuſtuliſſent. *Neq; vero mihi nunc eſt neceſſe percenſere numerando omnes clariſſimos viros, quibus ille nullam iuſtam ob cauſam mortem attulit. Quamquam enim Dion, quod eſſent celeberrimi viri atq; notiſſimi illis tẽporibus, omnes perſequitur nominatim: tamen mihi ſatis erit dicere, eos omnes quos ipſi collibitum fuit, quoquo iure, quaq; iniuria morte affectos, vrbemq; Romam priuatam bonis viris, cõminutam & quodam modo mutilatam fuiſſe. Poſt hæc ex his cædibus animum ad ludos applicat; in quibus itidem multas cædes fecit. Nam vt omittam elephantum, rhinocerotem, tigrim, hippotigrim, cæſas in Amphitheatro, quod parui momenti ſint, gladiatorum ſanguine potiſſimũ delectabatur: ex quorum numero vnũ, Batonem nomine, coegit eodem die cum tribus certare continenter; eũq; occiſum a poſtremo affecit magnifica ſepultura. *Ceterum erga Alexãdrum ita erat affectus, vt armis poculiſq; ſimilibus iis quibus ille vſus fuerat, vteretur: eiq; complures ſtatuas in caſtris, atq; adeo in vrbe collocauit; comparauitq; phalangem ex ſolis Macedonibus, in qua erant hominum ſedecim milia; eamq; *phalangem Alexandri* cognominauit. Hi vtebantur eodem armorum genere, quo viuo Alexandro armati fuerant. Hæc erant, galea facta ex crudo bouis corio, thorax ex lino triplex, ſcutũ ex ære, *lancea lõga, haſta breuis, crepidæ, gladius. Quibus reb. minime contentus, *ſeſe *Alexãdrum Orientalem Auguſtum* appellauit; ſcripſitq; aliquãdo ad Senatum, animũ Alexandri in corpus Auguſti introiſſe, vt, quoniã illi fuerat vita breuis, in hoc viueret diutius. Philoſophos qui ſunt Ariſtotelici nominati, tã magno eſt odio ꝓſecut⁹,

ὡς καὶ ἐς τὸ παλάτιον κομιοῦντες, *κλάπας τε ὑποδεδεμένον (ἐν βαλανείῳ γὰρ ὢν ἔτυχε) καὶ χιτωνίσκον ἐνδεδυμένον, ὡς καὶ ἐκεῖ που καταχρησόμενοι· καὶ τήν τε ἐσθῆτα αὐτοῦ περιέρρηξαν, καὶ τὸ πρόσωπον ᾔκισαν, ὥστε καὶ τὸν δῆμον καὶ τοὺς στρατιώτας τοὺς ἀστικοὺς ὑποθορυβῆσαι· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν Ἀντωνῖνον, καὶ αἰδεσθέντα αὐτοὺς καὶ φοβηθέντα, ἀπαντῆσαι σφίσι, καὶ τῇ χλαμύδι (τὴν γὰρ στρατιωτικὴν ἐσθῆτα εἶχε) περιβαλόντα αὐτὸν εἰπεῖν, Μήτε τὸν πατέρα ὑβρίζετε, μήτε τὸν τροφέα παίετε. ὁ δὲ δὴ χιλίαρχος ὁ κελευσθεὶς αὐτὸν φονεῦσαι, καὶ οἱ στρατιῶται οἱ συμπεμφθέντες αὐτῷ, ἀνῃρέθησαν, λόγῳ μὲν ὡς ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ, τὸ δ᾽ ἀληθὲς, ὅτι μὴ κατέσφαξαν αὐτόν. Πάντας δ᾽ οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσωμαι οὐδ᾽ ὀνομήνω, ὅσους τῶν ἐπιφανῶν οὐδεμιᾷ δίκῃ ἀπέκτεινεν. ὁ μὲν γὰρ Δίων, ἅτε γνωριμωτάτων κατ᾽ ἐκείνους τοὺς καιροὺς τῶν πεφονευμένων ὄντων, καὶ ἐξ ὀνόματος αὐτῶν ποιεῖται κατάλογον· ἐμοὶ δ᾽ εἰπεῖν ἐξαρκεῖ ὅτι πάντας *ὁμοίους οὓς ἤθελε κατεχειρίζετο, ὥστ᾽ αἴτιος, ὥστε καὶ οὐχὶ καὶ ὅτι τὴν Ῥώμην ἠκρωτηρίασεν, ἀγαθῶν ἀνδρῶν στερήσας αὐτήν. Ἐκ δὲ τῶν φόνων ἐς τὰς παιδιὰς ἀποκλίνων, οὐδὲν ἧττον καὶ ἐν ταύταις ἐφόνα. ἐλέφαντα μὲν γὰρ καὶ ῥινοκέρωτα, καὶ τίγριν καὶ ἱππότιγριν ἐν οὐδενὶ λόγῳ θείη ἄν τις φονευομένους ἐν τῷ θεάτρῳ· ὁ δὲ καὶ μονομάχων ἀνδρῶν ὅτι πλεῖστον ἔχαιρεν αἵμασι· καὶ ἕνα γε αὐτῶν Βάτωνα τρισὶν ἐφεξῆς ἀνδράσιν ὁπλομαχῆσαι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀναγκάσας, ἔπειτα ἀποθανόντα ὑπὸ τοῦ τελευταίου, περιφανεῖ ταφῇ ἐτίμησε. Περὶ δὲ τὸν Ἀλέξανδρον οὕτω τι ἐπτόητο, ὥστε καὶ ὅπλοις τισὶ καὶ ποτηρίοις, ὡς καὶ ἐκείνου γεγονόσι, χρῆσθαι, καὶ προσέτι καὶ εἰκόνας αὐτοῦ πολλὰς καὶ ἐν τοῖς στρατοπέδοις καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ στῆσαι· φάλαγγά τε τινὰ ἐκ μόνων τῶν Μακεδόνων ἐς μυρίους καὶ ἑξακισχιλίους συντάξαι, καὶ αὐτὴν Ἀλεξάνδρου τε ἐπονομάσαι, καὶ τοῖς ὅπλοις, οἷς ποτε ἐπ᾽ ἐκείνου ἐκέχρηντο, ὁπλίσαι. ταῦτα δ᾽ ἦν, κράνος ὠμοβόειον, θώραξ λινοῦς τρίμιτος, ἀσπὶς χαλκῆ, δόρυ μακρὸν, αἰχμὴ βραχεῖα, κρηπῖδες, ξίφος. καὶ οὐδὲ ταῦτα μέντοι αὐτῷ ἐξήρκεσεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον Ἑῷον Αὔγουστον ἐπεκαλεῖτο· καί ποτε καὶ τῇ βουλῇ ἔγραψεν, ὅτι ἐς τὸ σῶμα αὖθις τὸ τοῦ Αὐγούστου εἰσῆλθεν, ἵνα, ἐπειδὴ ὀλίγον τότε χρόνον ἐβίω, πλείονα αὖθις δι᾽ ἐκείνου ζήσῃ. καὶ δὴ καὶ τοὺς φιλοσόφους τοὺς Ἀριστοτελείους ὠνομασμένους τά τε ἄλλα δεινῶς ἐμίσει,

ὥστε καὶ

ὥστε καὶ τὰ βιβλία αὐτοῦ κατακαῦσαι ἐθελῆσαι, καὶ τὰ συσσίτια, ἃ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ εἶχον, τάς τε λοιπὰς ὠφελείας, ὅσας ἐκαρποῦντο, ἀφείλετο, ἐγκαλέσας σφίσιν ὅτι συναίτιος τῷ Ἀλεξάνδρῳ τοῦ θανάτου Ἀριστοτέλης γεγονέναι ἔδοξε. Ταῦτα μὲν οὕτως ἐποίησε. καὶ νὴ Δία καὶ ἐλέφαντας πολλοὺς συμπεριήγετο, ὅπως καὶ ἐν τούτῳ τὸν Ἀλέξανδρον, μᾶλλον δὲ τὸν Διόνυσον μιμεῖσθαι δόξῃ. οὕτω δὴ οὖν διὰ τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τοὺς Μακεδόνας ἐφίλει, ὥστε ποτὲ χιλίαρχον Μακεδόνα ἐπαινέσας ὅτι κούφως ἐπὶ τὸν ἵππον ἀνεπήδησεν, ἐπύθετο αὐτοῦ τὸ μὲν πρῶτον, Πόθεν εἶ; ἔπειτα μαθὼν ὅτι Μακεδὼν εἴη, ἐπανήρετο, Τίς δὲ ὀνομάζῃ; καὶ μετὰ τοῦτο ἀκούσας ὅτι Ἀντίγονος, προσεπανήρετο, Τίς δέ σου ὁ πατὴρ ἐκαλεῖτο; ὡς δὲ καὶ οὗτος Φίλιππος ὢν εὑρέθη, Πάντ' ἔχω, φησίν, ὅσα ἤθελον. καὶ εὐθύς τε αὐτὸν ταῖς λοιπαῖς στρατείαις *ἐσέμνυνε, καὶ [οὐ] μετ' οὐ πολὺ ἐς τοὺς βουλευτὰς τοὺς ἐστρατηγηκότας κατέταξεν. ἕτερον δέ τινα, τῇ μὲν Μακεδονίᾳ μηδὲν προσήκοντα, πολλὰ *καὶ δεινὰ δεδρακότα, καὶ διὰ τοῦτο παρ' αὐτῷ ἐξ ἐκκλήτου δίκης κρινόμενον, ἐπειδὴ Ἀλέξανδρός τε ἐκαλεῖτο, καὶ ὁ κατηγορῶν αὐτοῦ ῥήτωρ συνεχῶς ἔλεγεν, Ὁ μιαιφόνος Ἀλέξανδρος, ὁ θεοῖς ἐχθρὸς Ἀλέξανδρος, ὠργίσθη τε ὡς καὶ αὐτὸς κακῶς ἀκούων, καὶ ἔφη, Εἰ μὴ ἀρκέσει σοι ὁ Ἀλέξανδρος, ἀπολέλυσαι. Οὗτος οὖν ὁ φιλαλεξανδρότατος Ἀντωνῖνος εἰς μὲν τοὺς στρατιώτας φιλαναλώτης ἦν, τοὺς δὲ λοιποὺς πάντας ἀνθρώπους ἔργον εἶχε περιδύειν, ἀποσυλᾶν, ἐκτρύχειν, οὐχ ἥκιστα τοὺς συγκλητικούς. ἔξω γὰρ τῶν ἄλλων εἰσπράξεων, καίπερ ἀναριθμήτων οὐσῶν, καὶ οἰκίας αὐτῷ παντοδαπάς, ἐπειδὴ τῆς Ῥώμης ἐξώρμησε, καὶ καταλύσεις πολυτελεῖς ἐν μέσαις ταῖς ὁδοῖς καὶ ταῖς βραχυτάταις, οἰκείοις δαπανήμασι κατασκευάζειν ἠναγκαζόμεθα· ἐν αἷς οὐχ ὅσον οὐκ ἐνῴκησέ ποτε, ἀλλ' οὐδὲ ὄψεσθαι αὐτῶν τινὰ ἔμελλε. προσέτι καὶ θέατρα κυνηγετικά, καὶ ἱπποδρόμους πανταχοῦ, ὅπου περ καὶ ἐχείμασεν ἢ καὶ χειμάσειν ἤλπισε, κατεσκευάσαμεν, μηδὲν παρ' αὐτοῦ λαβόντες· καὶ αὐτίκα πάντα κατεσκάφη. οὕτω πως διὰ τοῦτο μόνον ἐγίγνετο, ἵν' ἡμεῖς ἐπιτριβῶμεν. αὐτὸς δὲ τὰ χρήματα ἔς τε τοὺς στρατιώτας (ὡς ἔφαμεν) καὶ ἐς θηρία ἵππους τε ἐδαπάνα. πάμπολλα γάρ τοι καὶ θηρία ἵππους τε καὶ βοτά, τὰ μὲν πλεῖστα παρ' *ἡμῶν καὶ ἀνάγκῃ λαμβάνων, ἤδη δέ τινα καὶ ὠνούμενος, ἀπεκτίννυε· καί ποτε ἑκατὸν ὗς ἅμα αὐτοχειρίᾳ ἔσφαξεν. Ἡρματηλάτει

vt voluerit libros Ariſtotelis comburere, atque Ariſtotelicis ſodalitates, & cetera commoda quæ habebant in Alexādria, ſuſtulerit; criminatus eos, quod Ariſtoteles cauſa mortis Alexandri viſus eſſet. Cumq; hæc faceret, ducebat ſecum complures elephantos, vt in hac re Alexandrum, vel potius Dionyſum, imitari videretur. Igitur tanto amore proſequebatur Alexandrum & Macedones, vt, cum aliquando tribunum militum Macedonem collaudaſſet, quod inſiluiſſet in equum celeriter, interrogaſſetque primo, cuias eſſet: cumque intellexiſſet Macedonem eſſe, rogarit nomen: poſt, vbi audiuit Antigonū eſſe, quæſiuerit ex eo quod nomen fuiſſet patri: vtque ipſum inuenit eſſe Philippo patre natum: *Cuncta*, inquit, *quæ cupiebam, habeo*: eumque ſtatim *clarum reddidit apud reliquas legiones; nec ita multo poſt in Senatorium & prætorium ordinem cooptauit. Alterum quoque, cui nihil rei erat cum Macedonia, quique magna ſcelera commiſerat, ob eaque reus factus erat, poſtquam intellexit Alexandrum vocari, crebroque accuſatorem ita dicere; *Homicida Alexander, diis infeſtus Alexander*: perinde iratus eſt, atque ſi ipſe male audiret: *Niſi*, inquit, *tibi ſatis erit de Alexandro dictum, periiſti.* Hic Alexandri amantiſſimus Antoninus, militibus comis atq; humanus erat: reliquos omnes ſpoliare, depeculari, & opprimere conabatur, atq; in primis Senatores. nam præter ceteras exactiones pecuniæ, quę erant innumerabiles, cogebamur, cum ipſe Roma proficiſceretur, complures domos, & ſumptuoſa diuerſoria in mediis itineribus, atque iis breuiſſimis, ædificare noſtris ſumptibus; in quibus non modo habitauit numquam, ſed magnam eorum partem neq; viſurus erat. Præterea Amphitheatra & Circos in omnibus locis in quibus hiemauit, aut ſe ſperauit hiematurū, gratis exſtruximus; eaque diruebantur illico: adeo id agebat vt nos perderet. Ipſe pecuniam erogabat in milites, (vt ſupra diximus) & beſtias, & equos; dum complures feras, manſuetasque beſtias, equosque interficeret; quorum partem capiebat a nobis, coactis ea dare neceſſario; partem emebat ipſe: centum enim apros aliquando ſua manu confecit. Agitabat currus.

ornatu venetô, & ad omnia ardentiſſimus atq; incitatiſſimus erat. Inerat ei fraus & malitia matris, Syriorumque, ex quibus illa orta fuerat. Præficiebat autem certaminibus vnum ex libertis, ceterisve locupletibus, vt in ea magnos ſumptus facerent: eosque colebat ſub flagello, atq; aureos ab iis quaſi homo abiectiſſimus petebat. Dicebat ſe in agitandis curribus Solē imitari; eaq; in re maxime gloriabatur. Igitur quamdiu principatum tenuit Antoninus, adeo omnis orbis terrarum qui erat ſub eius Imperio, vaſtatus ac direptus eſt, vt ludis Circenſibus populus Romanus ita conclamauerit; *Nos viuos perdimus, vt mortuos ſepeliamus.* Crebro enim dicebat pecuniam ſibi ſoli eſſe oportere, præterea nemini; vt eam largiretur militibus. Cumq; Iulia ipſum argueret, quod nimios ſumptus faceret in milites, diceretque iam ſibi nullos redditus iure aut iniuria partos reliquos eſſe, gladium oſtentans reſpondit; *Bono animo es, mater. nam nobis, quamdiu hunc habebimus, pecunia nō deerit.* Præterea poſſeſſiones & pecuniam largiebatur aſſentatoribus. Dedit enim Iunio Paulino decem milia aureorum, quod ipſum, quamquam minus ex animo, (erat enim mordax) cauillatus eſſet, dixiſſetque eum, quoties iracundiam ſimularet, plane iratum videri. Antoninus nihil cogitabat boni; neq; enim didicerat; id quod ipſe fatebatur: & ob eam cauſam nos, quos nouerat ſtudioſos eſſe bonarū artium, negligebat. Seuerus quidem inſtituerat eum omnibus rebus quæ ad virtutem pertinent, & corpus animumq; eius ita exercuerat, vt, cum iam eſſet Imperator, verſaretur cum doctoribus, ac magnam diei partem philoſopharetur, vngereturq;, & equitaret ad milia paſſuum XCIIII, ſeq; turbida tēpeſtate in natando exerceret. Quibus ex rebus quamquam valuit virib. corporis, tamē ipſum doctrinæ cepit obliuio, non aliter quam ſi nomē eius numq̄ audiuiſſet. Nec tamen erat hebete ingenio, ſed acri & acuto ad intelligendū, promptaq; ad dicēdum & parata celeritate: qua coniuncta pari licentia, dū loqueretur quod in buccam veniſſet, nec puderet ipſum aperire omnia, ſæpenumero voti compos erat. Cumq; tali ingenio præditus fuerit, nunc quemadmodum ſe in bello geſſerit, dicendum eſt. Cum ad ipſum, tamquam ad amicum, Augarus rex Oſroenorū veniſſet, ei fidem fregit; compre-

τε τῇ βενετίῳ στολῇ χρώμενος. ἦν γὰρ ἐς πάντα καὶ θερμότατος καὶ κουφότατος· πρὸς δὲ τούτοις εἶχε καὶ τὸ πανοῦργον τῆς μητρὸς, καὶ τῶν Σύρων, ὅθεν ἐκείνη ἦν. ἀγωνοθέτην δὲ ἢ τῶν ἐξελευθέρων τινὰ ἢ τῶν ἄλλων τῶν πλουσίων ἐκάθιζεν, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ ἀναλίσκηται· *προσεκύνει τε αὐτοὺς κάτωθεν τῇ μάστιγι· καὶ χρυσοῦς ὥσπερ τις τῶν ταπεινοτάτων ᾔτει. καὶ ἔλεγε κατὰ τὸν ἥλιον τῇ ἁρματηλασίᾳ χρῆσθαι, καὶ ἐσεμνύνετο ἐπ᾽ αὐτῇ. Οὕτω δὲ παρὰ πάντα τὸν τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ χρόνον πᾶσα ἡ γῆ ἡ ὑπακούουσα αὐτῷ ἐπορθήθη, ὥστε τοὺς Ῥωμαίους ποτὲ ἐν ἱπποδρομίᾳ ἄλλα τε συμβοῆσαι, καὶ ὅτι Τοὺς ζῶντας ἀπολοῦμεν, ἵνα τοὺς τεθνεῶτας θάψωμεν. καὶ γὰρ ἔλεγε πολλάκις ὅτι Οὐδένα ἀνθρώπων πλὴν ἐμοῦ ἀργύριον ἔχειν δεῖ, ἵνα αὐτὸ τοῖς στρατιώταις χαρίζωμαι. καί ποτε τῆς Ἰουλίας ἐπιτιμησάσης αὐτῷ ὅτι πολλὰ ἐς αὐτοὺς ἀνήλισκε, καὶ εἰπούσης ὅτι Οὐκέθ᾽ ἡμῖν οὔτε δίκαιος οὔτ᾽ ἄδικος πόρος ὑπολείπεται, ἀπεκρίνατο, τὸ ξίφος δείξας, ὅτι, Θάρσει μῆτερ· ἕως γὰρ ἂν τοῦτ᾽ ἔχωμεν, *οὐδὲν ἡμᾶς ἐπιλείψει χρήματα. Καὶ μέντοι καὶ τοῖς κολακεύουσιν αὐτὸν καὶ κτήματα καὶ χρήματα ἀπένεμεν. Ἰουνίῳ γοῦν Παυλίνῳ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐχαρίσατο, ὅτι καὶ ἄκων *διασιλλῶσαί τι αὐτὸν, σκωπτόλης ὤν, προήχθη. ἔφη γὰρ αὐτὸν ὀργιζομένῳ τινὶ ἐοικέναι, ἐπεὶ πρὸς τὸ θυμοειδέστερόν πως ἑαυτὸν ἐσχημάτιζεν. οὐδὲν γὰρ τῶν καλῶν ἐλογίζετο· οὐδὲ γὰρ ἔμαθέ τι αὐτῶν, ὡς καὶ αὐτὸς ὡμολόγει. διόπερ καὶ ἐν ὀλιγωρίᾳ ἡμᾶς *τούς τι παιδείας ἐχόμενον εἰδότας ἐποιεῖτο. ὁ μὲν γὰρ Σεβῆρος καὶ πάνυ πᾶσι τοῖς εἰς ἀρετὴν τείνουσι καὶ κατὰ [τὸ] σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν ἤσκησεν αὐτὸν, ὥστε καὶ αὐτοκράτορα ἤδη ὄντα καὶ διδασκάλοις συνεῖναι, καὶ τὸ πολὺ τῆς ἡμέρας φιλοσοφεῖν· ἐξηραλοίφει τε, καὶ ἵππευε καὶ ἐς πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίους σταδίους· καὶ προσέτι καὶ νήχεσθαι καὶ ἐν κλύδωνι ἤσκητο. ὁ δὲ ἐκ μὲν τούτων τρόπον τινὰ ἐρρώσθη· τῆς δὲ δὴ παιδεύσεως, ὡς οὐδὲ τοὔνομα αὐτῆς ποτε ἀκηκοὼς, ἐπελάθετο. Οὐ μέντοι καὶ [κακορρήμων ἢ] κακογνώμων ἦν, ἀλλὰ καὶ συνίει τὰ πολλὰ ὀξύτατα, καὶ ἔφραζεν ἑτοιμότατα. τῇ γὰρ ἐξουσίᾳ καὶ τῇ προπετείᾳ, τῷ πάνθ᾽ ὁμοίως τὰ ἐπελθόντα οἱ ἀπερισκέπτως ἐκλαλεῖν, καὶ σὺν τῷ μηδὲν αὐτοῦ ἐκφαίνειν αἰσχύνεσθαι, καὶ ἐπιτυχίᾳ τινὶ πολλάκις περιέπιπτε. Τὸ μὲν οὖν σύμπαν, τοιοῦτος ἦν· ἐν δὲ τοῖς πολέμοις ὁποῖος, ἐροῦμεν. ἠπατηκὼς γὰρ τὸν βασιλέα τῶν Ὀσροηνῶν Αὔγαρον, ὡς δὴ παρὰ φίλον αὐτὸν ἥκειν, ἔπειτα-

συλλαβὼν

συλλαβὼν ἔδησε, καὶ τὴν Ὀσροηνὴν οὕτως ἀβασίλευτον οὖσαν λοιπὸν ἐχειρώσατο. τὸν δὲ τῶν Ἀρμενίων βασιλέα διαφερόμενον μετὰ τῶν ἰδίων παίδων, ἐκάλεσε μὲν φιλικοῖς γράμμασιν, ὡς δὴ εἰρηνεύσων αὐτούς· ἔδρασε δὲ καὶ περὶ τούτους ἃ καὶ περὶ τὸν Αὔγαρον. οὐ μὴν καὶ οἱ Ἀρμένιοι προσεχώρησαν αὐτῷ, ἀλλ' εἰς ὅπλα ἐχώρησαν, καὶ οὐκέτ' οὐδεὶς αὐτῶν τὸ παράπαν οὐδὲν ἐπίστευσεν· ὥστε καὶ ἔργῳ αὐτὸν ἐκμαθεῖν ὅσον αὐτοκράτορι ζημίωμά ἐστι, τὸ τι ἀπατηλὸν πρὸς φίλους πρᾶξαι. Οὐκ ὤκνησε δὲ γράψαι πρὸς τὸ συνέδριον καὶ περὶ τῶν ἐν Πάρθοις βασιλευόντων, ἀδελφῶν τε ὄντων καὶ πρὸς ἀλλήλους στασιαζόντων, ὅτι ἡ τῶν ἀδελφῶν διαφορὰ μέγα τι κακὸν τὸ κοινὸν τῶν Πάρθων ἐργάσηται· ὥσπερ που τῶν βαρβαρικῶν πραγμάτων φθαρῆναι διὰ τοῦτο δυναμένων, τῶν δὲ Ῥωμαϊκῶν σεσωσμένων, ἀλλ' οὐκ ὀρθὴν τρόπον τινὰ ἀνατετραμμένων, οὐ κατ' ἐκεῖνο μόνον ὅτι ἐπὶ μεγάλῳ τῶν ἀνθρώπων κακῷ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα τῆς τοῦ ἀδελφοῦ σφαγῆς ὑποφόνια τοῖς στρατιώταις ἐδεδώκει, ἀλλ' ὅτι καὶ πάμπολλοι ἐσυκοφαντήθησαν, οὐχ ὅπως οἱ ἐπιστείλαντές τι ἢ δορυφορήσαντες αὐτῷ ἢ καίσαρι ἔτι ὄντι, ἢ καὶ αὐτοκράτορι γενομένῳ, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ οἷς μηδεπώποτε πρᾶγμα πρὸς αὐτὸν ἐγεγόνει. καὶ εἴ γέ τις ἔγραψε τὸ ὄνομα τὸ τοῦ Γέτα μόνον, ἢ εἶπε μόνον, εὐθὺς ἀπώλετο. ὅθεν οὐδ' ἐν ταῖς κωμῳδίαις οἱ ποιηταὶ ἔτι αὐτῷ ἐχρῶντο· καὶ γὰρ καὶ οὐσίαι πάντων, ὧν ἐν ταῖς διαθήκαις αὐτοῦ τὸ ὄνομα γεγραμμένον εὑρέθη, ἐδημοσιώθησαν. Ἐν μέντοι ταῖς ἀναγκαίαις καὶ κατεπειγούσαις στρατείαις λιτὸς ἦν καὶ ἀπέριττος, τὰ μὲν διακονικὰ ὑπηρετήματα καὶ πάνυ ἀκριβῶς ἐξ ἴσου τοῖς ἄλλοις διαπονούμενος. καὶ γὰρ συνεβάδιζε τοῖς στρατιώταις, καὶ συνέτρεχε, μὴ λουτρῷ χρώμενος, μὴ τὴν ἐσθῆτα ἀλλάσσων, ἀλλὰ καὶ πᾶν ἔργον συνεργαζόμενος, καὶ πᾶσαν τροφὴν τὴν αὐτὴν ἐκείνοις αἱρούμενος· (καὶ πολλάκις [καὶ] πρὸς τοὺς προέχοντας τῶν πολεμίων πέμπων, παρεκαλεῖτο αὐτοὺς εἰς μονομαχίαν) τὰ δὲ [δὴ] στρατηγικά, ὧνπερ που καὶ μάλιστα διαπεφυκέναι αὐτὸν ἐχρῆν, ἥκιστα καλῶς μεταχειριζόμενος· ὡς αὖ τῆς νίκης ἐν ἐκείνοις τοῖς ὑπηρετήμασιν, ἀλλ' οὐκ ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστήμῃ οὔσης. Ἐπολέμησε καὶ πρός τινας Κέννους, Κελτικὸν ἔθνος· οἷς λέγεται μετὰ τοσούτου θυμοῦ προσπεσεῖν τοῖς Ῥωμαίοις, ὥστε καὶ τὰ βέλη, οἷς ὑπὸ τῶν Ὀσροηνῶν ἐτιτρώσκοντο, τοῖς στόμασιν ἐκ τῶν σαρκῶν ἀποσπᾶν, ἵνα μὴ τὰς χεῖρας ἀπὸ τῆς σφαγῆς αὐτῶν ἀποδιατρίβωσιν. οὐ μέντοι ἀλλὰ

henſumq; coniecit in vincula, & Oſroenen rege deſtitutam cepit: itemq; regem Armeniorum, qui cum filiis diſſentiebat, ad ſe vocauit amice per litteras, vt eos in concordiam reduceret: iisq; eodem modo, quo Augaro, vſus eſt: quamquam Armenii arma capere, quam ad ipſum deficere maluerunt. Quod cum eſſet factum, ei nemo fidebat amplius: vt re ipſa cognoſceret, *quam graue damnũ eſſet Imperatori fraudem amicis facere.* Neq; vero piguit eum ſcribere ad Senatum de regibus Parthorum, quod, *cum fratres eſſent, & diſſiderent inter ſe, Reſpublica Parthorum ex eorum diſſenſione magnum detrimentum caperet*: quaſi vero ob eam cauſam poſſet res barbarorum interire, & Reſpublica Romana ſalua eſſet, ac non penitus euerſa; non ſolum quod cum magno malo ciuium, maxima præmia pro cæde fratris dederat militibus, ſed etiam quod plerique rei fiebant per calumniam, non modo ii qui ad Getam aliquid ſcripſerant, aut ei Cæſari deſignato, factove Imperatori fuerant in prætorianis cohortibus; ſed etiam reliqui omnes, quibus nihil vmquã rei cum illo fuerat. Nam ſiquis vel ſolum nomen Getæ ſcripſiſſet aut pronuntiaſſet, ſtatim morte mulctabatur; adeo vt ne poetæ quidem in Comœdiis eo nomine deinceps vterentur: fuereq; proſcripta bona eorum omnium in quorum teſtamẽtis id nomen inuentum eſt ſcriptum. In neceſſitatibus vero & vrgentibus bellis minime magnus & excellẽs erat: quamquam ita diligenter obibat munera ſeruilia pariter cum ceteris militibus, vt cum iis pedibus iter faceret, vna curreret, non vteretur balneo, non veſtem mutaret; ſed eundem cibum cum illis caperet, atque ex hoſtibus eos qui præſtarent viribus corporis, ad ſingulare certamen inuitaret: *cum interim boni Imperatoris officium, in quo ipſum eſſe potiſſimum oportebat, minime fungeretur: quaſi victoria in illis laboribus poſita eſſet, non in hac diſciplina rei militaris.* Bellum geſſit cum Cennis gente Celtica: quos ferunt tanta ira incitatos in Romanos irruiſſe, vt tela, quibus illi ab Oſroenis vulnerati erant, dentibus euellerent ex corporibus, vt ne manus in illis cædendis defatigarent: permiſeruntque ei,

redempto*libertatis nomine magna pecunia, vt ſaluus ſe in Germaniam reciperet. Horũ vxores captæ a Romanis, interrogatæ ab Antonino, vtrum vendi an occidi mallent, mori ſe malle reſponderunt: cumq; eſſent poſtea venditæ, omnes mortem ſibi conſciuerunt: nonnullæ vna filios interfecerunt. Antonino cum cetera omnia, tum nummus adulterinus erat: nam pro argento aurove quod nobis daret, plumbum argentatum, & æs inauratum parabat. Fuit ægra valetudine, quod morbis partim euidentibus, partim occultis correptus eſſet: ſed mente inprimis inſana. nam acerbis quibuſdam viſis ſæpenumero agitari a patre fratreq; gladios geſtantibus videbatur. Quibus rebus vt medicinam faceret, multorũ animas ex inferis euocauit, præſertim patris & Commodi. ex quibus nemo ei reſpõdit, præter Cõmodum, qui ita ait: *στεῖχε δίκης ἆσσον, Perge ocius ad ſupplicium.* Deinde alterum; ac ad extremum: *- κρυφίοισι τόποισιν ἔχων δυσαλθέα νοῦσον, Hunc occulta grauis vexat circum loca morbus.* Veſtales occidit quatuor; e quibus vnam, quantũ in ipſo fuit, vitiauit. nam cum ad extremum vis in rebus Venereis defecerat. qua ex re dicebatur flagitia obſcena alterius generis facere. Huic virgini Clodia Læta nomẽ fuit, eaq; viua ſepulta eſt: cum tamen exclamaret, ſcire ipſum Antoninum, ſe virginẽ eſſe. Antoninus raro ius reddebat, aut numquam: ſed præter ſtudia ceterarum rerũ, curioſus erat. nam ad eum minima quęq; ex omnibus locis perferebantur: vetabatq; ob eã cauſam, ne milites auſcultatores & inſpectores, ab alio quam ab ipſo punirentur. Qua ex re omnia peruerſa erant, quod ii etiã in nos tyrannidem exercerent. Id vero turpiſſimum fuit atq; indigniſſimum Senatu populoq; Romano, quod eunuchus, natione Hiſpanus, nomine Sempronius Rufus, moribus veneficus & præſtigiator, quiq; huius rei cauſa fuerat a Seuero in inſulã deportatus, imperiũ in nos habuit: quãuis eſſet huius rei pœnas daturus, vt ceteri, qui indicũ officia fungerẽtur. Antoninus mãdabat nobis, velle ſe ſtatim poſt ortum ſolis ius reddere, tractareve ea quæ pertinerent ad publicam vtilitatẽ: cum tamen nos ad meridiem vſq; protraheret, ſæpe etiam ad veſperum, ne in veſtibulum quidem

καὶ αὐτοὶ τὸ τῆς [ἥττης] ὄνομα πολλῶν χρημάτων ἀποδόμενοι, συνεχώρησαν αὐτῷ ἐς τὴν Γερμανίαν ἀποσωθῆναι. τούτων γυναῖκες ἁλοῦσαι ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ἐρωτήσαντος αὐτὰς τοῦ Ἀντωνίνου πότερον πραθῆναι ἢ φονευθῆναι βούλονται, τοῦτο εἵλοντο· ἔπειτ᾽ ἀπεμποληθεῖσαι, πᾶσαι μὲν ἑαυτάς, εἰσὶ δ᾽ αἳ καὶ τὰ τέκνα ἀπέκτειναν. Τῷ οὖν Ἀντωνίνῳ τά τε ἄλλα καὶ τὸ νόμισμα κίβδηλον ἦν· *τό τε ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον ὃ παρεῖχεν ἡμῖν, τὸ μὲν ἐκ μολίβδου καταργυρούμενον, τὸ δὲ καὶ ἐκ χαλκοῦ καταχρυσούμενον ἐσκευάζετο. Ἐνόσει δὲ καὶ τὸ σῶμα, τὰ μὲν ἐμφανέσι, τὰ δὲ καὶ ἀρρήτοις ἀρρωστήμασιν. ἐνόσει δὲ καὶ τῇ ψυχῇ πικροῖς τισι φαντάσμασι, καὶ πολλάκις [γε] καὶ ἐλαύνεσθαι ὑπό τε τοῦ πατρὸς ὑπό τε τοῦ ἀδελφοῦ ξιφήρων ἐδόκει· καὶ διὰ ταῦτα ἐψυχαγώγησε μὲν, ὅπως τινὰ ἄκεσιν αὐτῶν λάβῃ, ἄλλας τε τινὰς καὶ τὴν τοῦ πατρὸς τοῦ τε Κομμόδου ψυχήν. εἶπε δ᾽ οὖν οὐδεὶς αὐτῷ οὐδὲν, πλὴν τοῦ Κομμόδου. ἔφη γὰρ ταῦτα, Στεῖχε δίκης ἆσσον. εἶθ᾽ ἕτερον, *καὶ ἐπὶ τέλει τῆς, - κρυφίοισι τόποισιν ἔχων δυσαλθέα νοῦσον. Τέσσαρας δὲ τῶν ἀειπαρθένων ἀπέκτεινεν· ὧν μίαν βίᾳ, ὅσα γε καὶ ἠδύνατο, ᾔσχυνε. ὕστερον γὰρ ἐξενευρίσθη αὐτῷ πᾶσα ἡ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἰσχύς· ἀφ᾽ οὗπερ καὶ ἕτερόν τινα τρόπον αἰσχρουργεῖν ἐλέγετο. ἡ δὲ [δὴ] κόρη αὕτη περὶ ἧς λέγω, Κλωδία Λαῖτα ὠνομάζετο· ἥτις καὶ μέγα βοῶσα, Οἶδεν αὐτὸς Ἀντωνῖνος ὅτι παρθένος εἰμί, ζῶσα κατωρύγη. Ἐδίκαζε μὲν οὖν ἤ τι, ἢ οὐδέν. τὸ δὲ δὴ πλεῖστον τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῇ φιλοπραγμοσύνῃ ἐσχόλαζε. πάντα γὰρ δή οἱ πανταχόθεν καὶ τὰ βραχύτατα ἀπηγγέλλετο· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοὺς στρατιώτας τοὺς ὠτακουστοῦντάς τε καὶ διοπτεύοντας αὐτὰ, προσέταξεν ὑπὸ μηδενὸς πλὴν ὑφ᾽ ἑαυτοῦ κολάζεσθαι. καὶ ἐγένετο κατὰ τοῦτο οὐδὲν χρηστὸν, ἀλλ᾽ ἐτυράννησαν ἡμῶν καὶ ἐκεῖνοι. καὶ ὅ γε μάλιστα καὶ ἀσχημονέστατον καὶ ἀναξιώτατον καὶ τῆς γερουσίας καὶ τοῦ δήμου Ῥωμαίων ἐγένετο, καὶ εὐνοῦχος ἡμῶν τὸ γένος Ἴβηρ, τὸ δὲ ὄνομα Σεμπρώνιος Ῥοῦφος, τὸν δὲ δὴ τρόπον φαρμακεὺς καὶ γόης, (ἐφ᾽ ᾧ δὴ καὶ ὑπὸ Σεβήρου ἐς νῆσον κατεκέκλειστο) κατεκράτησε· καὶ ὁ μὲν ἔμελλέν που δίκην ἐπὶ τούτῳ δώσειν, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐνδείξαντές τινας· ἐκεῖνος δὲ ἐπήγγελλε μὲν, ὡς καὶ μετὰ τὴν ἕω αὐτίκα δικάσων, ἢ καὶ ἄλλο τι δημόσιον πράξων· παρέτεινε δὲ ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ τὴν μεσημβρίαν, καὶ πολλάκις καὶ μέχρι τῆς ἑσπέρας, μηδὲ εἰς τὰ πρόθυρα

ἐσδεχόμενος, ἀλλὰ ἔξω που ἑστῶτας. ὀψὲ γάρ ποτε ἔδοξεν αὐτῷ μηκέτι μηδ' ἀσπάζεσθαι ἡμᾶς ὡς πλήθει. Ἐν δὲ τούτῳ τά τε ἄλλα ἐφιλοπραγμόνει, ὥσπερ εἶπον, καὶ ἅρματα ἤλαυνε, θηρία τε ἔσφαζε, καὶ ἐμονομάχει, καὶ ἔπινε, καὶ ἐκραιπάλα, καὶ τοῖς στρατιώταις τοῖς τὴν ἔνδον αὐτοῦ φρουρὰν ἔχουσι, καὶ κρατῆρας πρὸς τῇ ἄλλῃ τροφῇ ἐκεράννυε, καὶ κύλικας παρόντων καὶ ἡμῶν καὶ ὁρώντων, διέπεμπε· καὶ μετὰ τοῦτο ἔστιν ὅτε καὶ ἐδίκαζε. Ταῦτά τε ἐν τῇ Νικομηδείᾳ χειμάσας ἔπραξε, καὶ τὴν φάλαγγα τὴν Μακεδονικὴν ἐξήσκησε· μηχανήματά τε δύο μέγιστα πρός τε τὸν Ἀρμενικὸν καὶ πρὸς τὸν Παρθικὸν πόλεμον κατεσκεύασεν, ἵνα διαλύσας αὐτὰ, ἐπὶ πλοίων ἐς τὴν Συρίαν ἀποκομίσῃ. Τὰ δὲ ἄλλα ἐμιαιφόνει καὶ παρηνόμει, καὶ τὰ χρήματα κατηνάλισκεν. οὐδὲ ἐπείθετο οὔτε περὶ τούτων οὔτε περὶ τῶν ἄλλων τῇ μητρὶ πολλὰ καὶ χρηστὰ παραινούσῃ· καίτοι καὶ τὴν τῶν βιβλίων τῶν τε ἐπιστολῶν ἑκατέρων, πλὴν τῶν πάνυ ἀναγκαίων, διοίκησιν αὐτῇ ἐπιτρέψας, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς ἐν ταῖς πρὸς τὴν βουλὴν ἐπιστολαῖς ὁμοίως τῷ τε ἰδίῳ καὶ τῷ τῶν στρατιωτῶν, ὅτι σώζεται, μετ' ἐπαίνων πολλῶν ἐνέγραφον. τί γὰρ δεῖ λέγειν, ὅτι καὶ ἠσπάζετο [δημοσίᾳ] πάντας τοὺς πρώτους, καθάπερ καὶ ἐκεῖνος. Ἀλλ' ἡ μὲν καὶ μετὰ τούτων ἔτι μᾶλλον ἐφιλοσόφει· ὁ δὲ ἔλεγε μὲν μηδενὸς τῶν ἀναγκαίων προσδεῖσθαι, καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐσεμνύνετο, ὡς ὅτι εὐτελεστάτῃ τῇ διαίτῃ χρῆσθαι δυνάμενος. ἦν δὲ οὐδὲν οὐκ ἐπίγειον, οὐ θαλάττιον, οὐκ ἀέριον, ὃ μὴ οὐκ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ αὐτῷ παρείχομεν. Τοῖς δὲ μάγοις καὶ γόησιν οὕτως ἔχαιρεν, ὥστε καὶ Ἀπολλώνιον τὸν Καππαδόκην τὸν ἐπὶ τοῦ Δομιτιανοῦ ἀνθήσαντα, ἐπαινεῖν καὶ τιμᾶν, (ὅστις καὶ γόης καὶ μάγος ἀκριβὴς ἐγένετο) καὶ ἡρῷον αὐτῷ κατασκευάσαι. Ἐκστρατεύσαντι δὲ αὐτῷ κατὰ τῶν Πάρθων πρόφασις τοῦ πολέμου ἦν, ὅτι Βολόγαισος τόν τε Τηριδάτην, καὶ Ἀντίοχόν τινα μετ' αὐτοῦ, ἐξαιτήσαντι αὐτῷ οὐκ ἐξεδεδώκει. ὁ δὲ Ἀντίοχος Κίλιξ μὲν ἦν, καὶ φιλοσοφεῖν κυνηδὸν τὰ πρῶτα ἐπλάττετο· καὶ πλεῖστά γε ἐκ τούτου τοὺς στρατιώτας ἐν τῷ πολέμῳ ὠφέλησεν· ἀπαλγοῦντας γὰρ αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ πολλοῦ ῥίγους ἐπερρώννυεν, ἔς τε τὴν χιόνα ῥίπτων ἑαυτὸν, καὶ ἐν αὐτῇ καλινδούμενος· ὅθεν καὶ χρημάτων καὶ τιμῶν καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ Σεβήρου καὶ παρὰ τοῦ Ἀντωνίνου ἔτυχεν. ἐπαρθεὶς δὲ ἐπὶ τούτοις, τῷ Τηριδάτῃ συνεξητάσθη, καὶ μετ' αὐτοῦ πρὸς τὸν Πάρθον ηὐτομόλησε. Πρὶν δὲ ἀπᾶραι ἀπὸ Νικομηδείας,

admiſſos, ſed foris alicubi ſtãtes: tandem viſum eſt ei, nos plerumque ne ſalutare quidem amplius. Ipſe interea curioſe aliquid agere, (vt ſupra dictũ eſt) currus agitare, beſtias cędere, obire munus gladiatoriũ, potare, ebrius eſſe: ad hæc, præſentibus nobis ac videntibus, cum alia ciborum genera, tum vinum in pateras & calices infuſum, ad milites qui intus erant ad cuſtodiam ipſius, tranſmittere. Ita nonnumquã his confectis rebus ius reddebat. Hæc fecit cum hibernaret in Nicomedia, exercuitq; phalãgem Macedonicam, comparauitque duas ingẽtes machinas ad Armenicum & Parthicum bellum, vt eas diſſolutas, in naues imponeret, atq; in Syriã veheret. Multas cædes, aliaq; multa faciebat cõtra ius faſq; : deniq; grandem pecuniam inſumebat. Qua in re, ceteriſq; omnibus, minime obtemperabat matri, iuſta & vtilia monenti; licet ei curam libellorum atq; epiſtolarum vtriuſq; generis, præter admodum neceſſarias, commiſiſſet, eiuſq; nomen pariter cum ſuo & exercitus nomine poneret cum maximis laudibus in epiſtolis; quas mittebat ad Senatum, dũ omnes valere ſcriberet. nec opus eſt referre, ab hac omnes primarios viros ſalutari non ſecus quam ab illo conſueuiſſe. Sed ea nihilo minus philoſophabatur. hic vero negabat quidem ſe egere vllis rebus neceſſariis; gloriabaturq; maxime, quod tenuiſſimo victu eſſe contentus poſſet: cũ tamen nihil eſſet in terra marique ac cælo, quod non ei priuatim publiceq; præſtaremus. Magis & præſtigiatoribus ita delectabatur, vt Apollonium Cappadocẽ, qui floruerat Domitiani temporibus, laude & honore affecerit: (hic præſtigiator fuerat ſollers & magus) eiq; monumentũ faciendum curauit. Poſt hæc bellũ intulit Parthis. cuius belli cauſa fuit, quod Vologæſus Teridatem & Antiochum quendam, quos ille poſcebat ad ſuppliciũ, nõ dederet. Erat Antiochus Cilix natione; qui primo philoſophiam Cynicorum ſimulauerat, eaque ex re magnã opem in bello tulerat militibus; quos, cum maximo frigore obriguiſſent, propterea confirmauit, quod ſe ipſe in niuem abiecerit, in eaque volutatus ſit. Sed cum ei Seuerus atque ipſe Antoninus pecuniam dediſſent, affeciſſentque honore; his rebus elatus, cum Teridate ſe coniunxit, cum eoque ad Parthum defecit. Antoninus, antequam excederet ex Nicomedia,

ludos gladiatorios fecit ſuo natali die. nam ne illo quidem die abſtinuit a cædibus: ferturque in his, cum vnus ex gladiatoribus victus ſupplicaret ei vt ſe conſeruaret, ita reſpondiſſe; *Abi, inquit, ad aduerſarium, & ab eo ſalutem pete: mihi enim non licet tibi ignoſcere.* Sic homo miſer, cui fortaſſe aduerſarius vitam dediſſet, niſi eo modo reſponſum eſſet ab Antonino, interiit. Non enim eſt auſus aduerſarius eum dimittere, ne humanior eſſe Imperatore videretur. Cumque talia faceret, frueretur que deliciis Antiochiæ, adeo vt mẽtum nudaſſet pilis; tamen querebatur ſe maximos labores perferre, & in grauiſſimis periculis verſari: increpabatq; Senatum, quem dicebat otioſum eſſe, *nihilque intelligere ſubito, nec viritim ſententias dicere. Quinetiam ad extremum ſcripſit in hanc ſententiam: *Ego, inquit, certo ſcio, vos rebus a me geſtis minime contentos fore: propterea in armis ſum, habeoq; apud me milites; vt poſſim rumores qui de me perferuntur, contemnere.* Poſtquam a Partho metu perterrito Teridatem & Antiochũ recepit, ſtatim a bello deſtitit. Porro Theocritũ miſit cũ exercitu in Armenios: a quibus victus magnam cladem accepit. Erat Theocritus natus ex ſeruo, & in orcheſtra verſatus; ſed tãtæ apud Antoninum auctoritatis, vt plane ambobus præfectis ſuperior eſſet. Æqualem potentiam adeptus erat Epagathus, homo itidem Cæſarianus, & pari ſcelere præditus. Theocritus autẽ ſurſum deorſum ferebatur *commeatus & ſupellectilis comparandæ, & mercaturæ faciendæ cauſa: quamobrem etiam complures interfecit. Fuit in eorum numero Flauius Titianus; qui, cũ eſſet procurator Alexandriæ, *deliquiſſetq; in Theocritũ, ac Theocritus ob eam cauſam proſiluiſſet e ſede, diſtrinxiſſetque gladium, *Id, inquit, vt ſaltator feciſti.* Hanc ob cauſam iratus Theocritus, eum interfici iuſſit. Antoninus, licet ſe maximo amore proſequi Alexandrum oſtenderet, tamen ciues eius pene omnes funditus ſuſtulit. cum enim ab iis ſe argui & illudi intelligeret multis de cauſis, ſed præſertim propter cædem fratris, diſſimulata ira profectus eſt Alexandriam, fingens ſe magno eorum deſiderio teneri. Poſt, vbi in ſuburbium venit. primos eius ciuitatis, qui ipſi cum *ſacris atque abditis rebus proceſſerunt obuiam, excepit perhumaniter, eosq; admiſſos in conuiuium interfecit.

ἀγῶνα μονομαχίας ἐν αὐτῇ ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ γενεθλίοις ἐποίησεν. οὐδὲ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τῶν φόνων ἀπείχετο. ἔνθα λέγεται, ἡττηθέντος τινὸς, καὶ ἱκετεύοντος αὐτὸν ὅπως σωθῇ, τὸν Ἀντωνῖνον εἰπεῖν, Ἄπελθε, καὶ τοῦ ἀντιπάλου δεήθητι· ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔξεστί σου φείσασθαι. καὶ οὕτως ὁ ἄθλιος, τάχ᾽ ἂν ὑπὸ τοῦ ἀνταγωνισαμένου σωθεὶς, εἰ μὴ τοῦτο εἴρητο, διεφθάρη. οὐ γὰρ ἐτόλμησεν αὐτὸν ἀφεῖναι, ἵνα μὴ καὶ φιλανθρωπότερος τοῦ αὐτοκράτορος εἶναι δόξῃ. Καὶ μέντοι τοιαῦτα ποιῶν, καὶ ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ τρυφῶν, ὥστε καὶ τὸ γένειον πάνυ ψιλίζεσθαι, αὐτός τε ὠδύρετο ὡς *μεγάλοις δή τισι καὶ πόνοις καὶ κινδύνοις ὤν· καὶ τῇ γερουσίᾳ ἐπετίμα τά τε ἄλλα, ῥᾳστωνεύειν σφᾶς λέγων, μήτε συνιέναι προθύμως, μήτε κατ᾽ ἄνδρα τὴν γνώμην διδόναι· καὶ τέλος ἔγραψεν ὅτι, Οἶδα μὲν ὅτι οὐκ ἀρέσκει τὰ ἐμὰ ὑμῖν. διὰ τοῦτο μέντοι καὶ ὅπλα καὶ στρατιώτας ἔχω, ἵνα μηδὲν τῶν λογοποιουμένων ἐπιστρέφωμαι. Τοῦ δὲ Πάρθου φοβηθέντος, καὶ τὸν Τιριδάτην καὶ τὸν Ἀντίοχον ἐκδόντος, ἀφῆκε τὴν στρατείαν ἐν τῷ παραυτίκα.

Vt autem prætermittã barbaras cantilenas, quas Sardanapalus canebat Heliogabalo vna cum matre & auia; & nefaria ſacrificia, quæ ei faciebat mactatis pueris, adhibitisq; magicis artibus: & leonem, ſimiam ac ſerpentem, quos viuos in templũ eius concluſit; & teſtes hominis, quos eodem coniecit; aliaque quæ faciebat contra ius fasque, cũ interim *ſexcentis monilibus vteretur: vxorem (quod perridiculum eſt) ei in matrimonium dedit; tamquam deo nuptiis atq; liberis opus eſſet. cumq; vxorẽ nec inopem eſſe, nec ignobilem oporteret, Vraniam Carthaginenſium delegit; eamq; inde exportatã collocauit in Palatio; donaq; nuptialia, vt ſuis vxoribus, exegit ex omnibus gentibus quæ erant ſub Imperio Romano: quę cum fuiſſent eo viuo data, poſtea exacta ſunt. Dotem vero ſe negauit accepturum, pręter duos leones aureos, qui cõflati fuerũt. Hic Sardanapal⁹, qui deos iure matrimonii coniunxit, libidinoſe viuebat & intemperanter. Coibat enim cum plurimis mulieribus, non quod iis egeret ipſe, ſed vt tali concubitu amatores ſuos, eorũq; facta imitaretur. Multa nefaria, quæ nemo referat libenter, aut audiat, ſuo corpore paſſus eſt, fecitque. Quæ vero ſunt in promptu, quęque celari non poſſunt, hęc ſunt. Noctu introibat in popinas; vſusq; comis appoſitis, cauponarum fungebatur officio: frequentabat lupanaria celeberrima, in iisque eiectis meretricibus ſcortabatur: ad extremum habuit *cubiculum in Palatio, in quo libidinem expleret; ſtabatque nudus ſemper ante fores eius, vt ſcorta ſolent; concutiebatque ſindonium connexum annulis aureis, ac molli & fracta voce prætereuntes alliciebat: erantq; de induſtria nonnulli, quib. imperatum erat vt id facerent: ita vt in hac re, quemadmodum in ceteris, haberet multos exploratores, p̃ quos inueſtigabat curioſe eos qui ſibi ſatisfacere maxime in his ſpurciſſimis rebus poſſent: ex quibus exigebat pecuniam, ac de eo quęſtu gloriabatur; iactabatque ſe apud ſocios eiuſdem turpitudinis, quod ſe habere plures amatores diceret, & vberiorem quæſtum facere. Cumq; ſe eodem modo gereret erga omnes qui ipſo abutebãtur, virum habuit immenſæ magnitudinis, quem voluit ob eam rem Cæſarem deſignare.

Ἵνα δὲ παρῶ τάς τε βαρβαρικὰς ᾠδάς, ἃς ὁ Σαρδανάπαλος τῷ Ἐλιογαβάλῳ ἦδε τῇ μητρὶ ἅμα καὶ τῇ τήθῃ, τάς τε ἀπορρήτους θυσίας ἃς αὐτῷ ἔθυε, παῖδας σφαγιαζόμενος, καὶ μαγγανεύμασι χρώμενος, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ λέοντα καὶ πίθηκον καὶ ὄφιν τινὰ ζῶντα ἐγκατακλείσας, αἰδοῖά τε ἀνθρώπου ἐμβαλών, καὶ ἄλλ᾽ ἄττα ἀνοσιουργῶν, περιάπτοις τέ τισι μυρίοις ἀεί ποτε χρώμενος· ἵνα ταῦτα παραδράμω, καὶ γυναῖκα (τὸ γελοιότατον) Ἐλιογαβάλῳ ἐμνήστευσε, καθάπερ καὶ γάμου παίδων τε δεομένῳ· καὶ (ἔδει γὰρ μήτε πενιχρὰν μήτε δυσγενῆ τινὰ εἶναι) αὐτὴν τὴν Οὐρανίαν τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπελέξατο, καὶ ἐκεῖθέν τε αὐτὴν μετεπέμψατο, καὶ ἐς τὸ παλάτιον καθίδρυσεν, ἕδνα τε αὐτῇ παρὰ πάντων τῶν ὑπηκόων, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἑαυτοῦ γυναικῶν, ἤθροισε. τὰ μὲν δὴ οὖν ἕδνα ὅσα ἐδόθησαν ζῶντος αὐτοῦ, μετὰ ταῦτα εἰσεπράχθη· τὴν δὲ δὴ προῖκα οὐκ ἔφη κομίσασθαι, πλὴν δύο λεόντων χρυσῶν, οἳ καὶ συνεχωνεύθησαν. Ἀλλ᾽ οὗτος ὁ Σαρδανάπαλος, ὁ καὶ τοὺς θεοὺς γάμου νόμῳ συνοικίζειν ἀξιῶν, ἀσελγέστατα αὐτὸς διεβίω. γυναιξὶ μὲν γὰρ καὶ πλείσταις συνείργνυτο, οὐ μέντοι ὡς καὶ αὐτός τι αὐτῶν δεόμενος, ἀλλ᾽ ἵνα τῇ συγκοιμήσει τῇ μετὰ τῶν ἐραστῶν, τὰ ἔργα αὐτῶν μιμῆται. πολλὰ δὲ καὶ ἄτοπα, ἃ μήτε λέγων μήτε ἀκούων τις καρτερήσειεν, ἔδρασε τῷ σώματι καὶ ἔπαθε· τὰ δὲ δὴ περιφανέστατα, καὶ ἃ μηδ᾽ ἂν ἀποκρύψαιτό τις, τάδε ἐστίν. ἐς καπηλεῖα ἐσῄει νύκτωρ, περιθεταῖς κόμαις χρώμενος, καὶ τὰ τῶν καπηλίδων εἰργάζετο. ἐς τὰ πορνεῖα τὰ περιβόητα ἐσεφοίτα, καὶ τὰς ἑταίρας ἐξελαύνων, ἐπόρνευε· καὶ τέλος, ἐν τῷ παλατίῳ οἴκημά τι ἀποδείξας, ἐνταῦθα ἠσέλγαινε, γυμνός τε ἀεὶ ἐπὶ τῆς θύρας αὐτοῦ ἑστώς, ὥσπερ αἱ πόρναι, καὶ τὸ σινδόνιον χρυσοῖς κρίκοις ἐξηρτημένον διασείων, τούς τε παριόντας ἁβρᾷ τε καὶ κεκλασμένῃ τῇ φωνῇ προσεταιριζόμενος. ἦσαν γὰρ οἷς ἐξεπίτηδες τοῦτο ποιεῖν προσετέτακτο. ὥσπερ γὰρ καὶ ἐς τὰ ἄλλα, καὶ ἐς ἐκεῖνο διερευνητὰς συχνοὺς εἶχε, δι᾽ ὧν ἐπολυπραγμόνει τοὺς μάλιστα αὐτῷ ἀρέσαι τῇ ἀκαθαρσίᾳ δυναμένους· χρήματά τε παρ᾽ αὐτῶν συνέλεγε, καὶ ἐγαυροῦτο ταῖς ἐμπολαῖς· πρός τε τοὺς συνασχημονοῦντας *οἱ διεφέρετο, πλείους τε ἐραστὰς αὐτῶν ἔχειν καὶ πλεῖον ἀργυρίζεσθαι λέγων. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς πάντας ὁμοίως τοὺς χρωμένους αὐτῷ ἔδρα· ἤδη δὲ καὶ ἐξαίσιόν τινα ἄνδρα ἔσχεν, ὃν καὶ Καίσαρα διὰ τοῦτ᾽ ἀποδεῖξαι ἠθέλησεν.

ἤλαυνε μὲν γὰρ ἅρμα τῇ πρασίῳ στολῇ χρώμενος· ἰδίᾳ τε καὶ οἴκοι ἔνι φαίαι οὔτ᾽ εἶ)· ἔνθα ἠγωνοθέτουν οἵ τε ἄλλοι οἱ περὶ αὐτὸν πρῶτοι, καὶ οἱ ἔπαρχοι αὐτοί, ἥ τε τήθη καὶ ἡ μήτηρ, καὶ αἱ γυναῖκες, καὶ προσέτι καὶ τῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἄλλοι τε, καὶ ὁ Λέων ὁ πολίαρχος· καὶ ἐθεῶντο αὐτὸν καὶ ἁρματηλατοῦντα, καὶ χρυσοῦς, ὥσπερ τινὰ τῶν τυχόντων, αἰτοῦντα, τούς τε ἀγωνοθέτας καὶ τοὺς στρατιώτας προσκυνοῦντα· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὠρχεῖτο, οὔτε γε ἐν ὀρχήστρᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκβαδίζων ἔστι που τινὰ καὶ θύων, ἀσπαζόμενός τε καὶ δημηγορῶν. Καὶ τέλος, (ἵν᾽ ἤδη ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον ἐπανέλθω) καὶ ἐγήματο, γυνή τε καὶ δέσποινα, βασιλίς τε ὠνομάζετο· καὶ ἐριούργει, κεκρύφαλόν τε ἔστιν ὅτε ἐφόρει, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐνηλείφετο. ἅπαξ μὲν γὰρ ἀπεκείρατο τὸ γένειον, καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ ἑορτὴν ἤγαγε. μετὰ δὲ τοῦτ᾽ ἐξεψιλίζετο, ὥστε καὶ ἐκ τούτου γυναικίζειν. καὶ πολλάκις καὶ κατακείμενος, τοὺς βουλευτὰς ἠσπάζετο. ὁ δὲ δὴ ἀνὴρ αὐτοῦ, Ἱεροκλῆς ἦν, Καρικὸν ἀνδράποδον καὶ ἁρματηλάτης ἐγεγόνει· κἀκ τούτου καὶ παραδοξότατα αὐτῷ ἠρέσθη. ἐν γάρ τοι ἱπποδρομίᾳ τινὶ ἐκπεσὼν τοῦ ἅρματος κατ᾽ αὐτὴν τὴν τοῦ Σαρδαναπάλου ἕδραν, τό τε κράνος ἐν τῇ πτώσει ἀπέρριψε, καὶ ἐκφανεὶς αὐτῷ (λειογένειος *δ᾽ ἔτι ἦν, καὶ κόμῃ ξανθῇ ἐκεκόσμητο) ἀνηρπάσθη τε εὐθὺς ἐς τὸ παλάτιον, κἀν τοῖς νυκτερινοῖς ἔργοις, καὶ μᾶλλον ἑλὼν αὐτόν, ὑπερηυξήθη, ὥστε καὶ ὑπὲρ αὐτὸν ἐκεῖνον ἰσχῦσαι, καὶ βραχὺ νομισθῆναι, τὸ τὴν μητέρα αὐτοῦ ἔτι δούλην οὖσαν, ἔς τε τὴν Ῥώμην ὑπὸ στρατιωτῶν ἀχθῆναι, καὶ ἐν τῷ τῶν ὑπατευκότων γυναιξὶ συναριθμηθῆναι· πολλάκις μὲν γὰρ καὶ ἄλλοι ἐτιμήθησαν ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ *ἐδυνήθησαν, οἱ μὲν ὅτι συνεπανέστησαν, οἱ δ᾽ ὅτι ἐμοίχευον αὐτόν. καὶ γὰρ μοιχεύεσθαι δοκεῖν (ἵνα καὶ τούτῳ τὰς ἀσελγεστάτας γυναῖκας μιμῆται) ἤθελε, καὶ πολλάκις ἑκὼν καὶ ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ ἡλίσκετο· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐλοιδορεῖτο ἀσελγῶς πρὸς τοῦ ἀνδρός, καὶ ὥστε καὶ ὑπώπια ἔχειν, πληγὰς ἐλάμβανε. ἐκεῖνον δ᾽ οὖν οὕτως οὐ κούφῃ τινὶ φορᾷ, ἀλλὰ πόνιῳ καὶ δευσοποιῷ ἔρωτι ἠγάπα, ὥστε μὴ ὅτι ἐπὶ τοιούτῳ τινὶ ἀγανακτῆσαι, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐκείνοις μᾶλλον αὐτὸν φιλῆσαι, καὶ καίσαρα ὄντως ἀποφῆναι θελῆσαι, καὶ τῇ τε τήθῃ διὰ τοῦτο ἐμποδὼν γενομένῃ ἀπειλῆσαι, καὶ τοῖς στρατιώταις οὐχ ἥκιστα δι᾽ αὐτὸν προσκροῦσαι.

Καὶ ὁ μὲν ἔμελλέ που καὶ διὰ ταῦτα ἀπολεῖσθαι· Αὐρήλιος δὲ δὴ Ζωτικὸς ἀνὴρ Σμυρναῖος,

Currus agitabat Praſino veſtitus: idq; domi intra priuatos parietes facere videbatur. Ibi erãt præfecti certaminis omnes qui primi apud ipſum erãt: ſed præſertim præfecti Prætorio, auia, mater, & vxores. Hũc viri ordinis Senatorii, atque adeo Leo præfectus vrbis, ſpectabant currus agitantem, petentemq; aureos vt plebeium hominem, ac præfectos certaminum militesq; ipſos *colentem. Neq; vero his contentus erat, ſed ſaltabat non modo in Orcheſtra, verum etiã quodammodo, dum incederet, faceretq; ſacrificia, atq; interim dum ſalutaretur & concionem haberet. Poſtremo, vt iam ad id vnde digreſſus ſum, reuertar, nupſit: appellabaturque *Domina* & *Regina*: verſabatur in lanificio: nõnumquam ferebat reticulum, obliniebatq; oculos. ſemel enim mẽtum raſit, ob eamq; cauſam dies feſtos egit: poſt curabat vt prorſus ſine pilis eſſet: *ita mulieri ſimillimus erat: iacensq; ſæpenumero ſalutabat Senatores. Erat vir eius Hierocles, Caricũ mancipiũ, & auriga: qua ex re ei præter opinionem placuit. Nam cum ludis Circenſib. decidiſſet ex curru ante ſellam Sardanapali, atq; in eo caſu galeam abieciſſet, viſusque ab illo eſſet, (nulla ei barba, flaua coma erat) ſtatim raptus eſt in Palatiũ, nocturnisq; facinoribus, præſertim cum eum duxiſſet, ita auctus eſt, vt breui tempore plus quam ille ipſe poſſet; ac parũ eſſe videretur quod mater eius, *ancilla adhuc, Romam cum militibus adducta, & in numerum matronarũ conſularium relata ſit. Nam & alii multi ſæpe affecti ſunt ab illo magnis honoribus, fuereq; maximæ auctoritatis; partim q. ſeditionẽ feciſſent, partim quod ipſum conſtuprarent. Volebat enim videri conſtupratus, vt in hac re imitaretur mulieres petulãtiſſimas: volensq; ſæpenumero in manifeſto facinore deprehendebatur: quamobrẽ a viro iactabatur cõuitiis petulanter, ab eoq; plagas accipiebat, ita vt liuor oculis ſubeſſet. *Neq; tamẽ diligebat illũ impetu quodã animi, ſed amore ſtabili & firmo; ita vt nõ modo grauiter non ferret ob has cauſas, ſed contra amaret ardentius, ſtatueretq; vere eũ Cæſarẽ deſignare, *atq; auiæ, quæ huic rei fuerat impedimẽto, minaretur; licet militib. ob eundem hominẽ maxime inuiſus eſſet, eaq; res cauſa necis eius eſſet futura. Erat Aurelius Zoticus homo Smyrnæus,

quem Cocum ex arte patris cognominabant. Is cum a Pſeudantonino vehementer amatus fuiſſet, eidem aliquanto tempore poſt in odiũ venit: ob eamque rem ſaluus conſeruatus eſt. nam cum eſſet toto corpore pulchro,*vt viribus ad luctandũ valeret, longeq; præſtaret omnibus mentulæ magnitudine, idque eſſet Imperatori ſignificatum ab iis qui iſta perquirebant: ſtatim raptus ex certaminibus, Romam maxima pompa perductus eſt, quanta non venit Augarus Seueri, aut Teridates Neronis temporib*: deſignatusq; cubicularius ante quam videretur, lucernis quam plurimis relucentibus ingreſſus eſt in Palatiũ. Hunc ille vt cõſpexit, accurrit rubore perfuſus; cumque ab eo ita ſalutatus eſſet, vt par erat, *Domine Imperator ſalue*, collo mirabiliter effœminato,*innuensque oculis reſpondit, nulla interiecta mora: *Ne me*, inquit, *Dominũ voces: nam ego Domina ſum.* mox vna cũ eo lotus,*paſſusq; obſcena, quod ille nudus opinioni maxime reſpõdiſſet, in eius pectore recubuit, atq; in ſinu velut amica cœnam cepit. At Hierocles, veritus ne Zoticus illum plus quam ipſe fecerat, redigeret in ſuam poteſtatem, ac ne ſibi propter eum (vt fit inter riuales) grauius aliquid accideret, veneno per pincernas dato, quos habebat amicos, vires eius eneruauit. Ita ille, cum tota nocte *non poſſet arrigere, priuatus eſt iis rebus omnibus quas ante cõſecutus fuerat; eiectusque e Palatio & Roma, poſt ex cetera Italia expulſus eſt; id quod eũ cõſeruauit. At Sardanapalum pœnas*ſui ſceleris quas meritus fuerat, perſoluere nõ multo poſt oportebat. Nam quod iſta faceret atque pateretur, venit in odiũ populi ac militum quos maxime colebat; ab iiſque tandem in caſtris occiſus eſt; re in hunc modum geſta. Baſſianum conſobrinum ſuum, introduxit in Senatum: cumque vtrimque Mæſam & Soæmidem ſtitiſſet, puerum adoptauit: ſeque,*cũ eſſet eo multo minor natu, ſtatim efferre vt tanti pueri patrem cœpit, dixitque ſe nihil aliis liberis egere, vt domus ſua moleſtia vacaret: *idq; non ſolum præceptum ſibi eſſe ab Heliogabalo, ſed etiam vt eum Alexandrum nominaret. Id ego adducor vt credam factum eſſe diuina quadam prouidentia; non propter ea quæ dixit ipſe, ſed quod ei prædictum fuiſſet,

ὃν καὶ Μάγειρον ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς τέχνης ἐκάλουν, καὶ ἐφιλήθη πάνυ ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἐμισήθη· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐσώθη. ἦν γὰρ δή, καλὸν μὲν καὶ τὸ πᾶν σῶμα, ὥστε καὶ ἐν ἀθλήσει ἔχων, πολὺ δὲ δὴ πάντας τῷ τῶν αἰδοίων μεγέθει ὑπεραίρων, ἐμηνύθη τε αὐτῷ ὑπὸ τῶν ταῦτα ἐξεταζόντων, καὶ ἐξαίφνης ἐκ τῶν ἀγώνων ἀναρπασθεὶς, ἀνήχθη τε εἰς τὴν Ῥώμην ὑπὸ πομπῆς ἀπλέτου, καὶ ὅσην οὔτε Αὔγαρος ἐπὶ τοῦ Σεβήρου, οὔτε Τηριδάτης ἐπὶ τοῦ Νέρωνος ἔσχε· πρόκοιτός τε καὶ πρὶν ὀφθῆναι ἀποδειχθεὶς, ἐς τὸ παλάτιον λυχνοκαΐᾳ πολλῇ λαμπόμενος εἰσῆλθε. καὶ ὃς ἰδὼν, ἀνέθορέ τε ἐρυθριασμένως, καὶ προσειπόντα, οἷα εἰκὸς ἦν, Κύριε αὐτοκράτωρ χαῖρε, θαυμαστῶς τόν τε αὐχένα γυναικίσας, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπικλάσας, ἠμείψατο, καὶ ἔφη οὐδὲν διστάσας, Μή με λέγε κύριον· ἐγὼ γὰρ κυρία εἰμί. καὶ ὁ μὲν, συλλουσάμενός τε αὐτῷ παραχρῆμα, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐκ τῆς γυμνώσεως, ἅτε καὶ ἰσόρροπον τῇ φήμῃ εὑρὼν αὐτὸν ὄντα, παρηβήσας, ἔν τε τοῖς στέρνοις αὐτοῦ κατεκλίθη, καὶ ἐν τοῖς κόλποις ὥσπερ ἐρωμένη δεῖπνον εἵλετο. ὁ δὲ Ἱεροκλῆς, φοβηθεὶς μὴ καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἑαυτοῦ δουλώσηται, καί τι δι' αὐτοῦ δεινὸν, οἷα ἐν ἀντεραστ αἷς εἴωθε γίνεσθαι, πάθῃ, φαρμάκῳ τινὶ αὐτὸν διὰ τῶν οἰνοχόων, προσφιλῶν που ἑαυτῷ ὄντων, ἐξεθήλυνε. καὶ οὕτως ἐκεῖνος *ἀστασίᾳ περὶ πᾶσαν τὴν νύκτα συσχεθεὶς, ἀφῃρέθη τε πάντων ὧν τετύχηκε, καὶ ἐξηλάθη ἔκ τε τοῦ παλατίου καὶ ἐκ τῆς Ῥώμης, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ ἐκ τῆς λοιπῆς Ἰταλίας· ὃ καὶ ἔσωσεν αὐτόν. Ἔμελλε δέ που καὶ αὐτὸς ὁ Σαρδανάπαλος ἀξιώτατον τῆς μιαρίας τῆς ἑαυτοῦ μισθὸν οὐ πολὺ ὕστερον κομιεῖσθαι. ἅτε γὰρ ταῦτα ποιῶν καὶ ταῦτα πάσχων, ἐμισήθη ὑπό τε τοῦ δήμου καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, οἷς μάλιστα προσεκέκειτο· καὶ τελευταῖον καὶ ἐν αὐτῷ τῷ στρατοπέδῳ ὑπ' αὐτῶν ἐσφάγη. ἔσχε δὲ οὕτως· τὸν *Βασσιανὸν τὸν ἀνεψιὸν αὐτοῦ ἐς τὸ συνέδριον εἰσαγαγὼν, καὶ τὴν Μαῖσαν καὶ τὴν Σοαιμίδα ἑκατέρωθεν παραστησάμενος, παῖδα ἔθετο· ἑαυτὸν δὲ, ὡς καὶ πατέρα ἐξαίφνης τηλικούτου παιδίου, ὃς καὶ πολὺ τῇ ἡλικίᾳ αὐτοῦ προέχοιτο, ἐμακάριζε, καὶ μηδὲν ἄλλου τέκνου δεῖσθαι ἔφησεν, ἵν' ἡ οἰκία αὐτοῦ αἰεὶ ἀθυμίας διαγλύηται. καὶ γὰρ τὸν Ἐλιογάβαλον τοῦτό τε οἱ ποιῆσαι, καὶ Ἀλέξανδρον αὐτὸν προσονομάσαι κεκελευκέναι. καὶ ἔγωγε πείθομαι ἐκ θείας τινὸς παρασκευῆς ὡς ἀληθῶς αὐτὰ γεγονέναι, τεκμαιρόμενος οὐχ οἷς ἐκεῖνος εἶπεν, ἀλλ' ἔκ τε τοῦ λεχθέντος αὐτῷ ὑπό τινος,

ὅτι

ὅτι δῆθεν ὡς Ἀλέξανδρος ἐξ Ἐμέσης ἐλθὼν αὐτὸν διαδέξεται· καὶ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος ἔν τε τῇ Μυσίᾳ τῇ ἄνω, καὶ τῇ Θράκῃ. ὀλίγον γὰρ τούτων πρότερον, δαίμων τις, Ἀλέξανδρός τε ὁ Μακεδὼν ἐκεῖνος εἶναι λέγων, καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ τήν τε σκευὴν ἅπασαν φέρων, ὡρμήθη τε ἐκ τῶν περὶ τὸν Ἴστρον χωρίων, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐκείνῃ ἐκφανείς· καὶ διά τε τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Θράκης διεξῆλθε βακχεύων μετ᾽ ἀνδρῶν τετρακοσίων, θύρσους τε καὶ *νεβρίδας ἐνεσκευασμένων, κακὸν οὐδὲν δρώντων. ὡμολογεῖτο δὲ παρὰ πάντων τῶν ἐν τῇ Θράκῃ τότε γενομένων, ὅτι καὶ καταγωγαὶ καὶ τὰ ἐπιτήδεια αὐτῷ πάντα δημοσίᾳ παρεσκευάσθη, καὶ οὐδεὶς ἐτόλμησεν οὔτ᾽ ἀντειπεῖν οἱ οὔτ᾽ ἀντᾶραι, οὐκ ἄρχων, οὐ στρατιώτης, οὐκ ἐπίτροπος, οὐχ οἱ τῶν ἐθνῶν ἡγούμενοι· ἀλλ᾽ ὥσπερ [ἐν] πομπῇ τινι μεθ᾽ ἡμέραν ἐκ προρρήσεως ἐκομίσθη μέχρι τοῦ Βυζαντίου. ἐντεῦθεν γὰρ ἐξαναχθεὶς προσέσχε μὲν τῇ *Καρχηδονίᾳ γῇ· ἐκεῖ δὲ δὴ νυκτὸς ἱερά [τινα] ποιήσας, καὶ ἵππον ξύλινον καταχώσας, ἀφανὴς ἐγένετο. Ταῦτα μὲν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔτι (ὡς εἶπον) ὤν, πρὶν καὶ ὁτιοῦν περὶ τὸν Βασσιανὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ γενέσθαι, ἔμαθον. ἕως μὲν οὖν ὁ Σαρδανάπαλος τὸν ἀνεψιὸν ἐφίλει, ἐσώζετο· ἐπεὶ δὲ πάντας ὑπώπτευε, καὶ ἐμάνθανε πρὸς ἐκεῖνον ῥέποντας ὁλοσχερῶς ταῖς εὐνοίαις, ἐτόλμησε μεταγνῶναι, καὶ πάντα ἐπὶ καθαιρέσει αὐτοῦ ἔπραττεν. ὡς δὲ πολεῖν καὶ ἀνελεῖν αὐτὸν ἐπεχείρησεν, οὐ μόνον οὐδὲν ἤνυσεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀποθανεῖν ἐκινδύνευσεν. ὅ τε γὰρ Ἀλέξανδρος ὑπό τε τῆς μητρὸς καὶ τῆς τήθης ὑπό τε τῶν στρατιωτῶν ἰσχυρῶς ἐφυλάττετο· καὶ οἱ δορυφόροι αἰσθόμενοι τὴν ἐπιχείρησιν τοῦ Σαρδαναπάλου, δεινῶς ἐθορύβησαν, οὐ πρίν τε ἐπαύσαντο στασιάζοντες ἢ τὸν Σαρδανάπαλον τὸ στρατόπεδον σὺν τῷ Ἀλεξάνδρῳ καταλαβόντα, πολλά τε ἱκετεύσαντα, καὶ τοὺς ἐξαιτηθέντας παρ᾽ αὐτῶν τῶν συνασελγαινόντων αὐτῷ ἐκδοῦναι ἀναγκασθέντα, ὑπέρ τε τοῦ Ἱεροκλέους οἰκτρὰ λαλήσαντα, καὶ δάκρυσι κλαύσαντα, τήν τε σφαγὴν τὴν ἑαυτοῦ προδείξαντα, καὶ ἐπειπόντα, Ἕνα μοι τοῦτον χαρίσασθε, ὅ τι βούλεσθε περὶ αὐτοῦ ὑποτοπήσαντες, ἢ ἐμὲ ἀποκτείνατε, μόλις αὐτοὺς ἐκμειλίξασθαι. Τότε μὲν οὖν μόλις ἐσώθη. καὶ γὰρ καὶ ἡ τήθη αὐτοῦ ἐμίσει τε αὐτὸν ἐφ᾽ οἷς ἔπραττεν, ὡς οὐδὲ τοῦ Ἀντωνίνου υἱὸν ὄντα, καὶ πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον ὡς ὄντως καὶ ἐξ αὐτοῦ γεγονότα ἀπέκλινε. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιβεβουλευκὼς πάλιν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ θορυβησάντων ἐπὶ τούτῳ

Alexandrum qui eſſet Emeſa profectus, ipſi eſſe ſucceſſurū. itemq; ex eo quod accidit in Myſia ſuperiore, & Thracia. nā paulo ante geni* aliquis, cū ſe Alexandrum Macedonem eſſe diceret, haberetq; formā eius, atq; omnem ipſius ferret apparatū, profectus ex iis locis quæ ad Iſtrū ſunt, (vbi quemadmodū exſtiterit, mihi quidē non cōnſtat) Aſiam atq; Thraciā pertranſiit bacchātium more, cum quadringentis hominibus, qui thyrſis ornati erāt *neruiſq;, faciebantq; iniuriā nemini. Huic (vt vno ore aſſeruerunt oēs qui tū fuerūt in Thracia) diuerſoria, ceteræq; res neceſſariæ publice ſuppeditatæ ſunt; nec ei cōtradicere quiſquā eſt auſus, aut reſiſtere, nō prætor, nō miles, non procurator, nō præſides prouinciarū; ſed* interdiu tamquā in pompa, vt edixerat, Byzantiū venit: poſt inde profectus, appulit 'ad regionem Chalcedonenſiū; vbi de nocte *creato quodā ſacerdote, obrutoq; equo ligneo, euanuit. Hæc ego, cū eſſem in Aſia, accepi, ante quā intelligerem ea quæ Romæ de Baſſiano facta ſunt. Igitur Sardanapalus, quoad dilexit conſobrinū, ſaluus fuit: ſed poſtq̄ ſuſpicatus eſt cognouitq; omniū beneuolentiā in illū propenſam eſſe, auſus eſt mutata ſententia, omnia ad perniciē eius moliri. Sed vt conatus eſt aliquādo eū interficere, non modo nihil egit, ſed ipſe quoq; in periculū mortis venit; propterea q. Alexander diligēter cuſtodiebatur a matre & auia, ac militibus; & prætoriani, cū intelligerent conatū Sardanapali, vehementer tumultuati ſunt: neq; prius deſtiterunt quā Sardanapalus eos vix tandē placauit. Cum enim caſtra occupauiſſet cū Alexandro, ſupplicaretq; multū, ac coactus dedere ad ſuppliciū eos qui ſecum turpiter viuebāt, quoſq; ipſi poſtulauerant, pro Hierocle miſericordiam cū precibus & lacrymis captaret, iugulū dedit: *Vos, inquit, hunc mihi gratificámini, quamcumque de eo opinionem habeatis; vel me occidite.* ita tum vix incolumis conſeruatus eſt. Nam & auia eum propter ea quæ faciebat, *oderat; quod neq; eſſet Antonini filius, quodq; eſſet in Alexandrum, vt vere profectū ex Antonino, propenſior. Sed poſtquā iterum inſidias fecit Alexādro, milites ob eam cauſam

tumultuati ſunt: cumq; vna cum eo introiſſet in caſtra, cognouiſſetq; milites necem ſibi machinari, quod eos matres horum, quæ apertius quã ante diſſidebant inter ſe, cõcitarent, fugæ ſe mandare quodammodo conatus eſt: effugiſſetque coniectus in capſam, niſi deprehenſus occiſus fuiſſet, cum eſſet decẽ & octo annos natus. Cum eo mater eius, quæ ipſum mordicus tenebat, interficitur. Vtriuſq; capita abſciſſa, denudataq; corpora, primo per totã Vrbem trahuntur: dein mulieris corpus alio, iſtius vero cadauer in flumẽ abiectum eſt. Cum his alii, atq; in primis præfecti Prætorio, occiſi ſunt: itemq; Aurelius Eubulus Emeſenus (qui, cũ præeſſet rationum libris, bona multorum publicauerat) a plebe atque a militib. laceratus & diſtractus eſt. Itemque Fuluius præfectus Vrbis: cui Comazon, vt etiã ei qui ante ipſum fuerat, ſucceſſit. nam vt perſona quædã inferebatur in theatra, quo in loco actores Comœdiarum nõ erãt; ita hic in loco deſtituto a præfectis Vrbis collocabatur. Ipſe quoque Heliogabalus Roma expulſus eſt. Hæc igitur ſunt quæ ad Tiberinũ pertinent: nec quiſquam eorum qui cum eo ſeditionem fecerant, quique potuerant apud eum plurimum, vno dumtaxat excepto, ſaluus euaſit.

ALEXANDER.

POST illum ſtatim imperauit Alexander; qui Domitio Vlpiano præfecturam Prætorianorum dedit, eiq; permiſit cetera quæ pertinent ad adminiſtrationem Imperii. Ceterum ea quæ ſupra dicta ſunt, ego quidẽ accurate diligẽterq; cõſcripſi, vt potui: quæ vero reſtãt, mihi nõ licuit perſequi pari diligentia, quòd Romæ non ſum diu commoratus, quodq; in morbũ incidi, cũ ex Aſia in Bithyniã veniſſem: ex qua profectus ſum ad præfecturã Ægypti: poſt vbi reuerti in Italiam, pene rectã in Dalmatiã, atq; inde in Pannoniam ſuperiorẽ miſſus ſum, vt eis præeſſem. Quod cũ feciſſem, atq; in vrbem Romã, & deinde in Campaniã reuertiſſem, ſtatim domũ redii. Quib. ex rebus factum eſt, vt ea quæ ſequuntur,

τῶν δορυφόρων, σὺν αὐτῷ ἐς τὸ στρατόπεδον εἰσελθών, ὡς ᾔσθετο φυλαττόμενον* ἑαυτὸν ἐπὶ ἀναιρέσει, ἐπεὶ καὶ αἱ μητέρες αὐτῶν ἐκφανέστερον ἢ πρὶν ἀλλήλαις μαχόμεναι τοὺς στρατιώτας ἠρέθιζον, φεύγειν [πως] ἐπεχείρησε· καὶ ἔμελλεν ἐς *τύλλον ἐμβληθεὶς ἐκδρᾶναί ποι· φωραθεὶς δὲ, ἀπεσφάγη, ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγονώς. καὶ αὐτῷ καὶ ἡ μήτηρ (περιπλακεῖσα γὰρ ἀπρὶξ εἴχετο) συναπώλετο· καὶ αἵ τε κεφαλαὶ αὐτῶν ἀπεκόπησαν, καὶ τὰ σώματα γυμνωθέντα, τὸ μὲν πρῶτον διὰ πάσης τῆς πόλεως ἐσύρη, ἔπειτα τὸ μὲν τῆς γυναικὸς *ἄλλως πως ἐρρίφη, τὸ δὲ ἐκείνου ἐς τὸν ποταμὸν ἐνεβλήθη. καὶ αὐτῷ ἄλλοι τε καὶ ὁ Ἱεροκλῆς οἵ τε ἔπαρχοι συναπώλοντο· καὶ Αὐρήλιος Εὔβουλος· ὃς Ἐμεσηνὸς μὲν τὸ γένος ἦν, τοὺς δὲ δὴ καθόλου λόγους ἐπιτετραμμένος, οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἐδήμευσε· τότε δ᾽ οὖν ὑπό τε τοῦ δήμου καὶ τῶν στρατιωτῶν διεσπάσθη. καὶ Φούλβιος σὺν αὐτῷ ὁ πολίαρχος· καὶ αὐτὸν ὁ Κωμάζων, ὡς καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ, διεδέξατο. ὥσπερ γὰρ προσωπεῖόν τι ἐς τὰ θέατρα ἐν τῷ διακένῳ τῆς τῶν κωμῳδῶν ὑποκρίσεως εἰσεφέρετο, καὶ οὕτω καὶ ἐκεῖνος τῇ τῶν πολιαρχησάντων ἐπ᾽ αὐτῇ κενῇ χώρᾳ προσετάττετο. ὅ τε Ἑλιογάβαλος αὐτὸς ἐκ τῆς Ῥώμης παντάπασιν ἐξέπεσε. Τὰ μὲν τοῦ Τιβερίνου οὕτως ἔσχε, καὶ οὐδεὶς οὐδὲ τῶν συγκατασκευασάντων αὐτῷ τὴν ἐπανάστασιν, καὶ μέγα ἐπ᾽ αὐτῷ δυνηθέντων, πλὴν ἑνός που, ἐσώθη.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ δὲ μετ᾽ ἐκεῖνον εὐθὺς αὐταρχήσας, Δομιτίῳ τινὶ Οὐλπιανῷ τήν τε τῶν δορυφόρων προστασίαν καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρχῆς ἐπέτρεψε πράγματα. Ταῦτα μὲν ἀκριβώσας, ὡς ἕκαστα ἠδυνήθην, συνέγραψα· τὰ δὲ δὴ λοιπὰ ἀκριβῶς ἐπεξελθεῖν οὐχ οἷός τε ἐγενόμην, διὰ τὸ μὴ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐν τῇ Ῥώμῃ διατρῖψαι. ἔκ τε γὰρ τῆς Ἀσίας ἐς τὴν Βιθυνίαν ἐλθὼν, ἠρρώστησα· κἀκεῖθεν πρὸς τὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονίαν ἠπείχθην· ἐπανελθών τε ἐς τὴν Ἰταλίαν, εὐθέως (ὡς εἰπεῖν) ἔς τε τὴν Δαλματίαν, κἀντεῦθεν ἐς τὴν Πανονίαν τὴν ἄνω ἄρξων ἐπέμφθην· καὶ μετὰ τοῦτ᾽ εἰς τὴν Ῥώμην καὶ ἐς τὴν Καμπανίαν ἀφικόμενος, παραχρῆμα οἴκαδε ἐξωρμήθην. διὰ μὲν οὖν ταῦτα οὐκ ἠδυνήθην ὁμοίως

ὁμοίως τοῖς πρόσθεν καὶ τὰ λοιπὰ συνθεῖναι. κεφαλαιώσας μέντοι ταῦτα, ὅσα γε καὶ μέχρι τῆς δευτέρας μου ὑπατείας ἐπράχθη, διηγήσομαι.

Ὁ Οὐλπιανὸς πολλὰ μὲν τῶν οὐκ ὀρθῶς ὑπὸ τοῦ Σαρδαναπάλου πραχθέντων ἐπηνώρθωσε· τὸν δὲ δὴ Φλαβιανὸν τόν τε Χρῆστον ἀποκτείνας, ἵνα αὐτοὺς διαδέξηται, καὶ αὐτὸς οὐ πολλῷ ὕστερον ὑπὸ τῶν δορυφόρων ἐπιθεμένων οἱ νυκτὸς κατεσφάγη; καίτοι καὶ πρὸς τὸ παλάτιον ἀναδραμὼν, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν αὐτοκράτορα, τήν τε μητέρα αὐτοῦ καταφυγών. ζῶντος δ' οὖν ἔτι αὐτοῦ, στάσις μεγάλη* πρὸς τοὺς δορυφόρους ἐκ βραχείας τινὸς αἰτίας ἐγένετο, ὥστε καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας μάχεσθαί τε ἀλλήλοις, καὶ πολλοὺς ὑπ' ἀμφοτέρων ἀπολέσθαι. ἡττώμενοι δὲ οἱ στρατιῶται, πρὸς ἐμπρησμὸν τῶν οἰκοδομημάτων ἐτράποντο· κἀκ τούτου δείσας ὁ δῆμος μὴ καὶ πᾶσα ἡ πόλις φθαρῇ, καὶ ἄκων σφίσι συνηλλάγη. Ταῦτά τε οὖν ἐγένετο, καὶ ὁ Ἐπάγαθος, ὡς καὶ αἴτιος τοῦ Οὐλπιανοῦ τοῦ ὀλέθρου πλεῖον γενόμενος, εἴς τε Αἴγυπτον ὡς ἄρξων αὐτῆς ἐπέμφθη, ἵνα μή τις ἐν τῇ Ῥώμῃ κολασθέντος *αὐτοῦ ταραχὴ γένηται· κἀκεῖθεν εἰς Κρήτην ἀπαχθεὶς, ἐδικαιώθη. Πολλαὶ δὲ καὶ παρὰ πολλῶν ἐπαναστάσεις γενόμεναι, καί τινες καὶ ἰσχυρῶς ἐκφοβήσασαι, κατεπαύθησαν. τὰ δὲ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ καὶ φοβερώτερα [καὶ] ἀληθέστερον δέος σύμπασιν, οὐχ ὅτι τοῖς ἐν Ῥώμῃ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις παρέσχεν. Ἀρταξέρξης γάρ τις Πέρσης, τούς τε Πάρθους τρισὶ μάχαις νικήσας, καὶ τὸν βασιλέα αὐτῶν Ἀρτάβανον ἀποκτείνας, ἐπὶ τὴν Ἀρμενίαν ἤλασε· κἀνταῦθα πρός τε τῶν ἐπιχωρίων καὶ πρὸς Μήδων τινῶν, τῶν τε τοῦ Ἀρταβάνου παίδων* πταίσας, ὡς μέν τινες λέγουσιν, ἔφυγεν, ὡς δ' ἕτεροι, ἀνεχώρησε πρὸς παρασκευὴν δυνάμεως μείζονος. οὗτός τε οὖν φοβερὸς ἡμῖν ἐγένετο, στρατεύματι πολλῷ οὐ μόνον τῇ Μεσοποταμίᾳ, ἀλλὰ καὶ τῇ Συρίᾳ *ἐφεδρεύσας, καὶ ἀπειλῶν ἀνακτήσεσθαι πάντα, ὡς καὶ προσήκοντά οἱ ἐκ προγόνων, ὅσα ποτὲ οἱ πάλαι Πέρσαι μέχρι τῆς Ἑλληνικῆς θαλάσσης ἔσχον· οὐχ ὅτι αὐτός τις ἄμαχος εἶναι δοκεῖ, ἀλλ' ὅτι οὕτω τὰ στρατιωτικὰ ἡμῖν διάκειται ὥστε τοὺς μὲν καὶ προστίθεσθαι αὐτῷ, τοὺς δ' οὐκ ἐθέλειν ἀμύνεσθαι. τοσαύτῃ γὰρ ἅμα τρυφῇ καὶ ἐξουσίᾳ, ἀνεπιπληξίᾳ τε χρῶνται, ὥστε τολμῆσαι Φλάβιον Ἡρακλέωνα τοὺς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, τὸν ἄρχοντα σφῶν, ἀποκτεῖναι, καὶ τοὺς δορυφόρους πρὸς τῷ Οὐλπιανῷ καὶ ἐμὲ αἰτιάσασθαι,

nõ potuerim * pariter cũ iis quæ præceſſerunt, intelligere: dicã tamen in ſumma ea quæ vſq; ad ſecundũ cõſulatum meũ geſta ſunt. Igitur Vlpianus multa quę nõ recte a Sardanapalo facta erãt, emendauit. Flauianũ vero & Chreſtũ interfecit, vt eis ſuccederet; ipſeq; nõ multo poſt a Prætorianis, qui de nocte cũ inuaſerunt, interfectus eſt; quamquã accurrerat in Palatiũ, atq; ad ipſum Imperatorem matremq; eius cõfugerat. Sed cũ adhuc viueret Vlpianus, tanta cõtentio ex parua cauſa populo cũ prætorianis fuit, vt tres dies pugnauerint inter ſe, magnusq; numerus hominũ vtrimq; interierit. Pòſt vbi milites, q, victi erant, cœperũt ædificia incendere, populus metuẽs ne tota Vrbs conflagraret, inuitus cum eis recõciliatus eſt. His confectis rebus, Epagathus, qui Vlpiano magna ex parte cauſa necis fuerat, miſſus eſt in Ægyptum vt pręfectus eius ꝓuinciæ; ne forte, ſi de eo Romæ ſuppliciũ ſumptum eſſet, tumultus aliquis cõcitaretur: atq; inde *reductus in Cretã, cõdemnatus eſt. Per id tẽpus multæ rebelliones factæ ſunt a multis: quarũ aliquot cum fuiſſent formidoloſæ, repreſſæ ac reſtinctæ ſunt. Quæ vero acciderũt in Meſopotamia, multo certe horribiliora, non ſolũ Romanis, ſed etiam ceteris omnib. timorem lõge maximũ fecerunt. Artaxerxes enim Perſa, cũ Parthos trib. prœliis ſuperaſſet, atq; Artabanũ regẽ eorũ interfeciſſet, irruit in Armeniã: ex qua pulſus ab incolis, Medisq; nonnullis, & filiis Artabani, in fugã ſe coniecit, vt quidam putant: nã alii receſſiſſe aiunt, vt maiores copias compararet. Hic igitur nobis formidoloſus fuit, quod maximis copiis non modo Meſopotamiã inuaderet, ſed etiã Syriam, minareturq; ſe recuperaturũ omnia quæ Perſæ olim tenuiſſent, vſq; ad mare Græcũ, quæq; ad ſe propter maiores ſuos pertinerent. Neq; vero nobis timor iniectus eſt propterea q, ipſe videretur eſſe inexpugnabilis, ſed quod noſtri ita affecti eſſent milites, vt pars ad eum trãsiret, pars nobis nollet opẽ ferre: quorũ tanta eſt mollicies, licentia, impunitas, vt hi qui ſunt in Meſopotamia, interficere ſint auſi Flauiũ Heracleonẽ, qui ipſis pręerat; & prętoriani poſt Vlpianum me quoq; criminati ſint,

quod, cum in Pannonia militib. præfuiſſem cõtinenter, metuerent ne poſtularẽ vt & ipſos cogeret aliquis inſtitutis Pannoniorum viuere. At Alexander horum rationem habuit nullam, ſed contra me magis honeſtauit, ſecumque vna deſignauit ſecundum Conſulem: & ſumptus quos ea dignitas poſtulat, ſe facturum recepit. Quamobrem cum moleſte ferrẽt prætoriani, *timui ne me, vt vidiſſent cũ inſignibus imperii, interficerent. Itaque mihi iuſſit Alexander vt alicubi extra Vrbem commorarer in Italia, tempore huius Cõſulatus mei. Quod cum feciſſem, Romam veni: dein profectus ſum ad ipſum in Campaniam: verſatusque cum eo per aliquot dies, viſusque a militibus, cum magna ſecuritate domum redii, dimiſſus, quod laborarẽ ex pedibus, vt reliquum vitæ tempus in patria degerem: vt mihi apertiſſime genius, cum iam eſſem in Bithynia, ſignificauit: quod mihi viſus eſt præcipere in ſomnis, vt hos verſus ad finem huius hiſtoriæ adderem: "Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς, ἔκ τε κονίης, Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ: *Iuppiter e mulsis crudelibus Hectora telis, Pulvereque & cæde exemit, belliqꝫ tumultu.*

ὅτι τῶν ἐν τῇ Παννονίᾳ στρατιωτῶν ἐγκρατῶς ἦρξα, καὶ ἐξαιτήσωσι, φοβηθέντες μὴ καὶ ἐκείνους τις ὁμοίως τοῖς Παννονικοῖς ἄρχεσθαι καταναγκάσῃ. οὐ μέντοι προσεποιήσατό τι αὐτῶν ὁ Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἄλλως τε ἐσέμνυνέ με, καὶ δεύτερον *ὑπατεύσαντα σὺν αὐτῷ ἀπέδειξε, τό τε ἀνάλωμα τὸ τῆς ἀρχῆς *αὐτὸς αὐτοῖς ἀναλώσειν ὑπεδέξατο. ἀχθεσθέντων δ' αὐτῶν ἐπὶ τούτοις, *ἐφοβήθην μὴ καὶ ἀποκτείνωσί με, ἐν τῷ τῆς ἀρχῆς σχήματι ἰδόντες· καὶ ἐκέλευσεν ἔξω τῆς Ῥώμης ἐν τῇ Ἰταλίᾳ που διατρῖψαι τὸν τῆς ὑπατείας χρόνον. καὶ οὕτω μετὰ ταῦτα ἔς τε τὴν Ῥώμην καὶ ἐς τὴν Καμπανίαν πρὸς αὐτὸν ἦλθον· καὶ συνδιατρίψας τινὰς ἡμέρας αὐτῷ, τοῖς τε στρατιώταις μετὰ πάσης ἀδείας ὀφθεὶς, ἀπῆρα οἴκαδε, παρεθεὶς ἐπὶ τῇ τῶν ποδῶν ἀρρωστίᾳ· ὥστε πάντα τὸν λοιπὸν τοῦ βίου χρόνον ἐν τῇ πατρίδι ζῆσαι, ὥσπερ που καὶ τὸ δαιμόνιον ἐν τῇ Βιθυνίᾳ ἤδη μοι ὄντι σαφέστατα ἐδήλωσεν. ὄναρ γάρ ποτε ἔδοξα προστάσσεσθαι ὑπ' αὐτοῦ προσγράψασθαι τῷ ἀκροτελευτίῳ τὰ ἔπη τάδε· "Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς, ἔκ τε κονίης, Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ.

IN HE-

IN HERODIANVM PRAEfatio Friderici Sylburgii.

DIONEM *Herodianus ſequitur, ſuorum temporum ſcriptor; vt & Iulius Capitolinus in Alexandro atque in Maximo ac Balbino appellat, & ipſemet Herodianus in proœmio de ſe teſtatur. a Marci enim fine exorſus, Auguſtam hiſtoriam vſq; ad Gordianum tertium deduxit; ſexaginta circiter annorum hiſtoriam cōplexus. Ac quamquam Dionem annis exceſsit perpaucis, tamen nec veritatis laude, nec dicendi genere, illo multum habetur inferior; immo in multis Dione putatur accuratior. Fuit autem genere Alexandrinus, Apollonii grammatici cognomento Difficilis filius; grammaticus & ipſe, artiumque minutiſsimus ſciſcitator; ac multa ſcripſit; vt partim Ammianus Marcellinus, partim Suidas memoriæ prodiderunt. In huius porro ſcriptoris editione, etſi Henricus Stephanus magiſter meus, tam diligentem nauauit operam, vt ſpicilegii laudem pene omnem omnibus præripuerit; tamen ab aliis quoq; doctrina & iudicio præſtantib. viris animaduerſa ſunt quib. auctor hic non vulgariter vel corrigitur vel illuſtratur. Inter hos prima laus debetur Errico Memmio, viro vt dignitate, ita etiam eruditionis iudiciique laude clariſsimo. Is enim a duobus Græcæ linguæ in Pariſienſi academia inſtauratorib. eximiis adiutus, Græcum pariter Latinumq; textū plurimis in locis interpolauit; easq; notationes nobis per Ioann. Opſopœum cum aliis quibuſdam, ad iuuandam vtilitatem publicam, benigne communicauit. Quæ adnotationes quibus in locis cum Stephaneis congruebant, a me ſunt præteritæ; vbi aūt aliquid habebant peculiare, Stephaneis ſunt additæ; nonnusquā etiā ad noſtras Notationes ſpeciales vel ad Indicem reiecta ſunt, prout videbatur cōmodius. Collecta inſuper, & huc congeſta ſunt, quæ a ceteris criticis, Turnebo, Leopardo, Hartungo, Caſaubono, aliisve obſeruata & Notationum libris prodita fuerunt. A me quoq; collata ſunt nonnulla; etſi non magni fortaſſe ponderis, tamen aliquam profundioris cogitationis anſam acutioribus præbitura. Inter quæ vt diſcrimen teneatur, Memmianis in fine appoſita eſt littera M: meis, interdum S littera, interdum Gr. adſcripta. alicubi etiam, vbi noſtra Stephaneis adiicienda erant, vncis ea vtrimque hoc modo [ ] ſunt incluſa. Et quoniam Stephanus e paginis ad paginas ſubinde lectorem remittit, earum quoque numeros in exteriore margine viſum eſt adſcribere, ne longo quærendi labore quiſquam defatigaretur. Adhæc quia Stephanus Adnotationes quasdam editioni ſuæ in fine ſeorſum appoſuerat, eas quoque ſuo quasque loco inſerere libuit, ad iuuanda legentium commoda. Verum multas ille paſsim in margine promiſit, quas tamen in fine non exhibuit, ſed in aliud tempus diſtulit. De ceteris quæ Stephaneæ editioni ſunt peculiaria, ipſe Stephanus partim in Præfatione, partim Notationum initio monet. Hæc tibi lector indicanda exiſtimaui. Tu cuique quas hac in parte debes gra-*

tias, ſi factis non potes, animi ſaltem voluntatisq; propenſione referre memineris. Vale. Francof. XIII *kal. Aug. a. Chr.* MDLXXXIX.

EX PRAEFATIONE HENR. STEPHANI AD PHILIPPVM SIDNEIVM, VIRVM GENEROSISS.

DVos enim ad te mitto hiſtoriæ ſcriptores: nouum vnum, (quia nunc primum in lucem, ſuo ſermone loquens, prodit) alterũ a me renouatum; id eſt, noua diligentia priſtinæ integritati magna ex parte reſtitutum: vt de nouo receptæ eius interpretationis examine taceam. Duos, inquam, hiſtoriographos ad te mitto: qui vel primũ inter eos tenere locum debẽt, quorum lectio noſtri temporis aulicis multum non ſolum vtilitatis, ſed voluptatis quoque (vtpote ſui ſeculi principes, eorumq; aulas, tamquam in ſpeculo repræſentantium) afferre poteſt. Adde quod, quo propius eorum, præſertimque poſterioris, hiſtoriæ a noſtro ſeculo abſunt, (inter eos quidem certe qui vſque ad barbarie omnino infectam ętatem non peruenerunt) eo etiam maiorem cum illo, id eſt hominum illius vita & moribus, cognationem habent. Duos igitur hoſce commentarios hiſtoricos, duo puta eſſe theatra, in quibus earum quæ tunc erant aularum comœdiæ, tragicocomœdiæ, tragœdiæ aguntur: ita quidem vt comœdiarum exiguus, tragicocomœdiarum magnus, tragœdiarum maximus ſit numerus. a quibus ſi ad aulas noſtri temporis venias, de iiſdem magna ex parte rebus oculis tuis atque auribus credere cogeris, de quibus alioqui præ admiratione ſuſpectam illorum theatrorum fidem habuiſſes. Eſto tamen, aliqua narrari a quopiam hiſtoriæ ſcriptore, quorum nulla hoc ſeculum nobis exempla exhibeat: an propterea eius apud nos fidem pericłitari æquum eſt? Verum vt de his tantum in pręſenti loquar, (quoſdam enim eſſe hiſtoricos ſcio qui fide hiſtorica verba ſua non alligent; vt Naſonis vtar verbis) perſuaſum certe habeo, hoc hiſtoricorum par, non vltimum inter eos etiam mereri locum, qui (quæ potiſſima ſcriptorum hiſtoriæ laus eſt) veritatis & eruendæ e tenebris & in lucem proferendæ valde ſtudioſi fuerunt. vel potius, eorum quidem vnum, haud vltimam; alterum vero, vel primam mereri hac in parte laudem, mihi perſuadeo. Erunt enim fortaſſe qui tantũ honoris hiſtoriæ Zoſimi deferendum negẽt, quod eius criminatoribus aures patefecerint: at Herodiano minime denegaturos puto: quum nullus vmquam eum, quod ſciam, criminatùs fuerit: fortaſſis autem ne in ſuſpicionem quidem vmquam venerit. Hoc quidem certe conſtat, eum multorum quæ commemorat factorum αὐτόπτην, multorumque dictorum αὐτήκοον fuiſſe: nullamque Romanam hiſtoriam exſtare, quæ tam mirabiles rerum in Romano imperio viciſſitudines non plurium annorum ſpatio complectatur.

HEN-

HENRICI STEPHANI PRÆFATIO IN SVVM EXAMEN INTERPRETATIONIS Politiani.

QVANTVS vir fuerit Politianus, cum alia pleraque eius ſcripta oſtendunt, tum vero hæc ipſa Herodiani interpretatio. Eius enim Latinum ſermonem ſi pleriſque in locis cum Græco Herodiani certare dixero, non dubito quin aſſenſores ſim habiturus quicumque iudicio valent, & ſunt in vtraque lingua, quantum ad ferendum hac de re iudicium ſatis eſt, exercitati. Verum vt hoc eos faſſuros eſſe confido, ita etiam minime negaturos puto, eum non paucis in locis interpretationi ſuæ habenas ita laxare, vt eam aſſequi non alii quam ipſi aut ipſorum ſimiles poſſint: id eſt, tantam ſuæ interpretationi non libertatem ſolum, ſed & licentiam permittere, vt in Latino eius ſermone Græcum Herodiani agnoſcere ii demum poſſint, qui magnum in Græcæ linguæ cognitione progreſſum fecerunt. Quo fit vt in multis locis, ſi ad collationem Latinorum cum Græcis veniendum ſit, iis demum vſui interpretatio illa eſſe poſſit, qui eius vſu facile carere poſſunt. Eoſdem minime infitiaturos exiſtimo, quædam eum elegantius quam fidelius eſſe interpretatum: atque adeo in nonnullis non vt Politianum, ſed vt hominem, omnino eſſe alucinatum. Quinetiam nonnulla apud Herodianum non parui momenti eſſe, quorum cognitione lectorem interpretatio illa fraudauerit. Quæ quum ita ſint, meum de hac editione conſilium, quæ in illam interpretationem inquirit, facile me illis probaturum ſpero. Verum & quædam eorum quæ dixi proponere exempla viſum eſt.

VT igitur primum verba faciam de mea in eos locos inquiſitione quos elegantius quam fidelius eſſe interpretatum dixi, (quorum quidem maximus eſt numerus) in prima pagina ipſoque operis proœmio, hæc legimus; tenues per ſe res atq; humiles ſcribendi tamen artificio longe ſupra veri fidem ſuſtulerunt: quæ tanta cum elegantia dicuntur, vt ad eam nihil accedere poſſe videatur; ſed elegantius quam fidelius Græca interpretantur: quum Herodianus non dicat altius ſublata eſſe quam vt fidem veritatis, ſiue tamquam vera, impetrare poſſint; ſed ſupra ipſam ſublata eſſe veritatem. Itaq; aut fidelis interpretis officio hic nõ fungitur, aut certe Latinitate abutitur, quum dicit, ſupra veri fidem ſuſtulerunt; pro, ſupra verum ſuſtulerunt. Nam illo genere loquendi eo quem dixi modo Latinos vti; atque vt illis maiora fide veri nonnulla ſunt, quæ tamen ſunt vera; ita etiam tolli ſupra veri fidem ab illis dici, quæ tamen ſupra verum minime tollantur, in meo Græcæ linguæ Theſauro docui.

A loco illo ad quendam veniam, cui illa ipſa vox fides eleganti quidem loquendi genere, ſed, propter ambiguitatem, minime verborum Græcorum interpretationi apto, adhibetur. Legimus enim pag. 65, huius meæ editionis, Cogitare inſtitit quo pacto ſibi vniuerſum Rom. imperium liberiſq; ſuis bona fide adiudicaret. Hoc enim quotuſquiſque de alia bona fide intelligendum putabit, quam ea quæ iuriſconſultis identidem in ore eſt? Atqui Græca verba id quod margini adſcripſi ſonant; Vniuerſum Rom. imperium in ſe ſuoſque liberos transferre, & firmum ac ſtabile reddere. Fidelem autem vocare eam interpretationem nõ poſſum, quæ bona fide (libet enim illa ipſa verba vſurpare) cum lectore non agit, ſed aliud in receſſu habet quam in fronte oſtendit.

Quamuis porro exempla me allaturum dixerim locorum quos elegantius quam fidelius vertit; tamen eſſe etiam multos in quibus nec elegantiæ ſermonis ſtuduerit, nec

fidi interpretis officio functus fuerit, ſed plane (vt eodem quo ante vtar verbo) aluci- natus ſit, oſtendent quæ margini paſſim ſunt adiectæ interpretationes. Sed non idem de illis omnibus dici locis poteſt. Quidam enim aliquid minus vſitatum habent, quod illi occaſionem impingendi dediſſe videri queat: at in nonnullis nihil tale perſpicimus. Exemplo erit interpretatio cuiuſdam loci libri quarti, pag. 93, meæ editionis; in quo vix dixerim maioremne Herodiano an Marco Imperatori iniuriam illa faciat. Hæc enim Herodiani verba, Μάρκος αὐτὸς, φιλοσοφίαν καὶ ἐπιείκειαν προσποιούμενος, *Politianus ita vertit,* Marcus ipſe, philoſophiæ ſimulator ac manſuetudinis. *Atqui nonne lector, qui Græca verba non intelligens, hiſce Latinis fidem tribuet, Herodiano contra derogabit? Quam enim laudem Marco libri primi initio, vt notam, teſtatam & peruulgatam, dedit, hic in iis quæ Antoninum dicentem inducit, in dubium vocari, vel potius illi vt indebitam adimi videmus: quum tamen apud eos loquatur Antoninus, qui ſuam Marco laudem eripi æquo animo minime tuliſſent. Vnde igitur factum dicemus vt Politianus locum hunc ita verterit? Ex eo quod non cogitauit (abſit enim vt eum neſciſſe dicam rem quam Græcæ linguæ multo quam ille minus periti ſcire poſſunt) verbum* προσποιεῖσθαι *aliud etiam quam* ſimulare *ſignificare; præſertim quum accuſatiuo, non infinitiuo, eſt iunctum. Quomodo igitur Latine reddendus locus ille erat? Ita;* Marcus ipſe, qui philoſophiam & manſuetudinem ſibi vindicabat; *vel,* ſibi aſſerebat. *Poteſt enim quiſpiam qui aliquid ſibi vindicare aut aſſerere dicitur, id pro ſuo iure facere, nihilque indebitum arrogare, intelligi.*

Subiungam loco illi alium, in quo quum de Antonini cæde agatur, & is minime defenſus occubuiſſe a Politiano dicatur, hæc interpretatio Antonini militibus, præſertimque eius ſatellitio, perfidiæ notam inurere poterit, apud eos qui Græcam vocem non intelligent, aut non ſatis attente vim eius expendent, neque ad præcedentium lectionem progredientur. Verum in rem præſentem veniẽdum eſt. Legimus igitur lib. 4, pag. 105; ἀπροσδοκήτως καὶ ἀφυλάκτως ὁ Ἀντωνῖνος ἀνῃρέθη: *quæ Polit. vertit,* de improuiſo Antoninus minime defenſus occubuit. *An ex hac interpretatione intelligere poterit lector, neminem prorſus circa ſe habuiſſe Antoninum a quo defendi poſſet? Non certe: ſed potius, minime a ſuis defenſum fuiſſe, quum defendi poſſet: vt quibuſdam aliis Imperatoribus accidiſſe, tum apud hunc ipſum hiſtoricum, tum apud alios legimus. Et tamen non hoc ſed illud intelligi voluit Herodianus, quum dixit* ἀφυλάκτως: *quod ſonat* Abſque cuſtodia, *vel* Remotis cuſtodibus. *perinde ac ſi dixiſſet,* οὐδένα ἔχων τῶν φυλάκων, *vel* τῶν σωματοφυλάκων: *præter eum quidem certe qui quum ad eum tamquam nutu vocatus acceſſiſſet, ei pro cuſtode ſeu ſatellite interfector exſtitit. Dicerem* Cuſtodibus deſtitutus, *vel* cuſtodia: *niſi & hoc ambiguum fore viderem: quia intelligi poſſet, ſuos illum cuſtodes (equites Germanos) perfide agentes, deſtituiſſe. In quo certe maxima illis fieret iniuria quum legamus eos illum minime tum circumſtetiſſe; ſed, ſimulatque facinus illud conſpicati eſſent, omnem ad perſequendum interfectorem contentionem celeritatemque adhibuiſſe; & quidem tantam vt miſſilib. confoderent. Quod ſi Antoninum illi Germani equites deſtituiſſent, ac minime defendiſſent, quum tamen poſſent, tãto maior eorum perfidia fuiſſet, quo magis fidem illis de ſalute ſua Antoninus habebat, quoque maiore eos amore proſequebatur. Sed tantum abeſt vt erga viuentem paria in amore non fecerint, vt etiam multo poſt eius mortem amoris illius indicia oſtenderint.*

Alia exempla interpretationum quæ lectorem Græcæ linguæ imperitum, aut certe non ſatis peritum, in magnum impellere errorem poſſunt, ſparſim in hac editione videnda tibi relinquam, cõferendo Politiani verba cum iis quæ margini adſcripſi. Quum

autem

autem in eo quem modo examinaui loco, ignoratione vocabuli Græci peccatum eſſe dici non poſſit, contra ſunt alii vbi hoc nemo infitiari queat. Atque hoc ſunt in numero omnes in quibus ἐπίχειρα legitur. illi enim vbique aliam dediſſe quam ſuam ſignificationem videmus. Sic etiam verbo ἀκρωτηριάζεσθαι quid ſignificaretur, non intellexit. Quum enim Herodianus ſcribat libro ſexto, καὶ ἠκρωτηριάσθη γε οὐκ ὀλίγοι ἐν δυσχειμέρῳ χώρᾳ, ille vocem hanc Græcam Latina attriti reddit: ſimul ex duobus membris vnum, ſuo more, faciens. Atqui verbo ἀκρωτηριάζεσθαι non declarari atteri, ſed idem quod ibi in margine dixi, cũ aliunde conſtare poteſt, tum vero ex Xenoph. libro ſeptimo De expeditione Cyri, pag. 239 meæ editionis; καὶ τῶν Ἑλλήνων πολλῶν καὶ ῥῖνες ἀπεκαίοντο καὶ ὦτα: ſiue ἀπεκαίοντο, aut ἀπεκαίετο. tot enim modis locus ille ſcriptus inuenitur. Sic etiam putauit verbum σκύλλειν eſſe Spoliare; (nimirum ad σκῦλα reſpiciens) quum ſit Vexare, Fatigare. Nã libro ſeptimo, pag. 149, σκύλας δὲ καὶ ὑβρίσας vertit, Spoliatos omnique ignominia affectos: quum Herodianus non ſpoliatos ſed fatigatos intelligat, longo videlicet illo difficilique, cuius mentionem fecerat, itinere. Sic idem ſcriptor libro quarto dicit ἵνα δὲ ἡ μὴ πάντα τὸν στρατὸν σκύλῃ: intelligens, noluiſſe totum exercitum fatigare eo quod conficiendum erat itinere. (Sed Politianus hic verbum illud nõ interpretatur; ſicut nec ea quæ illi adiuncta ſunt) Sic etiam Euangelii Marci cap. quinto, σκύλλειν illa ipſa de re dicitur: ideoq; τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον, apte redditum iri puto, Quid amplius fatigas magiſtrum? conficiendo videlicet hoc itinere. Poterat autem hæc fatigatio eſſe non ex longitudine itineris, verũ ex eo quod inter eundum a turba comprimeretur. Interdum vero, quum idem vocabulum duas ſignificationes habeat, eam ponit quæ loco minime conuenit, tamquam alterius neſcius, aut certe immemor. Huius rei exemplum attuli iam in verbo προεστάναι: ſed recordor & alius, in verbo ἀποσκευάζεσθαι. Nam ſonat quidem hoc verbum nonnumquam quod Latini dicunt De medio tollere: ſed non ſemper. Interdum enim eſt tantum Submouere, vel Submotum amandare aut ablegare aliquo: vt Cicero Remouere & Ablegare coniunxit. Hoc igitur, non illo modo, ἀποσκευάσασθαι debuit interpretari, pag. 144. Iam vero & quædam ſunt vocabula quæ quem apud Herodianum vſum habeant non animaduertens, male eſt interpretatus. Exemplum habes libro quinto, pag. 111, vbi dicit Herodianus; οἱ δὲ ἐκ μετρίων πράξεων εἰς τοῦτο ἐλθόντες. Nam μετρίας πράξεις non modeſtiam cum Politiano, ſed mediocres adminiſtrationes, (id eſt, quarum mediocris & certis limitib. circumſcripta eſſet potentia) mecum interpretabitur, qui & antitheſin quæ ibi eſt conſiderabit, & quem paſſim habeat vſum apud Herodianum hoc nomen. Nam in illo ipſo legimus libro, τῶν ἐν ἀξιώσει τινὶ ἢ πράξει καθεστώτων. item, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπάρχων τῶν στρατοπέδων, καὶ οἱ ἐν ταῖς μεγίσταις πράξεσιν.

Nonnulli autem ſunt loci in quibus dubites aliamne ſcripturam ſequutus ſit, an aliud agens eos ita ſit interpretatus: quum non ſolum diuerſa, ſed contraria etiam alicubi ſit eius interpretatio Græcis quæ habemus verbis; & quidem plerumque talibus vt alia minime quærenda videri poſſint. Sic lib. 7, pag. 151, quum ſcriptum ſit μεσαζούσης ἡμέρας, id eſt, quum iam meridies eſſet, apud Politianum legimus nocte intempeſta: nimirum perinde ac ſi non μεσαζούσης ἡμέρας, ſed μεσαζούσης νυκτὸς ſcriptum eſſet. Libro item quinto, pag. 125, pro hiſce Græcis verbis, ὡς τοῦ Ἀλεξάνδρου τεθνήξεσθαι μέλλοντος, id eſt, quaſi iamiam eſſet moriturus Alexãder, legimus apud illum, quaſi iam obiiſſet Alexander. His locis addendus eſt quidam libri tertii, pag. 81: vbi quum & exemplaria vnde manauit prima Herodiani editio, exhibuerint hanc ſcripturam, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς, id eſt, & fratrem ipſius: Politianus dicit, pariter cũ filiolo quem pepererat. Sunt profecto & alii quidam loci qui his poſſent adiungi: ſed vnũ addere

contentus ero: in quo manifeſtius ac certius quam in quoquã alio, id quod dixi, eſſe poteſt; nimirum Politianum aliud agentem ita interpretatum eſſe. Is eſt libro primo, pag. 19; καὶ τὴν ἔνδειαν τὰς αἰτίας εἰς αὐτὸν ἀναφέροντες: *quæ ſonant*, & illorum malorũ cauſam in eum conferentes: *at ecce, Politianus pro Græcis illis Latina iſta nobis dedit,* ac totius cauſam peſtilentiæ in eum conferentes: *quum tamen de peſtilentia iam non agatur, ſed de fame. Verum quum peſtilentiæ proxime præceßiſſet deſcriptio, inde ad famis deſcriptionem tranſiſſe hiſtoricum, illi tum in mentem non veniebat. Sed cum alia* ἁμαρτήματα, *tum vel maxime* μνημονικὰ, *in magnis præſertim viris, impetraſſe ſemper veniam ſcimus: quod tam multa apud eos reſplendeant, vt, ſiquid ſit tenebricoſi, a ſplendore illo velut abſorbeatur: & qualis in pulchro corpore eſt næuus, talia eſſe illa in pulchro opere peccata videri poßint.*

Exempla autem eius quod tertio loco propoſui, (quum dicerem, nonnulla nõ parui apud Herodianum eſſe momenti, quorum cognitione lectorem interpretatio Politiani fraudaſſet) non diu quærenda tibi fuerint, ea quæ margini adſcripſi legere volenti. Partim enim ibi, partim in iis quæ in ipſo textu (vt vulgo loquimur) poſui, ſupplementum illud interpretationis Politiani habes, quod in titulo tibi promiſi. Ac certe in ipſo textu lubentius id quam in margine multo pluribus in locis dediſſem, niſi, ad inſerenda interpretationi Politiani ea quæ deerant, mutandum aliquid in ea fuiſſet; quod ego facere religioni habebam. Quædam porro ſunt ex iis quæ in illa ſunt omiſſa, quæ quum prima fronte videri leuia poßint, contra, ſi attentius ea conſideraueris, non parui eſſe ponderis iudicabis. Quod certe his dici de verbis poteſt, libro tertio; γάμῳ σωφρονίσαι θέλων. *hæc enim a Politiano prætermiſſa, ſonant;* quum per matrimoniũ reddere eum moderatum vellet; *ſiue* ad modeſtiam componere; *(vt ipſe Politianus alicubi verbum illud reddit) vel*, ad bonam frugem adducere: *aut*, ad ſanam mentem reducere: *vel*, elatiores eius ſpiritus reprimere. *Quum autem primo aſpectu dicturus ſit aliquis fortaſſe, nihil iſtis ſubeſſe verbis quod ſcire magnopere lectoris interſit, magnam tamen matrimonii laudem complectuntur: adeo vt teſtimonio illorum aptiſſime ſit vſurus, quum probare volet, animis hominum illius ſeculi eandem quam huius ætatis hominibus, inſitam de matrimonio opinionem fuiſſe. Sed nonnulla etiam inſeruiſſe me Politiani verbis fateor, quæ tantum ad exprimendam verborum vim conducunt. Verum alicubi eas quoque adiectiones lectori non contemnendas viſum iri mihi perſuadeo. De talibus loquor qualẽ habes in fine libri quinti. quũ enim ſcripſerit Herodianus,* καὶ πάνυ ὑπὸ τῇ μητρὶ καὶ τῇ μάμμῃ παιδαγωγούμενον, *& Politianus interpretatus ſit,* atq; adhuc auiæ præceptis obtemperantem: *ego non ſolum* matris *adieci, ſed etiam* tamquam pædagogorum, *alio typorum genere hæc adiecta ſcribens; hoc modo;* atque adhuc *matris &* auiæ, *tamquam pædagogorum*, præceptis obtemperantem.

In iis demum locis aliquid mihi permiſi quibus typographici errores, & quidem inueterati, ſuberant: (vt quæ aliorum typographeia inflixerant vulnera, meum ſanaret) pro armis *(exempli gratia) ſubſtituens* armillis: *&* ſummiſſis *pro* ſummis, *&* ceream imaginem *pro* certam imaginem: *item* pridie *pro* pridem: *necnon* deligebat *pro* diligebat. *Alia erant de quibus te monitum volebam lector: ſed, quum me charta deficiat, vale.*

ANGELI

ANGELI POLITIANI AD INNOCENTIVM VIII, PONTIFICEM MAXIMVM, PRÆFATIO IN HERODIANI HISTOriam e Græco ſermone in Latinum a ſe conuerſam.

QVVM Romę ab hinc trienniũ ferme in comitatu eſſem Florentinæ legationis, quæ tibi ſancte pater Innocenti, Pontifex maxime, ad ſupremæ iſtius dignitatis faſtigium nuper euecto gratulatum aduenerat, memini abs te mihi magna celebritate curam delegari, vertendi in Latinam orationẽ Romanorum Principum res geſtas, ſi quæ adhuc inter Græcorum monumenta, noſtris hominibus intactæ reperirentur. Quare cum cæleſtis animi tui iudicio, non plus mihi honoris additum, quam oneris iniunctum animaduerterem, vt primum Florentiam ſum reuerſus, altiſſima ſollicitudine circumſpicere, quem potiſſimum ex omni Græcorum copia interpretandum ſuſciperem. Occurrit autem in primis HERODIANVS hic, excellens rerum ſcriptor, & qui diu in Palatina verſatus aula, affectæque iam ætatis, hiſtoriam de ſuis temporibus componere aggreſſus, neque eloquentiæ caruerit laudibus, & fidem tamen in primis libertatemq; retinuerit. Hoc vbi opus a nobis, neque multo ſane negotio, neq; inuita (vt arbitror) Minerua, elucubratum eſt, ea mox tempora inciderũt, quibus & noſtra impedirentur ſtudia, &, quæ plurimum valet, in ſcribendo omnis propemodum alacritas excuteretur. Poſtea vero quam pro tua prouidentia, & pacem Italiæ cupienti reddidiſti, & cum patrono meo Laurẽtio Medice, ampliſſimę quidem fortunæ, ſed amplioris ingenii prudentięque viro, priuatim affinitatem contraxiſti: ceſſit videlicet ille quaſi nimbus, ſuaque mundo reddita ſerenitas eſt, ſic vt nos iam ipſos colligamus, atque vt grauati pluuia flores, peneque decidui, ad nouæ lucis radios erigamur. Ergo & vetera edere in publicum, & noua procudere iam libet, vnde aliqua modo vel tuo ſacratiſſimo nomini celebritas, vel noſtris temporibus claritas, vel ſtudioſis etiam hominibus vtilitas pariatur. Ceterum Herodianum hunc noſtrum, donec maiora tibi, ac fortaſſe meliora parturimus, veluti præludium aliquod veri iuſtique laboris, læta rogamus fronte excipias, ſumme Pontifex; magnam in eo negotiorũ perſonarumque varietatem, multam rerum nouitatem deprehenſurus, crebraq; in vtramque partem fortunæ ceu vacillantis exempla, conſiliaque admirabilia, & conſiliorum inopinatos euentus, grauesque pro tempore ſententias; & plenam vbique dignitatis, plenam ſuauitatis orationem; copioſam videlicet quandam ad inſtruendos mores ſupellectilem, & ceu ſpeculum humanitatis, in quod inſpicere omnis vita, vnde ea capere atq; haurire documenta queat, per quæ vel publicis, vel priuatis rationibus conſulatur. Quæ ſane noſtræ fuerunt partes, tentauimus profecto, vtinamque etiam effecerimus, vti omnia ex fide reſponderent; ne inepta peregrinitas, ne Græculæ vſquam figuræ, niſi ſi quæ iam pro receptis habentur, Latinam quaſi polluerent caſtitatem; vt eadem propemodum eſſet linguæ vtriuſq; perſpicuitas, eædemque munditię, idem vtrobique ſenſus atque indoles, nulla vocum moroſitas,

nulla anxietas. Tu, quando nobis aliquod ceu ſignum ex arce iſta tui Pontificatus, ad bene ſperandum ſuſtuliſti, perge (obſecro) ſanctiſſime Pater, perge (inquam) fouere atque illuſtrare bonas artes, quæ ſeſe pedibus iſtis ſanctiſſimis aduoluunt ſupplices, numenq; tuum aduerſus rudem inſcitiam, tetramque barbariem implorant: vt a quo pax Italiæ, atque adeo terrarum orbi reſtituta eſt, etiam ab eodem pacis alumnæ litteræ, ab iniuria ſcilicet atque indignitate vindicentur.

ANGELVS POLITIANVS ANDREÆ Magnanimo ſuo S.

EFFLAGITARI ſcribis iſtic ab iis qui libros formis excudunt, HERODIANVM meum. Meum enim iure appello, quẽ quaſi latinitate donauerim. Tum rogas codicem tibi ipſum tuum remittam aliquando, noſtra (quod illos cupere ais) manu emendatum. Remitto; ſed (vt verum fatear) leniter potius quam ſeuere caſtigatum; ſic autem, vt noſtra errata plura in eo quam librarii deprehendas. Crediderim tamen ſtilo ipſi certe meo, hoc eſt interpretis, plus aliquanto veniæ deberi quam auctoris; quoniam meliuſcule reſpondent fere, quę ſcribas vbi ſit liber quaſi curſus, quam quæ vertas, vbi nihil extra præſcriptum. Accedit & illud, quod hoc mihi munus interpretandi quaſi leuioris operæ fuit; vtpote qui diebus pauculis dictauerim ſic deambulans. Itaque tantum abeſt vt mihi inde laudem petam, vt etiam abunde pulchrum fore putem, ſi vitauero grauiorem culpam. Quare cum amicis reliquis, tum tibi in primis, omnem huius operis defenſionem, non remitto ſolum, ſed etiam prope interdico; vosque integros ad alia reſeruo, quæ poſt edentur. Sed quamquam plurimi ſunt apud vos, qui mihi etiam plus nimio fauent, vnus tamen es tu Andrea Magnanime, cognomento iſto tuo gentilitio digniſſime. quem equidem faciam plurimi, cum, quod ex bonis ortus, & opibus flores & honoribus; tum vel maxime, quod ingenio es elegantiſſimo, moribus ſuauiſſimis, gratia quadam (quidquid agis, quidquid loqueris; immo etiam ſi nihil agis, nihilque loqueris) ſingulari, ac vultu denique ipſo (quod dicitur) homines deuincis. Itaque nihil quemquam metuo, vbi tu mihi ſtudeas: Numquam enim male de Politiano ſentiet, qui placere eum Magnanimo intelliget. Vnum tantum eſt, quod a te nunc contendo, cures, pro reliqua in noſtris rebus diligentia, vt quam minimum quaſi degenerent ab origine, quæ mox volumina formabuntur; vtque ne illæ ipſæ quidem adnotatiunculæ omittantur, quas marginibus adſcripſimus. Inter eas vero, etiam locos (puto) treis quatuorve ad ſummum reperies, vbi fuit excuſatione vtendum, corrupti apud Græcos exemplaris. Ad hæc vero facile procuranda obeundaque, magis idoneum habere, magisque ex vſu tuo neminem poſſis, quam Alexandrum Sartium, ciuem tuum, litteratum hominem, noſtrique ſtudioſum; tum (quod ego in hac re primum puto) neutiquam in amici negotio dormitantem. Vale: in ruſculo Fæſulano, pridie Nonas Maias, anno Salutis MCCCCXCIII.

HERODIANI LIBRORVM ARGVMENTA.

I LIBRI ARGVMENTVM.

IMPERATOR MARCVS *ſenex, in Pannoniis morbo correptus, ſollicitus ne filius eius Commodus degeneraret, exemplo aliorum principum, eum amicis & cognatis commendat, fatoque defungitur.* COMMODVS, *mortuo patre, paternum imperium ſibi vſurpat, recteq; primum adminiſtrat: mox ab adulatoribus corruptus, infecto bello Pannonico, Romam remeare ſtatuit, reſiſtente fruſtra Pompeiano. Romam igitur reuerſus, magna gratulatione excipitur. Diis ſalutatis, Senatuique gratiis actis, in aulam Palatinam ſe recipit. Perennem, auariſſimum hominem, rebus imperii præficit; ipſe deliciis ac flagitiis totum ſe dedit. Forma inſigni præditus, ſtudiis variis ſe exercuit, aurigando, beſtias conficiendo, gladiatorio munere obeundo. Quin eo tandem dementiæ deuenit, vt ſe Herculem Iouis filium appellari iuberet, ac menſibus de ſe nominatis, ſtatuas ſibi paſſim erigi imperaret: mox mutato animo, gladiatoris cuiuſdam mortui nomen &*

men & genus ſibi adoptaret. Calamitates quæ illo tempore contigerunt, principi malo imputatæ ſunt: vt peſtilentia ingens, in qua ipſe Laurentum ſeceſſerat; & fames, cuius Cleander coemptis frumentis auctor exſtiterat: item prodigia, & vrbis ac templorũ incendia. Inſidias ei parauit prius Lucilla ſoror, deinde Perennis, poſthac Maternus, poſtremo Marcia concubina; cuius iudicio & conſiliis, primum veneno, mox ſtrangulatione kalendis Ianuariis eſt occiſus.

II LIBRI ARGVMENTVM.

Occiſo Commodo, qui apoplexia periiſſe dicebatur, PERTINAX, *vir optimus, ad imperium eligitur: quod cum exoratus vix ſuſcepiſſet, a populo, & milite, ac Senatu Romano Auguſtus ſalutatur. Dein oratione habita, ſacrisq́ factis, in aulam principalem ſe contulit. Poſthæc imperium æquiſſime adminiſtrauit: vnde ciuibus carus, prouinciis gratus, hoſtibus formidabilis fuit: verum militibus, qui a rapinis prohibebantur, intolerabilis: vnde illum conſpiratione facta obtruncant. Poſthæc in caſtra ſe recipiunt, atque inde proclamant, Venale eſſe imperium Romanum. Id* IVLIANVS *licitando emercatus eſt, ac turpiſſime adminiſtrauit: quare ad* NIGRVM, *Syriæ præfectum, defertur, qui Antiochiæ illud ſibi vſurpauit. Sed cum negligentius res ageret,* SEVERVS *imperium arripuit, Pertinacis cædem ſe vlturum ſimulans. Igitur in Pannoniis Imperator ſalutatur; mox Romã contendit: ibi Senatus imperium Seuero, at Iuliano necem decernit; qui etiam a tribuno interimitur. Seuerus itaq́ eos milites qui Pertinacem occiderant, exauctorauit: res imperii ſibi vindicans, Albinum Britanniæ præſidem ſibi adiungens, in Aſiam profectionem contra Nigrũm ingenti apparatu inſtituit.*

III LIBRI ARG.

Niger, vbi audiuit Seuerum occupaſſe imperium, & expeditionem in orientem ſuſcipere, ad bellum ſe quoque, quam maxime poteſt, præparat. Seuerus, Aſiam ingreſſus, Nigri milites ad Cyzicum, mox in Bithynia vincit, & Cappadociam expugnat. Deinde Tauri propugnaculis ſuperatis Ciliciam emenſus, ad ſinum Iſſicum acerrimo prælio cum Nigro congreditur: qui victus, & fuga elapſus, Antiochiam venit, atq́ ibidem interficitur. Poſthæc inimicitiæ inter Albinum & Seuerum patefactæ, belli cauſam vtrique dederunt. Sedes belli Lugdunum fuit: ibi ancipiti prælio facto, tandem vincente Seuero, vrbs capta; Albino caput abſciſſum, & Romam miſſum eſt. Dein iterum bellum in Aſiam Seuerus mouit; Armeniam & Arabiam felicem inuaſit: Atrenorum regionem ingreſſus, Atra circumſedit, diuq́ oppugnauit, fruſtra. Sed in Parthiam delatus, inſperatam victoriam nanciſcitur: inde Romam triumphans reuertitur. Ibi rei publicæ priuatæq́ intentus, Antonino filio vxorem dedit filiam Plautiani: qui Seuero inſidias machinatus, per Saturninum tribunum indicio facto, pœnas dedit. Vltimo in Britanniam expeditionem faciens Seuerus, diutius durante bello, ibidem fato functus eſt. Imperium ad ANTONINVM *&* GETAM *defertur: qui, relicta Britannia, cum patris reliquiis Romam ſunt reuerſi.*

IIII LIBRI ARG.

Seueri reliquiæ ex Britannia Romam ſunt delatæ. Ibi parentatione facta, & illo inter dios relato, Antoninus & Geta fratres imperium ſuſcipiunt; ita diſsidentes, vt illud, niſi tunc Iulia interceſſiſſet, certis limitibus inter ſe diuiſiſſent. Mox tamen, gliſcente indies odio, ANTONINVS *fratrem* GETAM, *ſupra pectus matris obtruncat; & ad caſtra confugiens, militibus largitione corruptis, ſolus Imperator declaratur: ac ſtatim in ſenatum populumq́ crudeliſſime ſæuit. Poſthæc varias profectiones obiens, ad Danubium Germanos, in Macedonia Alexandrum, in Aſia Achillem æmulabatur. Dein Alexandriam veniens, inſigni latrocinio ciues contrucidauit. Poſthæc Parthiam titulo nuptiarum ingreſſus, incautos Parthos, violato fœdere opprimit, rege vix elapſo. Poſtremo Carris Meſopotamiæ, a milite, cuius fratrem interemerat, interficitur; & combuſto eius cadauere, cineres Antiochiam matri Iuliæ mittuntur. Deinceps* MACRINVS *Imperator eligitur; qui cum Artabano rege Parthorum, per integrum triduum prælio decernit, neutro exercitu vincente aut deuicto; mox facto fœdere, & diſcedente Partho, ipſe cum Romanis copiis Antiochiam proficiſcitur.*

V LIBRI ARG.

OPILIVS MACRINVS, *per epiſtolam rationem rerum geſtarum reddens Senatui, ab eodem Imperator declaratur, magno omniũ gaudio. ſed cum lentius molliusq́ Antiochiæ deſideret, in offenſam & odium militum incidit: a quibus orta ſeditione proditur, & in Chalcedone Bithyniæ vrbe interficitur; ſuperatus a* BASSIANO: *qui, Solis ſacerdos cum eſſet, in caſtra perductus, &, Antonini filius creditus, ipſe quoq́* ANTONINVS *appellatus, ac Imperator conſalutatus fuerat. Is igitur, inito imperio, omni flagitio ſe & Romanam religionem polluens, Heliogabalum deum colens, ſumma vecordia publice priuatimque, in ſacris profanisq́ rebus, debacchabatur. Vnde milites illum quoque peroſi, interficiunt: eius in locum* ALEXANDRVM, *dudum*

Cæſarem deſignatum, ſubſtituunt, ac Imperatorem conſalutant.

VI LIBRI ARGVMENTVM.

SEVERVS ALEXANDER, *ſub matris auiæq́; cura geſſit imperium modeſtiſſime, adiutus conſiliariis ex ordine ſenatorio delectis; quorũ opera, res ſacræ & profanæ in rectum priſtinumque ſtatum reſtitutæ ſunt. Deinde vxorem duxit patricii generis; cum qua poſtea diuortium fecit, matre ita cogente, cui parebat in omnibus.*

Poſthac, Artaxerxe Perſarum rege mouente bellum, vltro citroq́; miſſis legationibus, in Aſiam proficiſcitur; ac trifariam diſtributis copiis, hoſtiles regiones eſt ingreſſus; ſed magna clade vbiq́; accepta, Antiochiã reuertitur. Inde in Europam reuocatur, Germanis Rhenum Danubiumque tranſgreſſis, ac bellum Romanis inferentibus. Vbi cum parum feliciter res gereret, MAXIMINVS *tyronũ præfectus, ac militaris diſciplinæ peritiſſimus, interfecto Alexandro, Imperator eligitur.*

VII LIBRI ARG.

MAXIMINVS *Thrax, vaſto corpore & crudeli animo præditus, ſuſcepto imperio ſtatim tyrannidem exercuit, conſcientia natalium, & coniuratione tribunorum, atq́; militum defectione irritatus. Germanos intra ſiluas & paludes delitescentes, bello aggreſſus fundit fugatque: ſæuus quidem in hoſtes, ſed in ſuos truculentior, per fas nefasq́; omnes omnium pecunias ſibi adiudicans. Vnde inuidia paſſim, mox ſeditio in Africa exorta eſt; vbi procuratore quodam interfecto,* GORDIANVS *Africæ proconſul, Imperator eligitur; qui Vitalianum præfectum prætorii Romæ interfici curauit, & a Senatu Auguſtus declaratur. Mox tamen cum filio in Africa periit, Capelliano perſequente. Maximinus ex Pannonia cum vniuerſo exercitu Romam contendit; vbi Maximus & Balbinus collegæ Imperatoris electi, & Gordiani nepos Cæſar creatus erat. Bellum ciuile Romæ Gallicano auctore ortum, populo Romano & militibus prætorianis hoſtiliter inter ſe dimicantibus.*

VIII LIBRI ARG.

Maximinus, ſuperatis Alpibus, Aquileiam venit: ibi expugnationem eius vrbis moliens, a ſuis militibus cum filio obtruncatur. quorum capita Romam deportantur: MAXIMVS, *alter Imperator, apud Aquileiam exercitum Maximini dimittit; ipſe Romam cum ſuis reuertitur; & cum Balbino imperiũ geſſit, donec ambo a militibus Prætorianis ſunt occiſi. Poſt horum obitum,* GORDIANVS, *dudum Cæſar, Romanum ſuſcepit imperium.*

ΗΡΩΔΙΑ-

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΤΗΣ ΜΕΤΑ ΜΑΡΚΟΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ [ΙΣΤΟΡΙΩΝ] βιβλία ὀκτώ.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Οἱ πλεῖστοι τῶν περὶ ª συγγραφὴν ἱστορίας ἀσχοληθέντων, ἐνίων τε πάλαι γεγονότων μνήμην ἀνανεώσασθαι σπουδασάντων, παιδείας κλέος ἀΐδιον μνώμενοι, ὅπως μὴ, σιωπήσαντες, ᵇ λάθοιεν εἰς τὸν πολὺν ὅμιλον ἀριθμούμενοι, τῆς μὲν ἀληθείας ἐν ταῖς ἀφηγήσεσιν ὠλιγώρησαν, οὐχ ἥκιστα δ' ἐπεμελήθησαν φράσεώς τε καὶ εὐφωνίας, θαρροῦντες ὡς εἴ τι καὶ μυθῶδες λέγοιεν, τὸ μὲν ἡδὺ τῆς ἀκροάσεως αὐτοὶ καρπώσονται, ᶜ τὸ δ' ἀκριβὲς τῆς ἐξετάσεως οὐκ ἐλεγχθήσεται. εἰσὶ δ' οἳ πρὸς ἔχθρας ἢ μῖσος τυράννων, κολακείαν τε ἢ τιμὴν βασιλέων, πόλεως τε καὶ ἰδιωτῶν, εὐτελῆ καὶ μικρὰ ἔργα, λόγων ἀρετῇ, ᵈ δόξῃ παρέδωκαν τῆς ἀληθείας μείζονι. Ἐγὼ δ' ἱστορίαν οὐ παρ' ἄλλων ἀποδεξάμενος ἄγνωστόν τε καὶ ἀμάρτυρον, ὑπὸ νεαρᾷ δὲ τῇ τῶν ἐντευξομένων μνήμῃ, μετὰ πάσης ἀληθοῦς ἀκριβείας ἤθροισα ἐς συγγραφὴν, οὐκ ἀτερπῆ τὴν γνῶσιν καὶ τοῖς ὕστερον ἔσεσθαι προσδοκήσας, ἔργων μεγάλων τε καὶ πολλῶν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ γενομένων. εἰ γοῦν τις παραβάλοι πάντα τὸν ἀπὸ τοῦ Σεβαστοῦ χρόνον, ἐξ οὗπερ ἡ Ῥωμαίων δυναστεία μετέπεσεν εἰς μοναρχίαν, οὐκ ἂν εὕροι ἐν ἔτεσι περί που διακοσίοις, μέχρι τῶν Μάρκου καιρῶν, οὔτε βασιλειῶν οὕτως ἐπαλλήλους διαδοχὰς, οὔτε πολέμων ἐμφυλίων τε καὶ ξένων τύχας ᵉ ποικίλας, ἐθνῶν τε κινήσεις, καὶ πόλεων ἁλώσεις, τῶν τε ἐν τῇ ἡμεδαπῇ καὶ ἐν πολ-

HERODIANI HISTORIÆ DE IMPERIO POST MARCVM, *vel De ſuis temporibus, libri* VIII: ANGELO POLITIANO *interprete*.

LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.

Qvi res antiquas poſteris prodiderunt, veteremq; hiſtoriæ memoriam renouare litteris ſtuduerunt; ii magna ex parte, dum famam eruditionis affectant, nomenq; ſuum conantur ab iniuria obliuionis aſſerere, minus ſane multam in veri perueſtigatione, quam in exornanda componendaque oratione induſtriam poſuerunt: rati ſcilicet, neque, ſi quid in rebus a ſuo ſeculo remotiſſimis falſi proderetur, poſſe refelli; & ſe tamē ſuauitate narrationis ampliſſimū laboris ingeniiq; [ſui] fructum percepturos: alii vero, priuatis inimicitiis, tyrannorumque odio prouecti: aut in laudes principū, ciuitatum, priuatorumq; hominum, immodicis aſſentationibus effuſi, tenues per ſe res atq; humiles, ſcribendi tamen artificio longe ²ſupra veri fidē ſuſtulerunt. Ego vero contra, non quidem acceptā ab aliis, aut incognitam aut ³teſtibus egentem hiſtoriam, ſed eorum qui legent, [ſenſib. adhuc] memoriæq; *recenti* inhęrentem, ſumma vel fide vel diligentia collectam, conſcribendam ſuſcepi: ſperās haud iniucundam fore poſteritati earum rerum notitiam, quæ multæ ſane atq; magnæ haud ita longo tempore acciderunt. Nam ſiquis ab Auguſto vſq; [principe] omnem ætatem ⁴complectatur animo, quum ſcilicet Romanorum potentia ad vnius eſt ⁵arbitriū deuoluta, ne annis quidē illis circiter ducentis, (tot enim ferme ad Marci tēpora numerantur) aut imperiorū tam diuerſas ſucceſſiones reperiet, aut bellorū vel ciuilium vel externorum tam varios caſus atq; euentus, ⁶in tot excitas gentes, tot vrbes noſtras

---

IN QVOSDAM Græci textus locos annotatiunculæ, quibus aut reſtituuntur aut exponuntur: Auctore Henr. Steph.

a *Sic paulo poſt, ἱστορίαν ἤθροισα ἐς συγγραφήν.* b Recte diſtinguitur *poſt* μὴ, *quia fertur ad* λάθοιεν, *non ad* σιωπ. *Si* λάθοιεν *cum* ἀριθμούμενοι *iungas, intelligendum erit*, Ne, ſi tacuiſſent, laterent: *(id eſt, ignobiles & obſcuri eſſent)* quippe qui in vulgo numerarentur: *id eſt aliqui e vulgo haberentur. Alioqui dictum erit* λάθοιεν ἀριθμούμενοι, *ut infra*, Commodo *quidam dicit* λάθοις ἀπολλύμενος. *ſed* ἀπολλύμενος *male in aliis edit. legitur.* c For. τὸ δ' οὐκ ἀκρ. d δόξῃ παρέδ. *phraſis rara, quæ ſonat*, In opinionem vero maiorem adduxerunt. e *Cum* ποικίλας *ſuband.* ὄντα *ex praeced.* For. ἀλλόφυλα [illegible], *quod ſubaudiatur & cum* φθοραῖς: *at* [illegible], *cum* σχεσμοῖς.

INTERPRETATIONIS POLITIANEAE *partim ſupplementum, partim examen: Auctore eodem* Henrico Stephano. 1 Pleriqueeorum qui in congerenda hiſtoria tempus atque operam poſuerunt, & rerum quarundam olim geſtarum mem. ren. ſtuduerunt, ſempiternam erud. laudem ambientes, (ne, ſi tacerent, hoc incautis contingeret, vt aliqui e vulgo cenſerentur) veritatem quidem in narrandis rebus neglexerunt, non minimam vero circa genus dicendi, & vocalitatem, curam adhibuerunt. Confidebant enim, etiamſi quid fabuloſi memorarent, eam quæ auditorum auribus perciperetur voluptatem, fructuoſam ſibi fore: quam autem exacte ſingula examinaſſent, non inquiſitum iri. *Sed aliter etiam poſſe verba poſtrema legi videntur, vt notaui e regione.* 2 Supra verum ſuſt. *Alio autem ſenſu dici*, Supra veri fidem, *docui in Theſ. Gr. lin. in* Μείζων. 3 teſtibus carentem. 4 inter ſe comparet, M. 5 dominatum. 6 For. ſcripſit Polit. non tot. [*vel*, aut tot. *Memmius in ſuo libro eam particulam expunxit.*]

2 barbarasq; expugnatas: prẹterea †terræmotus, & peſtilentias, [1] vitas quoq; principum & tyrãnorum adeo nouas atq; inauditas, vt nulla iis apud veteres cõſimilia exempla, aut certe quãpauciſſima inueniantur. quorum alii diuturnam, alii breui *tempore* potentiam obtinuerunt: nonnulli autẽ, vixdum inito honore, Imperatoresque dumtaxat appellati, eodem illo quo ſuſceperant die imperium amiſerũt. [2] Nam quum ſexaginta annis plures quam pro tẽpore principes vrbs Roma pertulerit, factũ ex eo eſt vt multæ ſane variẹq; res atque admiratione dignæ exorirẽtur. Quippe ætate prouecti principes, vtpote rerum negotiorumq; periti, diligẽtius ſeſe ſuosq; regebant: contra adoleſcentes, molliter atq; indulgenter habiti, noua ſcilicet permulta deſignabant. Quo factum eſt vt diſpari ætate atq; licentia, diſparia quoq; ſtudia moreſq; ſequerẽtur. Hæc quemadmodum geſta ſint, temporum ipſorum atq; principum ſeruato ordine, perſcribemus.

IMPERATOR Marcus filias quidẽ ſuſcepit complures, mares autem duos. horum alter, natu minor, [3] adoleſcentulus admodũ fato eſt functus: (Veriſſimo nomẽ fuit) alterum vero, Commodũ nomine, magna diligentia curaq; pater educauit, accitis vndiq; viris doctrina claris, maximaque propoſita mercede: vti mores pro ſe quiſq; filii ingeniumque excolerent. Filias porro, quum adoleuiſsẽt, optimis ex ordine ſenatorio viris collocauit. Neq; enim [4] qui lõgam generis ſeriẽ præferrent, aut qđi opes nimias oſtentarẽt; ſed qui morum probitate atq; modeſtia, vitæq; innocentia prẹcellerent, eos ſibi generos deligẽdos putabat. Hæc enim [5] ſola animi bona certa eſſe ſtabiliaq; ducebat. Virtutẽ nullã non magnopere exercuit: adeo litterarum antiquitatis ſtudioſus, vt nemini ſit in eo genere Græcorum Romanorumque ſecundus. Argumento ſunt permulta quæ ab illo dicta atque conſcripta

3 ad nos vſque peruenerunt. Adeo vero †ciuilem ſeſe & commodum omnibus principem præſtabat, vt adeuntium cuiuis dexteram [placide] daret, neminemque a ſuis cuſtodibus prohiberi aditu pateretur: ſolusque Imperatorum ſapientiæ ſtudium non verbis aut decretorum ſcientia, ſed grauitate morum, vitæque continentia [6] vſurpauit. Quo fa-

λεις βαρβάροις· † γῆς τε σεισμούς, καὶ ἀέρων φθοράς, 2 τυράννων τε καὶ βασιλέων βίους παραδόξους, πρότερον ἢ σπανίως ἢ μηδ' ὅλως μνημονευθέντας. ὧν οἱ μέν, [a] ἐπιμηκέστερον ἔσχον τὴν ἀρχήν, οἱ δέ, πρόσκαιρον τὴν δυναστείαν· εἰσὶ δ' οἳ μέχρι προσηγορίας καὶ τιμῆς ἐφημέρου μόνης ἐλθόντες, εὐθέως κατελύθησαν. μερισθεῖσα γὰρ ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ ἐν ἔτεσιν ἑξήκοντα εἰς πλείους δυναστείας ἢ ὁ χρόνος ἀπῄτει, πολλὰ καὶ ποικίλα ἤνεγκε, καὶ θαύματος ἄξια. οὕτω γὰρ οἱ μὲν τὴν ἡλικίαν πρεσβύτεροι, τῇ ἐμπειρίᾳ τῶν πραγμάτων, ἐπιμελέστερον ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ὑπηκόων ἦρξαν· οἱ δὲ κομιδῇ νέοι, ῥᾳθυμότερον βιώσαντες, πολλὰ ἐκαινοτόμησαν· διὸ δὴ εἰκότως ἐν ἡλικίαις τε καὶ ἐξουσίαις διαφόροις οὐχ ὅμοια γέγονε τὰ ἐπιτηδεύματα. Ὡς δὴ ἕκαστα τούτων πέπρακται, κατὰ χρόνους καὶ δυναστείας, διηγήσομαι.

ΤΩι βασιλεύοντι Μάρκῳ θυγατέρες μὲν ἐγένοντο πλείους, ἄρρενες δὲ δύο. τῶν δὲ ἀρρένων τούτων ὁ μὲν ἕτερος, κομιδῇ νέος τὸν βίον μετήλλαξε· (Βηρίσσιμος δ' ἦν ὄνομα αὐτῷ) τὸν δὲ περιόντα, Κόμμοδον καλούμενον, ὁ πατὴρ [b] μετὰ τῆς ἀρίστης ἐπιμελείας ἀνεθρέψατο, πάντοθεν τοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐπὶ λόγοις δοκιμωτάτους ἐπὶ συντάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτοις καλῶν, ὅπως συνόντες ἀεί, παιδεύοιεν αὐτῷ τὸν υἱόν. τάς τε θυγατέρας ἐν ὥρᾳ γενομένας ἐξέδοτο ἀνδράσι τῆς συγκλήτου βουλῆς τοῖς ἀρίστοις, οὐ τοὺς γένους μακραῖς διαδοχαῖς εὐπατρίδας, οὐδὲ τοὺς πλούτου περιβολαῖς λαμπρούς, κοσμίους δὲ τὸν τρόπον, καὶ σώφρονας τὸν βίον, γαμβροὺς αὐτῷ γενέσθαι θέλων. ταῦτα γὰρ μόνα ψυχῆς ἴδια καὶ ἀναφαίρετα ἡγεῖτο κτήματα. ἀρετῆς δὲ πάσης ἐμέλησεν αὐτῷ· λόγων τε ἀρχαιότητος ἦν ἐραστής, ὡς μηδενὸς μήτε Ῥωμαίων μήτε Ἑλλήνων ἀπολείπεσθαι. δηλοῖ δὲ ὅσα καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν, ἢ λεχθέντα πρὸς αὐτοῦ, ἢ γραφέντα. παρεῖχε δὲ καὶ τοῖς † ἀρχομένοις ἑαυτὸν ἐπιεικῆ καὶ μέτριον βασιλέα, 3 τούς τε προσιόντας δεξιούμενος, κωλύων τε τοὺς περὶ αὐτὸν δορυφόρους ἀποσοβεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας· μόνος τε βασιλέων φιλοσοφίαν οὐ λόγοις, οὐδὲ δογμάτων γνώσεσι, σεμνῷ δὲ ἤθει καὶ βίου σώφρονι ἐπιστώσατο. πολὺ

a *ſcribo* ἐπιμηκέστερον. b *for.* μετὰ μεγάλης *implicet frequentiam ſit* μετὰ πολλῆς ἐπιμ. c *lib.3, ſing. vitiat.* [illegible] ¶ IN VERS. L. 1 Vitasq. tyr. & pr. incredibiles, quæ antea vel raro vel ne vllo quidem modo commemoratæ fuerunt. 2 Diuiſum enim annis ſexaginta imperium in plures principatus quam pro illo temporis ſpatio, res multas variasque atq; adeo admiratione dignas tulit. Quippe &c. 3 puerum quadrimum *dicit Lampridius*. 5. 4 qui longa gen. ſeri patricii eſſent. 5 ſola, eſſe animi proprias poſſeſſiones, & eiuſmodi quæ auferri non poſſent, ducebat. 6 ſanciuit: *vel*, confirmauit.

τε πλῆθος ἀνδρῶν σοφῶν ἐνήνοχεν ἡ τῶν ἐκείνου χρόνων φορά. φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν. Ὅσα μὲν οὖν ἐκείνῳ πέπρακται ἀνδρεῖα καὶ σώφρονα, στρατηγικὴν ἢ πολιτικὴν ἀρετὴν ἔχοντα, πρός τε τοὺς τὰ ἀρκτῷα τῆς γῆς [a]ἔθνη βάρβαρα κατοικοῦντας, πρός τε τοὺς ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς [b]ποιουμένους τὸν βίον, πολλοῖς καὶ σοφοῖς ἀνδράσι συγγέγραπται· ἃ δὲ μετὰ τὴν Μάρκου τελευτὴν παρὰ πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον εἶδόν τε καὶ ἤκουσα, ἔστι δ' ὧν καὶ πείρᾳ μετέσχον, ἐν βασιλικαῖς ἢ δημοσίαις ὑπηρεσίαις γενόμενος, ταῦτα συνέγραψα.

Γηραιὸν ὄντα Μάρκον, καὶ μὴ μόνον ὑφ' ἡλικίας, ἀλλὰ καμάτοις τε καὶ φροντίσι τετρυχωμένον, διατρίβοντά τε ἐν Παίοσι, νόσος χαλεπὴ καταλαμβάνει. ἐπεὶ δὲ αὐτῷ τὰς περὶ σωτηρίας ἐλπίδας φαύλως ἔχειν ὑπώπτευεν, ἑώρα τε τὸν παῖδα τῆς μειρακίων ἡλικίας ἀρχόμενον ἐπιβαίνειν, [c]δεδιὼς μὴ νεότης ἀκμάζουσα, καὶ ἐν ὀρφανίᾳ ἐξουσίαν αὐτοκράτορα καὶ ἀκώλυτον προσλαβοῦσα, μαθημάτων μὲν καλῶν καὶ ἐπιτηδευμάτων [d]ἀφηνιάσῃ, μέθαις δὲ καὶ κραιπάλαις ἐπιδῷ ἑαυτήν· ῥᾷστα γὰρ αἱ τῶν νέων ψυχαὶ εἰς ἡδονὰς ἐξολισθαίνουσαι, ἀπὸ τῶν παιδείας καλῶν μετοχετεύονται· [e]οἷα δὴ ἄνδρα πολυΐστορα, μάλιστα ἐτάραττε μνήμη τῶν ἐν νεότητι βασιλείαν παραλαβόντων· τοῦτο μὲν, Διονυσίου τοῦ Σικελιώτου τυράννου, ὃς ἀπὸ τῆς ἄγαν ἀκρασίας, [f]καινὰς ἡδονὰς ἐπὶ μεγίστοις μισθοῖς ἐθήρατο· τοῦτο δὲ, αἱ τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων εἰς τοὺς ὑπηκόους ὕβρεις τε καὶ βίαι, δι' ὧν τὴν ἐκείνου ἀρχὴν κατῄσχυναν· Πτολεμαῖος μὲν, καὶ [g]μέχρις
4 † ἀδελφῆς ἰδίας ἔρωτος προχωρήσας, *παρά τε τοὺς Μακεδόνων καὶ Ἑλλήνων νόμους· Ἀντίγονος δὲ, Διόνυσον πάντα μιμούμενος, καὶ κιττὸν μὲν περιτιθεὶς τῇ κεφαλῇ ἀντὶ καυσίας καὶ διαδήματος Μακεδονικοῦ, θύρσον δὲ ἀντὶ σκήπτρου φέρων. ἔτι δὲ καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἐλύπει τὰ μὴ [h]πρὸ πολλοῦ, ἀλλ' ὑπόγυον ἔχοντα τὴν μνήμην, τά τε Νέρωνι πεπραγμένα, (ὃς ἐχώρησε μέχρι μητρῴου φόνου, παρεῖχέ τε τοῖς δήμοις

ctum eſt vt magnum ſapientium virorum prouentum ætas illa extulerit. Solent enim [1]plerumque homines vitam principis æmulari. [2]Quæcũq; igitur ab illo modeſte atque fortiter domi foriſque ſunt geſta, qualemq; porro ſe aduerſus barbaras nationes, ſeptemtrioni ſubiectas ſolique orienti, geſſerit, ea ſunt multorum doctiſſimorumque hominum comprehenſa monimentis: quæ vero poſt Marci obitum per vniuerſam ætatem viſa mihi auditaque ſunt, nonnulla item in experiundo cognita, vtpote in publicis officiis principalibusque verſato, ea nunc conſcribenda ſuſcepi.

Senem iam Marcum, neq; ætate ſolum ſed laboribus multis curiſq; confectum, dũ in Pannoniis ageret, [3]grauiſſimus repente perculit morbus. Quare quum deploratam plane ſalutem ſuam ſentiret, anxius videlicet agebat ne filius, qui tum primam inierat adoleſcentiam, ſiue ætatis feruore nimio, ſiue licentia quadam ſumma, quam in orbitate eſſet habiturus, bonis artibus ſtudiiſque [4]relictis, ebrietati ſeſe & crapulæ dederet. Quippe facile ingenia adoleſcentium a recta honeſtaque diſciplina ad luxum voluptateſque delabuntũr. Terrebat inſuper hominem [5]minime imperitũ, multorum memoria principum, qui iuuenes imperiũ ſuſcepiſſent; vt Dionyſii Siciliæ tyranni; cuius tanta fuit intemperãtia victus, vt nouarum voluptatum inuẽtores ſummis afficeret præmiis: vt item eorũ qui Alexandro ſucceſſerunt. ita enim contumelioſe violenterque dominati ſunt, vt illius imperio graue dedecus conciliarint. Siquidem Ptolemęus eo turpitudinis
†prolapſus eſt, vt cõtra Macedonum 4
atque adeo Græcorum omnium leges, etiam ſororiis amoribus implicaretur. Antigonus autem, quo Liberum patrem *per omnia* repræſentaret, pro cauſia & diademate Macedonico, hederam capiti circumdare, thyrſumque pro ſceptro geſtare eſt ſolitus. Sollicitabant animum ſenis recentia quoque exempla; vt Neronis ipſius, qui ne a materna quidem cæde abſtinuerit, & ſe ridiculum po-

a *De lectione huius loci vide annot. ex aduerſo.* b *dicitur potius* δίαιταν ποιεῖσθαι. c *aut deeſt aliquod verbum ante* δεδιὼς, *aut ſcribendum* ἐδεδίει. d *propriè*, honeſtas diſciplinas, vt equus frenum, reiiceret. e *for.* οἷα δ' ἄνδρα πολ. *vel*, καὶ, οἷα δὴ ἄνδρα. *vel*, καὶ μὲν δὲ, οἷα δὴ ἄνδρ. f *ex vet. addidi* καινάς. g *for.* μίξεις τοῦ τῆς ἰδίας ἀδελφ. ἔρ. h *vel deeſt, vel relictum fuit ſubaudiendum particip.* γενόμενα *ſeu* γεγονότα, *aut* συμβάντα, *vel aliud huiuſmodi.* ¶IN VERS. L. 1 ſemper hom. 2 quæc. ig. ab illo fortiter & moderate geſta ſunt, (quibus imperatoria aut ciuilis ineſt virtus) tam aduerſus eos qui ſeptemtrionales terræ partes incolũt, quam eos qui ſub oriente degunt barbaros, ea ſunt mult. *&c. vt videlicet legatur*, τὰ ἀρκτῷα τῆς γῆς μέρη βάρβαρα κατοικοῦντας. *Sed Polit. illas res geſtas ab his ſeparat: quaſi legeretur*, ἃ ἔστι πρὸς τοὺς τὰ ἀρκτ. 3 grauis inuadit morbus. 4 reiectis, *aut* repulſis: *vel*, *excuſſis vt equus frena excutit.* 5 multarum rerum peritum: *vel*, multarũ hiſtoriarum per. *ſeu*, multum in hiſtoria verſatum.

pulo ſpectaculum præbuerit: vt item Domitiani, qui nihil ſibi ad extremã crudelitatem reliqui fecerit. Has igitur tyrãnidum imagines [1] cũ animo volutans, inter ſpem metumq; agitabatur. Terrebat præterea illum [2] Germaniæ vicina gens, quam nondum plane ſubiecerat, ſed partim [3] in ſocietatem adſciuerat, alios armis belloq; edomuerat: nõnulli etiam ex iis effugerant, metuq; principis inpræſens continebantur. Quare dubitabat ne [4] deſpecta mox filii ætate, arma reſumerent. quippe barbaris mos, quamlibet leuibus momentis aut cauſis *facillime* impelli. His igitur curarum fluctib. æſtuãs, amicos propinquoſq; omnes, quotquot aderant, cõuocari iubet. Qui poſtquam conuenerunt, conſtituto in eorum conſpectu adoleſcente filio, paululũq; ſe e grabbato ſubleuans, huiuſcemodi habuit orationem: Dolere vos atq; angi, quũ ita me affectum contemplamini, minime mirãdum. Quippe [5] humanum eſt, humanis caſib. ingemiſcere: multoq; magis miſericordiam prouocãt quę oculis vſurpamus. [6] Ceterum peculiaris vobiſcũ noſtra ratio eſt. nam de mei erga vos animi conſcientia mutuam ſpero a vobis quaſi meo iure beneuolẽtiam. Nunc autem illud incidit, quum & mihi ſit iudicium faciundum, fruſtrane vobis honorẽ tamdiu habuerim, ſtudiumq; omne meũ lubens detulerim: & vobis, referenda gratia oſtendendum, non eſſe vos eorũ quæ acceperitis immemores. Videtis filium, quem ipſimet educaſtis,

5 † primas nũc adoleſcentiæ metas ingrediẽtem, qualiq; in ſalo atq; in fluctu vitæ, gubernatoribus indigẽtem; [7] ne rerũ imperitia de recto quaſi curſu ablatus, malis artib. impingat. Eſte igitur vos illi pro me vno multi parẽtes, excolendo ſcilicet atque optima ſuggerendo. Neq; enim aut pecuniæ vis, tyrannidis luxuriam explere; aut ſtipantia ſatellitũ agmina, tueri principem poſſunt; [8] niſi illi ipſi quos regas, animũ imperãti beneuolentiamq; accommodent. Quippe ii demum diu tutoq; imperant, qui non metum ex crudelitate, [9] ſed amorẽ ex bonitate, ciuium ſuorum animis inſtillant. Neq; enim quos

ἑαυτὸν καταγγίασον θέαμα) τά τε Δομετιανοῦ τελευταῖα μιμηθέντα, τῆς ἐσχάτης ὠμότητος οὐδὲν ἀπολείποντα. Τοιαύτας δὴ τυραννίδος εἰκόνας ὑποτυπούμενος, ἐδεδίει τε καὶ ἤλπιζεν. οὐ μετρίως δ' αὐτὸν ἐτάραττον καὶ οἱ Γερμανοὶ γειτνιῶντες, οὓς οὐδέπω πάντας ἐκεχείρωτο, ἀλλὰ τοὺς μὲν πειθοῖ ἐς συμμαχίαν προσηγάγετο, τοὺς δὲ καὶ κρατήσας ἦν τοῖς ὅπλοις. ἦσαν δέ τινες οἳ διαδράντες, πρὸς τὸ παρὸν ἀνακεχωρήκεσαν, δέει τῆς παρουσίας τοιούτου βασιλέως. ὑπώπτευεν οὖν μὴ τῆς ἡλικίας τοῦ μειρακίου καταφρονήσαντες, [a] ἐπιθῶνται) αὐτῷ. ἐρᾷ γὰρ τὸ βάρβαρον καὶ ἐπὶ ταῖς τυχούσαις ἀφορμαῖς ῥᾷστα κινεῖσθαι. Κυμαινούσαις οὖν ἔχων ταύταις φροντίσι τὴν ψυχήν, συγκαλέσας τοὺς φίλους, ὅσοι τε παρῆσαν τῶν συγγενῶν, καὶ τὸν παῖδα παραστησάμενος, ἐπειδὴ πάντες συνῆλθον, ἠσυχῇ τοῦ σκίμποδος κουφίσας ἑαυτόν, τοιούτων λόγων ἤρξατο.

Ἀσχάλλειν μὲν ὑμᾶς ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με [b] διακείμενον, θαυμαστὸν οὐδέν. φύσει τε γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἐλεεινὸν ἐν ταῖς τῶν ὁμοφύλων συμφοραῖς· τά τε δεινὰ ὑπ' ὄψιν πεσόντα, οἶκτον προκαλεῖται μείζονα. ἐμοὶ δέ τι καὶ πλέον ὑπάρχειν παρ' ὑμῶν οἴομαι. ἐκ γὰρ ὧν αὐτὸς διάκειμαι πρὸς ὑμᾶς, ἀμοιβαίαν εὔνοιαν εἰκότως [c] ἤλπικα. νῦν δὲ [d] καιρὸς εὔκαιρος ἐμοί τε, αἰσθέσθαι μὴ μάτην πρὸς ὑμᾶς τοσούτου χρόνου τιμήν τε καὶ σπουδὴν καταθέσθαι, ὑμῖν τε, ἀποδοῦναι χάριν, δείξασιν [e] ὅτι ὑπὲρ ὧν ἐτύχετε, οὐκ ἀμνημονεῖτε. ὁρᾶτε δή μοι τὸν υἱόν, ὃν αὐτοὶ ἀνεθρέψατε, † ἄρτι τῆς μειρακίων ἡλικίας ἐπιβαίνοντα, καὶ δεόμενον, ὥσπερ ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ, τῶν κυβερνησόντων, μή ποι φερόμενος ὑπ' ἀπειρίας τῆς τῶν δεόντων ἐμπειρίας, εἰς φαῦλα ἐπιτηδεύματα [f] προσαραχθῇ. γίνεσθε δὴ οὖν αὐτῷ ὑμεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἐμοῦ πατέρες πολλοί, περιέποντές τε καὶ τὰ ἄριστα συμβουλεύοντες. οὔτε γὰρ χρημάτων πλῆθος οὐδὲν αὔταρκες πρὸς τυραννίδος ἀκρασίαν, οὔτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ ῥύεσθαι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ προϋπάρχει ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια. μάλιστα δὲ ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆς μῆκος ἀκινδύνως ἦλθον, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος, [g] πόθον δὲ τῆς αὐτῶν χρηστότητος ταῖς τῶν ἀρχομένων ψυχαῖς ἐνέσταξαν. οὐ γὰρ οἱ ἐξ 5

a Polit. vertit quaſi legerit πάλιν ἐπιθῶνται. b for. οὕτω διακείμενον. Eſt autem ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με idem quod ἐν οἷς ὁρᾶτέ με. c Recte Pol. ἤλπικα vertit Spero. nam præſ. temporu ſignif. huic præt. dare ſolet Herod. vt qui dicit ſe ſpem concepiſſe, hoc præt. ſpem tamen præſentem ſignificet. d ſic infra καιρὸν εὔκαιρον ἔχοντες. Alibi vero καιρὸν ἐπιτήδειον dicit. e pro ὅτι ὑπὲρ ſcribo ὅτι περ. f ſcribo προσαραχθῇ. g vt πόθον hic Polit. vertit amorem, ſic infra ἐπόθουν amabant, de Commodo. vtrobiq; autem ab illo diſſentio. Sed idem ἐκ τῆς αὐτῶν χρηστότητος legit: in quo illi aſſentior. ¶ IN VERS. L. 1 ſibi repræſentans: vel, ſibi ante oculos ponens, q.d. animo figurans. 2 intell. Germaniæ gens, quæ vicina erat. In ſeq. quam nondum totam ſubiugauerat. 3 blanda perſuaſione in ſocietatem pellexerat. M. 4 deſp. mox adoleſcentis ætate, arma in eum ſumerent: vel eum inuaderent. 5 natura homines propinquorum caſib. ingemiſcunt. M. 6 Sed me aliquid etiam amplius a vobis habere exiſtimo. [Sed ego amplius quiddã a vobis expecto. M.] 7 ne eorum quæ officii ſui ſunt imperitia. 8 niſi eorum quibus imperat, prius adſit beneuolentia. 9 ſed ſui deſiderium ex bon. [deſiderium ſuæ bonitatis, M.]

ἀνάγκης

» ἀνάγκης δουλεύοντες, ἀλλ' οἱ μετὰ πειθοῦς ὑπακούοντες, ἀνύποπτοι, καὶ ἔξω κολακείας προσποιήτου δρῶντές τε καὶ πάσχοντες διατελοῦσιν· ᵃοὐδέ ποτε ἀφηνιάζουσιν, ἢν μὴ βίᾳ καὶ ὕβρει ᵇἐπὶ τοῦτο ἄγωνται. χαλεπὸν δὲ μετρῆσαί τε καὶ ὅρον ἐπιθεῖναι ἐπιθυμίαις, ὑπηρετούσης ἐξουσίας. τοιαῦτα δὲ συμβουλεύοντες αὐτῷ, καὶ ὧν ἀκούει παρὼν ὑπομιμνήσκοντες, ὑμῖν τε αὐτοῖς καὶ πᾶσιν ἄριστον ἀποδείξετε βασιλέα, τῇ τε ἐμῇ μνήμῃ χαριεῖσθε τὰ μέγιστα· οὕτω τε μόνως ἀΐδιον αὐτὴν ποιῆσαι δυνήσεσθε. ᶜΤοσαῦτα εἰπόντα τὸν Μάρκον ἐπιπεσοῦσα λειποθυμία κατεσίγασεν· ὑπὸ δὲ ἀσθενείας καὶ ἀθυμίας, αὖθις ὑπτιάζει. οἶκτος δὲ πάντας ἐλάμβανε τοὺς παρόντας, ὡς μηδὲ κατασχόντας τινὰς αὐτῶν ᵈεἰς οἰμωγὴν ἀναβοῆσαι. Ὁ μὲν οὖν, νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐπιβιώσας μιᾶς, ἀνεπαύσατο, πόθον τε τοῖς καθ' αὐτὸν ἀνθρώποις ἐγκαταλιπών, ᵉἀρετῆς ἀΐδιον μνήμην εἰς τὸν ἐσόμενον αἰῶνα. Τελευτήσαντος δὲ Μάρκου, ἐπεὶ διεφοίτησεν ἡ φήμη, πᾶν τε τὸ παρὸν στρατιωτικὸν καὶ τὸ δημῶδες πλῆθος ὁμοίως πένθει κατείχετο· οὐδέ τις ἦν ἀνθρώπων τῶν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, ὃς ἀδακρυτὶ
6 † τοιαύτην ἀγγελίαν ἐδέχετο· πάντες δ' ὥσπερ ἐκ μιᾶς φωνῆς, οἱ μὲν, Πατέρα χρηστὸν, οἱ δ', Ἀγαθὸν βασιλέα, Γενναῖον δὲ ἕτεροι στρατηγὸν, οἱ δὲ, Σώφρονα καὶ κόσμιον ἄρχοντα ἀνεκάλουν. καὶ οὐδεὶς ἐψεύδετο. Ὀλίγων δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν, ἐν ὅσαις περὶ τὴν κηδείαν τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἀπησχόλουν, ἔδοξε τοῖς φίλοις προσαγαγεῖν τὸ μειράκιον εἰς τὸ στρατόπεδον· ὡς διαλεχθείη τε τοῖς στρατιώταις, καὶ χρήματα δωρησάμενον, (ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς βασιλείαν διαδεχομένοις) ᶠμεγαλόφρονι ἐπιδόσει οἰκειώσηται τὸ στράτευμα. παρηγγέλθη τε δὴ πᾶσιν ἐλθεῖν εἰς τὸ εἰωθὸς πεδίον αὐτοὺς ὑποδεξομένους.

Προελθὼν δὲ ὁ Κόμμοδος, τάς τε βασιλείους θυσίας ἐπετέλει, καὶ βήματος αὐτῷ εἰς ὕψος ἀρθέντος ἐν μέσῳ τῷ στρατοπέδῳ, ἀνελθὼν ἐπ' αὐτὸ, καὶ περιστησάμενος τοὺς πατρῴους φίλους, (πολλοὶ δὲ καὶ λόγιοι παρῆσαν αὐτῷ) ἔλεξε τοιάδε·

» Κοινὴν εἶναί μοι πρὸς ὑμᾶς τὴν ἐπὶ τοῖς καταλαβοῦσιν ἀλγηδόνα, καὶ μηδέν τι ἧττον ὑμᾶς ἐμοῦ

ſeruire neceſſitas coegit, ſed quos obtemperare ſua quemq; voluntas adegit, ii ſunt in agendo patiendoq; a ſuſpicione omni aſſentationeq; vacui: numquamq; imperia detrectāt, [1] niſi violēter contumelioſeq; ſint habiti. [2] Eſt autē difficile in maxima licentia moderari ſibi, quaſiq; frenos imponere cupiditatibus. [3] Quod ſi bene viuendi auctores illi fueritis, & quæ nūc coram audit, identidem admonueritis, vna opera & ipſum vobis reliquiſque omnibus optimum principē reddetis, & memoriā noſtram demerebimini: quā ſcilicet immortalem hac vna ratione poteritis efficere. Talia dicentem Marcum ita repēte animus defecit vt ſtatim cōticeſceret, ac languore nimio [4] ſupinus in lectulum relaberetur. Tanta aūt quicumq; aderant miſeratio inuaſit, vt ex iis nonnulli præ dolore [5] parum animi compotes clamorem extollerent. Sed ille, quum diē vnum dumtaxat noctemq; ſuperuixiſſet, fato eſt functus: ſic vt magnū ſui deſideriū eius ætatis mortalibus; poſteris vero, etiā virtutis memoriam reliquerit ſempiternam.

Poſtq̄ vero illius mortem fama vulgauit, incredibilis repente exercitum ipſum, plebemq; adeo omnē, luctus occupauit. Neque vlli ſane Romanæ dicionis mortales fuerunt, qui non †eiuſcemodi nūtium multis lacrymis 6
exceperint: oēſq; cū velut vna voce, alii Parētem probum, alii Bonum Imperatorem, quidam Fortiſſimum ducem, nōnulli etiā Continentem moderatumq; principē vocitabant. neq; ſane quiſquam falſus habebatur.

[6] Paucis autem poſt diebus, celebrato iam funere, viſum amicis eſt adoleſcentem adducere ad exercitum; vt & milites alloqueretur, & ([7] qui nouis Imperatoribus mos eſt) pecuniis elargiendis [velut auctoramento quodam] illorum ſibi animos adiungeret. Edictum itaque omnibus vt in campum de more adeſſent frequentes. Quum itaque proceſſiſſet Commodus, ac rem diuinam feciſſet, erectumque ad hoc ipſum mediis caſtris tribunal conſcendiſſet, paternis amicis (qui multi ſane doctiſſimique viri aderant) circumſtantibus, ad hunc ferme modum verba fecit: Communem mihi eſſe vobiſcum huius mœrorem calamitatis, [8] neque vos aliter quam meipſum

a Recte οὐδὲ πότε disiuncte, pro, Neque vnquam. b *leg.* ἐπὶ τοῦτο, *videlicet* τὸ ἀφηνιάζειν. niſi (*inquit*) violentia & iniuria ad hoc adducantur: *nimirum patientia ſæpius læſa, in furorem tandem conuerſa.* c Hucuſque loquutum Marcum, &c. *At Polit. vertit quaſi eſſet* τοιαῦτα. d *pro* μὴ ἐς εἰς οἰμωγὴν. *niſi ita ſcripſit.* e *ſcribo,* καὶ ἀρ. f *ſic pag. quæ hanc proxime ſeq.* μεγαλόφροσι δωρεαῖς· χρήματα οἰκειωσάμενος τὸ στρ. *vbi vide annot.* ¶IN VERS. L. 1 *Vide annot. quæ eſt e regione.* 2 eſt autem diff. quum quis potentiam ſibi miniſtram habet, mod. 3 quod hæc illi conſulueritis, & quæ nunc cor. 4 ſupinus decumberet. Tan. 5 continere ſe non poſſent quin clam. M. 6 paucis autem diebus elapſis, per quos filium in parentando patri occupabant: viſum am. 7 (qui imperio ſuccedentibus mos eſt) pec. magnifice elargiendis. 8 neque minori quam me triſtitia aff. eſſe.

affectos eſſe, planiſſime perſuaſum
habeo. Neq; enim ego ſuperſtite pa-
rente ipſo meo, ſuperiorem me vobis
vnq̃ geſſi. Nam ille ita nos vniuerſos,
vt vnum aliquẽ, diligebat; lubẽtiusq;
me cõmilitonem q̃ filium vocitabat:
quippe hanc, naturæ appellationem;
illam vero, virtutis cõmunicationem
exiſtimabat. Quin infantem ſæpe me
in vlnis geſtãs, vobis dabat in manus,
quaſiq; veſtræ mandabat fidei. [1] Qua-
propter minime dubito quin mihi o-
mnem ſitis beneuolẽtiam exhibituri:
quum pro alumno me maiores natu
habere debeant; ipſos autẽ æquales,
condiſcipulos armorum iure appel-
lauerim. ſiquidẽ ita nos vniuerſos vt
vnum aliquẽ pater diligebat, omniq;
virtutũ ſtudio ac bonis artib. curabat
inſtituendos. Nũc me poſt illũ vobis
fortuna principem dedit; nõ quidem
aſcititiũ, quales ante me fuerũt; neq;
velut acquiſito imperio gloriantem.
Quippe vnus ego vobis natus educa-
7 tusq; in aula: priuatisq; intactum † cu-
nabulis, ſtatim me, vt ex aluo prodie-
ram, imperatoria purpura ſuſcepit: ſi-
mulq; ſol hominẽ me vidit & princi-
pem. Hæc cũ animis veſtris repu-
tantes, iure [2] principem colite, nõ da-
tum vobis, ſed natũ. Nam pater quidẽ
iam in cælũ euectus, conſors eſt con-
ſeſſorq; deorum: nobis autẽ orbis ter-
rarum gubernacula, rerumq; huma-
narum cura incũbit. [3] Quæ quos ſuc-
ceſſus quantasq; habituræ ſint vires,
in veſtra manu eſt. Si enim belli reli-
quias fortiter deleueritis, & imperii
Romani terminos ad Oceanum vſq;
promoueritis, cum vobis ipſis ingen-
tem gloriã comparabitis, tum cõmu-
nis parentis memorię debitã gratiam
referetis. Atq; eũ quidẽ exaudire quę
dicimus, & intueri præſentẽ quæ ge-
rimus, credite. Nos autẽ feliciſſimos,
qui benefactorum noſtrorum teſtem
eiuſmodi ſimus habituri. Quæ igitur
ad hanc diẽ fortiſſime proſperrimeq;
geſſiſtis, illius ſcilicet ſapientię guber-
nationiq; tribuuntur. quæ aũt mecum, [hoc eſt, cũ] iuuene Imperatore veſtro, p̃clare feceri-
tis, ea ſunt vobis ipſis quaſi peculiarem cum fidei tũ virtutis claritudinẽ paritura. Quocirca
& ætati meæ *iuuenili* rebus ſtrenue gerendis auctoritatẽ conciliabitis, & barbara gens initio
noui principatus repreſſa, neq; in præſens, cõtemptu ętatis noſtræ, ſe efferet audacius, & ſuis
nunc edocta periculis, metu deinceps perpetuo coercebitur. His dictis pecuniã [4] magna

δὲς φορεῖν, ἐμαυτὸν ἀκριβῶς πέπεικα. οὐδὲ γὰρ περι-
όντος μοι τοῦ πατρὸς, πλεονεκτεῖν ὑμῶν ἠξίουν. ἐκεῖνος γὰρ
πάντας ἡμᾶς ὡς ἕνα ἠγάπα. ἔχαιρεν οὕτω μᾶλλον
συστρατιώτην με ἢ υἱὸν καλῶν· τὴν μὲν γὰρ, προσηγο-
ρίαν ἡγεῖτο φύσεως, τὴν δὲ, ἀρετῆς κοινωνίαν. φέρων τέ
με πολλάκις νήπιον ὄντα, ταῖς ὑμετέραις ἐνεχείριζε
πίστεσι. διόπερ καὶ ῥᾶστα πάσης εὐνοίας μεθέξειν παρ' ὑ-
μῶν ἤλπικα· τῶν μὲν πρεσβυτέρων τροφεῖά μοι ταῦ-
τα ὀφειλόντων· τοὺς δὲ ἡλικιώτας, εἰκότως ἂν καὶ συμ-
φοιτητὰς τῶν ἐν ὅπλοις ἔργων ἀποκαλοίην. πάντας
γὰρ ὑμᾶς ὡς ἕνα ὁ πατὴρ ἐφίλει τε, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν
ἐπαίδευεν. ἔδωκε δὲ μετ' ἐκεῖνον ἐμὲ βασιλέα ἡ τύ-
χη, οὐκ ἐπείσακτον, ὥσπερ οἱ πρὸ ἐμοῦ, [a] προσκτή-
τῳ σεμνυνόμενοι ἀρχῇ· ἀλλὰ μόνος τε ὑμῖν ἐγὼ ἐν
τοῖς βασιλείοις ἀπεκυήθην· καὶ μὴ πειραθέντα με ἰ-
διωτικῶν † σπαργάνων, ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προ- 7
ελθεῖν, ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφυρίς· ὁμοῦ δέ με
εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον καὶ βασιλέα. Εἰκότως ἂν
οὖν ταῦτα λογιζόμενοι, στέργοιτε οὐ δοθέντα ὑμῖν ἀλ-
λὰ γεννηθέντα αὐτοκράτορα. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ εἰς οὐ-
ρανὸν ἀναπτὰς, ὀπαδὸς ἤδη καὶ σύνεδρός ἐστι θεῶν· ἡ-
μῖν δὲ χρὴ μέλειν τῶν ἐν ἀνθρώποις, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς διοι-
κεῖν. κατορθοῦν δὲ αὐτὰ καὶ βεβαιοῦν, ὑμέτερον ἔρ-
γον, εἰ τά τε τοῦ πολέμου λείψανα μετὰ πάσης ἀν-
δρείας ἀπαλείψοιτε, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μέ-
χρις Ὠκεανοῦ προαγάγοιτε. ὑμῖν τε γὰρ ταῦτα δό-
ξαν οἴσει, καὶ τὴν τοῦ κοινοῦ πατρὸς μνήμην χάρισιν
ἀξίαις οὕτως ἀμείψεσθε· ὃν ἐπακούειν τε τῶν λεγο-
μένων, καὶ τὰ πραττόμενα ἐφορᾶν ἡγεῖσθε. εὐδαι-
μονοίημεν δὲ ἂν τὰ δέοντα πράττοντες ὑπὸ τοιούτῳ
μάρτυρι. καὶ τὰ μὲν πρότερον ὑμῖν ἀνδρείως κατορ-
θωθέντα, εἰς τὴν ἐκείνου σοφίαν τε καὶ στρατηγίαν τὴν ἀνα-
φορὰν ἔχει· ὅσα δὲ ἂν σὺν ἐμοὶ, βασιλεῖ νέῳ, προθύ-
μως ἐπιδείξησθε, τούτων τὴν δόξαν πίστεώς τε ἀγαθῆς
καὶ ἀνδρείας ἀποίσεσθε· τό τε ἐν ἡμῖν νέον σεμνότητος
πληρώσετε τῇ τῶν ὑμετέρων ἔργων ἀνδραγαθίᾳ. τό τε
βάρβαρον ἐν ἀρχῇ νέας ἡγεμονίας κολουθὲν, οὔτε εἰς
τὸ παρὸν καταθαρσήσει, τῆς [b] ἡλικίας καταφρονῆσαν, τά
τε μέλλοντα φοβήσεται, δέει τῶν πεπειραμένων.
Τοσαῦτα ὁ Κόμμοδος εἰπὼν, καὶ [c] μεγαλόφρονι

a deeſſe puto εἶτ᾽ vel καὶ ante προσκτ. b deeſt. vel relictum eſt ſubaudiendum, ἡμετέρας. c ſic pag. præced. μεγαλόφρονι ἰνδάλλεσθαι pro magnifica: *quaſi videlicet hæc magnificentia a magnanimitate proficiſcatur, aut eius ſit comes.* ¶ IN VERS. L. 1 quapropter omnem a vobis beneuolentiam me conſequuturum ſpero: quum maiores natu hæc, vt alumno, officia debeant. 2 Imperatorem, αὐτοκράτορα. 3 quas in rectum firmumque ſtatum componere, veſtri officii eſt: ſi & belli rel. *vel*, ad rectum firmumque ſtatum perducere, v. off. 4 magnifice clarg. *vide annot. a regione.*

δωρεαῖς χρημάτων οἰκειωσάμενος τὸ στρατιωτικὸν, εἰς τὴν βασίλειον ἐπανῆλθεν αὐλήν. Ὀλίγου μὲν οὖν τινὸς χρόνου πάντα ἐπράττετο τῇ γνώμῃ τῶν πατρῴων φίλων, οἳ πανημέριοι συνῆσαν αὐτῷ, τὰ βέλτιστα συμβουλεύοντες, καὶ τοσοῦτον ἐνδιδόντες χρόνον ὅσον ἐνόμιζον αὐτάρκη πρὸς σώφρονα τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν· παρεισδύντες δέ τινες τῶν ἐπὶ τῆς αὐλῆς οἰκετῶν, διαφθείρειν ἐπειρῶντο νέον ἦθος βασιλέως, ὅσοι τε [a] κόλακες τραπέζης, καὶ τὸ εὔδαιμον γαστρὶ καὶ τοῖς αἰσχίστοις
8 † μετροῦσιν [b] ὑπομιμνήσκοντες αὐτὸν τῆς ἐν Ῥώμῃ τρυφῆς, θεάματά τε καὶ ἀκούσματα τερπνὰ διηγούμενοι, τήν τε τῶν ἐπιτηδείων δαψίλειαν καταριθμοῦντες· διαβάλλοντές τε πᾶσαν τὴν ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἴστρου ὥραν, μήτε ὀπώρας εὔφορον, κρυεράν τε ἀεὶ καὶ συννεφῆ. Οὐ παύσῃ δὲ, ἔλεγον, ὦ [c] δέσποτα, πεπηγότα τε καὶ ὀρυττόμενον πίνων ὕδωρ; ἄλλοι δὲ ἀπολαύσουσι πηγῶν τε θερμῶν, καὶ ψυχροῦ νάματος, ἀτμίδων τε καὶ ἀέρων ὧν Ἰταλία μόνη εὐφορεῖ. Τοιαῦτα δή τινα τῷ μειρακίῳ [d] ὑποτιθέμενοι, ἤγειρον αὐτοῦ τὰς ὀρέξεις εἰς τὴν ἡδονῶν ἐπιθυμίαν. αἰφνιδίως * δὲ καλέσας τοὺς φίλους, ποθεῖν ἔλεγε τὴν πατρίδα. ὁμολογεῖν δὲ τὰς αἰτίας τῆς αἰφνιδίου ὁρμῆς αἰδούμενος, δεδιέναι προσεποιεῖτο μή τις ἐκεῖσε προκαταλάβοι τὴν βασίλειον ἑστίαν τῶν εὐπατριδῶν πλουσίων, εἶθ' ὥσπερ ἐξ ὀχυρᾶς ἀκροπόλεως, δύναμιν [e] καὶ περιβολὴν συγκροτήσας, [f] ἐπιθῆται τῇ ἀρχῇ. αὐτάρκης [g] δὲ ὁ δῆμος χορηγῆσαι πλῆθος ἐπιλέκτων νεανιῶν. Τοιαῦτά τινα προφασιζομένου τοῦ μειρακίου, οἱ μὲν ἄλλοι συνεστάλησάν τε τὴν ψυχὴν, καὶ σκυθρωπαῖς ταῖς ὄψεσιν εἰς γῆν ἔνευον. [g] Πομπηιανὸς δὲ, ὃς πρεσβύτατός τε ἦν ἁπάντων, καὶ κατ' ἐπιγαμίαν προσήκων αὐτῷ, (συνῴκει γὰρ τῇ πρεσβυτάτῃ τῶν ἀδελφῶν τοῦ Κομμόδου) Ποθεῖν μέν σε, ἔφη, τέκνον καὶ δέσποτα, τὴν πατρίδα, εἰκός. καὶ γὰρ αὐτοὶ τῆς οἴκοι ὁμοίᾳ ἐπιθυμίᾳ ἐχόμεθα. ἀλλὰ τὰ ἐνταῦθα, προὐργιαίτερα ὄντα, καὶ μᾶλλον ἐπείγοντα, [h] ἀπέχει τὴν ἐπιθυμίαν. τῶν μὲν γὰρ ἐκεῖ, καὶ ὕστερον ἐπὶ πλεῖστον αἰῶνα ἀπολαύσεις· (ἐκεῖ τε ἡ Ῥώμη, ὅπου ποτ' ἂν

copia elargitus, [1] vt ſibi animos militum fidos faceret, in aulam reuerſus eſt. Igitur breue ſane ad tempus omnia paternis amicis auctoribus gerebantur: [2] qui aſſiduitate prudentique conſilio nullo loco deerant; tantum ei tribuentes laxamenti, quãtum ſatis eſſe ad tuendam corporis valetudinem arbitrabantur. Paulatim deinceps irrepſere nonnulli ex aulico famulitio, qui ſibi ad corrumpendam iuuenis Imperatoris indolẽ nihil facerent reliqui. Quippe menſarii adulatores, qui ventre atq; obſcenis voluptatibus felicitatem † metiebãtur, 8
idẽtidem illum vrbis deliciarum admonebant: & nunc, quæ illic viſu audituque iucunda forent, commemorabant; [3] nũc rerum omnium copiam atque affluentiam ferebant laudibus. Ad hæc ripas Iſtri, vt omni tempore incommodas vituperabant, quæ neque pomiferos haberent frutices, & perpetuis rigoribus nubibuſq; obtinerentur. Numquamne, Imperator (aiebant) concretam gelu atq; effoſſam potare aquã deſines? alii calidis fontibus, riuorumque fluentium frigore, auriſque & cælo illo fruentur Italiæ peculiari. [4] Tali ſcilicet illecebrarũ mentione, [facile] adoleſcentis animum voluptatum cupidinibus incenderunt. Itaq; ſtatim conuocatis amicis, teneri ſe patriæ deſiderio non diſſimulauit: cauſas tamen tam repentinæ mutationis fateri veritus, ſollicitũ ſe aiebat eſſe, ne quis opulens ex nobilitate domũ occuparet principis: dein collectis viribus, quaſi ex munitiſſima arce ſummam ſibi rerũ vindicaret. poſſe *enim* ex populo ſatis magnam vim delectorum iuuenum cõflari. Talia cauſante illo, reliquis metu defixis, terramque tacito vultu mœſtoq; intuentibus, ſurgens Pompeianus, qui & ætate reliquos anteibat, & *affinitate iunctus ei erat*: (*nam* Commodi ſororem natu maximam in matrimonium habebat) Teneri te, inquit, o fili & domine, patriæ deſiderio, minime mirandum. Quippe eadem [5] nos quoque rerum domeſticarum cupido ſollicitat: ſed ei tamen reſiſtimus quoniam priores partes agunt magisque incumbunt nobis quæ hic expediẽda ſuperſunt. Nam illis quidem vel in poſterum [6] diutius perfrueris: (Roma autem illic eſt vbi

a *vno hoc verbo paraſiti dicuntur ab hoc ipſo etiam lib. 2. de iis quos circa ſe habebat Iulianus.* b *Rectius ὑπομιμνήσκοντες, vt in vet.* c *δέσποτα*, domine: *qua voce Plinius iunior & Mart. honorarunt eiusdem Imperatores. Sic autem & paulo poſt, τέκνον καὶ δέσποτα.* d ita deſcribentes vt propemodum oculis ſubiicerent. e *for. ἢ πλεῖστον περιβολὴν, vt alius loquitur locus.* f *al. ἐπιθῆται*, [illegible] g *Partic. δὲ hic & alibi pro γάρ.* h *Malim ἐπέχει. [illegible] ſupra, tertia ab hinc pagina [illegible]. Verum & ἀπέχει ſcribi potuit, vt dicit paulo poſt, ἀπέχει [illegible].* ¶ IN VERS. L. 1 Vt ſibi an. mil. adſtringeret. 2 qui totos dies cum eo verſabantur optima conſulentes, nec plus otii concedebant quã quod ſatis eſſe ad corpus moderate curandum arbitrabantur. vel, honeſte curandum. 3 nunc vitæ commoda, quibus abundaret, recenſebant. Ad hæc ... vt omnibus anni temporibus iniucundas vitup. 4 Talia adoleſcenti modo non ante oculos ponentes, eius animum vol. 5 nos quoque commoditatum patriarum cupido ſollicitat: ſed quæ hic ſunt negotia, quum potiora ſint, magiſque vrgeant, cupiditatem illam compeſcunt. 6 diutiſſime: vel, ſat diu. M.

Imperator eſt) ceterum bellum relin-
quere inchoatum, præterquã quod
indecorum videtur, etiã periculoſum
eſt. Quippe audaciã barbaris iniicie-
mus. neq; enim remeandi cupidita-
te deceſſiſſe nos, ſed aufugiſſe metu
perculſos arbitrabuntur. Tibi autem
quam fuerit pulchrum, deuictis ho-
9 ſtibus atq; †imperii finibus ad Ocea-
num vſq; propagatis, redire in vrbem
triumphanti, vinctosque & captiuos
præteragenti reges ſatrapasq; barba-
ros. his enim artibus, prioribus ſecu-
lis, Romani homines, magni atq; illu-
ſtres euaſerunt. Nihil eſt autem quod
vereare [1] nequa illic res tuæ periclitẽ-
tur. nam & optimus quiſq; ſenator te-
cum hic eſt, & exercitus vniuerſus
tuum coram propugnat imperium.
Quin ærarium quoq; principalis pe-
cuniæ nobiſcum eſt omne. Ad hæc
patris tui memoria æternã tibi apud
poteſtates quaslibet fidem atq; bene-
uolentiam roborauit. Quum ad
hunc modum potiora ſuadens Pom-
peianus loquutus eſſet, paulũ modo
inpræſens conatus adoleſcentis re-
preſſit: qui reueritus ſenis dicta, quũ
nihil haberet quod ſaltem honeſtum
ſpecie reſponderet, concilium dimi-
ſit; diligentius affirmans cõſideratu-
rum. Dein vero, miniſtris illius magis
magisq; inſtãtibus, nihil iam ad ami-
cos retulit; ſed datis [Romam] litte-
ris, ac præpoſitis quos viſum eſſet tu-
endæ Iſtri ripæ & barbarorum inſul-
tibus coercẽdis, profectionem [2] con-
tinue edicit. Illi igitur, demandata
ſibi munia obeuntes, haud ita longo
tempore multos barbaros armis ſub-
egerũt; quoſdam autem ex iis magnis
præmiis in amicitiã ſibi adiunxerũt.
Quod quidẽ haud difficile factu fuit:
quippe barbari, ſuapte natura pecu-
niæ auidi, periculorum deſpicientes,
aut incurſibus populationibusq; vi-
ctum parant, aut propoſita mercede
venalem pacem habent. Quod intel-
ligens Cõmodus, vt pecunia, qua ma-
xime abũdabat, ſecuritatẽ redimeret,
nihil videlicet petẽtibus denegabat.
Vbi autem [3] dedita profectionis fa-
a *Vocula τε, vel aliquid deeſſe oſtendit, vel redundat.* b Scribo ἐν ἐσχάτῳ. c *Legitur etiam,* ἰδιώτευον γὰρ τοῖς τῆς ἀδελφ. τοῦ βασ. λόγοις. *quæ notis parentheſis includenda eſſent.* IN VERS. L. 1 perſequuti, omnes qui in eos inciderent, interficiebant, nulli parcentes. 2 Itaque patiebantur quæ fecerant, nullo quidem cum eis manus conſerente, ſed omni mult. *Memmius quoque vertit*, comminus cum eis decertante.] 3 lapidum, M. 4 atque contrario in illum modo animati, alii quidem (nimirum populus) odio, alii autem amore eum proſequentes, (tota videlicet equitum cohors) in armis ſunt. 5 Ipſa, talia quædam loquuta, veſte etiam lacerata, nonnullique item eorum qui aderant, quum ex verbis eius, quæ ſoror Imperatoris erat, fiduciam ſumpſiſſent, Commodum perturbarunt.

τόν τε ἐπικείμενον κίνδυνον οὐ μέλλοντα, ἀλλὰ παρόντα ἤδη φοβηθεὶς, μεταπέμπεται τὸν Κλέανδρον, οὐδὲν μέντοι εἰδότα τῶν ἀπηγγελμένων, οἰό-
21 μενον δέ. ἐλθόντα δὴ † αὐτὸν συλληφθῆναι κελεύει· καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, δόρατί τε ἐπιμήκει ἐγκαταπήξας, ἐκπέμπει τερπνὸν καὶ ποθεινὸν τῷ δήμῳ θέαμα. ἔστη γὰρ οὕτω τὸ δεινὸν, καὶ ἑκάτεροι πολεμοῦντες ἐπαύσαντο· οἱ μὲν στρατιῶται, ἀνῃρημένον ἰδόντες ὑπὲρ οὗ ἐμάχοντο [a] δέει τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς· (συνίεσαν γὰρ ἐξηπατῆσθαι, καὶ τὰ δρασθέντα παρὰ γνώμην αὐτοῦ τετολμηκέναι) ὁ δὲ δῆμος κεκόρεστο, τιμωρίαν παρὰ τοῦ τὰ δεινὰ δράσαντος εἰληφώς. προσανελόντες δὲ καὶ τοὺς παῖδας τοῦ Κλεάνδρου, (δύο δὲ ἦσαν ἄρρενες αὐτῷ) πάντας τε ὅσους ᾔδεσαν ἐκείνῳ φίλους, διεχρήσαντο. σύροντές τε τὰ σώματα, καὶ πᾶσαν ὕβριν ἐνυβρίσαντες, τέλος λελωβημένους εἰς τοὺς ὀχετοὺς ἔρριψαν φέροντες. Τοιούτῳ μὲν δὴ τέλει Κλέανδρός τε καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ἐχρήσαντο, φιλοτιμησαμένης (ὡς ἄν τις εἴποι) τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐν ἑνὶ δεῖξαι ὅτι ἐκ τῆς ἐσχάτης εὐτελείας εἰς τὸ μέγιστον ὕψος ἆραι, καὶ πάλιν τὸν ἀρθέντα ῥῖψαι ὀλίγη καὶ ἀνέλπιστος δύναται τύχης ῥοπή. Ὁ δὲ Κόμμοδος, δεδιὼς μὲν τὴν τοῦ δήμου κίνησιν, μή τι καὶ [b] περὶ αὐτὸν νεωτερίσειεν, ὅμως δὲ παρορμησάντων αὐτὸν τῶν οἰκείων, καὶ ἐλθὼν ἐς τὸ ἄστυ, μετὰ πάσης εὐφημίας τε καὶ παραπομπῆς τοῦ δήμου ὑποδεχθεὶς, εἰς τὴν βασίλειον ἐπανῆλθεν αὐλήν. περισωθεὶς δὲ τοσούτων κινδύνων, ἀπίστως προσεφέρετο πᾶσιν, ἀφειδῶς τε φονεύων, καὶ πάσαις διαβολαῖς ῥᾳδίως πιστεύων, μηδένα προσιέμενος τῶν λόγου ἀξίων· ἀλλὰ τῆς μὲν περὶ τὰ καλὰ σπουδῆς ἀπῆγεν ἑαυτὸν, ἐδεδούλωντο δὲ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπάλληλοι καὶ ἀκόλαστοι σώματος ἡδοναί. καὶ σώφρων μὲν πᾶς καὶ παιδείας κἂν μετρίως * μεμνημένος, τῆς αὐλῆς ὡς ἐπίβουλος ἐδιώκετο· γελωτοποιοὶ δὲ, καὶ τῶν αἰσχίστων ὑποκριταὶ, εἶχον αὐτὸν ὑποχείριον. ἁρμάτων τε ἡνιοχείας καὶ θηρίων ἐξ ἀντιστάσεως μάχας ἐπαιδεύετο· τῶν μὲν κολάκων εἰς ἀνδρείας δόξαν αὐτὰ ὑμνούντων·

quum iam non vt impendens, ſed vt præſens periculum formidaret, acciri ad ſe Cleandrum propere iubet, nihil dum certi ſcientem, ſed tamen aliquid ſuſpectantem Imperatori renuntiatum. Accedentemque † ad ſe 21
imperat comprehendi, & caput eius amputatum contoque præfixum circumferri; voluptuoſum ſcilicet atque optatum populo ſpectaculum præbiturus. Ita *enim* id malum ſedatũ, [1] atque vtrimq; dimicatio dirempta. Siquidem milites, quum occiſum viderent pro quo decertabant, irã quoque Imperatoris formidabant; cui verba data nihilq; non factum contra illius ſententiam cõpererant. Populus cõtra, ſatisfactum ſibi auctoris ſupplicio putabat. Sed & liberi Cleandri, (binos enim virilis ſexus habebat) & quotquot illius amici fuerant, ad vnum omnes contrucidati: tractaq; per vrbem cadauera, & contumelioſiſſime habita, poſtremo in cloacas abiecta. [2] Hæc finis Cleandri fatorum fuit: quaſi in vno illo velut ambitioſius [3] oſtentaret natura (vt ſic dixerim) humana, poſſe ex infimo loco ad ſupremum faſtigium euehi hominem; atque euectum, dein rurſum deturbari, quamlibet exiguo atq; inſperato fortunæ momento. Ceterum Commodus, tametſi verebatur nequid fortaſſe populus etiam contra ſe noui moliretur, tamen, ſuadentibus amicis, in vrbem reuerſus eſt: ac lætis acclamationibus magnoque comitatu exceptus, in aulã principalem [4] ſe contulit. Enimuero ex illo, tot aditis iã periculis, cœpit nulli ſatis confidere, ſed occidere hunc atq; illum, nulli non calumniæ fidem accõmodans. Ad hæc, neminem cui virtus vlla eſſet, amicum ſibi adiũgebat; ſed a cunctis æque rectis ſtudiis animũ auocauerat: (quippe quẽ die nocteque aliæ ex aliis effrenæ corporis voluptates grauiſſimo ſeruitio premebãt) neminemq; nõ ab limine velut inſidiatorem ſubmouebat, quemcumque aut probitas aut diſciplina vlla etiam mediocris illuſtraret. Scurræ vero, & qui turpiſſima queq; repræſentabant, quaſi addictum ſibi habebant. Aurigando etiã beſtiiſq; conficiẽdis ſupramodũ exercebatur: ob quę ſtudia adulatores eũ fortitudinis gloria celebrabãt:

a *Bor.* κ δεδ. b *Scribo* περὶ αὐτόν. ¶IN VERS. L. 1 atque vtrique bellare deſierunt: milites quidem, cum occiſum vidiſſent pro quo decertabant, iram Imperatoris formidantes: (intelligebant enim ſe deceptos eſſe, & quæ fecerant contra illius ſententiã facta eſſe) pop. M. 2 Hunc exitum Cleander, & qui eius partes ſequebantur, habuerũt: quaſi in vno &c. *Imitatur autem hic Polit. illud Virgilianum, Hæc finis Priami fatorum.* 3 *Scribendum potius,* oſtentaret (vt ſic dixerim) natura humana, p. 4 ſe retulit.

22 † [1] quare illa minus decore tractabat quam modeſto principi conueniebat. Exſtitere ea tempeſtate etiam quædam in cælo prodigia. Stellæ enim per diem perpetuo apparuerũt, quædamque ex iis in longum productæ, medio quaſi aëre ſuſpenſæ videbantur. Præterea animalia omne genus, minime ſuam naturam ſeruantia, cum figura corporis prodigioſa, tum membris haudquaquam congruentibus edebantur. Maximum autem nefas cum in præſens dolorem attulit, tum in futurum peſſimo augurio vniuerſos conterruit. Nam quum neque imbres vlli neque nubes, tantumque exiguus terræmotus anteceſſiſſet, ſeu nocturni caſu fulminis, ſiue igni aliquo in ipſo terrarum motu velut extrito, totũ de improuiſo Pacis templum cõſumptum incendio eſt: quod vnum ſcilicet opus cunctorum tota vrbe maximum fuit atque pulcherrimum: idem templorum omniũ opulentiſſimum, [2] egregieque munitum, multoq; ornatum auro & argento. Quippe vniuerſi ferme ſuas illuc diuitias, quaſi in theſaurum, congerebant: ideoq; per noctẽ debacchatus ignis, multos ex opulentis egenos reddidit. Quapropter communem quidem iacturam publice omnes, ſuam autem quiſque priuatim deplorabant. Sed vbi templum omne cõſumptum ignibus eſt, *totiuſque eius ambitus*, plurima quoq; & pulcherrima vrbis ædificia conflagrarunt. Inter quæ etiam Veſtæ templum, ſic vt Palladium quoq; *nudum* conſpiceretur: quod inprimis colunt atque in arcano habẽt Romani, Troia (vt perhibẽt) auectum, ac tum primum [3] poſtquam in Italiam deuenit, cõſpectum ab hominibus *noſtræ ætatis*. quippe raptum id Veſtales virgines media ſacra via in aulam Imperatoris transtulerunt. Multæ præterea *alia* pulcherrimæque vrbis partes combuſtæ: plurimoſque dies peruagatum incendium, nõ prius ſedatum eſt quam repentinis imbribus exſtingueretur. Itaque totam rem diis im-

23 putabant eius ætatis mortales; quorum ſcilicet voluntate † & inchoaſſe incẽdium & deſiſſe arbitrabantur: ac portendi bella quæ ſunt deinceps inſequuta, conſumpto Pacis templo, interpretabantur. quam deinceps famam rerum euentus (*vt poſtea dicemus*) comprobauit.

† τοῦ δὲ, ἀπρεπέστερον μετιόντος ἢ βασιλεῖ σώφρονι ἥρμοζεν. 22 Ἐγένοντο δέ τινες κατ' ἐκεῖνο καιροῦ καὶ διοσημίαι. ἀστέρες γὰρ ἡμέριοι συνεχῶς ἐβλέποντο, ἕτεροί τε εἰς μῆκος κεχαλασμένοι, ὡς ἐν μέσῳ ἀέρι κρέμασθαι δοκεῖν. ζῶά τε παντοδαπά, καὶ τὴν ἑαυτῶν φύσιν μὴ τηροῦντα, σχήμασί τε ἀλλοδαποῖς, καὶ μέρεσι σωμάτων ἀναρμόστοις, πολλάκις ἀπεκυήθη. μέγιστον δὲ δεινὸν καὶ τὸν παρόντα καιρὸν ἐλύπησε, καὶ πρὸς τὸ μέλλον οἰωνίσματι καὶ φαύλῳ συμβόλῳ χρωμένους πάντας ἐτάραξεν. οὔτε γὰρ ὄμβρου προϋπάρξαντος, οὔτε νεφῶν ἀθροισθέντων, σεισμοῦ δὲ ὀλίγου προγενομένου γῆς, εἴτε σκηπτοῦ νύκτωρ κατενεχθέντος, εἴτε καὶ πυρός ποθὲν ἐκ τοῦ σεισμοῦ διαρρυέντος, πᾶν τὸ τῆς Εἰρήνης τέμενος κατεφλέχθη, μέγιστον καὶ κάλλιστον γενόμενον τῶν ἐν τῇ πόλει ἔργων. πλουσιώτατον δὲ ἦν πάντων ἱερῶν δι' ἀσφάλειαν, ἀναθήμασι * κεκοσμημένων χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου· ἕκαστος δὲ ἃ εἶχεν, ἐκεῖσε ἐθησαύριζε. ἀλλὰ τὸ πῦρ ἐκ τῆς νυκτὸς πολλοὺς ἐκ πλουσίων πένητας ἐποίησεν· ὅθεν ὠλοφύροντο κοινῇ μὲν πάντες τὰ δημόσια, ἕκαστος δὲ τὰ ἴδια αὐτοῦ. καταφλέξαν δὲ τὸ πῦρ τόν τε νεὼν καὶ πάντα τὸν περίβολον, ἐπενεμήθη καὶ τὰ πλεῖστα τῆς πόλεως καὶ κάλλιστα ἔργα. ὅτε καὶ τῆς Ἑστίας τοῦ νεὼ καταφλεχθέντος ὑπὸ τοῦ πυρὸς, γυμνωθὲν ὤφθη τὸ τῆς Παλλάδος ἄγαλμα, (ὃ σέβουσί τε καὶ κρύπτουσι Ῥωμαῖοι) κομισθὲν ἀπὸ Τροίας (ὡς λόγος) ὅ τε πρῶτον καὶ μετὰ τὴν ἀπ' Ἰλίου εἰς Ἰταλίαν ἄφιξιν, εἶδον οἱ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωποι. ἁρπάσασαι γὰρ τὸ ἄγαλμα αἱ τῆς Ἑστίας ἱέρειαι παρθένοι, διὰ μέσης τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ εἰς τὴν τοῦ βασιλέως αὐλὴν μετεκόμισαν. κατεφλέχθη δὲ καὶ * πλεῖστα ἄλλα τῆς πόλεως μέρη κάλλιστα. ἱκανῶν τε ἡμερῶν πάντα ἐπιὸν τὸ πῦρ ἐπεβόσκετο· οὐδὲ πρότερον ἐπαύσατο πρὶν ἢ κατενεχθέντες ὄμβροι ἐπέσχον αὐτοῦ τὴν ὁρμήν. ὅθεν καὶ τὸ πᾶν ἔργον ἐξεθειάσθη, πιστευόντων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν τότε ἀνθρώπων, ὅτι γνώμῃ θεῶν † καὶ δυνάμει ἤρ- 23 ξατό τε τὸ πῦρ καὶ ἐπαύσατο. συνεβάλλοντο δέ τινες ἐκ τῶν κατειληφότων, πολέμου σημεῖον εἶναι τὴν τοῦ νεὼ τῆς Εἰρήνης ἀπώλειαν. τὰ γοῦν ἀκολουθήσαντα (ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς ἐροῦμεν) ἐκ τῆς ἀποβάσεως τὴν προϋπάρχουσαν φήμην ἐπιστώσατο.

In vers. L. 1 quum tamen ille magis deditus his eſſet quam modeſtum Imperatorem decebat. 2 quod eſſet egregie munitum, donariis aureis atque argenteis ornatum. 3 i. ex quo in Ital. s.

Πολλῶν

Πολλῶν δὴ καὶ δεινῶν συνεχῶς καταληφότων τὴν πόλιν, οὐκέτι ὁ Ῥωμαίων δῆμος μετ' εὐνοίας τὸν Κόμμοδον ἐπέβλεπεν, ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτίας τῶν ἐπαλλήλων συμφορῶν εἰς τοὺς ἐκείνου ἀκρίτους φόνους καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ βίου ἀνέφερεν ἁμαρτήματα. οὐδὲ γὰρ ἐλάνθανε τὰ πραττόμενα πάντας· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς λανθάνειν ἤθελεν, ἃ δὲ πράττων οἴκοι διεβάλλετο, ταῦτα καὶ δημοσίᾳ δεῖξαι ἐτόλμησεν. εἰς τοσοῦτόν τε μανίας καὶ παροινίας προὐχώρησεν, ὡς πρῶτον μὲν τὴν πατρῴαν προσηγορίαν παραιτήσασθαι, ἀντὶ δὲ Κομμόδου καὶ Μάρκου υἱοῦ, Ἡρακλέα τε καὶ Διὸς υἱὸν αὐτὸν [a] κελεύσας καλεῖσθαι. ἀποδυσάμενός τε τὸ Ῥωμαίων καὶ βασίλειον σχῆμα, λεοντῆν ὑπεστρώννυτο, καὶ ῥόπαλον μετὰ χεῖρας [b] φέρειν· ἀμφιέννυτό τε ἁλουργεῖς καὶ χρυσοϋφεῖς ἐσθῆτας, ὡς εἶναι καταγέλαστον αὐτόν, * καὶ ὑφ' ἑνὶ σχήματι θηλειῶν πολυτέλειαν καὶ ἡρώων ἰσχὺν μιμούμενον. Τοιοῦτος μὲν δὴ προϊὼν ἐφαίνετο. ἤλλαξε δὲ καὶ τῶν ἐνιαυσιαίων μηνῶν τὰ ὀνόματα, ὅσα μὲν ἀρχαῖα, καταλύσας, πάντας δὲ ταῖς ἑαυτοῦ προσηγορίαις ὀνομάσας· ὧν αἱ πλεῖσται εἰς Ἡρακλέα δῆθεν, ὡς ἀνδρειότατον, ἀνεφέροντο. ἔστησε δὲ καὶ ἀνδριάντας αὑτοῦ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν· ἀλλὰ μὴν καὶ ἀντικρὺ τοῦ τῆς συγκλήτου συνεδρίου τόξον διηγκυλημένον. ἐβούλετο γὰρ δὴ καὶ τὰς εἰκόνας * αὐτοῦ φόβον ἀπειλεῖν. τὸν μὲν οὖν ἀνδριάντα μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν καθελοῦσα ἡ σύγκλητος, ἐλευθερίας εἰκόνα ἱδρύσατο. Ὁ δὲ Κόμμοδος, μηκέτι κατέχων ἑαυτοῦ, δημοσίᾳ θέας ἐπετέλεσεν, ὑποσχόμενος τά τε θηρία πάντα ἰδίᾳ χειρὶ κατακτενεῖν, καὶ τοῖς ἀνδρειοτάτοις τῶν νεανιῶν μονομαχήσειν. διαδραμούσης
24 δὲ τῆς φήμης, συνέθεον ἔκ τε τῆς † Ἰταλίας πάσης καὶ τῶν ὁμόρων ἐθνῶν, θεασόμενοι ἃ μὴ πρότερον μήτε ἑωράκεσαν μήτε ἠκηκόεσαν. καὶ γὰρ διηγγέλλετο αὐτοῦ τῆς χειρὸς τὸ εὔστοχον, καὶ ὅτι ἔμελεν αὐτῷ ἀκοντίζοντι καὶ τοξεύοντι μὴ σφάλλεσθαι. συνῆσαν δὲ παιδεύοντες αὐτὸν Παρθυαίων οἱ τοξικὴν ἀκριβοῦντες, καὶ * Μαυρουσίων οἱ ἀκοντίζειν ἄριστοι· οὓς πάντας εὐχειρίᾳ ὑπερέβαλλεν. ἐπεὶ δὲ κατέλαβον

Enimuero plurimis maximiſque incommoditatibus laborante ciuitate, non iam vt antea multitudo beneuole Commodum aſpicere, [1] ſed referre omnes eius calamitatis cauſam in illius iniuſtos actus, & reliqua vitæ crimina. Siquidem neq; latebant populum ſcelera hominis; neque latere ipſe volebat, ſed quæ domi non ſine infamia patrabantur, ea etiam in publicum oſtẽtare haud verebatur: eoque vecordiæ petulantiæque proceſſit, vt paternum primo cognomẽ repudiaret, ac pro Commodo Marci filio, Herculem ſe Iouis filium iuſſerit appellari: [2] depoſitoq; principũ Romanorum cultu, leonis pellem ſubſterneret, manuq; clauam geſtaret; ſimul purpureas ſibi atq; auro intextas veſtes circumdaret, nõ ſine omnium irriſione: quippe eodem [3] ſchemate & fœminarũ luxum, & heroum virtutem repræſentabat. [4] Talẽ ſe videlicet quotidie præſtabat. Idemq; [5] mẽſium nomina demutauit, ac pro vetuſtis appellationib. nouas de ſuis cognominibus impoſuit; quorum ad Herculem pleraq;, tamquam ſcilicet ad fortiſſimũ, referebantur. Quin ſtatuas quoq; ſibi tota vrbe poni iuſſit; inq; iis vnam pro Curia, quæ arcum contenderet; vt etiam imagines ipſæ terrores atque minas præ ſe ferrent. quam dein tamen ſenatus poſt illius obitum ſuſtulit, proque ea Libertatis imaginem repoſuit. Cõmodus autem, quum tẽperare iam ſibi vltra nõ poſſet, publice ſpectacula edere profeſſus, omnes ſe ſua manu feras occiſurum pollicebatur, & cum fortiſſimis quibuſq; iuuenum ſingulari certamine depugnaturum. Ea quum rumoribus celebrarentur, concurrebãt ex † Italia omni ac finitimis gentibus 24
vniuerſi ad id ſpectaculũ, quod nec antea oculis vſurpauerant, neq; vmquam fando audiuerant. Siquidem ita eſſe certa manus illius dicebatur, vt, quodcumque deſtinaret, iaculo ſagittave contingeret. Erantq; cum illo aſſidue Parthorum lectiſſimi ſagittarii, ac Numidæ *præſtantiſſimi* iaculatores: quos ille tamẽ omneis longe artificio ſuperabat. Vbi aũt ſpectacu-

a *Scribo* κελεύσαντα. b *Non poſſunt hæc cohærere, niſi ſcribas* φέρων. ¶ IN VERS. L. 1 ſed ref. etiam cauſas omnes calamitatum quæ tam crebræ erant, in temeraria eius homicidia: *ſiue* inconſiderata. *Niſi reſpicit ad eos qui ſupplicio indicta cauſa afficiebantur. quod & inconſiderate ac temerarie ab eo fiebat.* [*Memm. vertit* iniuſtas cædes.] 2 depoſitoque Romanorum cultu, qui regius erat, *vel* imperatorius: *id eſt, qui reges decebat, ſiue imperatores.* 3 Schemate *dicit pro* Habitu, *ex Plauto: apud quem tamen* ſchema *legitur, non* ſchemate: *in Amphitr. cum ſeruili ſchema.* 4 Talis, quum prodibat, conſpiciebatur. *id eſt, Tali habitu in publicum prodibat.* 5 Menſium annuorum nomina. *Intelligit autem fortaſſe*, menſium totius anni. *Alioqui ſupervacaneum illud* ἐνιαυσιαίων *nobis videri queat.* [*Poſſumus etiam reddere*, Menſium anniuerſariorum: *i. quotannis in orbem recurrentium quã de re viſe Dionis Epitomen ſupra* 381,3: *& Aelium Lampridium* 160,19]

li dies adfuit, pleno amphitheatro exędificatus Cōmodo peridromus fuerat, [per quē decurrere in orbem poſſet,] ne cōminus cum beſtiis pugnans periclitaretur, ſed ſuperne ac de tuto loco tela iaciendo, iaculandi potius ſcientiam quā fortitudinem oſtentaret. Ceruos igitur & damas, itē cornigera alia, præter tauros, currens pariter ipſe atq; inſequēs impetebat, ac præuēta fuga certiſſimis ictibus proſternebat: leones vero & pantheras, aliaq; id genus nobiliſſima animalia, currens in orbē, ſuperne iaculis confodiebat: ſic vt nec telum quiſquā ſecūdum, nec vulnus viderit niſi lethiferum. Nam vt primum ſe fera cōcitauerat, ſtatim illam vel in fronte vel in corde ſauciabat; [1] nullo præterea vſus ſcopo, neq; ad aliā corporis partem telo deſtinato: ſic vt pariter cum vulnere ipſo conficeretur. Ceterum beſtiæ conquirebantur vndique: ac tū primū vidimus quæ ante in picturis mirabamur. Quippe ex India Æthiopiaq;, itēq; a meridie & a ſeptemtrionibus, quidquid incognitū prioribus ſeculis fuerat, confecit ille pariter atq; oſtendit, nullo nō obſtupefacto, tam certa illa manu, tamq; nuſquam telis aberrātibus. Idē aliquando ſagittas lunatę cuſpidis in Maurusias ſtruthos intorquebat; quæ & pedū celeritate, & alarum quaſi velis ocyſſime ferebantur; ſic vt ſummum contingeret collum, atque ita capita amputaret, vt exſectis ceruicib. (qui teli impetus fuerat) [2] aliquamdiu tamen viuentibus ſimilē curſum continuarent. Quin & pantheram, quæ ſcilicet eductū quendam in harenam
25 curſu acerrimo † cōprehenderat, ſic vt iamiam laniatura videretur, [a] ita opportuno vulnere conſequutus eſt, vt interfecta belua, hominē ſeruauerit, ac dentium quoque aciem cuſpide ipſa iaculi præueniret. Leones itē cauea centum eductos, totidem miſſilibus vniuerſos occidit: ita ſuo ordine iacentibus *diu* corporibus, vt [3] numerari facillime ſingula poſſent, nullo ſcilicet ſuperuacuo incidēte telo. [4] Hactenus igitur, quæ gerebantur, quamuis a principe aliena viderentur, tamen quoniam fortitudinem ſcientiamque præ ſe ferrent, popularem quandam gratiam emerebantur. verum vbi iam nudus ingreſſus amphitheatrum eſt, ſumptiſque armis numeros gladiatorios implebat,

αἱ τῆς θέας ἡμέραι, τὸ μὲν ἀμφιθέατρον πεπλήρωτο· τῷ δὲ Κομμόδῳ περίδρομος κύκλῳ κατεσκεύαστο, ὡς μὴ συστάδην τοῖς θηρίοις μαχόμενος κινδυνεύοι, ἄνωθεν δὲ καὶ ἐξ ἀσφαλοῦς ἀκοντίζων, [a] εὐτοξίας μᾶλλον ἢ ἀνδρείας παρέχοιτο δεῖξιν. ἐλάφους μὲν οὖν καὶ δορκάδας, ὅσα τε κερασφόρα, πλὴν ταύρων, συνθέων αὐτοῖς καὶ καταδιώκων, ἔβαλλε, φθάνων τε αὐτῶν τὸν δρόμον, καὶ πληγαῖς καιρίοις ἀναιρῶν· λέοντας δὲ καὶ παρδάλεις, ὅσα τε ζῶα γενναῖα, περιθέων ἄνωθεν κατηκόντιζεν. οὐδέ τις εἶδεν ἀκόντιον δεύτερον, οὐδὲ τραῦμα ἄλλο πλὴν τοῦ θανατηφόρου. ἅμα γὰρ τῇ τοῦ ζώου ὁρμῇ [b] κατά τε μετώπου ἢ κατὰ καρδίας ἔφερε τὴν πληγήν· καὶ οὐδέποτε σκοπὸν ἄλλον εἶχεν, οὐδὲ ἐς ἄλλο μέρος ἦλθε τὸ ἀκόντιον τοῦ σώματος, ὡς μὴ ἅμα τε τρῶσαι καὶ φονεῦσαι. τὰ δὲ πανταχόθεν ζῶα ἠθροίζετο αὐτῷ. τότε γοῦν εἴδομεν ὅσα ἐν γραφαῖς ἐθαυμάζομεν. ἀπό τε γὰρ Ἰνδῶν καὶ Αἰθιόπων, εἴ τι πρότερον ἄγνωστον ἦν, μεσημβρίας τε καὶ τῆς ἀρκτῴας γῆς ζῶα πάντα φονεύων, Ῥωμαίοις ἔδειξε. τὸ δὴ εὔστοχον τῆς χειρὸς αὐτοῦ πάντες ἐξεπλήττοντο. λαβὼν οὖν ποτὲ βέλη, ὧν αἱ ἀκμαὶ ἦσαν μηνοειδεῖς, ταῖς Μαυρουσίαις στρουθοῖς, ὀξύτατα φερομέναις καὶ ποδῶν τάχει καὶ κολπώσει πτερῶν, ἐπαφιεὶς τὰ βέλη κατ᾽ ἄκρου τοῦ τραχήλου, ἐκαρατόμει, ὡς τὰς κεφαλὰς ἀφῃρημένας ὁρμῇ τοῦ βέλους ἔτι περιθεῖν αὐτάς, ὡς μηδὲν παθούσας. παρδάλεως δέ ποτε ὀξυτάτῳ δρόμῳ τὸν ἐκκαλούμενον † κατα- 25
λαβούσης, φθάσας τῷ ἀκοντίῳ μέλλουσαν δήξασθαι, τὴν μὲν ἀπέκτεινε, τὸν δὲ ἐρρύσατο· φθάσας τῇ τοῦ δόρατος αἰχμῇ τὴν τῶν ὀδόντων ἀκμήν. λεόντων δέ ποτε ἐξ ὑπογαίων ἑκατὸν ἀναρριφθέντων, ἰσαρίθμοις ἀκοντίοις πάντας ἀπέκτεινεν· ὡς ἐπὶ πολὺ κειμένων τῶν πτωμάτων, δι᾽ αὐτὸ τοῦτο ἐπὶ σχολῆς πάντας ἀριθμῆσαι, καὶ μηδὲν ἰδεῖν περιττὸν ἀκόντιον. Μέχρι μὲν τούτων, εἰ καὶ βασιλείας τὰ πραττόμενα ἦν ἀλλότρια, πλὴν ἀνδρείας καὶ εὐστοχίας παρὰ τοῖς δημώδεσιν εἶχέ τινα χάριν· ἐπεὶ δὲ καὶ γυμνὸς εἰς τὸ ἀμφιθέατρον εἰσῆλθεν, ὅπλα τε ἀναλαβὼν ἐμονομάχει,

a For. εὐστοχίας. b For. κατὰ τοῦ μετ. ¶ IN VERS. L. 1 Ac numquam alium ſcopum ſibi propoſuit, neque aliam corporis partem attigit iaculum, quin ſimul & vulneraret & occideret. 2 adhuc circumcurrerent tamquam illæſæ. 3 numerari per otiū poſſent omnia, M. 4 Hactenus igitur, quamuis quæ gerebantur, ab imperatoria dignitate eſſent aliena, tamen apud vulgus aliquam, fortitudinis ergo & peritiæ iaculandi, gratiam emereb. *Puto autem Polit. ſcripſiſſe*, ſcientiamque iaculandi.

τότε σκυ-

τότε σκυθρωπὸν εἶδεν ὁ δῆμος θέαμα· τὸν εὐγενῆ καὶ Ῥωμαίων βασιλέα, μετὰ τοσαῦτα τρόπαια πατρός τε καὶ προγόνων, οὐκ ἐπὶ βαρβάρους ὅπλα λαμβάνοντα στρατιωτικὰ, ἢ Ῥωμαίων ἀρχῇ πρέποντα, καθυβρίζοντα δὲ τὸ ἀξίωμα αἰσχίστῳ καὶ μεμιασμένῳ σχήματι. ὁ μὲν οὖν μονομαχῶν, ῥᾳδίως τῶν ἀνταγωνιστῶν [a] περιεγένετο, καὶ μέχρι τραυμάτων προεχώρει, ὑπεικόντων ἁπάντων, καὶ τὸν βασιλέα, [b] οὐ τὸν μονομάχον ἐννοούντων. εἰς τοσοῦτον δὲ προεχώρησε μανίας, ὡς μηκέτι βούλεσθαι μηδὲ τὴν βασίλειον ἑστίαν οἰκεῖν· ἀλλὰ γὰρ μετοικισθῆναι ἐβούλετο εἰς τὸ τῶν μονομάχων καταγώγιον. ἑαυτὸν δὲ οὐκέτι Ἡρακλέα, ἀλλὰ τῶν μονομαχησάντων ἐνδόξου τινὸς τετελευτηκότος ὀνόματι καλεῖσθαι προσέταξε. τοῦ δὲ μεγίστου ἀγάλματος κολοσσιαίου, ὅπερ σέβουσι Ῥωμαῖοι, εἰκόνα φέρον ἡλίου, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, ἱδρύσατο ἑαυτοῦ, ὑπογράψας τῇ βάσει οὐχ ἃς εἰώθασι βασιλικὰς καὶ πατρῴους προσηγορίας, ἀντὶ δὲ Γερμανικοῦ, μονομάχους χιλίους νικήσαντος. ¶ [c] Ἔδει δὲ ἄρα ποτὲ κἀκεῖνον παύσασθαι μεμηνότα, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν τυραννουμένην. νέου μὲν γὰρ ἔτους τῆς ἐπιούσης ἔμελλεν ἡμέρας, [d] σέβουσί τε τὴν ἑορτὴν Ῥωμαῖοι, εἰς θεὸν
26 ἀρχαιότατον τῆς Ἰταλίας † ἐπιχώριον ἀναφέροντες. φασὶ γὰρ αὐτὸν καὶ Κρόνον, ὑπὸ Διὸς ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς, κατελθόντα εἰς γῆν, γενέσθαι ξένον. δεδιότα δὲ τὴν τοῦ παιδὸς δυναστείαν, παρ' αὐτῷ κρυπτόμενον λαθεῖν· ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα δοθῆναι τῷ χώρῳ τῆς Ἰταλίας Λάτιον κεκλῆσθαι, ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος φωνῆς εἰς τὴν ἐπιχώριον μεταχθέν. διὰ ταῦτά τοι καὶ μέχρι νῦν Ἰταλιῶται τὰ μὲν Κρόνια προεορτάζουσι θεῷ τῷ [e] λαθόντι, τὴν δὲ τοῦ ἔτους ἀρχὴν ἱερομηνίαν ἄγουσι τῷ τῆς Ἰταλίας ἔθει. διπρόσωπον δὲ αὐτοῦ ἱδρῦσθαι τὸ ἄγαλμα, ἐπειδὴ εἰς αὐτὸν ὁ ἐνιαυτὸς ἄρχεταί τε καὶ παύεται. ταύτης δὲ τῆς ἑορτῆς [f] περιιούσης, ἐν ᾗ μάλιστα Ῥωμαῖοι δεξιοῦνταί τε ἀλλήλους καὶ προσαγορεύουσι, νομισμάτων τε ἀντιδόσει καὶ κοινωνίᾳ τῶν γῆς καὶ θαλάττης καλῶν, εὐφραίνουσιν αὐτοὺς, ἀρχαί τε ἐπώνυμοι τότε πρῶτον τὴν ἔνδοξον καὶ ἐνιαύσιον πορφύραν περιτίθενται· πάντων ἑορτα-

tum vero triſte Romano populo ſpectaculũ id viſum, nobiliſſimum Imperatorem, poſt tam multos parentis ſui maiorumq; triumphos, non quidem [1] aduerſus beluas arma capere militaria, vel Romanorum imperio congruentia: ſed ampliſſimam dignitatem turpiſſimo fœdiſſimoque cultu contaminare. Facile autem dimicans ſuos compares ſuperabat; neq; tamen vltra vulnera procedebat, dãte vnoquoque manus, atque Imperatorem potius quam gladiatorem agnoſcente. Eoque veſaniæ [2] profectus eſt, vt deſerere principalem aulam atq; in [3] ludum gladiatorium migrare inſtitueret. Neq; ſe amplius Herculem appellari patiebatur; adoptato nobiliſſimi gladiatoris nomine, qui iã vita exceſſiſſet. Quin ſimulacro illi coloſſeo, quod Romanis venerabile eſt, ſolis effigiem gerens, capite dempto ſuum impoſuit: atque in baſi ſubſcripſit non quos conſueſſet imperatorios paternosq; titulos, ſed pro Germanico, Mille gladiatorum victorẽ. ¶ Ceterum ipſum quoque deſinere aliquando ab ſua vecordia, & ciuitatem tyrannide liberari oportebat: idque anno ineunte: quem diem Romani feſtum agunt, ad [Ianum] vetuſtiſsimum Italiæ deum † referentes: 26
cuius etiam Saturnum ipſum, ab Ioue filio pulſum, *quum in terram deſcendiſſet*, [4] fuiſſe hoſpitẽ prædicant: &, quod *filii potentiam metuens*, ibi latuiſſet, nomen Latio inditum, *Græco vocabulo in vernaculum deflexo*. Quocirca etiam nũc Romani Saturnalia prius *deo qui latuit*; dein vero initium anni *more ſuo concelebrant. Eſtque eius dei biceps imago; vt a quo incipit & in quẽ deſinit annus. [5] Quũ igitur hũc diem feſtũ ciuitas agitaret, in quo *potiſſimũ* Romani inuicẽ ſe colunt ſalutãtq;, & nomiſmata alter alteri, [6] ceteraque omnifariã munera miſsitant, ſummiq; magiſtratus conſpicuã ſibi & ſolennẽ purpuram induũt: vniuerſis diẽ con-

a *Scribo* περιεγίνετο, *vt ſequitur* προεχώρει. b *voculam* οὐ *ex vet. cod. additam, agnoſcit & Polit. licet non vertat*, imperatorem, non gladiatorem: *ſed*, imperatorem potius quam glad. c *Sic ſupra*, ἔδει ἄρα ποτὲ Περτίνακα ... d *videtur voluiſſe hæc*, σέβουσί τε *(niſi potius legendum* σέβουσι δὲ*) & quæ ſequuntur, per parentheſin ponere; ſed hæc longius producens, in anantapodoton incidiſſe, ideoq; tamquam ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς, ſubiungitur* ταύτης δὲ τῆς ἑορτῆς περιιούσης, *&c.* e *in aliorum edit. male* λαχόντι. f *ſcribendum puto* περιιούσης. *ſed & ταύτης δὲ, quam* ταύτης δὲ *malim.* ¶ IN VERS. L. 1 aduerſus barbaros arma cap. [*quod notauit etiam Ioann. Hartungus Decuriæ 3, cap. 2, §. 2*] 2 *Polit. ſcripſiſſe puto* prouectus eſt. 3 domicilium gladiatorium. *ſic & in ſeqq.* 4 fuiſſe hoſp. prædicant: veritumque filii potentiam *(vel dominatum)* abſconditum apud eum latuiſſe. vnde & nomen illi Italiæ loco impoſitum, & Latium appellatum fuiſſe, e Græco ſermone in patrium deductum. 5 Quum igitur feſtus hic dies aduentaret, in quo Romani *&c. ſequendo lectionem annotatam e regione.* 6 & communicatione mutua pulcherrimarum quarumq; rerum, quas terra & mare ferunt, ſeſe oblectant: & magiſtratus eponymi tum primum honorificam & annuam purpuram induũt: vniuerſis diem conc. *Sunt autem eponymi magiſtratus, conſules: &* πορφύρα *eorum, id eſt purpura, eſt ἡ περιπόρφυρος, prætexta.* [*Memmertius; &* conſules tum primum inſignem illam & annuam prætextam ind.]

celebrantibus, ſtatuit Cõmodus non quidem ex imperatoriis (vt mos erat) ædibus, ſed ex ipſo gladiatorio*ludo prodire in publicum, ac pro eleganti veſtitu purpuraq; imperatoria, procedere armatus, deducente gladiatorum agmine, in conſpectum Romani populi. Quod vbi conſiliũ ſuum ad Marciam retulit, vnam e ſuis concubinis; cui ſcilicet plurimum deferebat, ac prope vxoris eam loco habebat, ſic, vt preter ignem omnes honores, velut Auguſtæ, tribuerentur: intellecto mulier tã abſurdo turpiq; conſilio, *primum* orare multis lacrymis, ſupplexq; ad genua accidere, ne aut Romanum imperium [1]pollui pateretur, aut ipſe vitam ſuam perditis ac deploratis hominibus tam pericul oſe committeret. Sed quum *diu ſupplicando* nihil profeciſſet, lacrymans diſceſſit. Ille præfectum exercitibus, Lætum nomine, & Electum cubiculi cuſtodem, ad ſe accitos, parare iubet in ludo ipſo gladiatorio, quo ſe dormitum recipiat: vt illinc ad ſacrificandum mane procederet, ac ſe armatũ Romano populo oſtẽtaret. [2]Illi multis precibus perſuadere tentabant ne-
27 quid indignũ principe † conaretur. Quibus Commodus, ira percitus, faceſſere ab ſe iuſſis, ſtatim in cubiculũ reuerſus, vt, quemadmodum cõſueuerat, meridiaretur, ſumpto in manus libello, quales de [3]philyra tenuiſſimi atq; in vtramque partem replicabiles fiunt; conſcribit in eo quoſcumq; illa nocte interficere deſtinauerat. Ex quib9 prima erat Marcia, mox Lætus atq; Electus: poſt hos ingens eorum numerus qui plurimum auctoritatis in ſenatu obtinebãt. Siquidem ſenes vniuerſos [4]*&* paternos amicos tollere e medio, ne cenſura illorum ſua interpellarentur flagitia; bonaq; ipſa diuitum dilargiri partim militibus, partim gladiatorib9, decreuerat; vt alteri ſe defenderent, alteri oblectarent. Eũ igitur libellum ita conſcriptum, ſupra lectulum depoſuit, neminem*ad ſe introiturum ſuſpectans. Erat autem puſio quidam, infans adhuc, [5]ex ea nota qui veſtitu [cetero] nudi, ſed auro gemmiſque *pretioſiſſimis* ornati, ſolent delicatiſſimo cuique Romanorum eſſe oblectamento.

ζόντων, ὁ Κόμμοδος ἐβουλεύετο οὐκ ἐκ τῆς βασιλείου, ὡς ἔθος, προελθεῖν οἰκίας, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν μονομάχων καταγωγῆς, ἀντὶ δὲ τῆς εὐπαρύφου καὶ βασιλικῆς πορφύρας ὅπλα τε αὐτὸς φέρων, καὶ συμπροϊόντων τῶν λοιπῶν μονομάχων, ὀφθῆναι τοῖς Ρωμαίοις. ἐπεὶ δὲ τὴν γνώμην αὐτοῦ ταύτην ἀνήνεγκε πρὸς Μαρκίαν, (ἣν εἶχε τῶν παλλακίδων τιμιωτάτην, ἣ οὐδέν τι ἀπεῖχε γαμετῆς γυναικὸς, ἀλλὰ πάντα ὑπῆρχεν ὅσα σεβαστῇ, πλὴν τοῦ πυρὸς) ἡ μαθοῦσα τὴν παράλογον οὕτω καὶ ἀπρεπῆ βούλησιν αὐτοῦ, τὰ πρῶτα ἐλιπάρει, καὶ προσπίπτουσα, μετὰ δακρύων ἐδεῖτο μήτε τὴν Ρωμαίων ἀρχὴν καθυβρίσαι, μήθ' ἑαυτὸν ἐπιδόντα μονομάχοις καὶ ἀπεγνωσμένοις ἀνθρώποις, κινδυνεῦσαι· ἐπεὶ δὲ πολλὰ ἱκετεύουσα οὐκ ἐτύγχανεν αὐτοῦ, ἡ μὲν δακρύουσα ἀπέστη· ὁ δὲ Κόμμοδος, μεταπεμψάμενος Λαῖτον τὸν ἔπαρχον τῶν στρατοπέδων, Ἔκλεκτόν τε τὸν τοῦ θαλάμου προεστῶτα, ἐκέλευεν αὐτῷ παρασκευασθῆναι, ὡς διανυκτερεύσων ἐν τῇ τῶν μονομάχων καταγωγῇ, κἀκεῖθεν προελευσόμενος ἐπὶ τὰς θυσίας τῆς ἱερομηνίας, ὡς Ρωμαίοις ἔνοπλος ὀφθείη. οἱ δ' ἱκέτευον καὶ πείθειν ἐπειρῶντο μηδὲν ἀνάξιον τῆς βασιλείας † ποιεῖν. Ὁ δὲ Κόμμο- 27
δος ἀσχάλλων, τοὺς μὲν ἀπεπέμψατο, αὐτὸς δὲ ἐπανελθὼν εἰς τὸ δωμάτιον, ὡς δὴ καθευδήσων, (καὶ γὰρ μεσημβρίας εἰώθει τοῦτο ποιεῖν) λαβὼν γραμματεῖον, τούτων δὴ τῶν ἐκ φιλύρας εἰς λεπτότητα ἠσκημένων, *ἐπαλλήλῳ τε ἀνακλάσει ἀμφοτέρωθεν ἐπτυγμένων, γράφει ὅσους χρὴ τῆς νυκτὸς φονευθῆναι. ὧν πρώτη μὲν ἦν Μαρκία, εἵποντο δὲ Λαῖτός τε καὶ Ἔκλεκτος· ἐπὶ δὲ τούτοις πολὺ πλῆθος τῆς συγκλήτου προὐχόντων. τοὺς μὲν γὰρ πρεσβυτέρους, καὶ [b]λοιποὺς πατρῴους φίλους ἀποσκευάσασθαι πάντας ἤθελεν, αἰδούμενος ἔχειν αἰσχρῶν ἔργων σεμνοὺς ἐπόπτας· τῶν δὲ πλουσίων τὰς οὐσίας χαρίσασθαι ἐβούλετο, μερίσαι τε εἰς τοὺς στρατιώτας καὶ τοὺς μονομαχοῦντας· τοὺς μὲν, ἵνα φυλάττοιεν αὐτὸν, τοὺς δὲ, ἵνα τέρποιεν. γράψας δὴ γραμματεῖον, τίθησιν ἐπὶ τοῦ σκίμποδος, οἰηθεὶς μηδένα [c]ἐκεῖθεν εἰσελεύσεσθαι. Ἦν δὲ καὶ παιδίον πάνυ νήπιον, τούτων δὴ τῶν γυμνῶν μὲν ἐσθῆτος, χρυσῷ δὲ καὶ λίθοις πολυτίμοις κεκοσμημένων· οἷς ἀεὶ χαίρουσι Ρωμαίων οἱ τρυφῶντες.

a *Vel deſiſſe, vel relictum eſſe ſubaudiendum* [illegible], *aliud ve eiuſdem ſignificationis vocabulum, ſuſpicor.* b *in Ald. edit. & alii, male* λοιπὸν *ſcriptum eſt.* c *for.* ἐκεῖσε. ¶IN VERS. L. 1 contumelia afficeret. 2 Illi ſupplicabant & perſ. tent. nequid principatu indignum faceret: *vel imperio indign.* At Comm. ægre id ferens, eos quidem amandauit: reuerſus autem in cubiculum ad capiendum ſomnum, (nam meridie id facere moris habebat) ſumpto in m. 3 h.e. de tilia. M. 4 & reliquos patris amicos tollere e medio, (quod cum graues turpium factorum inſpectores habere puderet) bonaque- 5 ex iſtis qui nullum quidem amictum geſtant, ſed auro & lapidibus pretioſiſſimis ſunt ornati: quibus ſemper gaudent ex Romanis ii qui luxui dediti ſunt.

ὑπερηγάπα,

ὑπερηγάπα δ' αὐτὸ ὁ Κόμμοδος, ὡς συγκαθεύδειν πολλάκις· Φιλοκόμμοδός τε ἐκαλεῖτο, δεικνυούσης καὶ τῆς προσηγορίας τὴν στοργὴν τὴν εἰς τὸν παῖδα τοῦ βασιλέως. τὸ δὴ παιδίον τοῦτο, ἄλλως ἀθύρον, προσελθόντος τοῦ Κομμόδου ἐπὶ τὰ συνήθη λουτρά τε καὶ κραιπάλας, εἰσδραμὸν εἰς τὸν θάλαμον, ὥσπερ εἰώθει, τὸ γραμματεῖον ἐπὶ τοῦ σκίμποδος κείμενον ἀνελόμενον, ἵνα δὴ παίζειν ἔχοι, προέρχεται τοῦ οἴκου. κατὰ δέ τινα δαίμονα συναντᾷ τῇ Μαρκίᾳ· ἡ δὲ (καὶ αὐτὴ γὰρ ἔστεργε τὸ παιδίον) περιπτύξασα καὶ φιλοῦσα, τὸ γραμματεῖον ἀφαιρεῖται, δεδοικυῖα δὴ μή τι τῶν ἀναγκαίων ὑπὸ νηπιότητος ἀγνοοῦν, παῖζον διαφθείρῃ. γνωρίσασα δὲ τὴν τοῦ Κομμόδου χεῖρα, ταύτῃ καὶ μᾶλλον ἐσπούδαζε διεξελθεῖν τὴν γραφήν. ἐπεὶ δὲ εὗρεν αὐτὸ θανατηφόρον, καὶ πρὸ ἁπάντων [a] αὐτήν τε μέλλουσαν τεθνήξεσθαι, Λαῖτόν τε καὶ [b] Ἔκλεκτον ἐπακολουθήσοντας, τῶν τε λοιπῶν τοσοῦτον φόνον, ἀνοιμώξασα, καθ' ἑαυτήν

28 τε εἰποῦσα· † Εὖγε ὦ Κόμμοδε, ταῦτα χαριστήρια εὐνοίας τε καὶ στοργῆς, ὕβρεώς τε καὶ παροινίας τῆς σῆς, ἧς ἐτῶν τοσούτων ἠνεσχόμην. ἀλλ' οὐ καταπροίξῃ αὐτὸς μεθύων νηφούσης γυναικός. Ταῦτα εἰποῦσα, τὸν Ἔκλεκτον μεταπέμπεται· (ἔθος δὲ ἦν αὐτῷ προσιέναι, ἅτε τοῦ θαλάμου φύλακι· ἔτι τε καὶ ἐπὶ συνουσίᾳ αὐτῇ διεβάλλετο) δοῦσα δὲ τὸ γραμματεῖον, Ὅρα, ἔφη, ποίαν μέλλομεν πάννυχον ἄξειν ἑορτήν. ὁ δὲ Ἔκλεκτος, ἀναγνούς τε καὶ ἐκπλαγείς· (ἦν δὲ τὸ γένος Αἰγύπτιος, τολμῆσαί τε ἅμα καὶ δρᾶσαι, θυμῷ τε δουλεῦσαι πεφυκώς) κατασημηνάμενος [c] οὕτω τὸ γραμματεῖον, διά τινος τῶν ἑαυτοῦ πιστῶν ἀναγνωσθησόμενον πέμπει τῷ Λαίτῳ. ὁ δὲ, καὶ αὐτὸς ταραχθεὶς, ἀφικνεῖται πρὸς Μαρκίαν, ὡς δὴ συσκεψόμενος [d] αὖθις περὶ ὧν ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς, καὶ περὶ τῆς τῶν μονομάχων καταγωγῆς. προσποιησάμενοι δὲ περὶ τῶν ἐκείνῳ διαφερόντων σκέπτεσθαι, συντίθενται φθάσαι τι δράσαντες [e] ἢ παθεῖν· οὐδὲ καιρὸν εἶναι μελλήσεως ἢ ἀναβολῆς. ἀρέσκει δὴ δοῦναι φάρμακον δηλητήριον τῷ Κομμόδῳ· ὑπέσχετο δὲ αὐτὸ ῥᾷστα δώσειν ἡ Μαρκία. εἰώθει γὰρ αὐτὴ κιρνᾶναί τε καὶ διδόναι τὴν πρώτην πόσιν, ὡς ἥδιον πίοι παρ' ἐρωμένης. ἐλθόντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, ἐμβαλοῦσα εἰς κύλικα τοῦ φαρμάκου, οἴνῳ τε κεράσασα

Is ita Commodo carus erat, vt cũ illo ſæpe etiam cubaret, ac Philocommodus appellaretur, ipſo indicante nomine amorem principis. Hic itaque puer, forte ludibundus, [1] occupato inter balnea & crapulas Commodo, cubiculum (vt cõſueuerat) ingreſſus, ſumpto in manus *qui ſupra lectulum iacebat* libello, quicum luſitaret, foras proceſſit. ac forte quadã in Marciam incidit: quæ quum puerũ etiam ipſa diligeret, complexa prius atq; deoſculata, libellum manu aufert: verita ne quid ob infantiam inſcius puer rerum fortaſſe grauiorum labefaceret. Agnita dein Commodi manu, ac legendi cupidine *magis* illecta, [3] vbi funeſta contineri, ac ſe primam peti intellexit, Lætumq; & Electum ſubſequi, tantamq; deinceps reliquorum futuram cędem: hæc ſecum ingemiſcens cõſuſurrabat; †Euge Commo- 28
de, [4] hæccine præmia beneuolentiæ amorisq; ſunt? ita ſcilicet de te merui, quum tam multos annos cõtumelias ebrietatemque tuam pertuli? Sed nequaquã tibi hæc ita ſucceſſerint, viro temulento, aduerſus ſobriam mulierem. His dictis, Electũ ad ſe arceſſit: (quem etiam ipſa aliquando per ſe cõuenire, vtpote cubiculi cuſtodem ſolita, & cum eo ſtupri quoq; habuiſſe cõſuetudinem credebatur) traditoq; in manus libello, Vide, inquit, Electe, cuiuſmodi ſumus hac nocte feſtum celebraturi. Is eo lecto expauefactus, (erat autẽ Ægyptiꝰ genere, audax homo [5] ac promptus, & iraſci facilis) ſtatim ſignatum libellum per hominem ſibi fidum, Læto legendũ mittit. Qui item exterritus, ad Marciam contendit; ſimulans de iis ire ſe conſultatum quæ ad concinnandum ex iuſſu principis ludum gladiatorium pertinerent. [6] Hoc igitur vſi prætextu, [7] cõſtituunt aut faciendum ſibi quamprimum, aut patiendum aliquid: nullum moræ locum, nullum procraſtinationi eſſe. Placitum autem eſt rem veneno agi: quod ſe facile daturam Marcia recepit: quippe ſolita primũ illi miſcere atq; offerre poculũ, vt ab amica porrectum ſuauius biberetur. Igitur redeunti ex balneis commixtum vino odoratiſſimo venenum

a *For.* αὐτήν γε μέλλ. τεθν. Λαῖτον δὲ καὶ Ἔκλ. b *quæ ſunt ab accuſ.* Ἔκλεκτον, *vſque ad alterum qui eſt eiuſdem nominis, deſunt in precedd. edit. preterquam in mea.* c *otioſa hic eſt iſta partic.* οὕτω. d *ſcribo* αὐτῷ. e *for. ſcripſit* μᾶλλον ἢ παθεῖν. ¶ IN VERS. L. 1 quum Commodus ad conſueta balnea & crapulas profectus eſſet. 2 neceſſariatum. 3 vbi mortiferum eſſe comperit, ac ſe primam eſſe morituram, Læt. & Elect. ſubſequuturos. 4 hæccine gratia amori beneuolentiæque meæ rependitur, poſtquam tot annos tuas contumelias tuamque ebrietatem toleraui? Sed nõ impune tu temulentus hæc aduerſus ſobriam mulierem molitus fueris. 5 ac manu promptus, & iræ impotens. *ad verbum*, qui hoc a natura habebat vt iræ ſeruiret, *vel* indulgeret. 6 Quum igitur ſimulaſſent ſe de iis quæ ad illum pertinerent, conſultare, conſtit. 7 conſtituũt facere prius aliquid quam pati, M.

in calice obtulit. Ille, diu lauãdo [1] venandoq; collecta ſiti, [2] veluti de more propinatum ſibi, temere interbibit. Quare ſtatim capitis grauedine occupatus, atq; in ſoporem prolapſus, quum id ex labore accidiſſe opinaretur, quieti ſe tradidit. Electus autem & Marcia, recedere omnes cõfeſtim, & ſuam quemque domum reuerti iubẽt, ne ſomni indigum Commodum expergefacerent. Id autem alias quoque ex ebrietate nimia facere conſueuerat. [3] Nam quum vel balneis vel epulis operam daret, nullum ſcilicet habebat præſtitutum quieti tempus. etenim aliæ ex aliis voluptates, eæq; inter ſe maxime diuerſæ, ſeruire ſibi hominem etiam inuitum [4] quocumque tempore ſubigebant. 29 †Pauxillum igitur cum requieſſet, ac iam ſe ad ſtomachum & aluum veneni vis inſinuaſſet, oborta vertigine, vomitus, & quidem affatim, conſequutus eſt: ſiue ipſo cibo quem largiter ante ſumpſiſſet, multaque meri potione virus expellente: ſeu quoniam principibus mos eſt, antequam cibum capiant, medicamento vti quo venena prohibeantur. Ceterum quum multum euomuiſſet, veriti illi ne veneno quoque omni eiecto colligeret ſeſe, atque vna omnes cædi imperaret, [5] perſuaſerunt magna mercede Narciſſo cuidam, audaci ſtrenuoque adoleſcenti, vt ipſum in cubiculo ſtrangularet. *Hic ingrediens illum & veneno & crapula languentem, conſtricto gutture interficit.* Hunc finem vitę Commodus habuit, tredecim annos poſt parentis obitum imperio adminiſtrato: vnus omnium ante ſe Imperatorum nobiliſſimus, omniumque eius ætatis hominum formoſiſſimus. quod ſi *aliquid* dicendum de fortitudine quoq; eſt, [6] ne in hoc quidem cuiquam, præſertim deſtinandis ictibus, conceſſurus. Sed tamen totam vitæ rationem ſtudiis (vt dictum eſt) fœdiſſimis contaminauit.

εὐώδη, δίδωσιν. ὁ δὲ, ὡς συνήθη φιλοτησίαν, μετὰ πολλὰ λουτρὰ καὶ γυμνάσια τὰ περὶ θηρία διψῶν, ἔπιεν ἀναισθήτως. εὐθέως δὲ κάρος ἐπιπεσὼν αὐτῷ εἰς ὕπνον τε καθελκόμενος, [a] ὑπὸ καμάτου πάσχειν οἰηθεὶς, ἀνεπαύσατο. ὁ δὲ Ἔκλεκτος καὶ Μαρκία, πάντας ἀποστῆναι κελεύσαντες, εἴς τε τὰ οἰκεῖα ἀπιέναι, ἡσυχίαν δὴ παρεσκεύαζον αὐτῷ. εἰώθει δὲ καὶ ἐπὶ [b] ἄλλων τοῦτο πάσχειν ὁ Κόμμοδος ὑπὸ κραιπάλης· πολλάκις γὰρ [c] λουσάμενος καὶ πολλάκις ἐσθίων, οὐδένα καιρὸν εἶχεν εἰς ἀνάπαυσιν ὡρισμένον, [d] ἐπαλλήλοις καὶ διαφόροις συνεχόμενος ἡδοναῖς, αἷς δὴ καταλαβούσῃ ὥρᾳ καὶ ἄκων ἐδούλευεν. 29 †ἐπ' ὀλίγον μὲν οὖν ἡσύχασε· περὶ στόμαχον δὲ καὶ κοιλίαν τοῦ φαρμάκου γενομένου, ἴλιγγός τε αὐτὸν καταλαμβάνει, ἔμετός τε πολὺς ἐπιγίνεται, ἢ τῆς προειλημμένης τροφῆς ἅμα ποτῷ πολλῷ ἐξωθούσης τὸ φάρμακον, ἢ διὰ τὸ προλαμβανόμενον, ὅπερ εἰώθασι βασιλεῖς ἑκάστοτε πρὸ πάσης τροφῆς λαμβάνειν, κώλυμα δηλητηρίων. πλὴν ἀλλὰ πολλοῦ γε ὄντος τοῦ ἐμέτου, φοβηθέντες μὴ πᾶν ἐξεμέσας τὸ φάρμακον ἀνανήψῃ, καὶ πάντες ἀπόλωνται, νεανίαν τινὰ, ὀνόματι Νάρκισσον, γενναῖόν τε καὶ *ἀκμαστὴν, πείθουσιν εἰσελθόντα, τὸν Κόμμοδον ἀποπνῖξαι· μεγάλα δώσειν ἔπαθλα ὑποσχόμενοι. ὁ δὲ, εἰσδραμὼν, παρειμένον αὐτὸν ὑπὸ τοῦ φαρμάκου καὶ μέθης, ἀποσφίγξας τὸν τράχηλον, φονεύει. Τοιούτῳ μὲν τέλει βίου ὁ Κόμμοδος ἐχρήσατο, βασιλεύσας ἔτη τρισκαίδεκα μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτήν· εὐγενέστατός τε τῶν πρὸ αὐτοῦ γενομένων βασιλέων, κάλλει τε τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων εὐπρεπέστατος. εἰ δέ τι δεῖ καὶ περὶ ἀνδρείας εἰπεῖν, οὐδενὸς ἥττων εὐστοχίᾳ τε καὶ εὐχειρίᾳ· εἰ μὴ τὴν τούτων εὐμοιρίαν αἰσχροῖς ἐπιτηδεύμασι κατῄσχυνεν, ὡς προείρηται.

a Fortè ὑπὸ καμ. b for. ἄλλων δείπνων τοῦτο π. c for. λουόμενος. d Legitur etiam ἐπ' ἀλλήλοις: item ἀλλ' ἐπ' ἀλλήλοις. ego ex tribus hiſce vocibus lubenter vnam facerem, ἀλλεπαλλήλοις. ¶IN VERS. L. 1 ſeque cum feris exercendo, S. 2 veluti talem potum qualem amica temperare ſolebat, ita ebibit vt nihil ſentiret. *id eſt, vt alium quam conſuetum guſtum eſſe nõ ſentiret:* [*vel*, vt nullum ſubeſſe dolum ſentiret] 3 Quum enim poſt frequentia balnea frequenter etiam cibum ſumeret, nullũ hab. pr. 4 quum tempus aduenerat: *id eſt, quum cupido eum inuaſerat.* 5 perſuaſerunt iuueni cuidam nomine Narciſſo, ſtrenuo ac robuſto, vt ingreſſus Commodum ſtrangularet: magna præmia ſe daturos polliciti. 6 nulli certior fuit manus & maiore dexteritate prædita: niſi, quam his in rebus nactus erat felicitatem, ſtudiis fœdiſſimis (quemadmodum diximus) contaminaſſet.

ΗΡΩΔΙΑ-

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΤΗΣ ΜΕΤΑ ΜΑΡΚΟΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ [ΙΣΤΟΡΙΩΝ] βιβλίον δεύτερον.

Ἀνελόντες δὲ τὸν Κόμμοδον οἱ ἐπιβουλεύσαντες, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου συντάγματι τῆς ἱστορίας δεδήλωται, κρύψαι τε τὸ γινόμενον βουλόμενοι ὡς αὐτοὺς φυλάσσοντας τὴν βασίλειον αὐλὴν δορυφόρους λάθοιεν, *εἰλίσαντες στρωμνῇ τινὶ εὐτελεῖ τὸ σωμάτιον καὶ καταδήσαντες, ἐπιθέντες δυσὶν οἰκέταις τῶν πιστῶν ἑαυτοῖς, ἐκπέμπουσιν ὡς δή τι σκεῦος τῶν ἐκ τοῦ θαλάμου περιττόν. οἱ δὲ, φέροντες, διὰ μέσων ἐκφέρουσι τῶν † φυλάκων· ὧν οἱ μὲν, [a]ἀπὸ μέθης ἐκραιπάλων, οἱ δὲ ἐγρηγορότες, κἀκεῖνοι εἰς ὕπνον κατεφέροντο, κατεχούσαις τε ταῖς χερσὶ τὰ δοράτια ἐπαναπαύοντο· οἱ δὲ, οὐ πάνυ τὸ ἐκφερόμενον τοῦ θαλάμου, ὅ τι ποτ᾽ εἴη, ἐπολυπραγμόνουν· ἐπεὶ μηδὲ αὐτοῖς διέφερε τοῦτ᾽ εἰδέναι. Τὸ μὲν οὖν σῶμα τοῦ βασιλέως οὕτω κλαπὲν, ἐκκομισθέν τε τῆς [b] αὐλείου θύρας, νύκτωρ ὀχήματι ἐπιθέντες, εἰς τὸ *Ἀριστεῖον ἀπέπεμψαν.

¶Ὁ δὲ Λαῖτος καὶ Ἔκλεκτος, ἅμα τῇ Μαρκίᾳ, τὸ πρακτέον ἐβουλεύοντο. ἔδοξε δὲ αὐτοῖς περὶ μὲν τοῦ θανάτου φήμην ἐγκατασπεῖραι, ὅτι δὴ αἰφνιδίως τετελεύτηκε, ἀποπληξίας ἐπιπεσούσης. καὶ γὰρ ἐνδεχομένην πίστιν ἕξειν ᾤοντο τὴν φήμην, προδιαβεβλημένης τῆς ἀχορέστου καὶ ὑπερβαλλούσης ἐκείνου τροφῆς. Πρῶτον δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς ἐπιλέξασθαι ἄνδρα πρεσβύτην τινὰ καὶ σώφρονα, τὸν διαδεξόμενον τὴν ἀρχὴν ὅπως αὐτοί τε σωθεῖεν, καὶ ἀπὸ τῆς πικρᾶς καὶ ἀκολάστου τυραννίδος πάντες ἀναπνεύσαιεν. καθ᾽ ἑαυτοὺς δὲ ἀναλογιζόμενοι, οὐδένα οὕτως ἐπιτήδειον εὕρισκον ὡς Περτίνακα. ἦν δὲ ὁ Περτίναξ, τὸ μὲν γένος Ἰταλιώτης, ἐν δὲ πολλαῖς στρατιωτικαῖς τε καὶ πολιτικαῖς εὐδοκιμήσας πράξεσι· πολλὰ δὲ κατὰ Γερμανῶν καὶ τῶν ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν βαρβάρων ἐγείρας τρόπαια, μόνος τε περιλειφθεὶς τῶν σεμνῶν πατρῴων τῷ Κομμόδῳ φίλων· ὃν οὐκ ἀπέκτεινε, τῶν Μάρκου ἑταίρων τε καὶ στρατηγῶν ἐντιμότατον γενόμενον, ἢ διὰ σεμνότητα αἰδούμενος, ἢ ὡς πένητα τηρήσας.

HERODIANI HISTORIÆ DE IMPERIO POST MARCUM, Liber ſecundus.

1 Occiſo Commodo, quemadmodum ſuperiore volumine demõſtrauimus, quum celare factũ interfectores, & aulicas excubias fallere vellent, vili quodam ſtragulo inuolutum cõſtrictumq; corpuſculum, ac duobus exploratæ fidei famulis impoſitum, ædibus exportandũ, velut aliquid ſuperuacuum ex cubiculi ſupellectile, curauerunt. Qui autẽ exportabant, per medios euaſere † cuſtodes, 2 partim ebrios, dormitanteſque, ac manu languida tenentes haſtilia, partim etiam ſocordes eorum quæ ad ſe parũ pertinere arbitrabantur. Ita corpus principis 3 furtim elatum ac per noctẽ vehiculo impoſitũ, in Ariſteum miſerunt. ¶Lætus autem & Electus, Marciaque, quid agendum foret diu deliberato, tandem decernunt, ita de eius morte rumores ſerere, quaſi repente in apoplexiã incidiſſet. 4 quod facile de illo creditum iri exiſtimabant, quem conſtabat identidem ſolitum immoderatis epulis ſagittari. Sed ante omnia tamen viſum eſt, aliquem prouectũ ætate ac modeſtum hominem deligere ad imperium; per quem & ipſi incolumes forent, & omnes a ſæua immoderataq; tyrãnide reſpirarent. Igitur diu conſultato, neminem ſic idoneum inuenerunt vt Pertinacem. Erat autẽ Pertinax, genere Italus, domi belliq; rebus geſtis clarus, multiſq; inſignis tropæis quæ aduerſum Germanos atque orientales barbaros erexerat. vnuſq; erat 5 reliquus e grauiſſimis illis quos pater Commodo amicos reliquiſſet, cuique plurimũ ex omnibus ſociis ducibuſq; detulerat: 6 tutus hactenus, vel grauitatẽ ipſam verito, vel ob paupertatẽ hominis diſſimulãte Commodo.

---

a *Sic μέθυαι cum κραιπάλαις ſupra pag. 3. & in hoc libro ὑπὸ μέθης καὶ κραιπάλης, de Iuliano. Sed hic poterat ſatis eſſe ἐκραιπάλων.* b *Sic alibi αὔλειος θύρα dicit: ſed & αὔλειον εἴσοδον (ſi non eſt error) infra 38, ἢ ἐπὶ τῇ αὐλείῳ, ἢ ἐπὶ ταῖς λοιπαῖς εἰσόδοις.* c *Hoc teſtatum habemus & infra, duobus locis.* ¶IN VERS. L. 1 Quum ii qui Commodo inſidiabantur, illum interfeciſſent eo quo dictũ eſt modo in primo huius hiſtoriæ commentario, & celare factum vellent: vt ſatellites qui aulam imperatoriã cuſtodiebant laterent, vili quodam ſtr. 2 quorum alii crapulam edormiebant: alii, qui *adhuc* vigilabant, & ipſi in ſomnum deferebãtur, in manus, quæ haſtilia tenebant, reclinati: alii, quidnam eſſet quod e thalamo exportabatur, non valde curabant: quum ne pertineret quidem ad ipſos hæc ſcire. Ita corp. 3 furtim ſubductum & per atrii ianuam exportatum, quum noctu vehiculo impoſuiſſent. 4 Rumorem enim hunc fore huiuſmodi putabant cui fides adhiberi poſſet, quum ob inexplebilem voracitatem male audiret. Sed ante om. 5 reliquus ex illis maieſtate verendis viris quos C. 6 quem non interfecit Cõm. ſiue quod maieſtatem illam reuereretur, ſiue quod ob paupertatem eum conſeruaret.

Siquidem id quoque illius laudibus accedebat, quod quum plurima omnium adminiſtraſſet, tamen erat omnium pauperrimus. Hunc igitur Pertinacem nocte intempeſta, ſopitis omnibus, Lætus atque Electus cum paucis eiuſdem factionis adeunt; &, quum ianuā occluſam offendiſſent, ianitorem excitarunt. qui vbi adaperuit, militesque & Lætum præfectum adeſſe vidit, perterritus atque expauefactus, Pertinaci renūtiat. Is admitti [ilico] iubet, euentura mox inquiēs quæ ſibi [1] ad eam diem mala præſagiuerat.

31 Tanta porro [2] fuit animi † conſtantia, vt ne lecto quidem ſe mouerit, aut habitum oris demutauerit. ſed ingreſſis Læto atque Electo, quamuis ad ſe occidendum miſſos crederet, pleno audaciæ vultu minimeque pallenti, Iam pridem, inquit, hūc exitum vitæ ſingulis etiam noctibus ſperabā: qui ex omnibus paternis amicis vnus adhuc eſſem reliquus. Itaque demirabar quonam tam diu rem differret Cōmodus. Proinde [3] quid ſtatis? quin facitis imperata, meq; a triſti aliquando ac perpetua formidine liberatis? Ad hæc Lætus, Deſine, inquit, indigna te & ſuperiore vita tua fabulari. neque enim nos mortem tuam, ſed ſalutem cum noſtram, tum Rom. imperii petitū venimus. Iacet enim tyrannus, debitasq; luit pœnas, ea paſſus a nobis quæ in nos facere moliebatur. Quare huc adſumus imperiū tibi tradituri: quem vnum ex omni ſenatu, vel temperantia vitæ, vel auctoritate, vel [4] ætate etiā & grauitate morum, ſcimus eſſe pręſtantiſſimum, carumq; populo & venerabilē: ſperantes, quod agimus, & optabile illis, & nobis [5] ſalubre futurum. [6] Ad hæc Pertinax, Deſinite, inquit, ſenem ludere hominem, atq; ita timiditatis arguere, vt prius decipere, dein occidere ſtudeatis. Atqui, inquit Electus, quando nobis parum credis, [7] cape libellum hunc: (nam manum certe agnoſcis Cōmodi) ac tute lege: cognoſces proculdubio quantum effugerimus periculi: neq; tentamentum aliquod in noſtris verbis, ſed veri fidem

ἦν γὰρ αὐτοῦ καὶ τοῦτο μέρος τῶν ἐγκωμίων, ὅτι πλείστων πάντων ἐγχειρισθεὶς, πάντων οὐσίαν εἶχεν ἐλάττονα. Πρὸς δὴ τοῦτον τὸν Περτίνακα, νυκτὸς ἀκμαζούσης, πάντων τε ὕπνῳ κατειλημμένων, ἀφικνοῦνται ὁ Λαῖτος καὶ Ἔκλεκτος, ὀλίγους τῶν συνωμοτῶν ἐπαγόμενοι. ἐπιστάντες δὲ αὐτοῦ, κεκλεισμένης τῆς οἰκίας, ταῖς θύραις, διεγείρουσι τὸν φυλάττοντα. ἀνοίξας δὲ ἐκεῖνος καὶ θεασάμενος στρατιώτας ἐφεστῶτας, καὶ Λαῖτον, ὃν ἤδει ἔπαρχον ὄντα, ἐκπλαγεὶς καὶ ταραχθεὶς ἀγγέλλει. ὁ δὲ ἥκειν αὐτοὺς κελεύει, δεινὰ, προσδοκώμενα ἑαυτῷ ἑκάστοτε, συμβήσεσθαι φάσκων. ἐν τοσαύτῃ γοῦν † αὐτὸν φασὶ μεῖναι ψυχῆς ἀταραξίᾳ, 32 ὡς μηδὲ ἀναθορεῖν τοῦ σκίμποδος, μεῖναι δὲ ἐπὶ τοῦ σχήματος· καὶ τὸν Λαῖτον ἅμα τῷ Ἐκλέκτῳ εἰσελθόντα, καίτοι δοκοῦντας ἐπὶ φόνῳ ἥκειν, προσειπεῖν τε, καὶ θαρροῦντι μηδὲ ὠχριάσαντι τῷ προσώπῳ, Πάλαι μὲν, φάναι, καὶ πάσης νυκτὸς τόδε τὸ τέλος τοῦ βίου εἶχον διʼ ἐλπίδος· μόνος τε τῶν πατρῴων περιλειπόμενος φίλων ἔτι, ἐθαύμαζον ἐπʼ ἐμοὶ Κόμμοδον βραδύνοντα. τί δὴ μέλλετε; ὑμεῖς τε γὰρ δράσετε τὸ κεκελευσμένον, ἐγώ τε πονηρᾶς ἐλπίδος καὶ φόβου συνεχοῦς ἀπαλλάξομαι. Πρὸς ταῦτα ὁ Λαῖτος, Οὐ παύσῃ, ἔφη, ἀνάξια σαυτοῦ καὶ τῶν προβεβιωμένων σοι λέγων; οὐ γὰρ ἐπʼ ὀλέθρῳ τῷ σῷ ἥδε ἡμῶν ἡ ἄφιξις, ἀλλʼ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ τε ἡμῶν αὐτῶν, καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. κεῖται μὲν γὰρ ὁ τύραννος, δίκην δοὺς τὴν πρέπουσαν· καὶ ἅπερ αὐτὸς ἡμᾶς δρᾶσαι διενοεῖτο, ταῦτα πρὸς ἡμῶν παθών. ἡμεῖς δὲ ἥκομεν σοὶ τὴν βασιλείαν ἐγχειριοῦντες, ὃν ἴσμεν προὔχοντα ἐν τῇ συγκλήτῳ βουλῇ, σωφροσύνῃ βίου, μεγέθει τε ἀξιώματος, καὶ [a] ἡλικίας σεμνότητι· προτιμώμενόν τε καὶ τιμώμενον ὑπὸ τοῦ δήμου. ὅθεν κἀκείνοις εὐκταῖον, καὶ ἡμῖν σωτήριον τὸ πραττόμενον ἔσεσθαι προσδοκῶμεν. Πρὸς ταῦτα ὁ Περτίναξ, [b] Οὐ παύσεσθε, ἔφη, χλευάζοντες πρεσβύτην, καὶ τοσαύτην μου δειλίαν κατεγνωκότες, ὡς πρότερον ἀπατῆσαι [c] βούλεσθε, εἶθʼ οὕτω φονεῦσαι; Ἀλλὰ μὴν, (ἔφη ὁ Ἔκλεκτος) ἐπεὶ λέγουσιν ἡμῖν οὐ πεπίστευκας, λαβὼν τουτὶ τὸ γραμματεῖον (γνωρίζεις δὲ τὴν Κομμόδου χεῖρα, ὅσης σοὶ τῆς ἀναγνώσεως ἐν συνηθείᾳ) ἐπίσκεψαι. οὕτω γὰρ γνώσῃ τίνα τε κίνδυνον ἐφύγομεν, καὶ ὅτι μὴ σκῆψις, ἀλλʼ ἀληθῆ προέσεσι

a *Pol. ita hunc locum vertit, quaſi legerit, ἡλικίας ἢ σεμνότητι.* b *ſic paulo ante, οὐ παύσῃ λέγων:* c *malim βούλεσθε.* ¶ IN VERS. L. 1 indies: *vel*, quotidie, M. 2 fuiſſe fertur. 3 quid cunctamini? nam vos quidem imp. facietis: ego autem illa ſpe mala & formidine aſſidua liberabor. Ad hæc Lætus, Non deſines, inquit, indigna te & anteacta tua vita loqui? Non enim in perniciem tuam hic noſter aduētus, ſed in noſtram & Romani imperii ſalutem. Iacet en. 4 ætatis maieſtate. *vel* grauitate: *quam nimirum canities quandam grauitatem & modo non maieſtatem affert. ſic infra, 33, τὴν τῆς ἡλικίας σεμνὸν dicit.* 5 *malim* ſalutare quam ſalubre. 6 Ad hæc Per. Non deſinetis, inquit, ſenem lud. *per interrogationem. vt paulo ante*, Non deſines &c. 7 ſumptas has ce tabellas (agnoſcis autem manum Commodi, quum ſolitus ſis *quæ illa manu ſcripta ſunt* legere) contemplare.

τοῖς λεχθεῖσιν. Ἐπιγνοὺς δὴ τὰ γεγραμμένα ὁ Περτίναξ, πεισθείς τε ἀνδράσι καὶ πρότερον αὐτοῦ φίλοις, πάντα πυθόμενος τὰ πεπραγμένα, ἐπιδίδωσιν ἑαυτόν. καὶ πρῶτον ἀρέσκει προσελθεῖν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ πεῖραν τῆς γνώμης τῶν στρατιωτῶν λαβεῖν· πείσειν δὲ αὐτοὺς ὁ Λαῖτος ὑπισχνεῖτο, ἐπειδὴ αὐτῷ
32 ἐπάρχῳ ὄντι † [a] μετρίαν ἀπένεμον αἰδῶ. συμπαραλαβόντες οὖν καὶ τῶν λοιπῶν ὅσοι παρῆσαν, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἠπείγοντο. ἤδη δὲ καὶ τὸ πλεῖστον τῆς νυκτὸς προκεχωρήκει, καὶ τῆς ἑορτῆς ἐνεστώσης, πρὸ ἡμέρας πάντα ἐπεπράττετο. διαπέμπουσι δή τινας τῶν πιστῶν τοὺς διαβοήσοντας ὅτι ὁ Κόμμοδος τέθνηκε μέν, ὁ Περτίναξ δὲ εἰς τὸ στρατόπεδον βασιλεύσων ἄπεισι. διαδραμούσης δὲ τῆς φήμης, πᾶς ὁ δῆμος ἐνθουσιῶντι ἐοικὼς ἐξεβακχεύετο· διέθεόν τε, καὶ τοῖς οἰκείοις ἕκαστος χαίρων διηγεῖτο, καὶ μάλιστα τοῖς ἐπ' ἀξιώσεως, ἢ πλουσίοις. ἐκείνοις γὰρ [b] καὶ ἐπιβουλεύοντα ᾔδεσαν τὸν Κόμμοδον. ἔθεόν τε περί τε τὰ ἱερὰ καὶ βωμούς, θεοῖς χάριτας ὁμολογοῦντες. ἐβόων δὲ διάφορα· οἱ μέν, κεῖσθαι τὸν τύραννον λέγοντες· οἱ δέ, τὸν μονομάχον· ἄλλοι δέ, ἀπρεπέστερα βλασφημοῦντες. καὶ ὅσα πρότερον ἐπεῖχεν ὁ φόβος ῥήματα, ταῦτα, προσελθούσης ἀδείας καὶ ἐλευθερίας, ῥᾳδίως ἐλέγετο. πλεῖστον [c] δὴ τοῦ δήμου συνέθει δρόμῳ, καὶ ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἠπείγετο, τοῦτο μάλιστα δεδιότες, μή πως ἄρα οἱ στρατιῶται ὀκνηρότερον [d] ἐπακούσωσι τῇ Περτίνακος ἀρχῇ. ἐσόμενον γὰρ σώφρονα, μὴ πάνυ τι [e] ἀποδέξασθαι τοὺς στρατιώτας προσεδόκων, τυραννίδι δουλεύειν εἰθισμένους, ἁρπαγαῖς τε καὶ βίαις ἐγγεγυμνασμένους. ἵν' οὖν αὐτοὺς ἐκβιάσαιντο ὑπακοῦσαι, πανδημεὶ συνῆλθον. ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ὅ τε Λαῖτος καὶ Ἔκλεκτος εἰσῆλθον ἄγοντες τὸν Περτίνακα, συγκαλέσας τοὺς στρατιώτας ὁ Λαῖτος, ἔλεξε τοιάδε· Κόμμοδος μὲν [f] ἡμῖν ὁ βασιλεὺς τέθνηκεν ἀποπληξίᾳ· αἴτιος δὲ τοῦ τοιούτου θανάτου οὐκ ἄλλος, ἀλλ' αὐτὸς αὑτῷ. συμβουλεύουσι γὰρ ἡμῖν ἀεὶ τὰ ἄριστα καὶ σωτήρια, [g] οἷς μὴ πειθόμενος, βίους δὲ ὡς οὐκ ἀγνοεῖτε, ὑπὸ πλησμονῆς ἀποπνιγείς, διεφθάρη. τὸν μὲν οὖν κατέλαβε τέλος τὸ πεπρωμένον· οὐδὲ γὰρ μία οὐδὲ ἡ αὐτὴ πᾶσιν ἀνθρώποις θανάτου αἰτία· διάφοροι δὲ οὖσαι,

deprehendes. Quod vbi Pertinax fecit, iam profecto viris antea quoq; ſibi amiciſſimis credendum ratus, intellecta omni re, totum ſe illorum poteſtati permiſit. Placuit igitur primo exercitum adiri, ac militum tentari animos: quos tamen Lætus in ſententiam ſuam facile ſe adducturum pollicetur: quippe cuius aliqua, vtpote præfecti, futura † eſſet apud illos aucto- 33
diuerſi alii alio diffugerunt. Pauci tamen ex amiciſſimis, nũtiato militum cõcurſu, perſuadere Pertinaci conabantur vti fuga ſibi conſuleret, populiq; auxilium imploraret.[1] Ille autem, tametſi vtilia in præſens audiebat, tamen indecorum exiſtimans atq; illiberale, minimeq; dignum imperatoria maieſtate atq; anteacta vita, fugæ aut latebris ſalutem debere; occurrere periculo ac procedere in medium decreuit; ſperans perſuaſurum quæ vellet, & furentes in præſens animos placaturũ. Igitur cubiculo egreſſus, factuſq; irruentibus obuiam, quærere cauſas inſtitit tam ſubiti motus, & a fœdiſſimo illo tumultu abſterrere: nõ attonitus periculo, ſed habitum oris grauem moderatumq; retinens, paremq; imperatoriæ dignitati: ac nihil humile, nihil pauidũ aut obnoxium; nihil denique ſupplice dignum pręſe ferens, ita ad eos verba fecit: Me quidem, o milites, (inquit) ſi occiditis, neq; ipſi rem magnam facitis, neque mihi ſane grauem,[2] homini videlicet huius ætatis & gloriæ: (ſiquidem *omni* humanæ † vitæ finis certe eſt aliquis 39 neceſſarius) vos autem, principis curæ cuſtodiæq; & propulſandis aliũde periculis adhibitos, cædem ipſos facere [primos,] neq; ciuili tantum, ſed imperatorio quoq; ſanguine polluere dextras,[3] id vero videte ne vel in præſens flagitioſum ſit vobis, vel in poſterum periculoſum. Neque enim ego vlla vos iniuria affeci. ſi enim Cõmodi doletis interitu, nihil profecto nouũ fuit mori, qui homo natus fuerat: ſin dolo necatũ putatis, nõ meum ſane id crimẽ: quippe quem ipſi ſcitis ab omni etiam[4] ſuſpicione procul abeſſe. Quæ enim tũc acta ſunt, vos primi cognita habuiſtis: vt etiam ſiquid obortum ſuſpicionis eſt, id vtiq; alios attigerit. Ceterum ne illo quidem extincto quidq̃ vobis deſieri patiemur, quod modeſte atq; ex dignitate veſtra, nõ autem per vim & rapinas, cõcupiueritis. [5] Ita eo loquente, iã quidã ex iis permotũ iri videbantur: neq; ſane pauci abire iã cœperãt, [6] veriti ſanctimoniã principis ac ſenectutẽ: ſed *adhuc loquẽs ſenex*

a *Videtur otioſa hic eſſe partic.* καὶ. b *legitur etiam* ἐνθουσιασμένος. *videtur autem ante* καὶ *addenda eſſe particula* ἀλλά. c *ſi voluiſſet ſignificare*, præterquam quod nefarium nunc eſt, *dicendum potius fuiſſet* πρὸς τῷ νῦν ἀνοσίῳ. d *ſcribe* ἀπαιτεῖν. ¶IN VERS. L. 1 Ille autem iis qui v. in pr. conſulebant, non obſequutus, ſed indecora & illiberalia, & indigna imp. ma. atque an. vita & reb. a ſe geſtis arbitratus, fugere aut latere noluit: ſed illi periculo ſeſe dans obuiam, prodiit vt eos alloqueretur. Sperabat enim fore vt animos illorum flecteret, & in præſens amentem illorum impetũ ſedaret. Igitur cubic. 2 homini qui ad ſummam ſenectutem glorioſe perueni: (etenim omni h. v. finem neceſſe eſt imponi) ſed vos qui principis cuſtodes & ſatellites exiſtimamini, atque propulſ. externis periculis eſtis adhibiti, cæd. 3 videte ne in præſens nefarium ſit vobis, & in poſterũ etiam periculoſum. Neque enim ego mihi vllius vobis illatæ iniuriæ ſum conſcius. 4 ſuſp. pr. abeſſe: ac non minus quam vos, quæ tunc acta fuerint, ignorare: adeo vt, ſiquid ſuſpicamini, alios inſimulare debeatis. Sed tamẽ, illo etiam mortuo, nihil vobis defuturum eſt eorum quæ vos decent, eque dignitate veſtra ſunt, etiamſi nec vim mihi inferatis, nec rapinas vobis permittatis. 5 Quum alia quædam huiuſmodi dicere illis conaretur, iam quidam &c. 6 reueriti maieſtate prædìti Imperatoris ſeneƈt.

αὐτὸν ἥ τε γυνὴ καὶ ἡ θυγάτηρ, καὶ τὸ τῶν παρασίτων πλῆθος,[a] ἀναθορῶντα τοῦ[b] σκίμποδος δραμεῖν ἐπὶ τὸ τεῖχος, καὶ τὸ πραττόμενον μαθεῖν· παρά τε πᾶσαν τὴν ὁδὸν συμβουλεύοντες ἐρριμμένην τὴν ἀρχὴν ἁρπάσαι· ἀφθόνως δὲ χρημάτων[c] ἔχοντα, μεγαλοδωρεᾷ ἅπαντας ὑπερβαλεῖν, εἰ καί τινες ἀμφισβητοῖεν. Ἐπεὶ δ᾽ οὖν τῷ τείχει προσῆλθεν, ἐβόα τε πάντα δώσειν ὅσα βούλονται ὑπισχνούμενος, παρεῖναί τε αὐτῷ πάμπλειστα χρήματα καὶ θησαυροὺς χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεπληρωμένους ἔλεγε. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ Σουλπικιανός, καὶ αὐτὸς ἀνὴρ τῶν ὑπατευκότων, ἔπαρχός τε τῆς πόλεως γενόμενος, (πατὴρ δὲ ἦν τῆς Περτίνακος γυναικὸς) ἧκε τὴν ἀρχὴν ὠνούμενος. ἀλλὰ τοῦτον μὲν οὐ προσήκαντο φοβηθέντες οἱ στρατιῶται τὴν πρὸς τὸν Περτίνακα συγγένειαν, μή τις ἄρα δόλος εἴη εἰς τὸ
41 ἐκδικηθῆναι τὸν ἐκείνου φόνον. † καθέντες δὲ κλίμακα, τὸν Ἰουλιανὸν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνεβίβασαν. οὐ γὰρ πρότερον ἀνοῖξαι τὰς πύλας ἤθελον, πρὶν ἢ τὴν ποσότητα τῶν δοθησομένων χρημάτων μαθεῖν. Ὁ δὲ ἀνελθὼν, τήν τε Κομμόδου μνήμην αὐτοῖς καὶ τὰς τιμάς, καὶ τὰς εἰκόνας ἃς ἡ σύγκλητος καθεῖλεν, ἀνανεώσεσθαι ὑπέσχετο, καὶ πάντων δώσειν ἐξουσίαν ὧν εἶχον ἐπ᾽ ἐκείνου· ἑκάστῳ τε στρατιώτῃ τοσοῦτον ἀργύριον ὅσον μήτε[d] αἰτῆσαι, μήτε λήψεσθαι προσεδόκησαν. τὰ δὲ χρήματα μὴ μελλήσειν, ἀλλ᾽ οἴκοθεν ἤδη μεταπέμψεσθαι. Τούτοις ἀναπεισθέντες οἱ στρατιῶται, καὶ ταύταις ἀρθέντες ταῖς ἐλπίσιν, αὐτοκράτορά τε τὸν Ἰουλιανὸν ἀναγορεύουσι, καὶ πρὸς τῷ οἰκείῳ ἐκ γένους ὀνόματι, Κόμμοδον ἀξιοῦσιν ἀποκαλεῖσθαι. τά τε σημεῖα ἄραντες, καὶ τὰς ἐκείνου εἰκόνας ἀποκαταστήσαντες, προπέμπειν ἐπειρῶντο. Θύσας δὲ ὁ Ἰουλιανὸς τὰς νενομισμένας καὶ βασιλείους ἐν τῷ στρατοπέδῳ θυσίας, προήγετο ὑπ᾽ αὐτῶν,[d] πλέον τε τῆς συνηθείας δορυφορούμενος. ἅτε γὰρ βίᾳ καὶ παρὰ γνώμην τοῦ δήμου, μετά τε αἰσχρᾶς καὶ ἀπρεποῦς[e] διαβολῆς ὠνησάμενος τὴν ἀρχήν, εἰκότως ἐδεδίει τὸν δῆμον ὡς ἐναντιωσόμενον. ἀναλαβόντες οὖν τὰς πανοπλίας, καὶ φράξαντες αὑτοὺς οἱ στρατιῶται εἰς φάλαγγος σχῆμα, ὡς (εἰ δέοι) καὶ πολεμήσοντες, ἐν μέσοις αὑτοῖς ἔχοντες τὸν ἴδιον βασιλέα, ὑπέρ τε τῆς κεφαλῆς αἰωροῦντες τὰς ἀσπίδας

vxor atque filia, & paraſitorum turba, vt relicta menſa acceleret, & quid agatur intelligat: ac ſubinde inter eũdum adhortantur [1] occupet proiectũ imperium; ſuperaturum largitione omnes *competitores*, qui tantum diuitiarum poſſideat. Igitur vbi ad muros acceſſit, clamare occœpit daturum quæ vellent: habere ſe magnas opes, plenos auri theſauros atque argenti. Eodemque tempore Sulpicianus, & ipſe vir conſularis, [2] ac præfectus vrbi, ſocerque Pertinacis, imperium licitabatur. Verum in eo milites ſuſpectam habuerũt Pertinacis propinquitatem; ſubeſſe aliquid fraudis ſuſpectantes, quo illius cædes vindicaretur. † Ergo Iulianum ſcalis demiſ- 41
ſis ſupra muros attollunt; [3] non prius auſi reſerare portas quam conueniret de numero dandæ pecuniæ. Ille, ingreſſus in caſtra, primum quidem *memoriam & honores* Commodi, & ſtatuas quas ſuſtulerat ſenatus, inſtauraturum pollicebatur, conceſſurumque ipſis quam quondam ſub illo licentiam obtinuiſſent. præterea militibus ſingulis plus multo argenti daturum quam aut petere auderẽt, aut accepturos expectauerant. neq; in dando moram futuram: [4] nam domi eã pecuniam adſeruari. Quibus adducti reb. milites, atque in tantam ſpem erecti, [5] IVLIANVM declarant principem: ſimul ei COMMODI cognomen imponunt. Tum ſignis ſublatis, [6] impoſitisque illius imaginibus, deducere hominem tendunt. [7] Igitur de more ſacrificio in caſtris peracto, exiit maiore militum comitatu quam ceteri conſueuerant. ſiquidem per vim, contraque populi voluntatem, perque turpitudinem & dedecus imperium emercatus, iure impetũ multitudinis verebatur. Sed induti armaturas milites, circumſeptiq; vndiq; teſtudine facta, vt etiam, ſi res poſceret, dimicarent, receptoq; in medium Imperatore ſuo, clypeis

a *Scribo* ἀναθορόντα. b *ſupra. pag. 4, σκίμποδα in quo æger Marcus iacebat, vertit Polit.* grabatum: *alibi* lectulum. c *Polit. legiſſe videtur,* μὴ τῶσαι ἐπιλαμπάνο. *ſaltem perinde vertit hunc locum ac ſi ita legerit.* d *ſvel* πλέον τι, *vel* πλέον γε *(quod malim) ſcribendum eſt.* e *ſuſpecta eſt hæc loco vox iſta* διαβολῆς. ¶IN VERS. L. 1 occupet pr. imperium. quum enim immẽſam pecuniarum vim habeat, ſuperaturum largitione omnes, ſiqui aduerſus eum contendant. 2 & qui fuerat præf. vrbi, (pater autem Pertinacis vxoris erat) venit ad emendum imperium. Verum- 3 Non enim prius reſerare portas volebant quam ſcirent quantum pecuniarum daturus eſſet. 4 ſed ſe iamiam ex ædibus afferri curaturum. 5 Iul. declarant Imperatorẽ: & præter id quod ex genere proprium illi erat nomen, Commodum appellandum cenſent. 6 ac reſtitutis in priſtinum ſtatum illius imag. *id enim vox Græca ſonat: ſed intelligendum erit de Commodi imaginibus.* 7 Quum igitur conſueta & imperatoria ſacrificia in caſtris peregiſſet, exiit *&c.*

haſtiſq; [1]ſupra capita elatis,(vt tutiores forent, ſi forte lapides e tectis mitterentur, *dum pompa procedebat*) deducunt eum in aulam, neque auſo reſiſtere populo, neque (vt mos eſt) fauſtis acclamationibus proſequēte; ſed diras procul imprecantibus vniuerſis, grauiterq; exprobrantibus quod ære ſibi imperium parauiſſet. Tūc primum videlicet corrupti militum mores; [2]fœdaque & inſatiabilis pecuniæ cupiditas, & contemptus imperatoriæ maieſtatis inoleuit. Nā quum neq; vindex exſiſteret vllus tam cru-
42 deliter interfecti principis, † neque promercale factum imperium fœdeque nundinatum quiſquam prohibuiſſet, id vero initium cauſaque [militibus] fuit vt etiam in poſterum turpiſſimi contumaciſſimiq; euaderent: ſic vt auaritia in dies ac principū contemptus etiam vſque ad ſanguinem proueheretur. ¶Enimuero Iulianus, imperium adeptus, deliciis continuo crapulæque ſe dedere, circa Rempubl. indiligens; vitamq; molliſſimam luxuque circumfluentem traducere. [3]Sed & ſpem militum fefellerat, neq; implere fidem promiſſorum potuerat. ſiquidem nec opes domi quantas iactabat; & publicum ærarium ſumptibus illis inſanis iampridem a Commodo exhauſtum.
Quare cum milites habebat infenſos, *quia ſpe ſua fruſtrati erant*; tum a populo totius rei conſcio facile contemnebatur. Itaque & prętereuntem maledictis inſectabantur, & turpes ambiguaſque voluptates exprobrabant: ſic vt propalam etiam in circo, quo maxima vis hominum confluit, Iulianum inceſſerent, ac vindicem Romani imperii, præſulemque ſummi principatus NIGRVM vocitarent, orantes vt quamprimum adeſſet, ipſoſque a tantis contumeliis aſſereret. Is Niger *dudum* conſulatum geſſerat, ac tū Syriæ præerat vniuerſę, *quum ea quæ dixi, Romæ gererentur.* qui honos ea tempeſtate multo maximus erat: quippe etiam Phœnices, omniſque ad Euphratem regio, Nigri

καὶ τὰ δόρατα (μή που καὶ λίθων τις βολὴ ἀπὸ τῶν δωμάτων ἐπὶ τῇ πομπῇ γένοιτο) εἰσήγαγον αὐτὸν εἰς τὰ βασίλεια· μηδενὸς τῶν δημοτῶν μήτε ἀντιστῆναι τολμῶντος, μήτε μὴν εὐφημοῦντος, ὥσπερ εἰώθασι προπέμπειν τοὺς βασιλέας. τοὐναντίον δὲ καὶ πόῤῥωθεν ἑστῶτες ἐβλασφήμουν καὶ κακῶς ἠγόρευον, ἅτε χρημάτων ἀντικαταλλαξάμενον τὴν ἀρχήν. Τότε δὲ καὶ πρῶτον ὑποδιεφθάρη τὰ τῶν στρατιωτῶν ἤθη· καὶ χρημάτων ἐδιδάχθησαν ἄπληστον καὶ αἰσχρὰν ἐπιθυμίαν, καταφρόνησίν τε τῆς πρὸς τοὺς ἄρχοντας αἰδοῦς. τὸ γὰρ μήτε τοῖς οὕτως ὠμῶς τετολμημένοις ἐν φόνῳ τῷ βασιλικῷ ἐπεξιέναι τινὰ, μήτε † τὴν οὕτως ἀπρεπῶς ἐπὶ 42
χρήμασι κηρυχθεῖσαν καὶ πραθεῖσαν ἀρχὴν εἶναι τὸν κωλύοντα, ἀρχηγὸν καὶ αἴτιον ἀπρεποῦς καὶ ἀπειθοῦς καταστάσεως, καὶ ἐς τὰ ἐπιόντα ἐγένετο ἀεὶ, τῆς φιλοχρηματίας αὐτῆς, καὶ τῆς τῶν ἀρχόντων καταφρονήσεως μέχρις αἵματος αὐξηθείσης.

¶Ὁ δὴ οὖν Ἰουλιανὸς ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἀρχὴν, τρυφαῖς εὐθέως καὶ κραιπάλαις ἐσχόλαζε, τῆς μὲν τῶν δημοσίων ἐπιμελείας ῥαθύμως προσφερόμενος, εἰς δὲ τὸ ἁβροδίαιτον καὶ ἄσεμνον ἐπιδιδοὺς ἑαυτόν. εὑρίσκετό τε καὶ τοὺς στρατιώτας ψευσάμενος καὶ ἀπατήσας, τῷ μὴ δύνασθαι ἀποπληρῶσαι ἃ ὑπέσχετο. οὔτε γὰρ οἴκοθεν ἦν αὐτῷ τοσαῦτα χρήματα ὅσα ἠλαζονεύσατο, οὔτε μὴν οἱ δημόσιοι καὶ θησαυροὶ εἶχον, ἀλλὰ πάντα προεκεκένωτο τῇ Κομμόδου ἀσωτείᾳ καὶ ἀφειδέσι καὶ ἀκρίτοις ἀναλώμασιν. Ἐκ δὲ ταύτης τῆς τόλμης καὶ τῆς [a] αἰτίας, οἵ τε στρατιῶται, σφαλέντες τῶν ἐλπίδων, ὑπηγανάκτουν· ὅ τε δῆμος αἰσθόμενος τῆς γνώμης τῶν στρατιωτῶν, εἶχον ἐν καταφρονήσει, ὡς προσιόντα τε κακῶς ἀγορεύειν, [b] ὑπό τ' αἰσχραῖς τε καὶ ἀμφιβόλοις ἡδοναῖς σκώπτειν. ἔς τε τὸν ἱππόδρομον, ὅπου μάλιστα τὸ πλῆθος συνιὸν ἐκκλησιάζει, τὸν Ἰουλιανὸν ἐβλασφήμουν· ἀρωγὸν δὲ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ καὶ σεμνῆς βασιλείας προστάτην Νίγρον ἐπεκαλοῦντο. βοηθεῖν τε αὐτὸν τὴν ταχίστην ἠξίουν, ὡς ἐφύβριστα πάσχουσιν. ¶Ἦν δὲ ὁ Νίγρος τῶν μὲν [c] πρὸ πολλοῦ ὑπατευσάντων· καθ' ὃν δὲ καιρὸν τὰ προειρημένα ἐν Ῥώμῃ ἐπράττετο, Συρίας ἡγεῖτο πάσης· ἀλλὰ δὲ ἦν καὶ μεγίστη ἀρχὴ τότε, τοῦ δὴ Φοινίκων ἔθνους παντὸς καὶ τῆς μέχρις Εὐφράτου γῆς ὑπὸ τῷ Νίγρῳ

a *Aut aliud ſcripſiſſe quàm αἰτίας, aut hoc aliter quā pro cauſa accepiſſe ſuſpicor.* b *ſcribo ἐπ' αἰσχραῖς.* c *ſcr. ἐκ πρὸ πολλοῦ.* ¶IN VERS. L. 1 ſupra caput, M. 2 atque inſatiabilem & fœdam pecuniarum cupiditatem, & contemnere debitam principibus reuerentiam didicerunt. 3 Sed & ſpem mil. fefelliſſe, illiſque impoſuiſſe comperiebatur: quod promiſſa implere non poſſet. ſiquidem neque domi tantæ illi erant pecuniæ quantas iactauerat: neque etiam publici theſauri habebant. ſed omnes antè exhauſtæ fuerant perdito Commodi luxu, & immenſis atq; inconſideratis ſumptibus. Ex hac autem audacia, & hac de cauſa cum milites ſua ſpe fruſtrati ſubindignabantur: tum vero populus, qui ſenterat quomodo milites eſſent animati, contemptui illum habebant: adeo vt & prætereuntem maledictis inceſſerent, & turpes ambiguaſque voluptates exprobrarent. *Sed de voce αἰτίας vide & quæ e regione, & quæ in calce huius operis annotaui.*

οὕτω

ὄντων ἐξουσίᾳ. ἦν δὲ αὐτὸς τὴν μὲν ἡλικίαν ἤδη μετρίως προβεβηκώς, εὐδοκιμήσας δὲ ἐν πολλαῖς καὶ μεγάλαις πράξεσι. φήμη τε περὶ αὐτοῦ διεφοίτα ὡς ἐπιεικοῦς καὶ δεξιοῦ, [a] ὡς τὸν τοῦ Περτίνακος βίον ζηλοῦντος· ὑφ' ὧν μάλιστα οἱ Ῥωμαῖοι ἐπείθοντο, ἐκάλουν τε αὐτὸν συνεχῶς [b] τῶν τοῦ δήμου συνόδοις, καὶ βλασφημοῦντες τὸν Ἰουλιανὸν παρόντα, ἐκεῖνον [c] βασιλικαῖς φωναῖς εὐφήμουν ἀπόντα. [d] Διαγγελθείσης τε τῆς τοῦ δήμου Ῥωμαίων γνώμης, καὶ τῆς ἐπαλλήλου

43 ἐν ταῖς συνόδοις βοῆς, εἰκότως † ὁ Νίγρος ἀναπεισθείς, ῥᾷστά τε αὐτῷ τὰ πράγματα ὑπακούσεσθαι προσδοκήσας, καὶ μάλιστα τοῦ Ἰουλιανοῦ ὑπό τε τῶν περὶ αὐτὸν στρατιωτῶν ἀμελεῖσθαι, διότι τὰς ὑποσχέσεις οὐκ ἐπλήρου τῶν χρημάτων, ὑπό τε τοῦ δήμου καταφρονεῖσθαι, ὡς ἀνάξιον ἐωνημένου τῆς ἀρχῆς, ἐπιδίδωσιν αὑτὸν τῇ τῆς βασιλείας ἐλπίδι. καὶ τὰ μὲν πρῶτα κατ' ὀλίγους, ἡγεμόνας τε καὶ χιλιάρχους, τούς τε τῶν στρατιωτῶν ἐξέχοντας, [e] οἴκαδε μεταπεμπόμενος διελέγετο, καὶ ἀνέπειθε, τὰ ἐκ τῆς Ῥώμης ἐληλυθότα φανερὰ ποιῶν, ὡς ἂν διαθέουσα [f] ἡ γνώμη, ἔκπυστα καὶ γνώριμα ποιῇ τοῖς τε στρατιώταις καὶ τοῖς λοιποῖς κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἀνθρώποις. οὕτω γὰρ ῥᾷστα ἤλπιζε πάντας αὐτῷ προσχωρήσειν, πυνθανομένους ὅτι μὴ αὐτὸς ἐξ ἐπιβουλῆς μνᾶται τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ καλούμενος καὶ βοηθήσων ἄπεισι Ῥωμαίοις δεομένοις. Ἀνεπτόηντο δὲ πάντες, καὶ μηδὲ μελλήσαντες προσέκειντο, ἐγκελεύοντες καὶ αὐτοὶ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων. [g] φύσει τε κοῦφον δὲ Σύρων ἔθνος, ἐς καινοτομίας τε τῶν καθεστηκότων ἐπιτήδειον. ἐνῆν δέ τις αὐτοῖς καὶ πόθος τοῦ Νίγρου, ἠπίως τε ἄρξαντος ἅπασι, τὰ πλεῖστά τε αὐτοῖς συμπανηγυρίζοντος. φιλέορτοι δὲ φύσει Σύροι· ὧν μάλιστα οἱ τὴν Ἀντιόχειαν κατοικοῦντες, μεγίστην πόλιν καὶ εὐδαίμονα, σχεδὸν παρὰ πάντα τὸν ἐνιαυτὸν ἑορτάζουσιν, ἔν τε τῇ πόλει αὐτῇ καὶ κατὰ τὰ προάστεια. θέας τοίνυν αὐτοῖς συνεχῶς ἐπιτελῶν ὁ Νίγρος, περὶ ἃς μάλιστα ἐσπουδάκασι, καὶ διδοὺς ἄνεσιν εἰς τὸ ἑορτάζειν καὶ εὐφραίνεσθαι, ὥστε ποιῶν κεχαρισμένα, εἰκότως ἐτιμᾶτο. Ἅπερ εἰδώς, καλέσας τοὺς

ſuberat imperio. [1] Ipſe ætatis erat iam ad ſenectutem ſpectantis; multisq; & magnis in rebus *cum laude* verſatus, famā obtinuerat manſuetudinis ac dexteritatis; ſic vt etiam Pertinacis vitā putaretur æmulari. quibus maxime rebus populi fauorem adeptus videbatur. Hunc igitur aſſidue frequētis populi clamores implorabant; ac, præſentem Iulianū conuitio lacerantes, illum, etiam abſentem, vniuerſi principalibus acclamationibus fauſtiſque vocibus proſequebantur.

Quibus intellectis † Niger, putans omnia ſibi ex ſententia ſucceſſura, *præſertim* quod & a militibus negligebatur Iulianus, vt qui fidē minime impleuerat; & cōtemnebatur a populo, vt parum dignus empto principatu: ſpem cepit imperii vindicādi. Ac primo quidem ex ducibus tribuniſque, ceteriſq; militibus, qui plurimum haberent auctoritatis, diuerſos aliū alio tempore domum *accerſitos* dimittebat, edoctos rerum omnium quę ſibi Roma afferebantur. Id hoc conſilio faciebat, vt quā latiſſime toto oriente rumores diſſeminarētur. Ita enim ſibi adiuncturum quāplurimos exiſtimabat, ſi nō imperiū ex inſidiis occupaturus, ſed opē vocantibus atq; implorātibus *Romanis* allaturus videretur. 43

[2] Proinde vniuerſi conteſtim adeſſe, obſecrare, ꝑ ſe quiſq; obteſtariq; vti q̃primum remp. capeſſeret. Eſt autē Syrorū gens natura leuis, pronaq; ad res nouādas. Amabant aūt vehementer [3] Nigrum, q; & imperiū apud illos humaniſſime geſſerat, & ludis multitudinem ac celebritatib⁹ detinuerat. Sunt autem Syri ſuapte natura huiuſcemodi oblectamentorum cupidiores: e quibus Antiocheni, maximam feliciſſimamq; vrbem inhabitantes, totum ferme annum vel in vrbe ipſa, vel in ſuburbanis ludos & feſta concelebrant. Quocirca edendis aſſidue ſpectaculis, *quorum ſummo ſtudio tenentur*, ac remittendis exhilarandiſq; otio animis, ita ſibi vulgus adiunxerat, vt ab omnib. magnopere coleretur. Quæ quū ita ſe habere intellige-

a For. καὶ ὡς τὸν τοῦ Περτ. b *puto deeſſe* ἐν *ante* ταῖς. *Sic enim &, ſtatim poſt,* ἐν ταῖς συνόδοις. c imperatoriis vocibus, *id eſt, vocibus & titulis qui acclamari Imperatoribus ſolent.* d *mallem* διαγγελθείσης δέ. e domum accerſens colloquebatur, & in ſuam ſententiam adducebat. f *for.* ἡ φήμη *pro* ἡ γνώμη *ſcribendum eſt.* g *ſcribo* φύσει δέ.

ÇIN VERS. L. 1 Erat autem ætate mediocriter prouecta, multisq. & magnis in rebus ſpectatus: ac fama iam percrebuerat, cum eſſe virum manſuetū atq; induſtrium, & vitam Pertinacis æmulari. quibus maxime rebus Romani adducebantur, *ad eum optandum, videlicet.* Atque adeo illum aſſidue, quum populus conueniret, vocabant ac præſ. Iul. conuitiis lacerantes, illum imperatoriis acclamationibus proſequebantur abſentem. Nuntiata autem pop. Romani voluntate, illoque tam crebro in conuentibus clamore, nō abs re Niger perſuaſus, & res ſibi faciliime ſucceſſuras ratus, (præſertim quum Iulianus a militibus quos circa ſe habebat, negligeretur, quod ſuam de pecuniis fidem minime liberaret; & a populo contemneretur, tamquam a ſe empto principatu indignus) animum ad ſpem imperii appellit. Ac primo quidem ex duc. 2 Obſtupefacti autem erāt omnes, ac ſine vlla etiam cunctatione inſtabant, obſecrantes & ipſi vt res capeſſeret, *id eſt, rerum adminiſtrationem. Poteſt autem* [illegible] *& aliter exprimi, vt videbitur.* 3 Nigrum, tum quod humanum erga omnes erat eius imperium, tum etiam quod pleruumque ludis coetum & celebritatibus intererat.

ret, iuſſis *vndiq;* adeſſe dicta die militibus, reliqua etiam confluente multitudine, ita pro ſuggeſtu ad idipſum exſtructo verba fecit: Quam mite ingenium, quantaq; in rebus maioribus aggrediẽdis noſtra cautio ſit, forſitan ipſi quoq; iampridem cognouiſtis. Neq; ego nunc apud vos proceſſiſſem verba facturus, ſi vel priuato conſilio, [1] vel incerta ſpe, aut ſpem ſuperãte cupiditate adducerer. Sed me
44 vocant † Romani, & aſſidue clamantes fatigant vt eis manum porrigam ſalutarem, neq; patiar tam excellens tamq; glorioſum relictum a maiorib. imperium, iacere abiectum turpiter. Vt autem citra occaſionem aliquam *minime leuem* res aggredi tãtas, audax ſane temerariumque ſit; ita ſi implorantibus ac rogantibus opẽ deneges, timiditatis & proditionis crimine labores. Quapropter eo conſilio ad vos huc prodii, vt ſcitarer quid facto opus eſſe duceretis: vobiſque vterer quaſi totius negotii huius cõſultoribus [2] *atq; participibus.* quod ſi ex ſententia ſucceſſerit, communis mihi inde vobiſcũ erit vtilitas. Neq; ſcilicet [3] tenues opes aut leues ſunt quæ nos ſollicitant; ſed ipſe [4] Romanus populus, cui rerũ omnium poteſtatẽ ſuperi tribuerunt; ipſum Romanum imperiũ, fluctuans adhuc, neq; apud quemquam certa ſede reſidens. [5] Sed neq; parum tuta inimus conſilia, his implorantium animis, nullo ad prohibendũ reſiſtendumq; parato. Nam qui illinc veniũt, ne ipſos quidem milites, vnde imperium emptitauerit, ſatis ei fidos fore affirmant, quoniam promiſſa nõ ſoluerit. Quæ ſit igitur veſtra mens, oſtendite. Talia loquentẽ continuo exercitus omnis, ceterumque vulgus, Imperatorem atque Auguſtum conſalutant: tum [6] amictum *imperatoria* purpura, reliquoque exornatum aulico paratu, ibidem ex tempore conquiſito, pręcedente etiam igni, in Antiochiæ primum templa, mox ad ſuas ædes deduxerunt: quas etiã, ceu non iam priuatas, omnibus extra inſignibus imperatoriis adornauerunt.

His *valde* lætus Niger, quũ ſcilicet &

τε πανταχόθεν στρατιώτας εἰς ῥητὴν ἡμέραν, τοῦ τε λοιποῦ πλήθους συνελθόντος, βήματος αὐτῷ κατασκευασθέντος, ἔλεξε τοιάδε ἀνελθών· Τῆς μὲν ἐμῆς γνώμης τὸ πρᾶον, καὶ πρὸς τὰ μεγάλα τῶν τολμημάτων εὐλαβὲς, ἴσως ἐστὶν ὑμῖν πάλαι γνώριμον. οὐδ᾽ ἂν νῦν εἰς ὑμᾶς ἦλθον ταῦτα δημηγορήσων, εἰ ἐκ μόνης προαιρέσεως ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου ἐλπίδος, ἢ μείζονος ἐλπίδος ἐπιθυμίας ἀνεπειθόμην. ἀλλ᾽ ἐμὲ καλοῦσι † Ῥωμαῖοι, καὶ συνεχῶς βοῶντες 44 ἐπείγουσιν ὀρέξαι τε χεῖρα σωτήριον, [a] καὶ οὕτω τὴν ἔνδοξον καὶ ἐνάρετον ἀπὸ προγόνων ἄνωθεν ἀρχὴν μὴ περιιδεῖν αἰσχρῶς ἐρριμμένην. ὥσπερ γὰρ [b] τὸ τοῖς τηλικούτοις ἐπιτολμᾶν, οὐκ οὔσης εὐλόγου προφάσεως, προπετὲς καὶ θρασύ· οὕτω καὶ τὸ πρὸς καλοῦντας καὶ δεομένους ὀκνηρὸν, ἀνανδρείας ἅμα καὶ προδοσίας φέρει διαβολήν. Διὸ παρῆλθον πευσόμενος ὑμῶν, τίνα γνώμην [c] ἔχοιτε, καὶ πρακτέον ἡγεῖσθε· συμβούλοις τε ὑμῖν καὶ κοινωνοῖς χρησόμενος περὶ τῶν καθεστώτων. τὸ γὰρ ἀποβησόμενον εἰ εὐτυχηθείη, κοινὴν ἐμοί τε καὶ ὑμῖν τὴν ἀπόλαυσιν παρέξει. οὐ φαῦλαι γὰρ οὐδὲ κοῦφαι καλοῦσιν ἐλπίδες, ἀλλ᾽ ὅ τε Ῥωμαίων δῆμος, ᾧ τὴν δεσποτείαν τῶν ἁπάντων ἔνειμαν θεοὶ καὶ τὴν βασιλείαν, ἥ τε ἀρχὴ σαλεύουσα καὶ παρὰ μηδενί πω βεβαίως ἱδρυμένη. ὅθεν ἡμῖν καὶ τὸ τῆς ἐπιχειρήσεως ἀσφαλὲς, ἔκ τε τῆς τῶν καλούντων γνώμης, καὶ ἐκ τοῦ μηδένα εἶναι τὸν ἀνθεστῶτα μηδὲ κωλύοντα, ὑπάρξει. καὶ γὰρ οἱ τὰ ἐκεῖθεν ἀγγέλλοντες, φασὶ μηδὲ τοὺς στρατιώτας, οἳ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ χρημάτων ἀπέδοντο, πιστοὺς εἶναι [d] φρουροὺς ὑπηρέτας, μηδὲ πληρώσαντος ἐκείνου ἃ ὑπέσχετο. Τίνα τοίνυν ἔχετε γνώμην δηλώσατε. Τοιαῦτά τινα εἰπόντος αὐτοῦ, εὐθέως τὸ στρατιωτικὸν πᾶν καὶ τὸ συνειλεγμένον πλῆθος Αὐτοκράτορά τε αὐτὸν, καὶ Σεβαστὸν προσηγόρευσε· τήν τε βασίλειον πορφύραν περιβαλόντες, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς σεβασμίου τιμῆς, [e] καὶ αὐτοσχεδίου παρασκευῆς ἀθροίσαντες, καὶ προπομπεύοντος τοῦ πυρὸς, εἴς τε τὰ ἱερὰ τῆς Ἀντιοχείας τὸν Νίγρον ἄγουσι, καὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν καθιστᾶσιν· οὐκέτι αὐτὴν ἰδιωτικὴν, ἀλλὰ βασίλειον αὐλὴν νομίζοντες, πᾶσι κοσμήσαντες ἔξωθεν βασιλικοῖς συμβόλοις. Ἐπὶ τούτοις δὴ ὁ Νίγρος πάνυ τὴν ψυχὴν ηὐφραίνετο, ὠχυρῶσθαί τε αὐτῷ τὰ τῆς ἀρχῆς ἡγεῖτο, διά τε τὴν

τῶν

a Malim καὶ τὴν οὕτως ἔνδοξον, vt etiam legit Polit. aut certe legendum cenſuit. b ita vet. at in vulg. τὸ ἐπιχειρεῖν ἐπὶ τοῖς τηλ. c ſcribo, ἔχετε, καὶ τί πρακτέον. d vel φρουροὺς καὶ ὑπηρέτας, vel φρουρᾶς ὑπηρέτας, ſcribendum puto. e ſcribo ἐξ αὐτοσχεδίου παρ. ¶ IN VERS. L. 1 vel ſpe ratione carente. 2 ac ſociis, M. 3 tenues ſpes: vt & Polit. ſcripſiſſe puto. 4 Rom. pop. (cui dominium in omnia regnumque dii tribuerunt) ipſumque imperium, fluct. 5 Nobis igitur tuto rem aggredi licebit: & quod ea ſit vocantium voluntas, & quod nemo ſit qui obſiſtat vel prohibeat. Nam qui nuntia illinc ad nos perferunt, ne ipſ. q. mil. 6 amictũ imp. purpura, quum reliqua etiam quæ ad honorandam maieſtatem auguſtam pertinent, ex tempore comparaſſent, præced.

τῶν Ῥωμαίων γνώμην, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν σπουδὴν τῶν ἀνθρώπων. ὡς γὰρ διέπτατο ἡ φήμη, πάντα ἐπῆλθεν ἔθνη ὅσα τὴν ἀντικειμένην ἤπειρον τῇ Εὐρώπῃ κατοικεῖ, οὐδείς τε ἦν ὃς οὐχ ἑκὼν εἰς τὸ ὑπακοῦσαι αὐτῷ ἠπείγετο, † πρεσβεῖαί τε ἀπ' ἐκείνων τῶν ἐθνῶν ἐς τὴν Ἀντιόχειαν ὡς πρὸς βασιλέα ὁμολογούμενον ἐστέλλοντο. οἵ τε ἐπέκεινα Τίγριδος καὶ Εὐφράτου σατράπαι καὶ βασιλεῖς ἐπέστελλον συνηδόμενοι αὐτῷ, καὶ, εἰ δέοιτο, βοηθείας ὑπισχνοῦντο. ὁ δὲ, δώροις τε αὐτοὺς μεγαλοπρεπῶς ἠμείβετο, καὶ ἐπὶ τῇ σπουδῇ καὶ ὑποσχέσει χάριν γινώσκων, ἔλεγε μὴ δεῖσθαι συμμάχων. τὴν γὰρ ἀρχὴν αὐτῷ βεβαίως [a] ὀχυρώσασθαι, ἀναιμωτί τε ἄρξειν. Ταύταις ἐπαιρόμενος ταῖς ἐλπίσιν, ὑπτίαζέ τε πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων ἐπιμέλειαν, καὶ ἐς τὸ ἀβροδίαιτον ἀνειμένος, τοῖς Ἀντιοχεῦσι συνευφραίνετο, ἑορταῖς καὶ θέαις ἐπιδιδοὺς ἑαυτόν· τῆς τε εἰς τὴν Ῥώμην ἀφόδου, ἐφ' ἣν μάλιστα ἐχρῆν σπεύδειν, ἠμέλει· τοῖς τε Ἰλλυρικοῖς στρατεύμασι δέον ἐπιφοιτῆσαι τὴν ταχίστην, καὶ φθάσαι οἰκειωσάμενον αὐτά, ὁ δὲ οὐδὲ τῶν πραττομένων τι [b] αὐτῆς ἐδίδου· ἐλπίζων τοὺς ἐκεῖ στρατιώτας, εἴποτε καὶ μάθοιεν, ὁμογνώμονας ἔσεσθαι τῇ τε Ῥωμαίων εὐχῇ, καὶ τῇ τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν στρατοπέδων γνώμῃ. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ διελινύοντος, καὶ [c] κούφοις καὶ ἀδήλοις ἐπαιωρουμένου ἐλπίσι, διηγγέλλετο τὰ πραττόμενα εἴς τε Παίονας καὶ Ἰλλυριούς, καὶ πᾶν τὸ ἐκεῖσε στρατιωτικόν, ὃ ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἴστρου καὶ Ῥήνου ἐπικείμενον, ἀπείργον τοὺς ἐπέκεινα βαρβάρους, φρουρεῖ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν.

Romanorum animos, & ceterorum ſtudia hominum animaduerteret, iā haud dubie rem omnem ſibi eſſe in vado arbitrabatur. Qui poſtquam rumor increbuit, [1] ſtatim quæcumq; aduerſum Europæ continentem nationes incolunt, feſtinare pro ſe quæq; vt præſto † illi eſſent; legati vndique Antiochiam confluere, [2] velut ad legitimum principem: reges quoq; & ſatrapæ trans Euphratem Tigrimque habitātes, gratulatum miſerunt; ſuāq; operam in omnem euentum pollicebantur. Quos ille ampliſſimis affectos muneribus, gratiisque *de ſua propenſa voluntate, deq; iis quæ pollicerētur,* actis, dimittebat: nullis ſibi inpræſens opus eſſe auxiliis affirmans: ſatis munitum imperium, idque geſturum ſe incruentum. Quare tanta ſpe ſublatis animis, ſupinius iam negligentiuſque agitabat, ſeque populumque Antiochenum otio deliciiſque oblectans, ludoſque edens & ſpectacula. Neq; vero aut Romam (quod res maxime poſtulabat) proficiſci ſtuduit; aut Illyricos exercitus (qui ſcilicet inprimis adeundi conciliandique fuerant) vllis de rebus certiores fecit: ſperās ſtatim intellecta re, cum [3] Romanis eos pariter, cumq; orientis totius exercitibus cōſenſuros. Hæc dum agitaret, leui incertaq; ſpe ſubnixus, fama iam per Pannonios Illyrioſque increbuerat, perq; exercitus omnes qui pro ripis Danubii Rhenique excubantes, coercendis barbaris *vlterioribus* Romanum tuentur imperiū.

¶ Ἡγεῖτο δὲ Παιόνων πάντων (ὑπὸ μιᾷ γὰρ ἦσαν ἐξουσίᾳ) Σεβῆρος· ἀνὴρ τὸ μὲν γένος Λίβυς, ἐς δὲ τὴν τῶν πραγμάτων διοίκησιν γενναῖος ἅμα καὶ θυμοειδής, σκληρῷ τε βίῳ καὶ τραχεῖ συνεθισμένος, πόνοις τε ἀντέχων ῥᾷστα· νοῆσαί τε ὀξύς, καὶ τὸ νοηθὲν ἐπιτελέσαι ταχύς. Οὗτος τοίνυν τὰ περὶ τῶν ἀγγελλόντων πυνθανόμενος, τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μετέωρον φερομένην [d] ἁρπάσαι, καταγνοὺς τοῦ μὲν ῥᾳθυμίαν, τοῦ δὲ δυσπραγίαν [e] τοῖς πράγμασιν. Ἀνέπειθε δὲ αὐτὸν ὀνείρατα, τοιαύτην τινὰ ἐλπίδα ὑποσημαίνοντα, χρησμοί τε καὶ ὅσα εἰς πρόγνωσιν τῶν μελλόντων σύμβολα φαίνεται. ἅπερ πάντα ἀψευδῆ καὶ ἀληθῆ τότε πιστεύεται, ὅταν εἰς τὴν ἀπόβασιν εὐτυχηθῇ. τὰ μὲν οὖν πολλὰ εἰς τὸ ῥηθὲν

¶ Præerat autem Pannoniis vniuerſis (nam vnius regebantur imperio) SEVERVS quidam, genere Afer, vehemens homo negotiis gerendis, ac ferox, vitæque inſuetus duræ & aſperæ, ac [4] *laboribus facillime reſiſtens:* promptus excogitandis, acer exſequendis rebus. Qui poſtquam Romanum principatum pendere ſublimem quaſique direptui expoſitum vidit, alterum quidem, vt deſidem; alterum, vt parum efficacem, contemptui habuit. Addebant prætere a ſpem ſomnia quædam & oracula, ceteraque futurorum præſagia; tum denique fidem veri impetrantia, quum ſunt euentum ſortita. quorum pleraque

a Pol. ἀχυρῶσθαι legit. *vt paulo ante ſcriptum eſt* ἀχυρῶσθαι τε αὐτῷ τὰ τῆς ἀρχῆς. b *ſcribo* αὐτοῖς ἐδήλου. c *malim* κούφαις, *vt ſupra* ἐφαίνετο ἤδη κούφαις ἐλπίσιν. d *poſt* ἁρπάσαι, *aut* διενοήθη *aut aliud huiuſmodi verbum puto deſiderari. alioqui imperfecta manet ſententia.* e *for.* ἐν βίῳ. ¶ IN VERS. L. 1 per omnes nationes quæcumque aduerſam Europæ continentem incolunt, ſtatim feſtinare, M. 2 velut ad omnium conſenſu receptum Imperatorem: *aut breuius,* velut ad certum Imp. 3 Romanorū voto, *ſeu* deſiderio. 4 laborum patientiſſimus, M.

46 ipſe in libris de † vita ſua conſcripſit, ac publice in tabulis picta dedicauit. Sed quod illi extremum maximique momenti ſomnium ſpem propemodum omnem conciliauit, id ne nobis quidem ſilentio prætereundū. Quo enim tempore nuntiatum eſt Pertinacem ad imperium aſcitū, peracto Seuerus *publice* ſacrificio, [1] iuratusq; fidem principi, vbi primum domum rediit, ſomno comprehēſus, videt per quietem magnum quendam ac generoſum equum ornatum phaleris imperialibus, qui Pertinacem ipſum per vrbē veheret media ſacra via. Sed vbi ad ipſum fori peruenit ingreſſum, in quem [2] olim liber populus frequēs conueniebat, viſus eſt excuſſiſſe Pertinacem equus, atq; abiecisse humi; proximeque aſtanti Seuero tergum ſubſternere, eumque perferre ſublimem tuto in foro medium, conſpicuum venerabūdæ multitudini. Manet autē adhuc huius imago ſomnii eodem ipſo in loco ingens, ex ære conflata. Ad hunc igitur modum ſublatis animis Seuerus, ac ſe diuina prouidentia ſollicitari ad imperium ratus, decreuit animos periclitari militum. Quare primum quidem præfectos, tribunosque, & primos militum ſibi adiungens, cumq; iis de Romano imperio ſermones ſerens, [3] abiectum id eſſe dictitabat, exiſtente nullo per quem fortiter atq; ex dignitate gubernaretur. Inuehens præterea in prætorianas cohortes, quæ ſacramentum militare ciuili imperatorioq; ſanguine polluiſſent, vindicandam eſſe aiebat ac perſequendā Pertinacis cædē, minime ignarus excubare adhuc memoriā Pertinacis apud Illyricos exercitus; quoniam ſub Imperatore Marco [4] multa illius ductu aduerſus Germanos tropæa excitauerāt: & quum præfectus Illyrico foret, nullū non exemplū virtutis in prælio oſtentauerat: beneuolentiam porro, ac probitatem, ad hęc ciuile moderatumq; imperium [5] ſociis præſtiterat.

47 † Quocirca memoriam eius principis colentes, tantā in illum editā crudelitatē indigniſſime ferebant. Hanc igitur Seuer⁹ occaſionē arripiens, facile eos quo vellet adducebat; [6] ſimulās non ſe quidē im-

αὐτός τε [a] συγγράψας † ἐν τῷ καθ' αὐτὸν βίῳ, καὶ δημοσίαις ἀνέθηκεν εἰκόσι. ὃ δὲ οὖν τελευταῖον καὶ μέγιστον, ὅπερ αὐτῷ καὶ τὴν ἐλπίδα πᾶσαν ὑπέφαινεν, ὄναρ, οὐδὲ ἡμῖν παραλειπτέον. κατὰ γὰρ καιρὸν ὃν ἀπηγγέλη Περτίναξ παραλαβὼν τὴν ἀρχήν, μετὰ τὸ προσελθεῖν καὶ θῦσαι ὁ Σεβῆρος, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς Περτίνακος βασιλείας ὅρκον ἀφοσιώσασθαι, ἐπανελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν ἑσπέρας καταλαβούσης εἰς ὕπνον κατηνέχθη, [b] μέγαν καὶ γενναῖον ἵππον βασιλικοῖς φαλάροις κεκοσμημένον ᾠήθη βλέπειν, φέροντα ἐποχούμενον τὸν Περτίνακα διὰ μέσης τῆς ἐν Ῥώμῃ ἱερᾶς ὁδοῦ. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀγορᾶς ἐγένετο, ἔνθα ἐπὶ τῆς δημοκρατίας πρότερον ὁ δῆμος συνιὼν ἐκκλησίαζεν, ᾠήθη τὸν ἵππον ἀποσείσασθαι μὲν τὸν Περτίνακα καὶ ῥῖψαι· αὐτῷ δὲ ἄλλως ἑστῶτι ὑποδῦναί τε αὐτόν, καὶ ἀράμενον ἐπὶ τοῖς νώτοις, φέρειν τε ἀσφαλῶς καὶ στῆναι βεβαίως ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς μέσης, εἰς ὕψος ἄραντα τὸν Σεβῆρον, ὡς ὑπὸ πάντων ὁρᾶσθαί τε καὶ τιμᾶσθαι. μένει δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ ἡ τοῦ ὀνείρατος εἰκὼν μεγίστη, χαλκοῦ πεποιημένη. Οὕτω δὴ οὖν ὁ Σεβῆρος ἀρθεὶς τὴν γνώμην, ἐλπίζων τε θείᾳ προνοίᾳ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν καλεῖσθαι, ἀποπειρᾶν ἐποιεῖτο τῆς τῶν στρατιωτῶν γνώμης· τὰ μὲν πρῶτα, κατ' ὀλίγους, ἡγεμόνας τε καὶ χιλιάρχας τούς τε ἐν τοῖς στρατοπέδοις ἐξέχοντας οἰκειούμενος, καὶ περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς Ῥωμαίων διαλεγόμενος, ὡς παντάπασιν ἔρριπται, οὐδενὸς ὄντος τοῦ γενναίως ἢ κατ' ἀξίαν αὐτὴν διοικοῦντος. διέβαλλε δὲ τοὺς ἐν Ῥώμῃ στρατιώτας ὡς ἀπίστους, καὶ βασιλείῳ καὶ ἐμφυλίῳ αἵματι μιάναντας τὸν ὅρκον. ἔλεγέ τε δεῖν ἐπαμῦναι καὶ ἐπεξελθεῖν τῷ Περτίνακος φόνῳ. ᾔδει δὲ πάντας τοὺς κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν στρατιώτας μεμνημένους τῆς Περτίνακος ἡγεμονίας. ὑπὸ γὰρ Μάρκῳ βασιλεύοντι πολλὰ ἐγείρας σὺν αὐτοῖς κατὰ Γερμανῶν τρόπαια, στρατηγός τε καὶ ἡγεμὼν τῶν [c] Ἰλλυρικῶν κατασταθείς, ἀνδρείαν μὲν πᾶσαν ἐν ταῖς μάχαις πρὸς τοὺς πολεμίους ἐπεδέδεικτο, εὔνοιαν δὲ καὶ χρηστότητα, μετὰ σώφρονος καὶ ἐπιεικοῦς ἐξουσίας, τοῖς ἀρχομένοις παρέσχετο. † ὅθεν αὐτοῦ τὴν μνήμην 47 τιμῶντες, ἐπὶ τοῖς οὕτως ὠμῶς κατ' αὐτοῦ τετολμημένοις ἠγανάκτουν. Ταύτης δὴ τῆς προφάσεως λαβόμενος ὁ Σεβῆρος, εὐμαρῶς αὐτοὺς ἐφ' ἃ ἐβούλετο ὑπήγετο προσποιούμενος οὐχ οὕτω τῆς ἀρχῆς ἀντιποιεῖ-

a For. συνέγραψεν. b *ſcribo* καὶ μέγαν. *alioqui opus eſſet participio* κεκοσμημένον. c *ſcribo* Ἰλλυρικῶν. ¶ IN VERS. L. 1 ſuoque functus officio in præſtando de regno Pertinacis iureiurando: domum reuerſus, ſomno, vbi veſper aduenit, eſt comprehenſus: ac ſibi viſus eſt magnum quendam & generoſum equum videre, ornatum ph. 2 olim pop. quum penes eum erat imperium. *ad verbum*, democratiæ tempore. 3 id omnino proiectum eſſe dictit. *vel* iacere. 4 multa cum ipſis aduerſus Germ. tr. excitauerat: & quum dux ac præfectus Illyriorum conſtitutus eſſet. 5 *Polit. ſcripſiſſe puto* ſuis: *id eſt, ſibi ſubiectis.* 6 ſimulans ſe non tam imper. affectare, neque ſibi ſummam poteſtatem ambire, quam velle talis pr. ſang. vlciſci. Sicut antea eius reg.

αὐτῷ ἐγχειρίσαι, οὐδὲ αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν μνᾶσθαι, ὡς θέλειν ἐπεξελθεῖν [a] τοιούτου βασιλέως αἵματι. ὥσπερ δὲ τὰ σώματα οἱ ἐκεῖσε ἄνθρωποι γενναιότατοί τε καὶ μέγιστοι εἰσὶ, καὶ πρὸς μάχας ἐπιτήδειοι καὶ φονικώτατοι· οὕτω καὶ τὰς διανοίας παχεῖς, καὶ μὴ ῥᾳδίως συνεῖναι δυνάμενοι εἴ τι μετὰ πανουργίας ἢ δόλου λέγοιτο ἢ πράττοιτο. πιστεύσαντες γοῦν τῷ Σεβήρῳ, προσποιουμένῳ χαλεπαίνειν, καὶ θέλειν ἐπεξελθεῖν τῷ Περτίνακος φόνῳ, ἐπιδιδόασιν αὑτοὺς, ὡς αὐτοκράτορά τε ἀποδεῖξαι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίσαι. Ὁ δὲ, ὡς ἔγνω τὴν τῶν Παιόνων γνώμην, διέπεμψε καὶ εἰς τὰ γειτνιῶντα ἔθνη, καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἄρχοντας τῶν ὑπ' ἄρκτῳ Ῥωμαίοις δουλευόντων ἐθνῶν· μεγάλαις τε πάντας ὑποσχέσεσι καὶ ἐλπίσιν ἀναπείθων, ῥᾳδίως ὑπηγάγετο. Ἱκανώτατος δὲ ἦν πάντων ἀνθρώπων μάλιστα προσποιήσασθαί τε καὶ πιστώσασθαι εὔνοιαν, μήτε ὅρκου φειδόμενος, εἰ δέοι τούτου καταφρονῆσαι, ψευσάμενός τε πρὸς τὸ χρειῶδες· διά τε γλώττης προΐετο ὅσα μὴ ἔφερεν ἐπὶ γνώμης. Θεραπεύσας οὖν διὰ γραμμάτων πάντας τοὺς κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν, ἅμα καὶ ἄρχοντας, προσηγάγετο αὐτούς. ἀθροίσας δὲ τοὺς πανταχόθεν στρατιώτας, ἀντὶ Σεβήρου τε ἑαυτὸν Περτίνακα ὀνομάσας, (ὅπερ οὐ μόνον ἤλπιζε τοῖς Ἰλλυρικοῖς ἔσεσθαι κεχαρισμένον, ἀλλὰ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων, διὰ τὴν ἐκείνου [b] γνώμην) συγκαλέσας τε αὐτοὺς εἰς τὸ πεδίον, καὶ βήματος αὐτῷ ἀρθέντος, ἀνελθὼν ἔλεξε τοιάδε· Τὸ πιστὸν ὑμῶν, καὶ πρός τε θεοὺς σεβάσμιον, οὓς ὀμνύετε, πρός τε βασιλέας τίμιον οὓς αἰδεῖσθε, δεδηλώκατε δι' ὧν ἀγανακτεῖτε ἐφ' οἷς οἱ κατὰ τὴν Ῥώμην στρατιῶται, πομπῆς μᾶλλον ἢ ἀνδρείας ὑπηρέται, ἐτόλμησαν. κἀμοὶ δὲ δι' εὐχῆς ἐστι, πρότερον μὲν οὐδὲ [illegible] ἀντιποιησαμένῳ τοιαύτης ἐλπίδος, (ἴστε γάρ μου τὸ πρὸς τοὺς

48 βασιλεύσαντας πειθήνιον) † νῦν δὲ ἐπὶ τέλος τε ἀγαγεῖν, καὶ ἀνύσαι ταῦτα ἅπερ ἐστὶν ὑμῖν κεχαρισμένα· τήν τε Ῥωμαίων ἀρχὴν μὴ περιιδεῖν ἐρριμμένην, ἣ πρότερον μὲν, [c] μέχρι καιρῶν σεμνοπρεπῶς διοικουμένη, σεβάσμιος ἐφαίνετο· εἰς Κόμμοδον δὲ μεταπεσοῦσα, εἰ καί τινα ὑπ' ἐκείνου διὰ νεότητα ἐπλημμελεῖτο, ἀλλ' οὖν τῇ εὐγενείᾳ καὶ τῇ τοῦ πατρὸς μνήμῃ ἐπεσκιάζετο· καὶ πλέον ἦν ἐν αὐτῷ τὸ ἐλεούμενον ἐφ' οἷς ἐσφάλλετο, ἢ τὸ μισούμενον ἐπὶ τὰ πλεῖστα τῶν γινομένων, οὐκ εἰς

periū quęrere,aut ſummā poteſtatem affectare,ſed ire vltum ſanguinē tanti principis. Nam vt eius regionis homines corporibus vtuntur pręualidis atque proceris,& in pugnam cædemq; paratiſſimis, ita pingui ſunt ingenio: quare haud facile ſentiūt ſi quid agas dicasve aſtute ac ſubdole. [1]Quocirca quum fidem feciſſet Seuerus,cædem ſe Pertinacis *moleſte ferre ac* perſequi velle,ita ſibi vniuerſos conciliauit vt Imperator diceretur, ſummamq; ab eis acciperet poteſtatem. Sed vbi Pannoniorū animos explorauit, [ſtatim] vicinarum quoq; gentium præſides,quæcumq; Romano ſubiacent imperio,magnis illexit præmiis. Erat autem Seuerus,vnus omniū mortalium ad amorem ſimulandum, *beneuolentiamq; certa cum fide præferendā,* maxime factus:ſic vt ne iuſiurandum quidē fallere dubitaret, ſi ita vſus poſceret:longeq; aliud in lingua promptum quam in animo reconditū gerebat. Igitur Illyrico omni rectoribusq; prouinciarum per litteras inſinuatus,collectiſq; vndecumq; militibus, ac ſuſcepto PERTINACIS cognomine, quod non Illyricis modo, ſed Romano etiam populo gratiſſimum fore ſuſpicabatur, conuocatis omnibus in campū, ita pro ſuggeſtu loquutus dicitur: Quantum vel fidei,vel religionis erga deos,per quos iurati eſtis; quantumq; honoris Imperatorib. exhibeatis, quos adeo veneramini, facile oſtenditis, milites, quum tantopere indignamini cohortes vrbanas, pompæ magis q̃ virtutis adminiſtras, adeo fœdū facinus perpetraſſe. Ac mihi quidem in votis eſt nunc primum tantam ſpē auſpicanti, (nam profecto ſcitis q̃ ſemper audiēs dicto principibus fuerim) † perducere 48 ad exitum, atq; explicare quæ vobis cordi ſunt; neq; Romanum imperiū abiectū pati,quod quidē apud maiores ſumma ſemper auctoritate geſtū, venerandū omnib. videbatur: poſtea vero q̃ ad Cōmodum recidit,etſi [2]ob illius adoleſcētiam ſæpenumero impegit,attamen omne vitiū cum ipſius principis nobilitate,tū [ſanctiſſimi] parentis memoria obumbrabatur. Neq; tam errata illius,odium, q̃ miſericordiā emerebantur. quippe nō tam

a Polit. φονέως legit. b non γνώμην, ſed μνήμην, veram eſſe lectionem puto. c for. μέχρι τῶν ἡμετέρων καιρῶν σεμν. ¶ IN VERS.

L. 1 Quum igitur fidem habuiſſent Seuero,ſimulanti ſe ſuccenſere & cædem Pert. perſequi velle:eius poteſtati ſe permiſerunt:ita vt Imperatorem declararent,& imperium ei committerent. Vbi autem P'ann. animos cognouit, miſit & ad vicinas gentes,atque ad omnes præſides gentium quæ ſub ſeptemtrionali plaga Romanis ſeruiunt: & magnis pollicitationibus ac magna ſpe alliciens,facile ſibi eorum voluntates conciliauit. Erat autem Seuerus omnium hominum ad ſimulandam beneuolentiam,faciendamque eius fidem,aptiſſimus:ne iureiurando quidem parcens,ſi opus eſſet,eo contempto,commodi ſui cauſa mentiri vel fidem fallere. 2 per adoleſcentiam nonnulla perperam ab illo ſiebant, M.

ipſi quę gerebantur, quam aſſentatoribus imputabamus, ceteriſq; malarũ artium conſultoribus ac miniſtris: donec ad ſanctiſſimum illum ſenem, cuius adhuc virtutis & probitatis noſtris mentibus memoria reſidet, delatum fuit imperiũ. Quem tamen tantum abeſt vt tolerare illi potuerint, vt cæde etiam [nefaria] talem virum e medio ſuſtulerint. Poſt hunc autem terræ mariſq; imperium neſcio quis turpiſſime auctionatus, & populo (quemadmodum auditis) inuiſus eſt, & milites ipſos, quibus impoſuit, parum fidos habet. ¹Qui tamen ſi etiam defenſuri illum *beneuolo animo* forent, attamen neque numero vniuerſi, neque virtute ſinguli conferendi ſunt vobis. Ad hæc bellica vos negotia exercuerunt. nam & cum barbaris pedem conferre, & labores omnes *itineris* perferre, & algores æſtusq; deſpicere, & concreta gelu calcare flumina, & potare effoſſos latices, non hauſtos, & venatu inuigilare conſueuiſtis: omnia deniq; ad virtutem adepti viatica. ſic vt nemini facile ſit veſtris obſiſtere viribus. Etenim labore miles probatur, non mollitudine: qua illi exſaturati atque enutriti, ne vocem quidem veſtram, nedum pugnam, poterũt ſuſtinere. Quod ſi cui Syriæ res formidabiles videtur, is vel ex eo cogitet quam imbecillæ ſint quamq; tenui ſpe nitantur, quod neque adhuc progredi quoquam, neque de vrbe petenda deliberare
49 †auſi, ſedesque illas boni conſulentes, delicias in diem quæſitas lucrum eſſe ambiguæ poteſtatis arbitrantur. Eſt autem ad ioca & cauilla in primis factum Syrorum genus: tum qui Antiochiam colũt, ii ſtudere Nigro potiſſimum creduntur. Nam gentes reliquę & ciuitates, quum adhuc neminem imperio dignum aſpiciant, quique ſit Rempubl. fortiter moderateque geſturus; ei ſcilicet obedire ſe tãdem ſimulant. Quod ſi ab Illyrico exercitu ducem creatum cognouerint, ſimulque noſtrum nomen inaudierint, (non obſcurum ſane apud ipſos neque ignoratum: quippe illic etiam cum imperio præfuimus) ²neque me profecto deſidiæ aut torporis arguerint, neq; veſtrum

ἐκεῖνον ἀνεφέρομεν, ἀλλ' εἰς τοὺς περὶ αὐτὸν κόλακάς τε καὶ οὐ πρεπόντων ἔργων ὁμοῦ συμβούλους τε καὶ ὑπηρέτας. ᵃἐπεὶ δὲ εἰς σεμνὸν πρεσβύτην, οὗ τῆς ἀνδρείας τε καὶ χρηστότητος ἔτι ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν μνήμη ἐνέστακται, περιῆλθεν ἡ ἀρχή· οἱ δὲ οὐκ ἠνέσχοντο, ἀλλὰ τοιοῦτον ἄνδρα φόνῳ ἀπεσκευάσαντο. τὴν δὲ γῆς καὶ θαλάττης τοσαύτην ἀρχὴν ὠνησάμενός τις αἰσχρῶς, πρός τε τοῦ δήμου (ὡς ἀκούετε) μεμίσηται, πρός τε τῶν ἐκεῖ στρατιωτῶν, οὓς ἐψεύσατο, οὐκ ἔτι πιστεύεται. ὧν, εἰ καὶ ἔμελλον ὑπὲρ αὐτοῦ παρατάξασθαι μετ' εὐνοίας, καὶ πλήθει σύμπαντες, καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον ἐν ἀνδρείᾳ προὔχετε, ἀσκήσει τε πολεμικῶν ᵇἐγγεγύμνασθε. ὑμεῖς μὲν, ἀεὶ βαρβάροις ἀντιταττόμενοι, καὶ φέρειν πόνους πάντας πορείας, κρύους τε καὶ θάλπους καταφρονεῖν, ποταμούς τε πηγνυμένους πατεῖν, καὶ πίνειν ὀρυττόμενον ἀλλ' οὐκ ἀντλούμενον ὕδωρ εἰθισμένοι, θήραις τε ἐγγεγύμνασθε. καὶ πάντως ὑμῖν εἰς ἀνδρείαν ὑπάρχει γενναῖα ἐφόδια. ὡς μηδὲ, εἰ βουληθείη τις, δύνασθαι ὑμῖν ἀντιστῆναι. δοκίμιον γὰρ στρατιωτῶν, κάματος, ἀλλ' οὐ τρυφή· ἧς περ ἐκεῖνοι ᶜἐκκραιπαλῶντές τε καὶ ἐναυξηθέντες, οὐδ' αὐτῆς βοῆς ὑμῶν ἀνάσχοιντο, οὔτι γε τῆς μάχης.

Εἰ δέ τινες τὰ κατὰ Συρίαν ὑποπτεύοιεν πράγματα, ἐντεῦθεν ἂν τεκμήραιντο ἀσθενῆ τε ὄντα, καὶ φαύλας ἔχοντα τὰς ἐλπίδας, ᵈὅπου μηδὲ προελθεῖν τῆς αὐτῶν χώρας ἐτόλμησαν, μηδέ τι περὶ τῆς εἰς Ῥώμην ἀφόδου, βουλεύσασθαι † ἐθάρ- 49
ρησαν. ἀγαπητῶς ἐκεῖ μένοντες καὶ ἐφήμερον ᵉὀρφὴν, κέρδος τῆς οὔπω βεβαίας ἀρχῆς νομίζουσιν. ἐπὶ μὲν γὰρ τὸ χαριέντως καὶ μετὰ παιδιᾶς ἀποσκῶψαι ἐπιτήδειοι Σύροι, καὶ μάλιστα οἱ τὴν Ἀντιόχειαν οἰκοῦντες, φασὶ περὶ τὸν Νίγρον ἐσπουδακέναι· τὰ δ' ἄλλα ἔθνη καὶ αἱ ἄλλαι πόλεις, μέχρι νῦν, τῷ μηδένα εὑρίσκεσθαι τὸν ἄξιον τῆς ἀρχῆς ἐσόμενον, ἀνδρός τε μετὰ ἀνδρείας καὶ σώφρονος διοικήσεως ἄρξοντος, ἐκείνῳ δηλονότι προσποιοῦνται ὑπακούειν. εἰ ᶠδὲ τήν τε Ἰλλυρικὴν δύναμιν ἅμα χειροτονήσασαν μάθοιεν, τό τε ἡμέτερον ὄνομα πύθοιντο, (οὐκ ἄγνωστον οὐδ' ἄσημον παρ' αὐτοῖς ὑπάρχον, ἐξ ὧν ἡγεμονεύσαντες ἐκεῖσε διῳκήσαμεν) εὖ ἴστε, οὔτε ἐμοῦ ῥαθυμίαν ἢ ἀδρανίας καταγνώσονται, οὔτε τὸ ὑμέτερον

a *Aut* ἐπεὶ *mutandum in* ἔπειτα, *aut hoc pro illo accipiendum.* b *for.* μᾶλλον ἐγγεγύμνασθε. *Legitur etiam* πολεμικοῖς ἔργοις *in quodam vet.* c *ſcribo* ἐγκραιπαλῶντές τε. d *for.* ὅτι μηδὲ πω. e *Pol. legit.* τρυφὴν: *quod & ipſe malo.* f *deeſſe puto* τινὰ *poſt* δὲ. ¶IN VERS. L. 1 veſtris, M. 1 Quibus, etiãſi pro eo in aciẽ deſcẽſuri, animo beneuolo eſſent, & multitudine vniuerſi, & fortitudine ſinguli præſtatis, quinetiam magis quam illi in rebus bellicis eſtis exercitati: *ſequendo lectionem quam annotaui e regione.* 2 neque me profecto ſocordiæ aut ignauiæ arguerint, neq; veſtrã generoſam alacritatem & firmum in pugnis robur ſuſtinere volent.

γενναῖον

γενναῖον καὶ πρὸς τὰς μάχας ἐμβριθὲς ὑποστῆναι αἱρήσονται, καὶ σωμάτων μεγέθεσι καὶ πόνων ἀσκήσεσι καὶ ἐν τῇ συστάδην μάχῃ πολὺ ὑμῶν ἀπολιπόντες. Φθάσωμεν οὖν τὴν Ῥώμην προκαταλαβόντες, ἔνθα ἡ βασίλειός ἐστιν ἑστία· κἀκεῖθεν ὁρμώμενοι, τὰ λοιπὰ εὐμαρῶς διοικήσομεν, θείαις τε προρρήσεσι πιστεύοντες, καὶ τῇ τῶν ὑμετέρων ἀνδρείᾳ ὅπλων τε καὶ σωμάτων.

❡Τοιαῦτα εἰπόντα τὸν Σεβῆρον εὐφημήσαντες οἱ στρατιῶται, καλοῦντες Σεβαστὸν καὶ Περτίνακα, πᾶσαν ἐνεδείκνυντο προθυμίαν καὶ σπουδήν. ὁ δὲ Σεβῆρος, μηδένα διδοὺς καιρὸν ἀναβολῆς, συσκευάσασθαί τε αὐτοὺς ὡς ἔνι μάλιστα εὐτελέστατα ἐκέλευσε, τήν τε εἰς τὴν Ῥώμην ἔξοδον ἐπήγγελε· νομάς τε αὐτοῖς διδοὺς καὶ ἐφόδια, τῆς ὁδοιπορίας εἴχετο. συντόνῳ δὲ σπουδῇ καὶ γενναίοις πόνοις τὴν ὁδὸν ἐπετάχυνε, μήτε που ἐπιδιατρίβων, μήτε διδοὺς καιρὸν ἀναπαύλης, εἰ μὴ τοσοῦτον, ὅσον ὀλίγον τοὺς στρατιώτας ἀναπνεύσαντας ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ. ἐκοινώνει δὲ τῶν καμάτων αὐτοῖς, σκηνῇ τε χρώμενος εὐτελεῖ, καὶ σιτία καὶ ποτὰ προσφερόμενος ὅσα καὶ πᾶσιν ὑπάρχειν ἠπίστατο· οὐδαμοῦ δὲ τρυφὴν ἐνεδείκνυτο βασιλικήν. ὅθεν καὶ μείζονα παρὰ τῶν συστρατιω-
50 τῶν εὔνοιαν ἐπεσπάσατο. † οὐ γὰρ μόνον αὐτὸν συμπονοῦντα, ἀλλὰ καὶ τῶν καμάτων ἄρχοντα οἱ στρατιῶται αἰδούμενοι, μετὰ προθυμίας πάντα ἔπραττον. Ὁ δέ, τὴν Παιονίαν διαδραμών, ἐπέστη τοῖς τῆς Ἰταλίας ὅροις· καὶ τὴν φήμην φθάσας, πρότερον ὤφθη τοῖς ἐκεῖ παρὼν βασιλεύς, ἢ ἀφιξόμενος ἠκούσθη. δέος τε μέγα τὰς Ἰταλιώτιδας πόλεις κατελάμβανε, πυνθανομένας τοσαύτην ἔφοδον στρατοῦ. οἱ γὰρ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἄνθρωποι, ὅπλων καὶ πολέμων πάλαι ἀπηλλαγμένοι, γεωργίᾳ καὶ εἰρήνῃ προσεῖχον. Ἐς ὅσον μὲν γὰρ ὑπὸ δημοκρατίας τὰ Ῥωμαίων διῳκεῖτο, καὶ ἡ σύγκλητος ἐξέπεμπε τοὺς τὰ πολεμικὰ στρατηγήσοντας, ἐν ὅπλοις Ἰταλιῶται πάντες ἦσαν, καὶ γῆν καὶ θάλατταν ἐκτήσαντο, Ἕλλησι πολεμήσαντες καὶ βαρβάροις· οὐδέ τι ἦν γῆς μέρος, ἢ κλίμα οὐρανοῦ, ὅπου μὴ Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν ἐξέτειναν· ἐξ οὗ δὲ εἰς τὸν Σεβαστὸν περιῆλθεν ἡ μοναρχία, Ἰταλιώτας μὲν πόνων ἀνέπαυσε, καὶ τῶν ὅπλων ἐγύμνωσε, φρούρια δὲ καὶ στρατόπεδα τῆς ἀρχῆς προυβάλετο, μισθοφόρους ἐπὶ ῥητοῖς σιτηρεσίοις στρατιώτας καταστησάμενος, ἀντὶ

exceptare impetum, aut bellicam virtutem volent experiri: præſertim quũ & corporum proceritatibus, & armorum exercitationibus, & conſerenda manu longe vobis impares habeantur. Quare occupemus quamprimum Romam, larem ipſum imperii: reliqua dein facile expedituri; cum deorum oraculis, tum armorum corporumq; veſtrorum viribus cõfidentes. ❡Hæc loquutum Seuerum fauſtis acclamationibus milites exceperunt, Auguſtum Pertinacemque appellantes: ſtudiumq; in eum propenſum atq; egregiam voluntatem [1] pollicebantur. At Seuerus, nihil procraſtinandum ratus, armari *ac vaſa colligi* quam expeditiſſime iubet, iterque ad vrbem edicit: diſtributisq; viritim cibariis, omniq; viatico, [2] nihil ſibi ad celeritatem facit reliqui, nullis interquieſcens locis; ac vix reſidere tantiſper milites paſſus, donec a nimia itineris contentione reſpirarent. Ipſe inter primos laborãs, viliq; tabernaculo vtẽs, cibum potumq; eundem quem etiam ceteri milites, capiebat; nihil vmquam imperatoriæ luxuriæ, nihil deliciarum oſtentans: ſic vt acceptior in dies [3] militibus fieret. † Nam quum 50
laborum omnium non modo particeps, ſed princeps etiam auctorq; foret, adeo cunctis venerabilis erat, vt nihil non pro illo cupidiſſime facturi viderentur. Poſtea vero quam emenſa Pannonia ipſos Italiæ [4] mõtes inſedit, famamq; ſui præueniẽs, prius coram conſpectus eſt quam aduentare auditum fuerat, magnus ſcilicet omnes Italiæ ciuitates tanto conſpecto exercitu metus inuaſit: quippe homines in Italia iampridẽ ab armis belloq; remotiſſimi, agros pacemque colebant. Etenim quamdiu libera ciuitas egit, atque a ſenatu belli duces [5] eligebantur, fuere in armis ſemper Italiæ nationes; Græcisque & barbaris ſubactis, terræ ſibi marisque imperium pepererunt: neque vlla orbis terrarũ pars aut cæli tractus fuit quo non vires ſuas Romanorũ arma protulerint. Poſtea vero quam Auguſtus rerum potitus eſt, & laborem Italis ademit, & arma detraxit: [6] milites tãtum quoſdam certis auctoramentis habuit mercenarios, qui Romanũ

❡IN VERS. L. 1 præ ſe ferebant. 2 iter capeſſit: magnaque contentione & generoſis laboribus viam accelerat, neq; vſquam commorans, (*vel aliquid moræ interponens*) neq; interquieſcendi ſpatium concedens: niſi quo milites, paululum reſpirantes, iter mox perſequerentur. Ipſe inter pr. 3 commilitonibus, M. 4 fines, M. 5 emittebantur. 6 ſed præſidia & legiones imperio munimenta eſſe voluit, milites quoſdam certis auct. conſtituens mercenarios, qui Rom. imperio vice murorum eſſent, tum H. *Polit. tamen alicubi τὰ στρατόπεδα καὶ τὰ φρούρια vertit* caſtra & caſtella. [*Memm. vertit*, præſidiorum atque exercituum vtens propugnaculis]

tuerentur imperium: tum fluuiorum magnitudine atq; foſſarum, montibuſq; aſperrimis, deſertiſq; locis atq; imperuiis circumſeptos imperii limites communiuit. Quocirca merito omnes, poſtquã aduentare Seuerum cum tanto milite audiuerunt, inſueta re perterriti, quum neq; ſtare contra, neq; prohibere auderent, ibant obuiã laureati, portiſq; eum patentibus excipiebant. Ille, tamdiu locis ſingulis immoratus quãdiu aut ſacra faceret aut populos alloqueretur, Romam e veſtigio pergebat. ¶ Quæ vbi Iuliano nũtiata ſunt, [1] actum de ſe prorſus exſtimauit. Nam & exercitus Illyrici potẽtiam multitudinemq; audiebat: & populo parum fidebat, cui ſe cernebat inuiſum; neq; ſatis magnã ſpem in militibus habebat, quos videlicet feſelliſſet. Itaq; collectas vndique pecunias, partim ſuas, partim ab amicis acceptas, tum quæcumq; in templis aliiſq; locis publice inueniſſet, diui-
51 dere militibus inſtituit; † vt eo pacto illorum beneuolentiã reduceret. Sed ei, tametſi multa magnaq; acciperẽt, nullam tamen habebãt gratiam: perſolui debitum ſibi, non dari munus aliquod, interpretantes. [2] Ceterum ſuadentibus amicis Iuliano vt exercitum educeret, atq; Alpium anguſtias occuparet: (ſunt autem Alpes, altiſſimi montes, quales in his regionibus nulli; porrecti ad muri formam, circũdatiq; Italiæ: quaſi ad reliquam regionis eius felicitatem hunc etiam quaſi cumulum natura addidetit; vt munitionem haberet inexpugnabilem, pertingentem ſcilicet a ſeptemtrionali ad id mare quod ad meridiẽ ſpectat) non auſus tamẽ ille vrbe egredi, ſupplicatũ militibus mittebat, vti arma caperent, exercerẽtq; ſe, ac foſſas ante vrbem ducerent: omnemq; belli apparatum in ipſa demum vrbe expediebat. Siquidẽ elephantos quoque, quos ad pompam inſtitutos habebat, inſuefacere conabatur ſeſſorẽ pati: ratus Illyricos milites equoſque eorum perterritũ iri facie magnitudineq; belluarũ quales antea nullas a-

τείχους τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς· ποταμῶν τε μεγέθεσι καὶ τάφρων, ἢ ὀρῶν προβλήμασιν, ἐρήμῳ τε γῇ καὶ δυσβάτῳ φράξας τὴν ἀρχήν, ὠχυρώσατο. Ὅθεν τὸν Σεβῆρον προσιόντα πυνθανόμενοι τότε μετὰ τοσούτου στρατοῦ, εἰκότως ἐταράττοντο πρὸς ἀήθη τοῦ πράγματος. οὔτε δὲ ἀντιστῆναι ἢ κωλῦσαι ἐτόλμων. ὑπήντων δὲ δαφνηφοροῦντες, καὶ πύλαις ἀναπεπταμέναις ἐδέχοντο. ὁ δὲ τοσοῦτον ἀνεπαύετο ὅσον καλλιερῆσαί τε καὶ τοὺς δήμους προσειπεῖν· εἰς δὲ τὴν Ῥώμην ἠπείγετο. ¶ Ὡς δὲ ταῦτα τῷ Ἰουλιανῷ ἀπηγγέλλετο, ἐν ἐσχάτῃ ἀπογνώσει ἦν, τοῦ μὲν Ἰλλυρικοῦ στρατοῦ τὴν δύναμιν καὶ τὸ πλῆθος ἀκούων· οὔτε δὲ τῷ δήμῳ πιστεύων, ἐπεὶ μεμίσητο· οὔτε τοῖς στρατιώταις θαρρῶν, οὓς ἐψεύσατο. χρήματα δὴ πάντα ἀθροίζων τά τε αὐτοῦ καὶ παρὰ τῶν φίλων, καὶ εἴ τινα ἦν, ἐκ δημοσίων ἱερῶν καὶ τόπων λαμβάνων, τοῖς στρατιώταις διανέμειν ἐπειρᾶτο, † ὡς ἂν κτήσαιτο τὴν 51
iter ſibi torrens patefecit. Quo animaduerſo, qui in præſidio erant, metu ne ab hoſte circumuenirētur, nullo mox futuro propugnaculo ſimul vnda reſediſſet, prodita cuſtodia cunčti fuga dilabuntur. Igitur læti Seueriani, confirmatique animos, velut diis ipſis immortalibus manu ducentibus, cognito cuſtodes aufugiſſe, facile, ſcilicet nullis prohibētibus, Taurum ſupergreſſi, in Ciliciam mox impetum fecerunt. His nuntiatis, Niger, quum quidem ingentem exercitum, ſed pugnæ laborumq; inſcium, collegiſſet, magnis itineribus accelerabat, [1] quamplurimis eum mortalibus, omniq; ferme Antiochenorum iuuentute, ſequentibus ducem; multa ſcilicet animorum alacritate, ceterum virtute ac peritia belli nulla ex parte cum Illyrico milite conferendis. Ita concurrerunt ad Iſſicũ, quem appellant, ſinum, longe lateque ſpatioſiſſima in planitie: quæ perpetuis ſubiecta collibus in theatri ſpeciem, litus habet a mari longiſſime excurrens: quaſi quoddam belli ſtadium fabricata natura. Quin eodem quoque loco Darium ab Alexandro ferunt maximo extremoque illo prœlio profligatum [2] captumq; ; ſeptemtrionalibus etiam tum viris orientis nationes ſuperantibus. Manet adhuc tropæum, & tantæ victoriæ teſtimonium vrbs in colle, Alexandria: ſimul æneum ipſius ſimulacrum, vnde loco impoſitum nomen. Euenit autem vt Seueri ac Nigri exercituum non congreſſus † modo in eum lo- 64
cum, ſed fortuna etiam fortunæ ſimilis fuerit. Vtrimque enim ſub veſperam parati ad pugnam conſtiterant; curis dein pauoribuſque totam noctem extraxerant inſomnem: ſtatimq; cum ſolis ortu ducibus vtrimq; adhortantibus, incredibili alacritate vtrimque ſe incitarunt, tamquam de omni ſpe reliqua nouiſſimo illo congreſſu dimicaturi, [3] diſceptante illic ſuper Romano Imperatore fortuna. Sed vbi diu pugnatum acerrime, tãtaq; edita vtrimq; ſtrages vt flumina per eam planitiem

---

a *Scribo* ἀπὸ θαλ. b *Malim fortunam dici* διακρινοῦσαν βασιλέα, *(nam male Polit.* διακρίνουσαν *pro præſenti accepiſſe admonui)* quæ diſcretura ſit regem. *id eſt, diſcrimine habito regem conſtitutura, diſcernendo verũ & legitimum ab ementito & illegitimo. Non male etiam redderetur fortaſſe,* Diiudicatione ſua regem oſtenſura. *Fateor tamen impropriè de fortuna videri poſſe dictum* διακρίνειν, *quum ſit* [illegible]*, eiuſque ſit* εἰκῇ *&* ἀπροβουλεύτως *omnia facere.* ¶ IN VERS. L. 1 Magna enim multitudo, ac tota propemodum iuuentus Antiochena, ad militandum ac pro eo periclitandum ſe dederat. Alacrem igitur exercitum habebat, ſed qui peritia & animi robore longe Illyrico inferior eſſet. Concurrit igitur vtrimque exercitus ad Iſſ. 2 captumque a ſeptemtr. viris, etiam tum or. nat. ſup. 3 diſceptatura. *eſt enim Gr. verbum ſui temp. hoc in loco, poteſtque & aliter reddi. Vide annot.*

decurrentia, maiore aliquãto vi ſanguinis quam aquarũ in mare ſe voluerent; fuſi tandem profligatique orientales, imminentibus a tergo Illyricianis, partim in mare ſaucii protrudebantur, partim in colles ſummos fugitantes, a perſequentibus obtruncabantur: cumque iis vna vulgus ingens hominum, qui ex vrbibus vicinis agriſque confluxerant, ſuperne quaſique ex tuto loco prœlium ſpectaturi. At Niger, valido euectus equo, paucis comitantibus, Antiochiam peruenit.[1] vbi fugiente paſſim multitudine, magnoq; vbique fletu clamoribuſq; natos fratreſque lugentium, deploratis & ipſe rebus ſuis, fugam capit: occultantique dein ſe in ſuburbano quodam, & ab equitibus reperto *ac comprehenſo*, caput amputatum. Hunc habuit exitum vitæ Niger, dato cunctationis tarditatiſque ſupplicio: homo alioqui (vt perhibent) publice priuatimque minime improbus. Sed occiſo Nigro, Seuerus omnes [ſtatim] illius amicos ſupplicio affecit, ſiue qui ſponte, ſiue qui neceſſitate coacti, rebus illius ſtuduiſſent: militibus tantum qui effugerant ac trans fluuiũ Tigrim metu Seueri ad barbaros abierant, impunitate propoſita receptis. Quippe
65 magna vis hominũ † in ea loca conceſſerat. quo *potiſſimum* effectum eſt vt validiores deinceps barbari aduerſus Romanos conferenda manu euaſerint. *nam* gnati antea pugnare tantum arcu ex equis, neque armatura muniti, neque haſta gladio ve ſatis audaces, leui pendulaque veſte, plurimumq; inter fugiendum auerſi, ſagittas intendebant:[2] poſtea vero quam Romani aliquot milites, fabrique nonnulli in eas regiones confugerunt, ibi ætatem acturi; non ſolum armis vti, ſed ea quoque fabricari barbari didicerunt. ¶ Rebus autem orientis ex ſententia geſtis, atque vt res poſcere videbatur, ordinatis, cupido iam Seuerum habebat regem quoque Atrenorum bello tentandi, ac *Parthorum regionẽ occupandi.[3] quos vtroſq; in ſocietatem

ῥεόντων, αἵματος πλέον ἢ ὕδατος κατάγειν εἰς θάλασσαν, ἐπὶ τῶν ἀνατολικῶν γῆς. ἐκβιασάμενοι δὲ αὖθις οἱ Ἰλλυριοί, τοὺς μὲν εἰς τὴν παρακειμένην θάλασσαν τιτρώσκοντες ἐξωθοῦσι· τοὺς δὲ φεύγοντας ἐπὶ τοὺς λόφους διώκοντες, αὖθίς τε φονεύουσι, καὶ πολύ τι πλῆθος ἄλλων ἀνθρώπων, ὅσπερ ἔκ τε τῶν παρακειμένων πόλεων καὶ ἀγρῶν ἠθροίστο, ὡς ἀπ' ἀσφαλοῦς τοῦ τόπου τὰ *γινόμενα θεάσοιντο. ὁ δὲ Νίγρος, ἵππῳ γενναίῳ ἐποχούμενος, φεύγει μετ' ὀλίγων, εἴς τε τὴν Ἀντιόχειαν ἀφικνεῖται. καταλαβὼν δὲ φεύγοντα τὸν λοιπὸν δῆμον, (εἴ τις καταλέλειπτο) οἰμωγήν τε καὶ πένθος ἐν τῇ πόλει, παῖδάς τε καὶ ἀδελφοὺς θρηνούντων, γενόμενος ἐν ἀπογνώσει, καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ἀποδιδράσκει· καὶ ἔν τινι προαστείῳ κρυπτόμενος, εὑρεθείς τε ὑπὸ τῶν διωκόντων ἱππέων καὶ συλληφθείς, τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. Τέλει μὲν δὴ τούτῳ ὁ Νίγρος ἐχρήσατο, μελλήσεως καὶ βραδυτῆτος δοὺς δίκας· τὰ ἄλλα (ὥς φασι) γενόμενος μὴ φαῦλος ἄνθρωπος, μήτε ἄρχων, μήτε ἰδιώτης. Ὁ δὲ Σεβῆρος, καθελὼν τὸν Νίγρον, τοὺς μὲν φίλους αὐτοῦ, καὶ εἴ τινες οὐ μόνον ἐκ προαιρέσεως, ἀλλὰ δι' ἀνάγκης προσέθεντο αὐτῷ, πάντας ἀφειδῶς ἐκόλασε· τοὺς δὲ στρατιώτας ὅσοι διαδεδράκεσαν, πυνθανόμενος περαιουμένους τὸν Τίγριδα ποταμόν, διά τε τὸ ἐκ Σεβήρου δέος ἀπιόντας πρὸς τοὺς βαρβάρους, πάντας *ἤγαγε, δοὺς ἀμνηστίαν. πολὺ γὰρ πλῆθος αὐτῶν ἀνεχώρησεν † εἰς τὴν ἀλλοδαπήν. ὅπερ καὶ μάλιστα αἴτιον ἐγένετο μαχιμώτερα ὕστερον γενέσθαι 65
πρὸς τὴν συστάδην μάχην Ῥωμαίων τὰ τῶν *ὑπὸ ἐκεῖνα βαρβάρων. πρότερον μὲν γὰρ τοξεύειν μόνον ἵπποις ἐποχούμενοι ᾔδεσαν, μήτε πανοπλίᾳ φράσσοντες αὐτούς, μήτε τῇ διὰ δοράτων καὶ ξιφῶν θαρροῦντες μάχῃ, κούφαις δὲ καὶ παρῃωρημέναις [μόναις] ἐσθῆσι κοσμούμενοι. τὰ πλεῖστα γοῦν φεύγοντες, εἰς τοὐπίσω τε τοξεύοντες, ἐμάχοντο· τῶν δὲ φυγάδων στρατιωτῶν πολλῶν τε ἐν αὐτοῖς τεχνιτῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων, καὶ τὸν ἐκεῖ βίον ἑλομένων, οὐ μόνον χρῆσθαι ἀλλὰ καὶ ἐργάζεσθαι ὅπλα ἐδιδάχθησαν.

¶ Διοικήσας δὲ ὁ Σεβῆρος τὰ ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς ὡς ᾤετο ἄριστα καὶ ἑαυτῷ λυσιτελέστατα, ἠθέλησεν εὐθέως ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸν Ἀτρηνῶν βασιλέα, εἴς τε τὴν Παρθυαίων γῆν διαβῆναι. *ἐπεκάλει γὰρ ἀμφοτέροις

2 *De emendatione huius loci conſule meas annot. huic libro ſubiunctas.* ¶IN VERS. L 1 vbi quum fugientem reliquum populum (ſiquis modo relictus erat) inueniſſet, plenamque eiulationibus & lamentationibus ciuitatem, natos & fratres lugentium. 2 poſtea vero quam ii qui fugerant milites, multique ex iis opifices, ad illos ſe contulerunt, atque ibi viuere in animum induxerunt, non ſolum arm. 3 quorum vtrique in crimen vertebat amicitiam Nigri, M.

φιλίᾳ Νί-

φιλίᾳ Νίγρου. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ὕστερον ἀνέθετο. πρῶτον δὲ πᾶσαν τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίων εἰς ἑαυτὸν καὶ τοὺς παῖδας μεταγαγεῖν καὶ βεβαιῶσαι ἠθέλησε. καθῃρημένου γὰρ τοῦ Νίγρου, ὀχληρὸς καὶ περιττὸς αὐτῷ ὁ Ἀλβῖνος ἐνομίζετο. ἔτι τε καὶ ἤκουεν αὐτὸν βασιλικώτερον ἐντρυφῶντα τῷ τοῦ Καίσαρος ὀνόματι· πολλούς τε μάλιστα τοὺς ἐξέχοντας τῆς συγκλήτου βουλῆς, ἰδίᾳ καὶ κρύβδην ἐπιστέλλοντας αὐτῷ, εἴς τε τὴν Ῥώμην ἐλθεῖν πείθοντας, ἀπόντος καὶ ἀσχολουμένου τοῦ Σεβήρου. ᾑροῦντο γὰρ οἱ εὐπατρίδαι ἐκεῖνον μᾶλλον ἄρχειν, ἅτε ἐκ προγόνων εὖ γεγονότα, καὶ χρηστὸν τὸ ἦθος εἶναι λεγόμενον. Ἅπερ πυνθανόμενος ὁ Σεβῆρος, φανερὰν μὲν εὐθὺς πρὸς αὐτὸν ἔχθραν ἄρασθαι, καὶ πόλεμον ἐγεῖραι πρὸς ἄνδρα μηδεμίαν εὔλογον παρεσχημένον αἰτίαν, παρῃτήσατο· ἔδοξε δὲ αὐτῷ ἀπόπειραν ποιήσασθαι, εἰ δύναιτο ἀποσκευάσασθαι λαθὼν καὶ ἐξαπατήσας αὐτόν. μεταπεμψάμενος οὖν τοὺς πιστοτάτους τῶν εἰωθότων τὰ βασιλικὰ γράμματα διακομίζειν, δίδωσιν αὐ-
66 τοῖς ἐντολὰς [a] ἀπορρήτων, εἰ γένοιντο † παρ' αὐτῷ, τὰ μὲν γράμματα δημοσίᾳ ἀποδοῦναι, ἀξιῶσαι δὲ αὐτὸν ἰδιαίτερον ἀποστάντα, ἐπακοῦσαι ἀπορρήτων ἐντολῶν· πεισθέντι δὲ, δορυφόρων ἐρήμῳ ἐπιπεσεῖν αἰφνιδίως καὶ φονεῦσαι. ἔδωκε δὲ αὐτοῖς καὶ δηλητήρια φάρμακα, [b] ὅπως τινὰς πεῖσαι δυνηθεῖεν ἢ τῶν ὀψοποιῶν, ἢ τῶν πρὸς ταῖς κύλιξι, λαθεῖν καὶ ἐπιδοῦναι αὐτῷ. ὑποπτευόντων δὲ τῶν περὶ αὐτὸν φίλων, καὶ συμβουλευόντων αὐτῷ φυλάττεσθαι ἄνδρα ἀπατεῶνα σοφόν τε πρὸς ἐπιβουλήν. διαβεβλήκεσαν γὰρ αὐτοῦ τὸ ἦθος αἱ πρὸς τοὺς ἡγεμόνας τοῦ Νίγρου πράξεις. πείσας γὰρ αὐτοὺς διὰ τῶν παίδων, ὡς προείρηται, προδοῦναι τὰ τοῦ Νίγρου πράγματα, μετὰ τὸ ἀποχρήσασθαι αὐτῶν τῇ ὑπηρεσίᾳ, καὶ κατορθῶσαι πάντα ἃ ἐβούλετο, ἀνεῖλεν αὐτούς τε καὶ παῖδας. τὸ οὖν ὕπουλον αὐτοῦ ἦθος μάλιστα ἐκ τῶν ἔργων ἐδηλοῦτο. ταύτῃ ὁ Ἀλβῖνος καὶ φρουρᾷ μείζονι ἔφραττεν ἑαυτόν. οὔτε γάρ τις αὐτῷ τῶν ἀπὸ τοῦ Σεβήρου ἀφικνουμένων ἀδεῶς προσῄει, εἰ μὴ πρότερον ἀποθέμενος ὅπερ περιέκειτο ξίφος

Niger aſciuerat. [1] Quibus tandem rebus in aliud tempus reiectis, cogitare inſtitit quo pacto ſibi *vniuerſum* Romanum imperium liberiſq; ſuis bona fide adiudicaret. Nā ſublato Nigro, reliquus erat Albinus; quem ſibi parum ex ſententia parumque vſui fore arbitrabatur: vulgato rumore, iam nimis illum impotenter nimiſq; moleſte nomen Cæſaris vſurpare: præterea multos eſſe e primorib. ſenatus qui ad eum clam darent litteras, hortantes ad reditum, abſente adhuc occupatoque Seuero. Quippe nobilitas [omnis] Albinū malebat Imperatorem, ortū illuſtri genere ac bonæ indolis [iuuenem.] Quibus rebus cognitis Seuerus, minime vtiq; apertis inimicitiis ac manifeſto bello agendū putans, nulla exſiſtente cauſa quæ ſaltem ſpecie honeſta videri poſſet, [2] decreuit eum dolo inſidiiſq; tentare. Quare tabellarios aliquot ex iis qui litteras imperatorias perferunt, fidiſſimos ſibi homines, cum litteris mandatiſq; ad eū mittit; præmonitos vti redditis † publice epiſtolis, quædam habere ſe dicerent quæ apud illū remotis arbitris loquerētur. quare 66 vt primum ſeorſum a cuſtodib. nacti eum forent, facto impetu obtruncarent. Quin venena quoq; *ipſis* dedit, quibus eum, ſi poſſent, per aliquem ab epulis aut a cyatho aggrederentur. [3] Erat autem illius amicis ſuſpecta Seueri fides. itaq; cauendū identidem admonebant hominē perfidioſum, plenū fraudis & inſidiarū. Nam vulgo etiā parum cōſtanti fide habebatur, impulſis (vt dictū eſt) per ipſorum filios Nigri ducibus ad res illius prodendas: dein poſtquam eorum opera abuſus eſt, ſuaque omnia ex ſententia cōpoſuerat, ipſis liberiſq; enecatis. Igitur inſidum ſubdolumq; ingenium res ipſæ declarabant; obque id maiore ſe cuſtodia Albinus circūmunierat. Neque enim temere quiſquā a Seuero miſſus ad illū introducebatur, niſi prius depoſito militari

a *Scribo δι' ἀπορρήτων.* b *Scribo εἴπως ἢ.* ¶ IN VERS. L. 1 Verum hæc in aliud temp. reiecit: ac prius vniuerſum R. imperium in ſe ſuoſque liberos trāsferre, & firmum ac ſtabile ſibi reddere, in animo habuit. Nam ſubl. N. moleſtus & ſupervacaneus ei Albinus exiſtimabatur. Quinetiam audiebat illum nimis regio faſtu titulum Cæſ. vſurpare. 2 decreuit experiri an eum occulta quapiam arte deceptum e medio tollere poſſet. Quare accerſitis eorum qui lit. imp. perferunt fidiſſimis, ſecreto illis imperauit vt, quum apud eum eſſent, litteras quidem publice redderent, ſed rogarent vt ſecedens arcana quædam mandata audiret: vbi autem ei hoc facere perſuaſiſſent, ſuis ſatellitibus incomitatum ſtatim opprimerent atque interficerent. 3 Erat enim amicis eius ſuſpectus: qui conſilium dabant vt ſibi caueret ab homine qui impoſtor eſſet, & ad ſtruendas inſidias ſollers. Eius enim mores male audiebant ob ea quæ aduerſus Nigri duces admiſerat. Quum enim per ipſorum filios ab illis impetraſſet vt res Nigri proderent, quum eorum opera abuſus eſſet, ſuaque ex ſ. compoſuiſſet, ipſos liberoſque occidit.

gladio, ſinuque excuſſo. Poſtquam igitur a Seuero tabellarii ad eum peruenerunt, redditiſq; publice litteris, habere ſe dixerunt quædā ſecretius renuntianda, indulgens ſuſpicionibus Albinus, cōprehendi ilico iubet. dein ſeorſum explorata re, inſidiiſq; ordine intellectis, vbi noxios ſupplicio affecit, iā ipſe ſe vt aduerſus manifeſtiſſimum hoſtem comparabat. Quibus cognitis, Seuerus, homo [1]iracundo ingenio, non iam celandas ſibi inimicitias putauit; ſed omni conuocato exercitu, huiuſcemodi habuit orationem; Neq; leuitatis me quiſquam ob anteacta inſimulet, neque infidum aut ingratum putet aduerſus eum quem pro amico habuerim. Omnia nos quidē præſtitimus, etiam in partem principatus, & quidem ſtabiliſſimi, recepto: quod ne [2]geminis quidē fratribus facile quiſquam indulſerit. quod enim vos mihi vni detuliſtis, id ego cū illo cōmu-
67 nicaui. Tantis autem † beneficiis noſtris peſſimam videlicet gratiam retulit Albinus; [3]cōtempta virtute noſtra, ſuæque immemor fidei, ardenſque inexhauſta cupiditate id vniuerſum periculoſe præripiēdi cuius particeps eſſe citra bellum ac dimicationem vllam potuiſſet. Neque deos reueretur, per quos toties iuratus; neque veſtris parcit laboribus, quos tanta cum gloria virtuteque pro nobis pertuliſtis. quippe ſucceſſuum veſtrorum nec ipſe fructu carebat: immo autem, ſi fidem ſeruaſſet, [4]maior illi portio contigiſſet. Vt autem, ſi ipſe auctor malorum ſis, iniuſtus videare: ita, ſi non vlciſcare acceptas iniurias, ignauus. Nam quum bellum aduerſus Nigrum geſſimus, non ita ſane ſpecioſas inimicitiarum cauſas habebamus, *vt neceſſarias*. non enim quaſi raptorem occupati a nobis principatus oderamus; [5]ſed poſitum cum in medio, atque adhuc in diſceptatione verſantem, pari vterque ambitu ad ſe trahebat. Verum Albinus, deſpecto fœdere ac iureiurando, quum ſit noſtro munere adeptus quæ tantum legitimis liberis tribuuntur, hoſtis eſſe mauult nobis quam familiaris. Vt igitur pridem beneficio affectum, honore

στρατιωτικὸν,[a] ἐρωτηθῆναι μή τι φέροι ὑπὸ κόλπον. Ὡς δὴ οὖν ἀφίκοντο οἱ τοῦ Σεβήρου ἀγγελιαφόροι, τά τε γράμματα δημοσίᾳ ἀποδόντες, ἠξίουν αὐτὸν ἀποστάντα ἐπακοῦσαι τινῶν ἀπορρήτων· ὑποπτεύσας ὁ Ἀλβῖνος, συλληφθῆναι κελεύει αὐτούς· ἰδίᾳ τε βασανίσας, πᾶσαν μανθάνει τὴν ἐπιβουλήν· καὶ τοὺς μὲν κολάζει, αὐτὸς δὲ ἤδη ὡς πρὸς ὁμολογούμενον ἐχθρὸν παρεσκευάζετο. Γνοὺς δὲ ταῦτα ὁ Σεβῆρος, καὶ πάντα μὲν ἐνθύμως πράττων, ὀργῆς δὲ ἥττων ὢν φύσει, οὐκέτι τὴν ἔχθραν ἔκρυπτεν· ἀλλὰ συγκαλέσας πᾶν τὸ στρατιωτικὸν, ἔλεξε πρὸς αὐτοὺς τοιάδε· Μήτε κουφότητα τις ἡμετέραν [b] οἴεσθω ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἡμῖν ἐγκαλείτω, μήτ' ἄπιστον καὶ ἀγνώμονα πρὸς τὸν νομισθέντα φίλον ἡγείσθω. τὰ μὲν γὰρ παρ' ἡμῶν πάντα ὑπῆρξεν αὐτῷ, βεβαίας βασιλείας κοινωνία, πράγματος οὗ μόλις τις καὶ ἀδελφοῖς γνησίοις μεταδίδωσιν. ὃ δὲ ἐμοὶ μόνῳ ὑμεῖς ἐχειροτονήσατε, τοῦτ' ἐγὼ πρὸς ἐκεῖνον ἐνειμάμην. μεγάλων τέ μοι κατατεθεισῶν † εἰς αὐτὸν εὐεργεσιῶν, ἀχαρίστους τὰς ἀμοιβὰς Ἀλβῖνος ἀποδίδωσιν. 67
[c]ὅπλα καὶ στρατὸν ἐφ' ἡμᾶς συσκευάζεται, καταφρονήσας μὲν τῆς [d]ὑμετέρας ἀνδρείας, ἀμελήσας δὲ τῆς πρός με πίστεως· ἀπλήστῳ τε ἐπιθυμίᾳ βουλόμενος λαβεῖν μετὰ κινδύνων οὗ τὸ μέρος εἶχεν ἄνευ πολέμου καὶ μάχης· οὔτε θεοὺς αἰδεσθεὶς, οὓς πολλάκις ὤμοσεν, οὔτε τῶν ὑμετέρων καμάτων φεισάμενος, οὓς μετὰ τοσαύτης δόξης τε καὶ ἀρετῆς ὑπὲρ ἡμῶν ἐκάμετε. ἐν γὰρ οἷς κατωρθώσατε, κἀκεῖνος τὸ μέρος ἐκαρποῦτο. ἔσχε δ' ἂν τι καὶ μεῖζον, εἰ καὶ τὸ πιστὸν ἐτήρει, τῆς ἀμφοτέροις ἡμῖν παρ' ὑμῶν μεμερισμένης τιμῆς. ὥσπερ δὲ ἄδικον τὸ ἄρχειν ἔργων πονηρῶν, οὕτως ἄνανδρον τὸ μὴ ἀμύνεσθαι* πρὸς ἀδικούμενον. καὶ Νίγρῳ μὲν πολεμοῦντες, οὐχ οὕτως εὐλόγους εἴχομεν αἰτίας ἔχθρας, ὡς ἀναγκαίας. οὐ γὰρ παρ' ἡμῖν προϋπάρχουσαν ἀρχὴν ὑφαρπάζων μεμίσητο, ἐν μέσῳ δὲ ἐρριμμένην καὶ ἀμφήριστον οὖσαν, ἑκάτερος ἡμῶν ἐξ ἰσοτίμου φιλοτιμίας εἰς αὐτὸν ἀνθεῖλκεν. [e]Ἀλβῖνος δὴ, σπονδῶν καὶ ὅρκων καταφρονήσας, καὶ τούτου παρ' ἐμοῦ τυχὼν οὗ μόνῳ τις υἱῷ γνησίῳ μεταδίδωσιν, ἐχθρὸς μὲν ἀντὶ φίλου, πολέμιος δὲ ἀντὶ οἰκείου γενέσθαι προῄρηται. ὥσπερ δὲ αὐτὸν εὐεργετοῦντες πρότερον τιμῇ καὶ

a For. ἐρωτηθείη, aut ἐρωτηθεὶς τι. b Suſpecta eſt hoc loco vox οἴεσθω. c For. ὅπλα γὰρ καὶ στρ. d Polit. ἡμετέρας: ſed aptius ὑμετέρας. e Scribo Ἀλβῖνος δ', σπονδ. ¶ IN VERS. L. 1 prompto & iracundo ing. M. 2 germanis, M. alii genuinis. 3 arma & copias comparat aduerſum nos, contempta fortitudine veſtra, & ſpreta quam mihi dederat fide: 4 maius aliquid ei contigiſſet illo qui vtrique noſtrum diuiſus a vobis erat honore. Vt autem iniuſtum eſt, auctorem iniuriarum eſſe: ita eſt ignaui, acceptas non vlciſci. Ac dum quidem aduerſus N. bellum gereremus, n. 5 ſed iacentem eum in med.

δόξῃ ἐτιμήσαμεν καὶ ἐκοσμήσαμεν, οὕτω καὶ νῦν αὐτοῦ τὸ ἄπιστον καὶ ἄνανδρον τοῖς ὅπλοις ἐλέγξωμεν. οὐδὲ γὰρ ὑπομενεῖ ὁ ἐκείνου στρατὸς, ὀλίγος ὢν καὶ νησιώτης, τὴν ὑμετέραν δύναμιν. οἳ γὰρ μόνοι καὶ καθ᾽ αὑτοὺς, προθυμίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ τοσαύταις μάχαις ἐνικήσατε, καὶ πᾶσαν ἀνατολὴν ὑπετάξατε, πῶς οὐχὶ νῦν, [καὶ] προσελθούσης ὑμῖν τοσαύτης συμμάχου δυνάμεως, σχεδόν τε παντὸς τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἐνταῦθα ὄντος, ῥᾷστα κρατήσετε ὀλίγων τε ὄντων καὶ μηδὲ ὑπὸ γενναίῳ καὶ νήφοντι ἀνδρὶ στρατηγουμένων; τίς γὰρ αὐτοῦ τὸ ἁβροδίαιτον οὐκ οἶδεν, ὡς χοίροις αὐτοῦ μᾶλλον ἁρμό-
68 ζει τὸν βίον ἢ φάλαγξιν; † ἴωμεν οὖν, τῇ συνήθει χρώμενοι προθυμίᾳ τε καὶ ἀνδρείᾳ, γενναίως ἐπ᾽ αὐτόν· θεούς τε ἔχοντες βοηθοὺς, εἰς οὓς ἐπιορκήσας ἠσέβησε· τρόπαιά τε ἃ πολλάκις ἠγείραμεν, ὧν ἐκεῖνος κατεφρόνησε. Τοιαῦτά τινα εἰπόντος τοῦ Σεβήρου, ὁ στρατὸς ἅπας τὸν μὲν Ἀλβῖνον πολέμιον ἀνηγόρευσεν· εὐφημήσαντες δὲ τὸν Σεβῆρον, πᾶσάν τε προθυμίαν διὰ τῆς βοῆς ὑποσχόμενοι, ἔτι καὶ μᾶλλον παρώρμησαν αὐτὸν, ἀγαθάς τε ὑπέφηναν τὰς ἐλπίδας. ὁ δὲ, ἐπιδοὺς αὐτοῖς μεγαλοφρόνως δωρεὰς, τῆς ἐπὶ τὸν Ἀλβῖνον ὁδοῦ εἴχετο. ἔπεμψε δὲ καὶ τοὺς τὸ Βυζάντιον πολιορκήσοντας· ἔμενε γὰρ ἔτι κεκλεισμένον, τῶν στρατηγῶν τοῦ Νίγρου ἐκεῖσε καταφυγόντων. ὅπερ ἑάλω ὕστερον λιμῷ· πᾶσά τε ἡ πόλις κατεσκάφη· καὶ θεάτρων τε καὶ λουτρῶν, παντός τε κόσμου καὶ τιμῆς ἀφαιρεθὲν τὸ Βυζάντιον, κώμη δουλεύειν Περινθίοις δῶρον ἐδόθη, ὥσπερ καὶ Ἀντιόχεια Λαοδικεῦσιν. ἔπεμψε δὲ καὶ χρήματα πλεῖστα εἰς ἀνοικισμὸν τῶν πόλεων ἃς ἐλυμήνατο ὁ Νίγρου στρατός. αὐτὸς δὲ τῆς ὁδοῦ εἴχετο, μηδεμίαν ἀνοχὴν ἀναπαύλης διδοὺς μήτε ἑορταῖς μήτε καμάτοις, κρύους καὶ θάλπους ὁμοίως καταφρονῶν. πολλάκις γοῦν διὰ τῶν δυσχειμέρων καὶ ὑψηλοτάτων ὀρῶν τὴν ὁδοιπορίαν ποιούμενος, ὑπὸ νιφετοῖς καὶ χιόσιν ἀκαλύπτῳ τῇ κεφαλῇ ὡδοιπόρει, προθυμίας καὶ ἀνδρείας τὸ ἐνδόσιμον τοῖς στρατιώταις ἔργῳ διδούς· ὡς μὴ μόνον αὐτοὺς φόβῳ καὶ νόμῳ ἀντέχειν πρὸς τοὺς καμάτους, ἀλλὰ μιμήσει καὶ ζήλῳ τοῦ βασιλέως. ἔπεμψε δὲ καὶ στρατὸν [a] δυνάμεως, τ

gloriaque cohoneſtauimus: ita nunc perfidioſum atque imbellem ipſius animum coarguamus armis. Neque enim ſuſtinere ille exercitus poterit exiguus atque inſularis vires [1] noſtras. Nam quum vos propemodum ſoli alacritate quadam & virtute veſtra tã multis prœliis peruiceritis, totumque vobis orientem ſubegeritis, quis dubitet quin nunc quoque, [2] tantarum acceſſione virium, (quippe hic totus pene Romanus exercitus) facile profligaturi paucos ſitis, ne ſub viro quidem ſobrio, nedum ſub forti duce, militantes? Quis enim luxuriam illius ignorat, vitamque hominis ſubulcorum potius gregibus quã militum legionibus congruentem?
† Proinde eamus audacter in illum 68
qua ſolemus alacritate animi atque virtute; diis freti auctoribus, ab eodem impie peieratis; ſimul memores excitatorum ſæpe a nobis tropæorum, quæ ſcilicet ab ipſo deſpecta ſunt. Hæc loquuto Seuero, confeſtim exercitus vniuerſus Albinum hoſtem declarat: exceptoque fauſtis acclamationibus ipſo, nihil non alacritatis & ſtudii clamoribus oſtendentes, magis magiſque hominem ſpe addita ſuccenderunt. Qui ampliſſimo donatiuo milites proſequutus, ſtatim vniuerſos contra Albinum educit: miſſis item pariter qui Byzantium expugnarent, clauſam adhuc, receptis Nigri ducibus. quæ deinde vrbs fame capta, totaque plane diruta, ſimul theatro thermiſq;, omnique cultu atque honore detracto, & in vici formam redacta, Perinthũſque *in ſeruitutem* adiudicata eſt, quẽadmodum Antiochia quoque Laodicenis. Tum pecuniæ magnam vim curauit ad reficiendas inſtaurandaſque vrbes quas Nigriani milites deuaſtauerant. Ipſe iter faciebat ſine intermiſſione, neque feſtos dies neque labores vllos magnopere curãs, algoris atque æſtus iuxta patiens. [3] ſæpe etiam per altiſſimos montes hieme ſæua, niuibus cælo ingruentibus, ibat aperto capite; vt milites ad alacritatem patientiamq; laborum re ipſa cohortaretur. Quocirca non metu quodam ac lege, ſed æmulatione magis atq; exemplo principis, ad perferenda omnia incitabantur. Miſit etiam qui

---

a For. μετὰ μεγάλης δυνάμεως, *aut aliquid tale ſcripſit. Legimus certe & ſupra,* δυνάμει στρατοῦ. ¶ IN VERS. L. 1 veſtras, M. 2 quum tantæ copiæ auxiliares acceſſerint: ; 3 ſæpe etiam per montes magnis rigoribus infeſtos atque altiſſimos iter faciens, ſub grandine & niuibus aperto capite incedebat, alacritatis & ſtrenuitatis occaſionem militibus reipſa præbens: ita vt non ſolum metu & lege, ſed etiam æmul. atque ex. pr. ad reſiſtendum laboribus incitarentur.

anguſtias occuparent Alpium, atque aditus Italiæ obſiderent. Enimuero poſtquam nuntiatum Albino eſt nihil cunctari Seuerum, [1] ſed adeſſe iam, ſupinus hactenus ac delicias agitans, magno tum metu perculſus, [2] ſtatim e Britannia tranſmittens, in aduerſo Galliæ litore caſtra collocauit: litteriſque ad vicinarum gentium
69 præſides miſſis, pecunias † commeatumque exercitibus iuuandis corrogabat. [3] Qui igitur dicto audiẽtes fuerunt, peſſime illud in ſe cõſuluerunt, nullo non ſupplicio dein poſt bellum affecti: qui vero imperium detrectauerunt, quum quidem felicius quam prudentius id egiſſent, euaſere incolumes; euẽtu ac fortuna rerum vtraque conſilia diſcernentibus. Sed vbi iam in Galliam Seueri copiæ peruenerunt, leues quædam primo pugnæ quaſique velitares fuerunt: donec poſtremo apud [4] Lugdunũ, magnam vrbem atq; opulentã, prœlium in manibus fuit. Nam quum ſe mœnibus tenuiſſet Albinus, exercitus emiſit in pugnam. Vt vero ad manus ventũ, diu quidẽ vtrimq; decertatum eſt æquis viribus, ſic vt ambigua victoriæ fortuna penderet. ne q; enim Britanni vel animi magnitudine, vel auiditate cędis, Illyricis conceſſerint. Ita conflictu primo valentiſſimorum exercituum neutrã in partem acies inclinabat. Atque, vt nonnulli prodiderunt eius ætatis auctores, qui non ad gratiam ſed ad fidem loquuntur, longe potior fuit Albini acies, qua in parte Seuerus curabat: ſic vt fugerit quoque, & ab equo ceciderit, abiectoque paludamento deliruerit. Sed inſequentibus iam vitulantibuſque Britannis, ceu plane victoribus, apparuiſſe extemplo Lætum Seueri ducem, cum *eo cui præerat* recenti adhuc exercitu, *& qui extra pugnam fuerat.* [5] quippe male audiit; quaſi euentum pugnæ exſpectauerit, cũctatus de induſtria retento milite, vt ſibimet imperium vindicaret: ſiquidem non prius in pugnã protulit pedem, quã vbi Seuerus cecidiſſe nuntiatus. Quam ſuſpicionem etiam deinde euentus approbauit. quippe rebus omnibus

τὰ στενὰ τῶν Ἄλπεων καταληψόμενον, καὶ φρουρήσοντα τῆς Ἰταλίας τὰς εἰσβολάς. Ὡς δὲ ἀπηγγέλη τῷ Ἀλβίνῳ μὴ μέλλων ὁ Σεβῆρος, ἀλλ' ἤδη παρεσόμενος, ὑπτιάζοντι καὶ τρυφῶντι μεγάλην ταραχὴν ἐνέβαλε. περαιωθεὶς δὲ ἀπὸ τῆς Βρεττανίας ἐς τὴν ἀντικειμένην Γαλλίαν, ἐστρατοπέδευσεν. ἔπεμψέ τε εἰς πάντα τὰ γειτνιῶντα ἔθνη· τοῖς τε ἡγουμένοις ἐπέστελε, † χρήματά τε 69
πέμπειν καὶ τροφὰς τῷ στρατῷ. καὶ οἱ μέν, πεισθέντες, ἔπεμψαν ὀλεθρίως· (ὕστερον γὰρ ἐκολάσθησαν) ὅσοι δὲ οὐκ ἐπείσθησαν, εὐτυχῶς μᾶλλον γνόντες ἢ εὐβούλως, ἐσώθησαν. ἡ γὰρ ἀπόβασις καὶ ἡ τύχη τοῦ πολέμου, τὰς ἑκατέρων γνώμας ἔκρινεν. Ἀφικομένης δὲ τῆς τοῦ Σεβήρου δυνάμεως εἰς τὴν Γαλλίαν, γεγόνασι μέν τινες ἀκροβολισμοὶ καθ' ἕτερα χωρία· ἡ δὲ τελευταία, περὶ Λούγδουνον, μεγάλην πόλιν καὶ εὐδαίμονα· ἐν ᾗ κατακλείσας ἑαυτὸν ὁ Ἀλβῖνος ἔμενε, τὸν δὲ στρατὸν εἰς τὴν μάχην ἐξέπεμψε. γενομένης δὲ συμβολῆς καρτερᾶς, ἐπὶ πλεῖστον μὲν ἰσόρροπος ἔμενεν ἑκατέροις τῆς νίκης ἡ τύχη. καὶ γὰρ οἱ Βρεττανοὶ ἀνδρείᾳ τε καὶ θυμῷ φονικῷ οὐδὲν τῶν Ἰλλυριῶν ἀπολείπονται. γενναίων οὖν στρατῶν μαχομένων, οὐ θατέρων ῥᾳδία ἦν ἡ τροπή. ὡς δέ τινες τῶν τότε ἱστόρησαν, οὐ πρὸς χάριν ἀλλὰ πρὸς ἀλήθειαν λέγοντες, πολύ τι ὑπερέσχεν ἡ φάλαγξ τοῦ Ἀλβίνου στρατοῦ καθ' ὃ μέρος ἐτέτακτο Σεβῆρος, καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατός· ὡς φυγεῖν τε αὐτὸν καὶ τοῦ ἵππου ἐκπεσεῖν· ἀπορρίψαντα δὲ τὴν χλαμύδα τὴν βασιλικήν, λαθεῖν. ἤδη δὲ διωκόντων καὶ παιανιζόντων τῶν Βρεττανῶν, ὡς δὴ νενικηκότων, ἐπιφανῆναι Λαῖτον, στρατηγὸν ὄντα Σεβήρου, σὺν τῷ στρατῷ οὗ ἦρχεν, ἀκμῆτί τε ὄντι καὶ ἔξω μάχης γεγονότι. Διαβάλλουσι δὲ αὐτόν, ὡς καραδοκήσαντα τὴν ἀπόβασιν τῆς μάχης, καὶ ἑκόντα βραδύναντα, τὸν δὲ ὑφ' ἑαυτῷ στρατὸν ἀκμῆτα τηρήσαντα, τὴν ἀρχὴν ἑαυτῷ μνώμενον, τότε ἐπιφανῆναι ὅτε ἔμαθε τὸν Σεβῆρον πεπτωκότα. πιστοῦται δὲ τὴν διαβολὴν ταύτην ἡ ἀπόβασις. ὕστερον γὰρ ὁ Σεβῆρος, μετὰ τὸ πάντα

a *Paulo poſt dicit τὸν ὑφ' ἑαυτῷ στρατόν, item* [illegible]. ¶ IN VERS. L. 1 ſed iamiam adfuturum. 2 a Britannia tranſmittens in oppoſitam ei Galliam, caſtra collocauit, M. 3 Et nonnulli quidem, ab eo perſuaſi, miſerunt, in ſuam ſane perniciem: (poſtea enim ſupplicio affecti fuerunt) qui vero adduci non potuerunt vt id facerent, inito feſici potius quam prudenti conſilio, incol. euaſerunt. euentus enim & fortuna belli de vtrorumque conſilio iudiciũ tulit. 4 [*fortaſſe* Londinum; *vt ex ſequentibus patebit. Gryph. ed.*] 5 Eum autem accuſant quaſi euẽtum pugnæ exſpectauerit, imminens occaſioni, & de induſtria cunctatus ſit: ac, quum exercitum cui præerat, recentem ſeruaſſet, quod ſibi imperium deſtinaret, tum demum fuiſſe conſpectum quum Seuerum cecidiſſe intellexit. Fidem vero huius accuſationis facit euentus *id eſt, fidem huius rei de qua fuit accuſatus.*

κατορθῶσαι,

κατορθῶσαι, καὶ εἶναι ἐν ἀμεριμνίᾳ βίῳ, τοὺς μὲν ἄλλους πάντας αὐτοῦ στρατηγοὺς μεγάλως ἠμείψατο· τὸν δὲ Λαῖτον μόνον, [a] ὡς εἰκὸς, μνησικακήσας, διεχρήσατο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο· τότε
70 δὲ οὖν, ὡς προείρηται, † τοῦ Λαίτου ἐπιφανέντος σὺν νεαρῷ τῷ στρατῷ, οἱ μὲν τοῦ Σεβήρου ἐπερρώσθησαν· τὸν δὲ Σεβῆρον τοῦ ἵππου ἐπεβίβασαν, καὶ τὴν χλαμύδα περιέθεσαν. οἱ δὲ τοῦ Ἀλβίνου, οἰόμενοι ἤδη νενικηκέναι, καὶ ἀτακτότεροι εὑρεθέντες, αἰφνιδίως αὐτοῖς ἐπιπεσούσης γενναίας καὶ οὐ προηγωνισμένης δυνάμεως, ἐπ᾽ ὀλίγον ἀντισχόντες, εἶξαν· τροπῆς τε καρτερᾶς γενομένης, ἐδίωξαν αὐτοὺς φονεύοντες οἱ Σεβήρου, μέχρις οὗ ἐς τὴν πόλιν εἰσέβαλον. τὸ μὲν οὖν πλῆθος τῶν ἑκατέρωθεν ἀνῃρημένων ἢ ἁλόντων, ὡς ἕκαστος ἐβουλήθη τῶν τότε συγγραψάντων, ἱστόρησαν. [b] Οἵ τε τοῦ Σεβήρου, τήν τε πόλιν Λουγδούνου διαρπάσαντες καὶ ἐμπρήσαντες, τόν τε Ἀλβῖνον συλλαβόντες, καὶ τῆς κεφαλῆς ἀφελόντες, κομίσαντες αὐτὴν τῷ Σεβήρῳ, δύο τὰ καὶ μέγιστα ἤγειραν τρόπαια, τὸ μὲν ἐν ἀνατολῇ, τὸ δὲ ὑπ᾽ ἄρκτῳ· ὡς μηδὲν ταῖς Σεβήρου μάχαις ἢ νίκαις παραβάλλεσθαι, μήτε πλήθει δυνάμεως, μήτε ἐθνῶν κινήσεσιν, ἀριθμῷ τε παρατάξεων, ὁδοιπορείας τε μήκει καὶ τάχει. μεγάλαι μὲν γὰρ αἱ Καίσαρος πρὸς Πομπήιον ἑκατέρωθεν στρατοπέδων Ῥωμαϊκῶν μάχαι, καὶ [c] αὐτοῦ Σεβαστοῦ πρὸς Ἀντώνιον ἢ τοὺς Πομπηίου παῖδας, εἴτε τι πρότερον Σύλλᾳ ἢ Μαρίῳ ἐν ἐμφυλίοις καὶ Ῥωμαϊκαῖς μάχαις ἢ ἄλλοις πέπρακται·* ἕνα δὲ ἄνδρα τρεῖς καθελόντα βασιλέας ἤδη κρατοῦντας, καὶ τοῦ μὲν ἐν Ῥώμῃ στρατοῦ σοφίᾳ περιγενέσθαι, καὶ τὸν ὄντα ἐν τῇ βασιλείῳ αὐλῇ καθῃρηκέναι· τὸν δὲ, τῆς ἐν τῇ ἀνατολῇ κρατοῦντα πάλαι, καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων βασιλέα κληθέντα· τὸν δὲ, ἐν Καίσαρος τιμῇ καὶ ἐξουσίᾳ γεγονότα, χειρωσάμενον ἀνδρείᾳ, οὐκ ἔστιν ἄλλον ῥᾳδίως εἰπεῖν. Τέλει μὲν δὴ τοιούτῳ ὁ Ἀλβῖνος ἐχρήσατο, πρὸς ὀλίγον ἀπολαύσας ὀλεθρίου τιμῆς. Ὁ δὲ Σεβῆρος, θυμῷ καὶ ὀργῇ εὐθέως πρὸς τοὺς ἐν Ῥώμῃ φίλους αὐτοῦ ἐχρῆτο· καὶ πέμψας τὴν κεφαλὴν τοῦ
71 Ἀλβίνου, δημοσίᾳ ἀνασταυρωθῆναι † κελεύσας, γράμμασί τε τῷ δήμῳ τὴν νίκην ἑαυτοῦ δηλώσας, ἐπὶ τέλει καὶ τοῦτο προσέθηκε, πεπομφέναι τὴν κεφαλὴν

ex ſententia mox compoſitis, atq; in maxima ſecuritate agitans Seuerus, quum quidē ceteros belli duces magnis affeciſſet præmiis, Lętum ipſum tamen ([1] vt par fuit) memor proditionis, morte mulctauit. Sed iſta quidem poſt fuere: tunc autē † conſpecto (vt diximus) Læto, *cum recenti adhuc exercitu*, ſpes addita Seuerianis eſt; ac ſublatus in equum Seuerus, & paludamēto purpureo circumdatus. 70
At Albiniani, iam ſe victores rati, cōfuſis ordinibus, incitante ſe in eos de improuiſo valida recentiq; hoſtium manu, quum paulum primo reſtitiſſent, terga demum verterunt. Fuſos igitur fugatoſque eos perſequuti Seueriani, magna edita ſtrage, ad vrbē ipſam peruenerunt. Occiſorū vtrimque aut captiuorum numerus, varie, prout viſum eius ætatis ſcriptoribus, proditur. Direpta mox incenſaq; [2] Lugdunum, & Albino caput abſciſſum perlatumq; ad Seuerum eſt. Ita duo maxima excitata tropæa, ad orientem ac ſeptemtriones: ſic vt nihil ſit quod cum Seueri * cōtentionibus aut victoriis conferas, ſiue copiarum multitudinem, ſiue nationū motus, ſiue numerum pugnarum, ſiue itinerum lōgitudinem celeritatemq; conſideres. Nam Cæſaris quidem res aduerſus Pompeium, Romano vtrimq; milite, magnæ profecto fuerūt; item Auguſti aduerſus Antoniū aut Pompeii liberos; & quæ antea a Sylla Marioq; ciuilib. externiſq; prœliis geſta ſunt: ſed qui vnus vir tres Imperatores rerum iam potitos ſuſtulerit, qui vrbanos exercitus, Romam ipſam ac Palatium obtinētes, aſtu [3] circumuenerit; quique vnum e principibus in ipſa palatina aula curauerit occidendum, alterumque iterum in oriento rurſus gubernacula rerum tenētem, appellatumque a Romanis Imperatorem, tertium porro Cæſaris honore atq; auctoritate præditum, in poteſtatem redegerit, haud facile alter inuenietur. Hunc finem vitæ habuit Albinus; breui ſane lætatus funeſto honore. Ceterum Seuerus omnem ſtatim iram atq; atrocitatem animi ſuam, in illius neceſſarios Romæ effudit. ac primo quidem præmiſſo in vrbem capite Albini abſciſſo, iuſſoq; † publice patibulo præfigi, in 71
ima epiſtola, qua de ſua victoria populum edocebat, hoc quoque adſcripſit; ideo ſe caput

a *Hæc verba,* ὡς εἰκὸς, *cum* μνησικακήσας *Herod. iunxiſſe puto: & intellexiſſe,* vt veriſimile eſt, *non,* vt par fuit, *ſicut vertit Polit.* b *Scribo* οἱ δὲ. c *Scribo* αὐτοῦ. ¶ IN VERS. L. 1 *Vide annot. quæ eſt e regione.* 2 [Londinum *pro* Lugdunum *ſcriptum in edit. Gryph.*] 3 ſuperauerit, M.

illud publice in patibulo ſpectādum miſiſſe, vti exemplum caperent quid item ipſis patiendum foret. Rebus igitur Britanniæ ordinatis, quum totius inſulæ adminiſtrationē bifariam diſpertiſſet; itemq; omni Gallia (quēadmodū quidē *ſibi* videbatur) compoſita ex ſententia; ſupplicioque de Albini amicis ſumpto, ſiue quos ei ſua quemq; voluntas, ſiue neceſſitas adiunxerat; *bonisq. ipſorum publicatis*; cōtinuo Romam proficiſcitur, exercitum ſecum omnem adducens, quo terribilior videretur. Confectoq; magna velocitate itinere, quemadmodum conſueuerat, infeſtus adhuc ſuperſtitib. Albini amicis, Romam intrat, occurrente laureato populo, ac magno honore fauſtiſq; acclamationibus excipiente, ſenatuque vniuerſo conſalutante: tametſi pleroſq; metus conſternauerat, quod ſibi haudquaquam parſurū rebantur, immitem ſuapte natura & ſanguinariū, neq; ſane magna cauſa indigentē ad inferēdas iniurias, [1] ceterū tunc probabiles odii rationes habiturū. Poſtea vero quā in templū Iouis ingreſſus eſt, omniaque ſacrificia de more peregit, reuerſus in palatiū, magnoq; congiario populum Romanum, victorię nomine, proſequutus, ac nummos militib. largitus eſt; ſimul alia permulta indulſit, quæ numquā antea acceperāt. Nam & frumenti ſummā primus adauxit; & aureis anulis vti, & domi habere mulierem permiſit: quæ omnia procul a militari diſciplina, ſuccinctos eos paratoſq; ad bellū minime pręſtitura videbantur. Primuſq; ipſe duritiam atq; aſperitatem victus, tolerantiamq; laborum, diſciplinamque omnem ac ducum reuerentiā ſubuertit, inhiare pecuniis & [2] mūditias colere militibus inſuefactis.

72 † His ergo optime pro ſuo iudicio cōſtitutis, curiam deinde ingreſſus, ſedenſque imperatoria ſella, accuſare infit truculenta oratione Albini amicos, prolatis etiā quorūdam arcanis epiſtolis, quas apud illū ſepoſitas deprehendiſſet; quibuſdā autem exprobrans q̃ eū ſplendidioribus muneribus affeciſſent; aliis, quod [3] amici orientalibus; aliis, quod Albino fuerunt notiores.

αὐτοῦ, δημοσίᾳ προείσαλον ἀνασταυρωθῆναι κελεύσας, ἵνα αὐτοὺς οἷόνπερ ἐδείκνυεν αὐτῷ τὸν θυμόν, [a] ἴδη καὶ τὴν πρὸς ἐκείνους ὀργήν. Διοικήσας δὲ τὰ κατὰ τὴν Βρεττανίαν, καὶ διελὼν εἰς δύο ἡγεμονίας τὴν τοῦ ἔθνους ἐξουσίαν, τά τε κατὰ τὰς Γαλλίας ὡς ᾤετο ἄριστα διαθείς, πάντας τε τοὺς Ἀλβίνου φίλους, εἴτε ἑκουσίως εἴθ' ὑπὸ ἀνάγκης αὐτῷ γνωρισθέντας, φονεύσας, τάς τε οὐσίας αὐτῶν δημεύσας, εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείγετο, ἄγων ἅπαντα τὸν στρατὸν σὺν αὐτῷ, ὡς φανείη φοβερώτερος. ἀνύσας δὴ πολλῷ τὴν ὁδοιπορίαν τάχει, ὥσπερ ἦν ἔθος αὐτῷ, χαλεπαίνων πρὸς ἔτι περιόντας τοὺς ἐκείνου φίλους, εἰς τὴν Ῥώμην εἰσήλασεν. ὁ δὲ δῆμος αὐτὸν δαφνηφορῶν μετὰ πάσης τιμῆς καὶ εὐφημίας ὑπεδέξατο· ἥ τε σύγκλητος προσηγόρευε, οἱ πλεῖστοι ἐν μεγίστῳ δέει καθεστῶτες· λογιζόμενοι ὅτι αὐτῶν οὐ φείσεται, φύσει μὲν ὢν ἐχθρὸς χαλεπώτατος, καὶ μικρᾶς προφάσεως δεόμενος εἰς τὸ ἀδικῆσαι, τότε δὲ δοκῶν καὶ εὐλόγους ἔχειν αἰτίας. Ὁ δ' οὖν Σεβῆρος, εἰς τὸ τοῦ Διὸς τέμενος ἀνελθών, καὶ τὰς λοιπὰς τελέσας ἱερουργίας, ἐπανῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τῷ δήμῳ προύθηκεν ἐπὶ ταῖς νίκαις μεγίστας νομάς. τοῖς τε στρατιώταις ἐπέδωκε χρήματα πλεῖστα· ἄλλα τε πολλὰ συνεχώρησεν ἃ μὴ πρότερον εἶχον. καὶ γὰρ τὸ σιτηρέσιον αὐτοῖς πρῶτος ηὔξησε, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς χρήσασθαι ἐπέτρεψε, γυναιξί τε συνοικεῖν· ἅπερ ἅπαντα σωφροσύνης στρατιωτικῆς, καὶ τοῦ πρὸς τὸν πόλεμον εὐσταλοῦς τε καὶ ἑτοίμου ἀλλότρια ἐνομίζετο. καὶ πρῶτός [b] τε ἐκεῖνος τὸ πάνυ αὐτῶν ἐρρωμένον, καὶ τὸ σκληρὸν τῆς διαίτης, τό τε εὐπειθὲς πρὸς τοὺς πόνους, καὶ εὔτακτον μετ' αἰδοῦς πρὸς * ἄρχοντας, ἐπανέτρεψε· χρημάτων τε ἐπιθυμεῖν διδάξας, καὶ μεταγαγὼν εἰς τὸ ἁβροδίαιτον. † Διοικήσας δὲ ταῦτα ὡς ᾤετο ἄριστα, καὶ ἐλθὼν εἰς τὸ σύγκλητον βουλήν, ἀνελθών τε εἰς τὸν βασίλειον θρόνον, πικρῶς κατηγόρησε τῶν Ἀλβίνου φίλων· ὧν μὲν ἐπιστολὰς προσκομίζων ἀπορρήτους, ἃς ἐν τοῖς ἐκείνου ἀποθέτοις εὗρε γράμμασιν· οἷς δὲ δῶρα ὀνειδίζων, πεμφθέντα ἐκείνῳ πολυτελέστερα· ἄλλοις δὲ ἄλλας ἐπιφέρων αἰτίας, τοῖς μὲν ἐξ ἀνατολῆς ἀνθρώποις, [c] φιλίαν, τοῖς δ' ἐπὶ θάτερα, γνῶσιν Ἀλβίνου 72

a *Malim* εἰδῇ. *Et paulo ante vera fortaſſe lectio eſt* κατ' αὐτοῦ: *hoc ſenſu*: vt quantam aduerſus illum iram oſtendebat, tantam & aduerſus ſeipſum eſſe ſciret. b *Hic quoque particulam* τε *muta in* γε. c *Cum hoc accuſ. deeſſe puto genitiuum* Νίγρου. *vt dicat* eum obieciſſe orientalibus amicitiam Nigri; iis qui in altera orbis parte eſſent, notitiam Albini. *Pro mea coniectura faciunt cum alii loci, tum vero hic paginæ ſequentis,* ἀεὶ φανεὶς ποιούμενος τὴν Βαρβαρικὴν τοῦ Ἀρμενίων βασιλέως πρὸς Νίγρον φιλίαν, ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν ἀνατολήν. *Quod ſi etiam non dicamus illum genitiuum deſiderari, ferri nequeat Politiani interpretatio.* ❡ IN VERS. L. 1 & qui tunc probabiles habere rationes videretur, M. 2 delicias, M. 3 *Longe aliam huius loci interpretationem vide in annot. e regione.*

* πάντας

πάντας τοὺς ἐξέχοντας τότε τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ τοὺς κατὰ ἔθνη πλούτῳ τε ἢ γένει ὑπερέχοντας, ἀφειδῶς ἀνῄρει· ὡς μὲν προσεποιεῖτο, χαλεπαίνων πρὸς ἐχθρούς, τὸ δ' ἀληθές, ὑπερβαλλούσης ἐν αὐτῷ φιλοχρηματίας. οὐδεὶς γοῦν βασιλέων οὕτω χρημάτων ἡττήθη. ὡς γὰρ καρτερίᾳ ψυχῆς καὶ ἀνεξικακίᾳ πόνων, διοικήσει τε στρατιωτικῶν πραγμάτων, οὐδενὸς τῶν ἐπαινουμένων ἀπελείπετο· οὕτως ἐν αὐτῷ ἐπλήθυνε τὸ φιλοχρήματον ἐξ ἀδικίας φόνων, ἐκ τῆς τυχούσης αἰτίας. φόβῳ γοῦν ἦρξε μᾶλλον τῶν ἀρχομένων ἢ εὐνοίᾳ. τῷ μέντοι δήμῳ ἐπειρᾶτο ποιεῖν κεχαρισμένα. καὶ γὰρ θέας πολυτελεῖς καὶ παντοδαπὰς συνεχῶς ἐπετέλει· καὶ θηρίων ἑκατοντάδας ἀνῄρει πολλάκις, τῶν ἀπὸ πάσης γῆς ἡμετέρας τε καὶ βαρβάρου· νομάς τε μεγαλοφρόνως ἐπεδίδου. ἐπετέλεσε δὲ καὶ ἐπινίκιον ἀγῶνα, τοὺς πανταχόθεν μούσης τε ὑποκριτὰς καὶ ἀνδρείας μαθητὰς μεταπεμψάμενος. εἴδομεν δὲ ἐπ' αὐτοῦ καὶ θέας τινὰς παντοδαπῶν θεαμάτων ἐν πᾶσι θεάτροις ὁμοῦ, ἱερουργίας τε καὶ παννυχίδας ἐπιτελεσθείσας εἰς μυστηρίων ζῆλον. αἰωνίους δὲ αὐτὰς ἐκάλουν οἱ τότε, ἀκούοντες τριῶν γενεῶν διαδραμουσῶν ἐπιτελεῖσθαι. κήρυκες γοῦν κατά τε τὴν Ῥώμην καὶ τὴν Ἰταλίαν διεφοίτων, καλοῦντες ἥκειν καὶ θεάσασθαι πάντας ἃ μήτε εἶδον, μήτε ὄψονται. οὕτως ὁ μεταξὺ χρόνος τῆς παρελθούσης ἑορτῆς καὶ τῆς μελλούσης ἐδηλοῦτο, πᾶσαν ἡλικίαν ἀνθρώπων
73 ὑπερβαίνων. † ¶ Διατρίψας δὲ ἱκανοὺς χρόνους ἐν τῇ Ῥώμῃ, τούς τε υἱεῖς αὐτοῦ κοινωνοὺς τῆς βασιλείας καὶ αὐτοκράτορας ἀποδείξας, βουλόμενος δόξαν ἄρασθαι νίκης μὴ μόνον ἐμφυλίου τε καὶ κατὰ Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων, (ἐφ' ᾗ καὶ θριαμβεῦσαι ᾐδέσθη) ἀλλὰ καὶ κατὰ βαρβάρων ἐγεῖραι τρόπαια, πρόφασιν ποιούμενος τὴν [a] Βαρσημίου τοῦ Ἀτρηνῶν βασιλέως πρὸς Νίγρον φιλίαν, ἐστράτευσεν ἐπὶ τὴν ἀνατολήν. [b] παρὼν δέ, καὶ τὴν Ἀρμενίαν καταδραμεῖν ἠθέλησε. φθάσας δὲ ὁ τῶν Ἀρμενίων βασιλεύς, χρήματά τε αὐτῷ καὶ δῶρα, ὁμήρους τε ἱκετεύων ἔπεμψε, σπονδὰς καὶ εὔνοιαν ὑπισχνούμενος.

Eoque pacto eximium quemq; e ſenatu, tum vt quiſq; in prouinciis genere aut opibus excelleret, [1] omnes ſine diſcrimine ſupplicio afficiebat: vlciſcens, vt quidem præ ſe ferebat, inimicos; ſed reuera ſubigente auaritia, qua ſupra omnes Imperatores laborauit. Nam vt animi patientia atque in laboribus perſeuerantia, ſimul rei militaris gloria, nemini etiam laudatiſſimo conceſſerit; ita quæſtui ſupra quã dici poſſet addictus, iniuſtis cędibus atq; adeo cuicuimodi ex cauſa pecuniã colligebat; imperiũ metu magis quam beneuolentia retinens. Quamquam popularis eſſe inprimis volebat, edendis omnifariam magnificentiſſimis ſpectaculis; cętenis etiam ſæpenumero occiſis beluis; quas omnibus regionibus noſtris barbariſque conquirebat. Sed & congiaria dedit vberrima, & [2] certamẽ propoſuit, vndiq; accitis ludionibus atq; athletis. Vidimus item ſub illo quoſdam omnis generis ludos, cunctis editos theatris, ſimulq; ſupplicationes & peruigilia ad formam Cereris initiorum, (SECVLARES hi tunc appellabãtur) [3] celebratos (vt aiunt) decurſo trium ſpatio ætatum. Siquidem vrbe tota atq; Italia præcones itabant conuocatum omnes ad ludos, quos nec vidiſſent hactenꝰ, nec viſuri poſtmodo forent: ita ſcilicet interuallum præteritæ futuræq; celebritatis ſupra omnem eſſe hominum ętatem ſigni-
ficantes. † [4] Igitur aliquamdiu Ro- 73
mæ moratus, participato filiis imperio, quum ſe ciuili tantũ victoria contraq; Romanos exercitus habita, clarum hactenus intelligeret, ex qua etiam triumphum recuſauerat; decreuit item barbarorum inclareſcere tropæis. Quocirca prætextu vindicandi Barſemii, Atrenorum regis, qui Nigri partes fouerat, exercitum in orientem eduxit. Iamque in Armeniam facturus impetum, præuentus a rege Armeniorum eſt, mittente obſides vltro & munera, ac ſuppliciter petente vt ſibi cũ illo inire amicitiã fœduſq; ferire liceret.

a *Βαρσήμιον antea habuimus: quam ſcript. Polit. retinet.* b *Scribo παρών. id eſt,* quum ei facultas eſſet. *verum ſi poſt παρὼν δὲ non interpungas, ſed hæc ſequentibus iungas, videri poterit aliquis infinitiuus cum ἠθέλησε deeſſe.* ¶ IN VERS. L. 1 interficiebat, nulli omnino parcens: vt quidem ſimulabat, quod ſuccenſeret inimicis; ſed re vera, quod immodica ei auaritia ineſſet. Nullus quidem certe ex Imperatoribus adeo impotenter pecunias amauit. Nam vt an. pat. atque conſtante laborum tolerantia, rerumque bellicarum adminiſtratione, nullo eorum qui laudem conſequuti ſunt, erat inferior; ita exſuperabat in eo auaritia, cædes [ob eam] iniuſte & qualibet de cauſa perpetrante: *id eſt, leuiſſimis etiam de cauſis. At Polit. hæc verba. ἐκ τῆς τυχούσης αἰτίας, cum τῷ ἐξ ἀδικίας φόνων non iunxit.* 2 ludos ob victoriam, M. 3 *Hic accuſ. ad præced.* ludos *refertur, non habita ratione eorum quæ ſunt interiecta.* 4 Qum autem longo tempore Romæ eſſet moratus, ac filios imperii participes & Cæſares declaraſſet, & gloria quam ex ciuili victoria & aduerſus Ro. exercitus reportauerat, minime cõtentus. (de qua triumphare etiã eum pudebat) aduerſus barbaros quoque tropæa excitare vellet: prætexens Barſemii Atrenorum regis amicitiã erga Nigrum, exerc. in or. eduxit.

Quare Seuerus, procedentib. ex ſententia rebus in Armenia, perrexit ad Atrenos. Sed & rex Oſroenorū Augarus ad eundem transfugit; traditiſque obſidio liberis, fidē ſuam auctorauit, ſagittariorumq; vim magnam miſit auxilio. Ceterum Seuerus regionem [1] Interamnanam agrumque Adiabenorum tranſgreſſus, etiam in Arabiam felicē excucurrit: illic enim herbæ proueniunt odoratæ; quæ nos aromata ſuffimentaq; habemus. Ibi expugnatis vicis vrbibuſq; permultis, omnemq; agrum depopulatus, in Atrenorum regionē mox ingreſſus, Atras circumſedit; vrbem ſcilicet altiſſimo impoſitam monti, ac maximis validiſſimiſq; obſeptā mœnibus, florentemq; ingenti ſagittariorū copia. Igitur hanc vrbem Seuerianus exercitus, quanta maxima vi poterat, oppugnabat: machinæq; omnifariam mœnibus admouebantur, nullo oppugnationis genere prætermiſſo. Cōtra autem Atreni audacter vrbem defenſare; [2] ſagittaſq; ac lapides superne iacientes, peſſime accipere Seuerianos; etiamq; vaſa fictilia volucribus quibuſdam venenatiſq; beſtiolis oppleta, deuoluere: quæ quum aut oculis inuolitarēt, aut in apertas corporis partes ſenſim obreperent, grauiter † ſingulos cōſauciabant. Incideratq; in morbos Romanus miles; æſtum illū cæli nimio ſole præferuidi, parū ferens: ſic vt lōge plures ob hos caſus, quam hoſtili manu interierint. Proin defatigatis iā & cōtuſis omnibus, procedente ſecus obſidione, ac plus iacturæ quam lucri Romano faciente, [3] decreuit exercitum Seuerus, priuſquam vniuerſus periret, deportare ex eis locis: triſtem videlicet infecto negotio. quippe aſſuetus vincere prœliis omnibus, victum ſe tunc putabat, quia non vicerat. Sed eum proſpera fors & fautrix ſtatim conſolatur. neque enim plane rebus infectis rediit, ſed maiore quam ſperauerat ſucceſſu. Nam impoſitus nauibus permultis exercitus vniuerſus, nequaquam ſcilicet, quo intenderat,

74

Ὁ δὲ Σεβῆρος, τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ προχωρούντων κατὰ γνώμην, ἐπὶ τὴν Ἀτρηνῶν ἠπείγετο. προσέφυγε δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Ὀσροηνῶν βασιλεὺς Αὔγαρος· τούς τε παῖδας ὁμηρεύειν εἰς ἀσφάλειαν πίστεως ἐξέδωκε, τοξότας τε πλείστους συμμάχους ἤγαγεν. Ὁ δὲ Σεβῆρος, διαβὰς τήν τε τῶν ποταμῶν μέσην γῆν καὶ Ἀδιαβηνῶν χώραν, ἐπέδραμε καὶ τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν· φέρει γὰρ πόας εὐώδεις, αἷς ἀρώμασι καὶ θυμιάμασι χρώμεθα. πολλὰς δὲ κώμας καὶ πόλεις πορθήσας, τήν τε χώραν λεηλατήσας, ἐλθὼν εἰς τὴν Ἀτρηνῶν χώραν, προσκαθεζόμενος, τὰς Ἄτρας ἐπολιόρκει. ἡ δὲ πόλις ἐπ' ἄκρας ὑψηλοτάτης ὄρους, τείχει μεγίστῳ καὶ γενναίῳ περιβεβλημένη, πλήθει ἀνδρῶν τε τοξοτῶν ἀκμάζουσα. ὁ δὲ τοῦ Σεβήρου στρατὸς προσκαθεζόμενος, ἐπολιόρκει, πάσῃ τε βίᾳ χρώμενος τὴν πόλιν ἐξελεῖν· μηχαναί τε παντοδαπαὶ προσήγοντο τοῖς τείχεσι, καὶ οὐδὲν παρελείπετο εἶδος πολιορκίας. οἱ δὲ Ἀτρηνοί, γενναίως ἀπεμάχοντο· τόξοις τε καὶ λίθοις ἄνωθεν βάλλοντες, οὐ μικρῶς ἐλύπουν τὸν τοῦ Σεβήρου στρατόν. σκεύη τε κεράμου πεποιημένα πληροῦντες πτηνῶν, μικρῶν μὲν, ἰοβόλων δὲ θηρίων, ἐπέβαλλον αὐτοῖς. τὰ δὲ, ἐμπίπτοντα ταῖς ὄψεσι, καὶ εἴ τι που παραγεγύμνωτο τοῦ σώματος, λανθάνοντα, καὶ παρεισιόντα, † τιτρώσκοντά τε αὐτούς, ἐλυμαίνετο. καὶ μὴ φέροντες τὸ πνιγῶδες τοῦ ἀέρος, διὰ τὸ ὑπερβάλλον τοῦ ἡλίου πῦρ, νόσοις περιπίπτοντες, διεφθείροντο· ὡς πλεῖστον μέρος τοῦ στρατοῦ διὰ τοιαύτας αἰτίας μᾶλλον ἀπόλλυσθαι ἢ πρὸς τῶν πολεμίων. ἀπαγορεύοντός τε τοῦ στρατοῦ πρὸς τὰ εἰρημένα, τῆς τε πολιορκίας μὴ προχωρούσης, ἀλλὰ μᾶλλον βλαπτομένων τῶν Ῥωμαίων ἢ κατορθούντων, τὸν στρατὸν ὁ Σεβῆρος, ὡς μὴ διαφθαρείη πᾶς, ἄπρακτον ἐπανήγαγε, δυσφορῶν ἐπὶ τῷ μὴ ὡς ἐβούλετο τὰ τῆς πολιορκίας αὐτῷ προκεχωρηκέναι. νικᾶν γὰρ πάντοτε ἐν ταῖς μάχαις εἰθισμένος, τὸ μὴ περιγενέσθαι, ἧτταν ἡγεῖτο. πλὴν παρεμυθήσατο αὐτὸν ἡ συναιρομένη τότε τοῖς ἐκείνου πράγμασι τύχη. οὐ γὰρ παντάπασιν ἄπρακτος ἐπανῆλθεν, ἀλλὰ μείζονα κατορθώσας ὧν ἤλπισε. καταπλέων γὰρ ὁ στρατὸς ναυσὶ πολλαῖς, οὐκ εἰς ἃς ἐβούλετο 74

¶In vers. L. 1 [q.c. Interamnem.] 2 ſagittiſque ac lapidibus ſuperne petentes, non parum negotii Seueriano exercitui faceſſebant. Quinetiam vaſa fict. volucribus, paruis quidem illis ſed venenatis, beſtiolis implentes in eos proiiciebant. 3 Seuerus exercitum, ne vniuerſus interiret, re infecta reduxit: ægre ferentem ſane quod obſidio eis ex animi ſententia non ſucceſſiſſet. Semper enim in prœliis vincere aſſuetus, quod ſuperior non euaſiſſet, id pro clade habebat. Et tamen ſolatiū attulit fortuna, quæ tunc illius rebus auxiliabatur. neque enim plane nulla re effecta rediit, ſed maiora iis quæ ſperauerat, exſequutus. Quum enim exercitus nauibus multis deueheretur, non ad Romanas, vt volebat, ripas, ſed ad Parthicas, longiſſime vndarum impetu abductus, appulit: quæ haud multorum dierum itinere aberant a Cteſiphontis aditu. *Id eſt, aditu ad Cteſiphontem; aut, via quæ fert Cteſiphontem.*

Ῥωμαίων

Ῥωμαίων ὄχθαις κατηνέχθη· ἐπὶ πλεῖστον δὲ αὐτὸν ἐξαγαγόντος τοῦ ῥεύματος, προσώκειλε ταῖς Παρθυαίων ὄχθαις, αἳ μὴ πολλῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπεῖχον τῆς εἰς Κτησιφῶντα ἀφόδου· ἔνθα ἦν τὰ βασίλεια τοῦ Παρθυαίου, καὶ αὐτὸς διέτριβεν εἰρήνην ἄγων, μηδὲν προσήκειν νομίζων ἑαυτῷ τὰς πρὸς τοὺς Ἀτρηνοὺς Σεβήρου μάχας. ἡσύχαζεν οὖν, μηδέν τι δεινὸν προσδεχόμενος. ὁ δὲ τοῦ Σεβήρου στρατὸς, ἄκων προσαχθεὶς ὑπὸ τοῦ ῥεύματος ταῖς ἐπέκεινα ὄχθαις, ἀπόβασίν τε ποιησάμενος, τὴν γῆν ἐλεηλάτει, θρέμματά τε τὰ ἐμπίπτοντα ἀπελαύνων, ἵν' ἔχῃ τροφὰς, καὶ κώμας ἐμπιπρὰς τὰς ἐμπιπτούσας. κατ' ὀλίγον τε προϊὼν, ἐπέστη Κτησιφῶντι, ἔνθα ἦν ὁ μέγας βασιλεὺς Ἀρτάβανος. προσπεσόντες δὲ οἱ Ῥωμαῖοι ἀπαρασκευάστοις τοῖς βαρβάροις, πάντα τε τὸν ἐμπίπτοντα ἐφόνευον, καὶ διήρπαζον τὰ ἐν τῇ πόλει, πάντας τε παῖδας καὶ γυναῖκας αἰχμαλώτους ἔλαβον. φυγόντος δὲ τοῦ βασιλέως σὺν ὀλίγοις ἱππεῦσι, τούς τε θησαυροὺς τῶν χρημάτων αὐτοῦ αἴρουσι, καὶ πάντα τὸν κόσμον καὶ κειμήλια ἁρπάσαντες, ἐπανίασιν. οὕτω μὲν δὴ Σεβῆρος τύχῃ μᾶλλον ἢ
75 † γνώμῃ, τῇ κατὰ Παρθυαίων νίκῃ κεκόσμηται. τούτων δὲ αὐτῷ δεξιῶς καὶ ὑπὲρ πᾶσαν εὐχὴν προχωρησάντων, ἐπέστελλε τῇ τε συγκλήτῳ καὶ τῷ δήμῳ· τάς τε πράξεις μεγαληγορῶν, τὰς μάχας τε καὶ τὰς νίκας δημοσίαις ἀνέθηκε γραφαῖς. ἡ δὲ σύγκλητος πάσας τε τιμὰς ἐψηφίσατο αὐτῷ, καὶ προσηγορίας ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τῶν κεκρατημένων.

¶ Κατορθώσας δὲ τὰ κατὰ τὴν ἀνατολὴν ὁ Σεβῆρος, εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείγετο· ἄγων καὶ τοὺς παῖδας εἰς ἡλικίαν ἐφήβων ἤδη τελοῦντας. ἀνύσας δὲ τὴν ὁδοιπορίαν, τά τε ἐν τοῖς ἔθνεσι διοικήσας, ὡς ἑκάστῳ ἀπῄτει τὸ χρειῶδες, τά τε ἐν Μυσοῖς καὶ Παίοσι στρατόπεδα ἐπελθὼν, νικηφόρος ὑπὸ τοῦ Ῥωμαίων δήμου, μετὰ μεγάλης εὐφημίας τε καὶ θρησκείας ὑπεδέχθη· θυσίας τε καὶ ἑορτὰς, θέας τε καὶ πανηγύρεις τῷ δήμῳ παρέσχε. νομάς τε μεγαλόφρονας ἐπιδοὺς, καὶ θέας τελέσας ἐπινικίους, ἐτῶν οὐκ ὀλίγων ἐν τῇ Ῥώμῃ διέτριψε, δικάζων τε συνεχῶς καὶ τὰ πολιτικὰ διοικῶν, τούς τε υἱεῖς παιδεύων καὶ σωφρονίζων. οἱ δὲ, ἤδη μειράκια ἦσαν, * ὑπὸ τῆς ἐν Ῥώμῃ τρυφῆς καὶ διαίτης, τῆς τε περὶ τὰ θεάματα ὑπερβαλλούσης σπουδῆς, ἡνιοχείας τε καὶ ὀρχήσεως,

Romanæ appulſus ripæ; ſed vndarũ impetu Parthorum ad agrum prouectus, haud procul Cteſiphonte; qua in vrbe ſedes regis eſt. Is tunc pacem agitans, ac nihil ad ſe pertinere Seueri pugñas autumans quas gereret cum Atrenis, otioſus videlicet, nihil exſpectabat mali. Ceterum Seueri exercitus, quum ad eas ripas vi fluminis inuectus, moxque in terram eſſet expoſitus, omnẽ ilico depopulari agrum cœpit; abactiſq;, vt in quæque inciderãt, pecoribus, ad veſcendum, vicíſque aliquot incenſis, paulatim vſque ad Cteſiphontem perrexerunt: qua in ciuitate magnus rex Artabanus cõmorabatur. Igitur imparatos nacti barbaros, cæſis primo quicumque [1] reſtitiſſent, direptaque mox vrbe, pueris fœminiſque in captiuitatem abductis, tantum ipſo rege cum paucis equitibus elapſo, theſauris illius ornatuque omni & ſupellectile potiti, victores regrediuntur. Ita Seuerus, fortuna magis quam cõſilio, Parthicam † victoriam adeptus 75 eſt. Igitur proſpere ſuccedentibus rebus, *ac melius quam optare fuiſſet auſus*, litteras ad ſenatum populumq; Rom. de ſe magnificas dedit; ac depictas in tabulis pugnas, victoriaſque ſuas *publice* expoſuit; nihil non honorum decernente ſenatu, & ſuper his cognomina imponente deuictarũ gentium. Ipſe interea rebus ad orientem ſic geſtis Romam reuertebatur, filios iam puberes ſecum adducens. Confectoque itinere, ac prouinciis, vt cuique vſus foret, ordinatis, Myſorumq; & Pannoniorum recognitis exercitibus, vrbem dein triumphans inuectus eſt, multis acclamationibus omnique cerimonia populo excipiente. Cui quidem ipſe feſtos dies ſacrificiaque & ſpectacula ac celebritates indulſit; magnoque dato congiario, & ludos pro victoria celebrauit. Romæ deinde haud paucos moratus annos, ius dicebat frequenter, ciuilibus negotiis & liberis erudiendis *atque* [2] *ad modeſtiam componendis*, intentus. At illi iam tum adoleſcentes, deliciis victuque vrbano, nimioque ſpectaculorum aurigationiſque & ſaltationis ſtudio,

a Scr. τὰς γραφ. ¶ IN VERS. L. 1 occurriſſent, M. 2 *Sic ipſemet Polit. alibi interpretatur Græcam vocem, quam hic prætermiſit.*

bonam indolem corruperant. Interq; ſe fratres diſſidebant, puerili primum certamine, edendis coturnicum pugnis, gallinaceorumq; conflictibus, & puerorum collucta tionibus, exorta diſcordia. Nam ſeu quid in ſcena audirent, ſiue item ſpectarent, [1] ſemper vtiq; diuerſis accedebant, nuſquam eiſdem ſtudente vtroq; ſed quod alteri carū foret, id alteri ſtatim odioſum: committentibus etiam vtrimque ipſos adulatoribus atque miniſtris, nihilq; nō ad gratiam ſuggerentibus, vt ad ſe quiſq; pro virili diuerſos retraherent. His cognitis Seuerus reducere in gratiam, atq; emēdare conabatur. [2] Tum Baſſiano, qui tunc honores imperatorios adeptus,
eligendum tibi hodie alterutrũ eſt: vt aut nos teq; vna ſerues, & ſpem meliorẽ, qua omnes freti ſumus, ampleɑaris; aut iamiam noſtris manib. intereas. Quod ſi [1] potiora malueris, multa ad ſpẽ bonã [2] viatica ſunt. quippe inuiſum omnibus Maximinũ, peſtemq; illam crudeliſſimæ tyrannidis tolles, vitamq; antehac præclare tibi actam, illuſtri gloria cumulabis: maximoſq; a ſenatu populoq; Rom. honores ac ſempiternã laudẽ nanciſceris. Sin vero abnueris, ac nobiſcum cõſpirare pernegaueris, iamiã te hîc obtruncabimus, atq; ipſi quoq; (ſi oportuerit) occiſo tibi immoriemur. [3] Maius namque facinus auſi ſumus quã vt ſalui eſſe citra deſperationem poſſimus. Iacet enim tyrãnidis miniſter, luitq; pœnas crudelitatis, noſtris [nũc nuper] manib. interẽptus. Quapropter ſi conſenſeris nobiſcum, atq; in partem periculorũ acceſſeris, cum ipſe honorem imperii conſequeris, tũ quod nos facinus perpetrauimus, [4] laude quã ſupplicio dignum reputabitur. Dum hæc loquitur adoleſcens, impatiens moræ cetera multitudo, quũ quidem eodẽ iã ciuitas vniuerſa, re vulgata, cõcurriſſet, †Gordianum vnanimes auguſtum appellant. Ille, quamuis recuſaret ac ſenectutem obtenderet, tamen ſuapte natura gloriæ auidior, haud ægre tandem honorem ſuſcepit: malens futurum dein quam præſens iam periculũ ſubire. ſimul ætate iam exacta minime recuſandũ putabat, quin (ſi ita res poſceret) etiam imperatoriis honoribus immoreretur. Igitur ſtatim tumultuari omnis Africa; ſublatiſq; Maximini honoribus, ciuitates plerç; que imagines Gordiani ac ſtatuas ponere. Sed eum quoq; a ſe cognominarunt Africanum. nam qui ad meridiem Libyes habitant, Afri Romana voce nuncupãtur. At Gordianus, aliquot dies Thyſtri commoratus, qua in vrbe hæc acta fuerant, nomen Imperatoris iam cultumque gerens; [5] Carthaginem proficiſcitur: vt in ciuitate maxima, *vt ipſe norat*, celeberrimaq;, omnia quaſi Romæ agitarentur. Siquidem vrbs illa, vel opibus, vel populi frequentia, vel magnitudine tantum Romæ concedens, cum Alexandri vrbe Ægyptiaca de ſecunda palma cõtendit. Sequebatur autẽ ipſum [6] principalis

153

[a] ἑλέσθαι σε δεῖ σήμερον σώζεσθαι μεθ' ἡμῶν, καὶ πιστεῦσαι σεαυτὸν ἐλπίδι κρείττονι, ἣ πάντες πεπιστεύκαμεν· ἢ τεθνάναι ἤδη πρὸς ἡμῶν. εἰ μὲν οὖν τὰ παρόντα ἕλοιο, πολλὰ τὰ ἐφόδια εἰς ἀγαθὰς ἐλπίδας· τό τε Μαξιμίνου παρὰ πᾶσι μῖσος, πάθος τε τυραννίδος ὠμῆς ἀπαλλάξεις, καὶ ἐν ταῖς προηγουμέναις πράξεσιν εὐδοκιμήσεις· ἔν τε συγκλήτῳ καὶ τῷ Ῥωμαίων δήμῳ γνῶσις οὐκ ἄσημος καὶ [b] τιμῆς ἔνδοξος ἀεί. ἀντειπόντι δέ σοι καὶ μὴ συμπνεύσαντι ἡμῖν, τήμερον τέλος ἐπικείσεται. ἀπολούμεθα δὲ καὶ αὐτοί, εἰ δέοι, προαπολέσαντες. ἔργον γὰρ ἡμῖν τετόλμηται μείζονος ἀπογνώσεως δεόμενον. κεῖται γὰρ ὁ τῆς τυραννίδος ὑπηρέτης, καὶ δίκας ὠμότητος παρέσχε, φονευθεὶς ὑφ' ἡμῶν. ἐφ' οἷς ἢν μὲν [c] ἡμῖν συναρῇ, καὶ κοινωνὸς τῶν κινδύνων γένῃ, αὐτός τε τῆς ἐν βασιλείᾳ τιμῆς ἀπολαύσεις, τό τε ἡμῖν πεπραγμένον ἔργον ἐπαινεθήσεται, καὶ οὐ κολασθήσεται. Τοιαῦτά τινα λέγοντος τοῦ νεανίσκου, οὐκ ἀνασχόμενον τὸ λοιπὸν πλῆθος, συνδραμόντων ἤδη καὶ πάντων τῶν κατὰ τὴν πόλιν, ὅποι διεφοίτησεν ἡ φήμη, † σεβαστὸν Γορδιανὸν ἀναγορεύει. παραιτούμενος δέ, καὶ γῆρας προϊσχόμενος ἐκεῖνος, ἄλλως δὲ φιλόδοξος ὤν, οὐδὲ ἀηδῶς ὑπέστη· ἑλόμενος μᾶλλον τὸν μέλλοντα κίνδυνον ἢ τὸν παρόντα, ἔν τε γήρᾳ ἐσχάτῳ οὐ πάνυ τι δεινὸν νομίζων εἰ δέοι ἐν βασιλικαῖς τιμαῖς καὶ τελευτῆσαι. πᾶν δὴ τὸ Λιβύων ἔθνος εὐθέως ἐκεκίνητο· καὶ τὰς μὲν τοῦ Μαξιμίνου τιμὰς καθῄρουν, εἰκόσι δὲ καὶ ἀνδριάσι Γορδιανοῦ τὰς πόλεις ἐκόσμουν· τῷ τε κυρίῳ αὐτοῦ ὀνόματι προστιθέντες, Ἀφρικανὸν ἐκάλεσαν ἀφ' ἑαυτῶν. οὕτω γὰρ Λίβυες οἱ ὑπὸ μεσημβρίαν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ καλοῦνται. Ὁ δὲ Γορδιανός, ἐνδιατρίψας τῇ Θύστρῳ, ἔνθα ταῦτα ἐπράχθη, ἡμερῶν τινῶν, ἤδη φέρων βασιλέως ὄνομα καὶ σχῆμα, ἀπάρας τε τῆς Θύστρου, εἰς τὴν Καρχηδόνα ἠπείγετο, ἣν ᾔδει μεγίστην τε οὖσαν καὶ πολυάνθρωπον· ἵν' ὥσπερ ἐν Ῥώμῃ πάντα πράττῃ. ἡ γοῦν πόλις ἐκείνη, καὶ δυνάμει χρημάτων, καὶ πλήθει τῶν κατοικούντων, καὶ μεγέθει, μόνης Ῥώμης ἀπολείπεται, φιλονεικοῦσα πρὸς τὴν ἐν Αἰγύπτῳ Ἀλεξάνδρου πόλιν περὶ δευτερείων. εἵπετο δὲ αὐτῷ πᾶσα ἡ βασιλικὴ

a Deeſſe puto τῶν ἑτέρων ante σώζεσθαι: & ita ſcribendum eſſe hunc locum: ἑλέσθαι σε δεῖ σήμερον τῶν ἑτέρων· σώζεσθαι &c. Scribi etiam poſſet ἢ σώζεσθαι. b Scribo τιμῆς ἔνδ. c Muto in ἡμῖν: nam hic in ſequentibus datiuum huic dat verbo: ſicut & alii dare ſolent. ¶ IN VERS. L. 1 præſentia, M. 2 Malim adminicula: vel adiumenta. Ad verbum tamen ſonat Gr. vox viatica. 3 Auſi enim rem ſumus quæ maiori deſperatione indiget. 4 Ellipſis particulæ magis, ſupra quoque hic a Polit. vituperata, 90, & 111. 5 Carthag. proficiſcitur, quam eſſe maximam & populoſam norat: vt omnia tamquam Romæ ageret. 6 Imperatoria pompa.

πομπὴ

πομπὴ τῶν μὲν στρατιωτῶν, οἵτινες ἦσαν ἐκεῖ, καὶ τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐπιμηκεστέρων νεανίσκων, ἐν σχήματι τῶν κατὰ Ῥώμην προϊόντων δορυφόρων, αἵ τε ῥάβδοι ἐδαφνηφόρουν· ὅπερ ἐστὶ σύμβολον εἰς τὸ διαγνῶναι τὰς βασιλικὰς ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν· τὸ δὲ πῦρ προεπόμπευεν· ὡς ὄψιν καὶ τύχην ἔχειν πρὸς ὀλίγον, ὥσπερ ἐν εἰκόνι, τῆς Ῥώμης τὴν Καρχηδονίων πόλιν. ὅ τε Γορδιανὸς γράμματά τε πάμπλειστα ἐκπέμπει πρὸς ἕκαστον τῶν κατὰ τὴν Ῥώμην πρωτεύειν δοκούντων· τοῖς τε τῆς συγκλήτου δοκιμωτάτοις ἐπιστέλλει, ὧν ἦσαν αὐτῷ πλεῖστοι φίλοι τε καὶ συγγενεῖς. ἐποίησε δὲ καὶ δημόσια γράμματα πρός τε τὸν Ῥωμαίων δῆμον καὶ τὴν σύγκλητον, δι' ὧν τήν τε Λιβύων ἐδήλου εἰς ἑαυτὸν σύμπνοιαν, τῆς τε Μαξιμίνου ὠμότητος κατηγόρει, σφοδρότατα εἰδὼς
154 † μισουμένην· αὐτός τε πᾶσαν πρᾳότητα ὑπισχνεῖτο, συκοφάντας τε πάντας φυγαδεύων, καὶ παλινδικίαν διδοὺς τοῖς ἀδίκως καταχριθεῖσι, τούς τε φυγάδας εἰς τὰς πατρίδας ἐπανάγων· [a] τοὺς δὲ στρατιώτας ὑπέσχετο ἐπίδοσιν χρημάτων ὅσην οὐδεὶς πρότερον, ὥς τε δήμῳ νομὰς ἐπήγγελλε. προὐνοήσατο δὲ τοῦ πρότερον ἀναιρεθῆναι τὸν κατὰ τὴν Ῥώμην τῶν στρατοπέδων προεστῶτα· Βιταλιανὸς δὲ ἦν ὄνομα αὐτῷ. τοῦτον ἤδη τραχύτατα καὶ ὠμότατα πράττοντα, φίλτατόν τε ὄντα καὶ καθωσιωμένον τῷ Μαξιμίνῳ· ὑποπτεύων οὖν μὴ τοῖς πραττομένοις γενναίως ἀντιστῇ, καὶ τῷ ἐκείνου φόβῳ μηδεὶς αὐτῷ συναίρηται, πέμπει τὸν ταμίαν τοῦ ἔθνους, νεανίσκον φύσει εὔτολμον, καὶ τὸ σῶμα ἐν ἀκμῇ, καὶ τὴν ἡλικίαν ἀκμάζοντα, πρόθυμόν τε ἐς τὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ κίνδυνον· παραδοὺς αὐτῷ ἑκατοντάρχας καὶ στρατιώτας τινάς, οἷς ἔδωκε κατασεσημασμένα γράμματα ἐν [a] πτυκτοῖς πίναξι, δι' ὧν τὰ ἀπόρρητα καὶ [b] κρυπτὰ ἀγγέλματα τοῖς βασιλεῦσιν ἐπιστέλλεται. κελεύει δὲ αὐτοῖς, πρὸ τῆς ἕω εἰς τὴν Ῥώμην καὶ ἐλθοῦσι, ἐπιστῆναι ἔτι δικάζοντι καὶ ἀνακεχωρηκότι τῷ Βιταλιανῷ ἐν τῷ τοῦ δικαστηρίου οἰκίσκῳ, ἔνθα μόνος τὰ ἀπόρρητα καὶ κρυπτὰ δοκοῦντα ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ βασιλέως ἠρεύνα τε καὶ ἐξήταζε· δηλῶσαί τε ὅτι φέροιεν γράμματα πρὸς Μαξιμῖνον ἀπόρρητα· ἐπὶ τοῦτό

pompa omnis, miliſque quicumq; aderant, iuueneſque vrbani procera ſtatura, ad eorum ſimilitudinem qui Romæ [1] Imperatorem comitantur: virgæ item laureatæ; quo inſigni principes a priuatis dignoſcuntur. Præterea; ignis de more præferebatur: vt ſpeciem fortunamque, exiguum ſane ad tempus, Romanæ ciuitatis Carthago repræſentaret. Ceterum Gordianus litteras cõplures [2] ad primum quemque Romam miſſitabat, atque ad proceres ſenatus; quorum erant ei permulti amici ac neceſſarii. Scripſit item publice ad S. P. Q. R. ſignificans Afrorũ erga ſe conſenſum, ſimulque accuſans Maximini crudelitatem; quam eſſe omnibus † magnopere inuiſam ſentiebat. 154
Ipſe omnem præ ſe manſuetudinem ferebat. nam & delatores omnes exilio affecit, & iis qui parum iuſto iudicio damnati fuerant, iterum defendendi ſui poteſtatem indulſit. quin exſules quoque in patriam reſtituebat: ac militibus plura ſe quam quiſquã antea, largiturum, populoque ingens daturum congiarium pollicebatur. Idem præfectum quoq; prætorii Vitalianum, ferum crudelemque hominem, cariſſimum deuotiſſimumque Maximino, in ipſa vrbe curauit interimẽdum. Siquidem ſuſpectans ne ille ſuis inceptis [3] fortiter reſiſtendo, ceteros quoque metu perterritos a ſe auerteret, mittit prouinciæ quæſtorem, adoleſcẽtem audaciſſimum, corpore validum atque ætate florentem, promptumque ad omne periculum pro ſe ſuſcipiendum, traditis centurionibus ac militibus nonnullis. [4] cui etiam litteras dedit obſignatas duplicibus tabellis; per quas arcana occultaq; negotia [5] ſignificare Imperatores conſueuerunt. Iubet itaq; illos intrare vrbem ante lucem; ac, [6] dum adhuc in actibus occupatus eſſet Vitalianus, accedere ad eum intra cellulam, vbi res ſecretas atque arcanas ad ſalutem principis pertinentes ſcrutari atq; inquirere conſueuerat: [7] habere ſe ad eum litteras arcanas a Maximino dicen-

a *Scribo* τοῖς δὲ στρατιώταις. b *Interpretationi Polit. repugnare videtur quod paulo poſt dicitur* γράμματα πρὸς Μαξιμῖνον, *nõ* ἀπὸ Μαξιμίνου. ¶IN VERS. L. 1 Imperatorẽ antegrediuntur. 2 ad vnũquemq; illorũ qui primarios honores Romæ obtinere exiſtimabãtur: quinetiã ad eos qui præcipuæ in ſenatu erãt auctoritatis. *vel*, quinetiã ad eos ſenatores quorũ præ ceteris ſpectata virtus erat. 3 fortiter reſiſteret, atque illius metu nullus ipſi auxiliaretur, mittit pr. 4 quibus, *Gr.* 5 ſignificari Imperatoribus conſ. *Polit. autem* τοῖς βασιλεῦσι *pro* ὑπὸ τοῦ βασιλέως *accepit. Vide annot.* 6 dum adhuc ius diceret, *vel* redderet. 7 ferre ſe litteras arcanas Maximino, & ad hoc a quopiam eſſe miſſos de reb. ad incolumitatem Imperatoris pertinentibus. ſimulare etiam ſe velle cum illo rem. arbitris colloqui, & quæ ſibi mandata eſſent exponere. At *Polit. dicit* mandata principis; *quorum hic genitiuus inter Herodiani verba in noſtris exempl. non exſtat. Conuenit autem cum eo quod non* πρὸς Μαξιμῖνον, *ſed* ἀπὸ Μαξιμίνου *legit: aut ſaltem perinde locum illum interpretatur ac ſi ita legerit.*

tes; ac velle etiam remotis arbitris, de rebus ad ſecuritatẽ Imperatoris ſpectantibus cum illo colloqui, ac mandata principis exponere, *ſimulantes.* dein ſignis agnoſcendis occupatum, *dum ſe aliquid dicturos ſimularent*, pugionib. quos in ſinu occultos haberent, de improuiſo cõfoderent. Quæ ſcilicet omnia ex ſententia ſucceſſerunt. Etenim ante lucem, quo tẽpore prodire illi mos fuerat, inueniunt hominem pene ſolum, paucis tantũ circumſtantibus. quippe alii nondum venerant; alii, ſalutato, abierãt priuſ-
155 quam diluceſceret. † Igitur vacante illo, ac paucis dumtaxat ante cellulã inuentis, vbi quæ ſupra diximus nuntiauerunt, facile ſcilicet intromiſſi ſunt: porrectiſque epiſtolis, contemplantem eum ſigna diligentius, prolatis pugionib. confodiunt; nudoſq; eos manibus præ ſe tenentes proſiliunt, omnibus loco cedẽtibus. Nam id Maximini factum imperio putabant: quando idem ſæpenumero etiam in eos facere cõſueuerat qui antea ipſi cariſſimi videbãtur. Dein vadentes media Sacra via, proponũt epiſtolã Gordiani ad populũ; litteraſq; itẽ ab illo conſulib. ipſis ceteriſq; reddunt, vulgata etiam fama interfecti Maximini. Quod vbi auditum eſt, ſtatim vniuerſus populus diſcurrere vndique, furenti ſimilis. Nam etſi vbique vulgus ſemper ad res nouas leuiſſimum; tamen Romana plebs inprimis, quæ ex magna variaq; etiam peregrinorum multitudine conſtat, [1]longe ceteris mobilior eſt. Igitur ſtatuæ atque imagines Maximini, ceterique honores, ſtatim conuulſi; clauſumque antea formidine [2] odium, licentia iam & poteſtate adepta, nullo prohibente effundebãt. Quare ſenatus quoq; frequens, etſi de Maximino certi nihil habebat, ex præſenti fortuna rem coniectans, abolitis illius honoribus, Gordianum filiumque ipſius auguſtos declarauerunt: ſtatimque delatores atque accuſatores vniuerſi aut effugerunt, aut ab iis quos offenderant, occidebantur. Procuratores autem, & qui ius in illius crudelitatis miniſterium dicebant, tracti a plebe ſunt, abiectique in cloacas. Multi item inſontes occiſi. nam & creditorem ſuum quiſq; , & aduerſarium in forenſibus

τε παρά του πεμφθῆναι ὑπὲρ ἀσφαλείας τοῦ βασιλέως. προσποιήσασθαι δὲ βούλεσθαι καὶ διαλεχθῆναι αὐτῷ ἰδίᾳ περί τινων, ἀπαγγεῖλαί τε τὰ ἐντεταλμένα· διασχολουμένῳ δὲ ἐκείνῳ περὶ τὴν τῶν σφραγίδων ἐπίγνωσιν, προσποιουμένους ὡς δὴ ἐροῦντάς τι, οἷς εἶχον ὑποκολπιδίοις ξίφεσι φονεῦσαι. ἅπερ πάντα προὐχώρησεν ὡς ἐκέλευσεν. ἔτι γὰρ νυκτὸς οὔσης, ὥσπερ ἐκεῖνος εἰώθει πρὸ ἡμέρας προϊέναι, [a]ὑπέστησαν αὐτῷ ἰδιάζοντι, μηδὲ πολλοῦ πλήθους παρόντος. οἱ μὲν γὰρ, οὐδέπω προσεληλύθεσαν· οἱ δὲ, προσαγορεύσαντες, πρὸ ἡμέρας ἀνακεχωρήκεσαν. † ἡσυχίας οὖν οὔσης, ὀλίγων τε περὶ τὸ οἰκίσκιον, δη- 155
λώσαντες αὐτῷ τὰ προειρημένα, ῥᾳδίως εἰσεδέχθησαν. ἐπιδόντες δὲ τὰ γράμματα, ἐκείνου ταῖς σφραγῖσι τὰς ὄψεις ἐπιβάλλοντος, προβαλόντες τὰ ξιφίδια καὶ παίσαντες, φονεύουσιν· ἔχοντές τε αὐτὰ προέχοντα, προπηδῶσιν. οἱ δὲ παρόντες, ἐκπλαγέντες, ἀνεχώρησαν, οἰόμενοι Μαξιμίνου τὴν κέλευσιν εἶναι. καὶ γὰρ ἐποίει τοῦτο πολλάκις καὶ περὶ τοὺς δοκοῦντας εἶναι φιλτάτους. καὶ ἐλθόντες δὲ διὰ μέσης τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ, προτιθέασι τὰ πρὸς τὸν δῆμον τοῦ Γορδιανοῦ γράμματα, τοῖς τε ὑπάτοις καὶ τοῖς λοιποῖς τὰ ἐπεσταλμένα διδόασι· διασκεδάννυταί τε ὑπ᾽ αὐτῶν φήμη ὡς ἄρα καὶ Μαξιμῖνος εἴη ἀνῃρημένος. Ὡς δὲ διεφοίτησε ταῦτα, εὐθέως πᾶς ὁ δῆμος, ὥσπερ ἐνθουσιῶν διέθει πανταχοῦ. καὶ πάντες μὲν γὰρ ὄχλοι, κοῦφοι πρὸς τὰ καινοτομούμενα· ὁ δὲ Ῥωμαίων δῆμος, ἐν πλήθει μεγίστῳ καὶ ποικίλῳ, συγκλύδων τε ἀνθρώπων, πολὺ καὶ ῥᾴδιον ἔχει τὸ τῆς γνώμης εὐκίνητον. ἀνδριάντες οὖν καὶ εἰκόνες, τιμαί τε πᾶσαι τοῦ Μαξιμίνου, κατεσπῶντο· καὶ τὸ κρυπτὸν πρότερον διὰ φόβον μῖσος, ἀδεὲς καὶ αὐτεξούσιον γενόμενον, ἀκωλύτως ἐξεχεῖτο. ἥ τε σύγκλητος συνελθοῦσα, πρὶν τὸ ἀκριβὲς εἰδέναι περὶ τοῦ Μαξιμίνου, ἐκ τῆς παρούσης τύχης τὰ μέλλοντα πιστεύσαντες, τὸν Γορδιανὸν ἅμα τῷ υἱῷ σεβαστοὺς ἀναγορεύουσι· τὰς δὲ τοῦ Μαξιμίνου τιμὰς ἀνατρέπουσι. συκοφάνται τε οὖν, καὶ οἱ γενόμενοι τινῶν κατήγοροι, ἢ ἔφευγον, ἢ ὑπὸ τῶν ἀδικηθέντων ἀνῃροῦντο. ἐπίτροποί τε καὶ δικασταί, οἱ τῆς ἐκείνου ὠμότητος ὑπηρέται, συρέντες ὑπὸ τοῦ ὄχλου εἰς τοὺς ὀχετοὺς ἐρριπτοῦντο· φόνος τε οὐκ ὀλίγος ἐγένετο καὶ μηδὲν ἀδικησάντων ἀνθρώπων. δανειστὰς γὰρ ἑαυτῶν, ἢ καὶ ἀντιδίκους ἐν πράγμασιν

a Scribo ὑπέστησαν. ¶ IN VERS. L. 1 [magna & facilis eſt animi mobilitate. Gr. Politianus ita vertit quaſi ſcriptum eſſet πολὺ ῥᾷον.] 2 odium, ſecurum iam & liberum redditum, nullo prohibente effundebatur. Quinetiam ſen.

ἀγοραίοις,

ἐγγραφαίοις, καὶ εἴ τις πρός τινα βραχείας αἰτίας εἶχε μίσους, ἐπεμβαίνοντές [a] τε οἰκήσεσιν ἀπροσδοκήτως, [a] ἐπηρεάζοντες, ὡς συκοφάντας ἐσύλησάν
156 τε καὶ ἐφόνευον. [c] [b] ἐν προσχήματι ἐλευθερίας † ἀδείας τε εἰρηνικῆς, ἔργα πολέμου ἐμφυλίου ἐγίνετο· ὡς καὶ τὸν τῆς πόλεως ἐπαρχον μετὰ πράξεις πολλὰς ὑπατικάς, (Σαβῖνος δὲ ἦν ὄνομα αὐτῷ) βουλόμενον κωλῦσαι τὰ γιγνόμενα, ξύλῳ παιαθέντα κατὰ τοῦ κρανίου, τελευτῆσαι. Καὶ ὁ μὲν δῆμος ἐν τούτοις ἦν· ἡ δὲ σύγκλητος, ἅπαξ ἀναρριφθέντος κινδύνου, φόβῳ τοῦ Μαξιμίνου πάντα ἔπραττεν εἰς τὸ ἀποστῆσαι αὐτοῦ τὰ ἔθνη. πρέσβεις τοίνυν πανταχοῦ πρὸς πάντας ἡγουμένους ἐξεπέμφθησαν, ἐπιλεχθέντων ἀνδρῶν ἔκ τε τῆς συγκλήτου αὐτῆς καὶ τοῦ ἱππικοῦ τάγματος οὐκ ἀδοκίμων· γράμματά τε πρὸς πάντας, τὴν Ῥωμαίων καὶ τῆς συγκλήτου γνώμην δηλοῦντα, προτρέποντά τε τοὺς ἡγουμένους συναίρεσθαι τῇ κοινῇ πατρίδι καὶ συνεδρίῳ [c] βουλεύουσι· τὰ δὲ ἔθνη πείθεσθαι Ῥωμαίοις, ὧν δημόσιον ἄνωθεν τὸ κράτος ἐστίν, αὐτά τε φίλα καὶ ὑπήκοα ἐκ προγόνων. Οἱ πλεῖστοι μὲν οὖν προσήκαντο τὴν πρεσβείαν· καὶ τὰ ἔθνη ἀποστήσαντες ῥᾳδίως μίσει τῆς Μαξιμίνου τυραννίδος, τούς τε ἐκεῖσε [d] πράττοντας, εἰ τὰ Μαξιμίνου φρονοῖεν, ἀποκτείναντες, προσέθεντο Ῥωμαίοις. ὀλίγοι δέ τινες ἢ διεχρήσαντο τοὺς ἐλθόντας πρέσβεις, ἢ μετὰ φρουρᾶς πρὸς ἐκεῖνον παρέπεμψαν· οὓς συλλαμβάνων, ὠμῶς ἐκόλαζε. τὰ μὲν κατὰ τὴν Ῥωμαίων πόλιν τε καὶ γνώμην, τοιαῦτα ἦν.

¶ Ὡς δὲ ἀπηγγέλη τῷ Μαξιμίνῳ τὰ πεπραγμένα, σκυθρωπός τε ἦν καὶ ἐν μεγάλαις φροντίσι· προσεποιεῖτό τε αὐτῶν καταφρονεῖν. τὴν μὲν οὖν πρώτην καὶ δευτέραν ἡμέραν ἔνδον ἔμεινεν ἡσυχάζων, καὶ τοῖς φίλοις περὶ τοῦ πρακτέου κοινούμενος. τὸ δὲ στρατόπεδον πᾶν τὸ σὺν αὐτῷ, οἵ τε ἐπέκεινα πάντες ἄνθρωποι, ἔγνωσαν μὲν τὰ ἀγγελθέντα, καὶ διῴδαινον πᾶσιν αἱ ψυχαί, τηλικούτων ἔργων [e] εὐτόλμῳ καινοτομίᾳ· οὐ δέ τις πρός τινα ἔ-
157 λεγέ τι, οὔτ' εἰδέναι τι προσεποιεῖτο. τοσοῦτος † γὰρ ἦν ὁ Μαξιμίνου φόβος, ὡς μηδὲν αὐτὸν λανθάνειν,

cauſis, & vt quemque aliquis leuiſſima de cauſa oderat, [1] impetu in domum facto, boniſq; direptis trucidabant. Ita ſub ſpecie libertatis † paciſq; 156
prætextu, ciuilis belli facinora edebantur. Quin præfectum quoq; vrbi Sabinum, [2] *qui antea pleraq; munia conſularia obierat*, prohibere talia conantem, fuſte capiti illiſo mactauerunt. hæc igitur populus agitabat. Enimuero ſenatus, quando iam ſemel periculũ ſubierat, metu Maximini nihil ſibi ad ſollicitandas ad defectionem prouincias reliqui faciebat. Quocirca legationes vndiq; ad rectores prouinciarum mittebãtur, electis e ſenatorio equeſtrique ordine clariſſimis hominibus, cũ litteris, quibus ſenatus populiq; Romani mẽs exponebatur: qui procuratores ipſos hortarentur [3] vti cõmunem patriam capeſſerent, curiamq; Romanam tuerentur, perſuaderentque nationibus vt in fide populi Romani perſeuerarent, cuius proprium antiquitus imperium foret, veterrimumque cum illis amicitiæ ius a maiorib. inſtitutum. Quocirca plerique legatis benigne exceptis, populos ad defectionem perpulerunt. quod ſcilicet pronum fuit. adeo incredibili apud omnes odio Maximinus laborabat. Igitur omnibus quicumque apud ipſos magiſtratum gerẽtes cum Maximino ſentiebant, repente ad vnum occiſis, ipſi vniuerſi ad Romanos defecerunt. Pauci tamen inuenti qui legatos ad ſe miſſos interficerẽt, aut ad ipſum mitterent, adhibitis cuſtodibus. qui deinde omnes exquiſitiſſimis a Maximino ſuppliciis affecti ſunt. [4] Hæc mens Romanæ ciuitatis, hic animus fuit.

¶ Quę poſtquam Maximino nuntiata ſunt, quamquam triſtis ac ſollicitus, tamen illa ſe contemnere ſimulabat. ac primo quidem alteroque die domi quietus, ad amicos de eo negotio retulit. Ceterum exercitus omnis, cunctique [5] eius regionis mortales, etſi rem omnem intellexerant, intumuerantq; animis, audacia rerum tantarum ac nouitate: tamen pro ſe quiſq; tacebant, ac ſe ignorare omnia ſimulabant. quippe tãtus erat † Maximini metus, vt nihil illũ plane lateret, 157

a *Deeſſe puto* καὶ *ante participium* ἐπηρ. b *Hic quoque deſiderari puto* τε *ante* ἐν πρ. *vel* οὕτως: *aut certe* ἦν *poſt* ἐν προσχήματι. c *Mutanda fortaſſis hæc vox in* βουλῇ. d *Suſpectum eſſe queat hoc* πράττοντας, *ſine adiectione.* [*niſi eo nomine accipias* τοὺς τὰ κοινὰ πράττοντας: *vt* πρᾶξις *ſæpe pro adminiſtratione ab hoc auctore ponitur.*] e *Muto in* εὐτόλμῳ. *ſed & deeſſe ſuſpicor* ὅμως ᾗ *vel* ἀλλ' ὅμως *ante* οὐ δέ τις. [*ſi diuiſe* οὐ δὲ *legamus, nulla opus erit additione.*] ¶ IN VERS. L. 1 conſcenſis de improuiſo domibus, variis modis tamquam ſycophantas inſeſtabant, & bonis ſpoliatos trucidabant. *vel*, variis iniuriis affectos, boniſq; ſpoliatos, tamquam ſycophantæ eſſent, truc. 2 poſt multas functiones conſulares, Gr. 3 vt communi patriæ & curiæ opitularentur: atque vt nationes parerent Romanis, ad quos publice imperium pertineret iam antiquitus, & quibus amicæ ac ſubiectæ eſſent iam a maioribus. 4 Hic Romanæ vrbis ſtatus, hæc mens erat. 5 vlterioris reg. M.

omnium[q;] non ſolum verba, ſed nutus quoq; [1] ſpeciemque oris [1] obſeruaret. Tertio vero die conuocatis in campum ante vrbem militibus ſuis, Maximinus tribunal inſcendit, atque ex libello orationem ab amicis compoſitam, in hanc ſententiam recitauit: Scio me vobis incredibilia nouaq; dicturum; ſed (vt ego exiſtimo) non tam admiratione quã riſu digna. Arma nobis veſtræq; virtuti nõ Germani inferunt, ſæpe deuicti; non Sarmatæ, qui de pace nobis quotidie ſupplicant: Perſæ item, qui olim Meſopotamiam peruagabantur, nunc ſuas intra ſedes quieſcere boni cõſulunt: cum gloria in armis veſtra, tum rerum a me geſtarum periculo edocti: quæ iam tum illis innotuerunt quum tuenti ripas exercitui præfuimus. Verum ([2] ne quid magis ridiculum dixerim) Carthaginienſes inſaniunt, atque ſene infeliciſſimo & extremo iã ætatis delirante, dubium [3] ſuaſo an coacto, quaſi aliqua in pompa ludunt principatum. Quo enim freti exercitu; quum apud eos proconſulis miniſterio lictores ſatisfaciant? Quibus porro vſuri armis, vbi præter [4] lanceas exiguas ad feras excipiendas, nihil ſit telorum; proque bellicis exercitationibus chori tantum, dictaque procacia, & numeri quidã vſurpentur? Neq; vero vos perterrefecerint quæ facta in vrbe nunciantur. nempe Vitalianus per dolũ fraudemq; occiſus eſt. Quam autem leue inſtabileque ſit Romani populi ingenium, quam prompta clamorum tenus audacia, notiſſimum ſcilicet vobis eſt. Si duos modo treſve armatos cõſpexerint, trudentes alter alterũ, & proculcantes, ac ſuum quiſq; periculum fugitantes, publicum neglectui habent. Quod ſiquis vobis etiã quæ acta

158 in ſenatu ſunt, renuntiauit, † non eſt profecto quod miremini noſtram illis continentiã duriorem videri, [5] atque ob id morum congruentiam vitamque illius luxurioſam nobis anteferri: [6] quippe apud illos fortiſſima quæque ac grauiſſima pro aſperrimis; diſſoluta atque ebacchantia, pro

παραφυλάττεσθαι δὲ πάντων οὐ μόνον τὰ διὰ φωνῆς καὶ γλώττης προφερόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ δι' ὄψεως νεύματα. ὁ μέντοι Μαξιμῖνος συγκαλέσας πάντα τὸν στρατὸν εἰς τὸ πρὸ τῆς πόλεως πεδίον, [a] προελθών τε τῆς τρίτης ἡμέρας, ἀνῆλθέν τε ἐπὶ τὸ βῆμα, ἐπιφερόμενος τὸ βιβλίον ὅπερ αὐτῷ ἦσαν συντάξαντες τινὲς τῶν φίλων, ἐξ ἀναγνώσεως ἔλεξε τοιάδε· Ἄπιστα μὲν οἶδα καὶ παράδοξα λέξων πρὸς ὑμᾶς· ὡς δὲ ἐγὼ οἴομαι οὐ θαύματος, ἀλλὰ χλεύης καὶ γέλωτος ἄξια. ὅπλα ἐφ' ἡμᾶς καὶ τὴν ὑμετέραν ἀνδρείαν οὐ Γερμανοὶ αἴρουσιν, οὓς πολλάκις ἐνικήσαμεν· οὐ Σαυρομάται, οἱ περὶ εἰρήνης ἑκάστοτε ἱκετεύοντες. Πέρσαι τε, οἱ πάλαι Μεσοποταμίαν κατατρέχοντες, νῦν ἡσυχάζουσιν, ἀγαπητῶς ἔχοντες τὰ ἑαυτῶν, δόξῃ τε τῆς ὑμετέρας ἐν τοῖς ὅπλοις, ἀρετῆς τε πείρᾳ τῶν ἐμῶν πράξεων, ἃς ἔγνωσαν ὅτε τῶν ἐπὶ ταῖς ὄχθαις στρατοπέδων ἡγούμην, ἀνεχούσῃ [a] αὐτῆς. ἀλλὰ γὰρ (μή τι ἄρα καὶ καταγέλαστον εἰπεῖν) Καρχηδόνιοι μεμήνασι, καὶ πρεσβύτην ἄθλιον, ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ παραφρονοῦντα, πείσαντες ἢ βιασάμενοι, ὥσπερ ἐν πομπαῖς παίζουσι βασιλείαν. τίνι θαρροῦντες στρατῷ, [b] καὶ παρ' οἷς εἰς τὴν τοῦ ἡγουμένου ὑπηρεσίαν ἀρκοῦσι ῥαβδοῦχοι; ποῖα φέροντες ὅπλα, παρ' οἷς οὐδὲν πλέον δορατίων οἷς πρὸς θηρία μονομαχοῦσι; τὰ πολεμικὰ αὐτοῖς γυμνάσια, χοροὶ καὶ σκώμματα καὶ ῥυθμοί. μηδὲ τινὰ ὑμῶν ἐκπληττέτω τὰ κατὰ Ῥώμην, [c] ἀγγελθέντα. Βιταλιανὸς μὲν ἀνῃρέθη, δόλῳ καὶ ἀπάτῃ ληφθείς. τὸ δὲ Ῥωμαίων δήμου τὸ κοῦφον καὶ εὐμετάβολον οὐκ ἀγνοεῖτε, καὶ μέχρι βοῆς θρασύ· [d] εἰ δύο ἢ τρεῖς ὁπλίτας ἴδοιεν μόνον, ὑπ' ἀλλήλων ὠθούμενοί τε καὶ πατούμενοι, φεύγων ἕκαστος τὸν ἴδιον κίνδυνον, τοῦ κοινοῦ ἀμελῶς ἔχει. εἰ δὲ καὶ τὰ τῆς συγκλήτου τις ὑμῖν διήγγειλε, † μὴ θαυμάζετε εἰ τὸ μὲν ἡμέτερον σῶφρον, τραχὺ αὐτοῖς δοκεῖ· [e] τὸ δὲ ὁμότροπον, ἐν ἀκολάστῳ βίῳ ἐκείνου προτιμᾶται· καὶ τὰ μὲν ἀνδρεῖα καὶ σεμνὰ τῶν ἔργων, φοβερὰ προσαγορεύουσι· τὰ δὲ ἀνειμένα καὶ ἐκβεβακχευμένα, ὡς 158 1

a *Rectius* αὐτοὺς *q.e. Illud autem* ἀνεχούσης *(ſi mendoſum non eſt) ad* ἀρετῆς *refertur.* b *Malim* καὶ οἷς *&* οἷς τ. *[aut* καὶ *in ſeq. periodum transferenda.]* c *Interpungo poſt* τὰ κατὰ Ῥώμην, *quum hæc non iungantur cum* ἀγγελθέντα, *ſed ſubaudiatur* γενόμενα, *vel* πραχθέντα, *aut tale quod participium.* d *Annon potius*, εἰ δὲ δύο? e *Arbitror ſcriptum fuiſſe*, τὸ δ' ἐκείνου ὁμότροπον, *& verba proxime ſequentia,* ἐν ἀκολάστῳ βίῳ, *cum his cohærere: id eſt,* ſimiles illius in vita luxurioſa mores: *vel,* ſimile illius luxurioſe viuendi inſtitutum. *Intellige autem,* ſuo ſimile. ¶ IN VERS. L. 1 obſeruarentur, *ab aliis videlicet, qui ad illum deferebant. At Polit. ita vertit quaſi ſcriptum eſſet non* παραφυλάττεσθαι *ſed* παραφυλάττειν. *Quinetiam ex vno,* τὰ δι' ὄψεως νεύματα, *id eſt* oculorum nutus, *duo in ſua interpretatione facit.* 2 annon ridiculum dictu? *M.* 3 *Aptius eſſet* perſuaſo. *[q.e. habent,* ſuaſu an coactu.] 4 lanc. exiguas, quibus aduerſum feras ſingulari pugnant certamine. 5 ſimiles autem illius in vita luxurioſa mores nobis antef. *vel,* ſimiles illius luxurioſe viuentis mores. 6 Quippe facta fortia & digna quæ quis reuerentia proſequatur, formidabilia vocant: at diſſoluta atque ebacch. tamquam mitia, voluptati habent. Quocirca noſtrum imperium, quod eſt ſollers & moderate ſe gerit, auerſantur: Gordiani autem nomine delectantur; cuius vita quam male audiat, non ignoratis.

ἡμέρα, δι᾽ ἡδονῆς ἔχουσι. διόπερ πρὸς τὴν ἐμὴν ἀρχήν, οὖσαν ἐπιστρεφῆ καὶ κόσμιον, ἀλλοτρίως διάκεινται· ἥδονται δὲ τῷ Γορδιανοῦ ὀνόματι, οὗ τὸν διαβεβλημένον βίον οὐκ ἀγνοεῖτε. πρὸς τούτους καὶ τοιούτους ἡμῖν ὁ πόλεμος, εἴ τις οὕτως αὐτὸν καλεῖν βούλοιτο. ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι, ὡς οἱ πλεῖστοι, καὶ σχεδὸν πάντες, εἰ μόνον Ἰταλίας ἐπιβαίημεν, *ἱκετηρίας θαλλοὺς καὶ τέκνα *προτείναντας, ὑποστρώσειν αὐτοὺς τοῖς ἡμετέροις ποσίν· οἱ δὲ λοιποί, διὰ δειλίαν καὶ φαυλότητα φεύξονται· ὡς ὑπάρξαι ἐμοί τε καὶ ὑμῖν τὰ ἐκείνων πάντα δοῦναι, ὑμῖν τε ἀδεῶς λαβοῦσι καρποῦσθαι. Τοιαῦτά τινα εἰπών, βλάσφημά τε πολλὰ εἰς τὴν Ῥώμην καὶ τὴν σύγκλητον, δι᾽ ὧν παρεφθέγγετο, ἀπορρίψας, τῇ τε διὰ χειρὸς ἀπειλαῖς καὶ ταῖς τοῦ προσώπου νεύμασιν, ὡς πρὸς παρόντας ὀργισθείς, ἐπαγγέλλει τὴν ἐπ᾽ Ἰταλίαν ἔξοδον. διανείμας τε αὖθις πάμπλειστα χρήματα, μιᾶς ἡμέρας διαλιπών, τῆς ὁδοῦ εἴχετο, πολύ τι πλῆθος ἐπαγόμενος στρατοῦ, τήν τε ὑπὸ Ῥωμαίοις δύναμιν. εἵπετο δ᾽ αὐτῷ καὶ Γερμανῶν οὐκ εὐκαταφρόνητος ἀριθμός, οὓς τοῖς ὅπλοις κεχείρωτο, ἢ πείσας ἐς φιλίαν καὶ συμμαχίαν ἐπῆκτο· μηχαναί τε καὶ πολεμικὰ ὄργανα, καὶ ὅσα πρὸς τοὺς βαρβάρους, [a] ὧν ἐπεφέρετο. αὐτὸς μὲν σχολαιτέραν τὴν ὁδοιπορίαν ἐποιεῖτο, διὰ τὴν τῶν ὀχημάτων καὶ ἐπιτηδείων πανταχόθεν συγκομιδήν. αἰφνιδίου γὰρ γενομένης τῆς ἐπ᾽ Ἰταλίαν ὁδοῦ, οὐκ ἐκ προνοίας, ὥσπερ εἰώθει, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτοσχεδίου καὶ ἐπειγούσης ὑπηρεσίας, τὰ χρειώδη τῷ στρατῷ ἠθροίζετο. ἔδοξεν οὖν αὐτῷ προπέμψαι τὰς τῶν
159 Παιόνων φάλαγγας. † ἐκείνοις γὰρ μάλιστα ἐπίστευεν· οἵπερ αὐτὸν καὶ πρῶτοι ἀνεῖπον βασιλέα, ἐθελονταί τε ὑπὲρ αὐτοῦ κινδυνεύσειν ὑπισχνοῦντο. ἐκέλευσεν οὖν αὐτοὺς φθάσαι τὴν λοιπὴν δύναμιν, καὶ τὰ ἐν Ἰταλίᾳ χωρία προκαταλαβεῖν. Καὶ οἱ μὲν περὶ Μαξιμῖνον ὡδοιπόρουν· ἐν δὲ τῇ Καρχηδόνι, οὐχ ὡς ἤλπιζον, τὰ πράγματα προεχώρει. Καπελλιανὸς γὰρ ἦν τις ὄνομα, τῶν ἀπὸ συγκλήτου· ἡγεῖτο δὲ Μαυρουσίων τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις, Νομάδων δὲ καλουμένων. τὸ δὲ ἔθνος στρατοπέδοις πέφρακτο, διὰ τὸ περικείμενον πλῆθος Μαυρουσίων τῶν βαρβάρων, ὡς ἂν ἐπέχοι αὐτῶν τὰς ἐξ ἐπιδρομῆς ἁρπαγάς. εἶχεν οὖν ὑφ᾽ ἑαυτῷ δύναμιν οὐκ εὐκαταφρόνητον στρατιωτικήν. πρὸς δὴ τὸν Καπελλιανὸν τοῦτον

mitibus voluptuariiſque habentur. Quocirca noſtrum quidem imperium, quoniam induſtrium atq; moderatum, reformidant: Gordiani delectantur nomine, cuius infamia vitæ non vos præterit. Igitur aduerſus hos atq; huiuſcemodi homines bellũ vobis eſt, milites: ſi tamen id bellum appellandum. Nam, vt mihi quidem atque adeo ceteris omnibus videtur, non prius Italiam attigerimus, quam illorum maxima pars ramos ſupplices liberoſque ſuos præferentes, noſtris ſe pedibus aduoluent, aut formidine degeneri fugam facient: vt mihi liberum ſit bona illorum vobis contribuere, quibus in perpetuum perfruamini. Hæc quum dixiſſet, ac multa in ciuitatem ſenatumq; vniuerſum interpellatim ꝓbra iecisſet, manuumq; geſtibus minabundus, trucique vultu nutuq; oris quaſi præſentibus iraſcens, profectionẽ in Italiã edicit. Diuiſoq; inter milites ingenti ſtipendio, vno tãtum die interiecto, facere iter incepit, magnũ ſecum exercitum atq; vniuerſas adducens Romanas copias. Sequebatur eundẽ etiam Germanorum haudquaquã negligendus numerus; quos vel armis ſubegerat, vel in amicitiam ſocietatemq; adſciuerat. præterea machinæ & bellica inſtrumenta, queq; alia aduerſus barbaros cõparauerat. Ceterũ tardius iter faciebat, ob vehicula reſque alias vſui neceſſarias, quæ vndique importabantur. Nã quum repentinũ id illi iter obueniſſet, non cuiuſquã prouidentia (vt conſueuerat) ſed tumultuario ac feſtinato miniſterio, quæ erant militib. neceſſaria, colligebãtur. Igitur præmittere Pannoniorũ
† cohortes decreuit; quib. fretus ma- 159
xime erat, quæq; primæ Imperatorẽ conſalutauerant, atq; vltro etiam pro illius ſalute omne periculum depoſcebant. Iis igitur imperauit vt ceteras copias præcederent, ac regiones occuparẽt Italiæ. Dum in itinere Maximinus eſt, res interea Carthagini præter ſpẽ magnopere ſucceſſerũt. Erat. n. Capellianus quidã, ſenatorii ordinis vir, procurator Mauritaniæ Romanis ſubiectæ, quæ ab ipſis Numidia appellatur. Ea gẽs munita exercitibus fuerat, a quibus barbarorũ *circumuicinorum* incurſus ac populationes coercerentur. quare haud contemnendam militũ manum circa ſe habebat. Cum hoc igitur Capelliano

a Muto ἂν in ὧν. Pro μὲν vero poſt αὐτός, Politianus legit μέντοι.

veteres Gordiano ſimultates ex forẽſi quadam diſceptatione interceſſerant: quocirca nomẽ adeptus Imperatoris, ſucceſſorẽ illi miſit, atq; abſcedere prouincia imperauit. Ille, ea re indignatus, ac principi ſuo [1] deuotus, a quo magiſtratum quoque eum accepiſſet, omni coacto exercitu, quũ quidem fidem tueri ac iuſiurandum perſuaſiſſet, Carthaginem contendit, maximas valentiſſimaſque copias ſecum adducẽs, viroſq; cum ætate florentes, tum omni armorum genere inſtructos, peritoſq; rei militaris, atq; ex cõſuetudine prœliorum aduerſus barbaros, magnopere ad pugnãdum paratos. Vt vero nuntiatũ Gordiano eſt aduentare ad vrbem Capellianũ, & ipſe affectus eſt extrema formidine, & perterriti Carthaginienſes vniuerſi; qui ſcilicet in turba potius quã in exercitus aliquo ordine collocata victoriæ ſpe, cũcti pariter vrbe effunduntur obuiam Capelliano. Ceterum ſenex Gordianus, (vt quidã perhibent) ſimulatq; ille Carthaginẽ attigit, deſperatis rebus, qđ Maximino vires ingentes, nullas in Africa copias eſſe videbat, *quæ illis pares, ad pugnam*
160 *emitti poſſent*; laqueo ſe ſuſpẽdit. † Sed occultata illius nece, [2] filium ſibi ducem multitudo elegit. Ita ventum ad manus eſt. Erãt autem numero quidem plures Carthaginienſes; ſed inordinati, ac rerum bellicarum imperiti; quippe in altiſſima pace educati, feſtiſque & deliciis emolliti, nudique armis omniq; bellico inſtrumẽto. Nam domo quiſque pugionem, aut ſecurem, aut venabulũ, aut item præuſtas ſudes, [3] vt quiſque poterat acuminatas, ad tuendum corpus extulerant. Contra Numidæ, iaculatores optimi, atque equitandi peritiſſimi; ſic vt equos etiam infrenos virga tantum currentes moderentur. Quocirca facile Carthaginienſium plebs in fugam verſa. ſiquidem haud ferentes illorum impetum, omnes abiectis armis confertim effugerunt; trudenteſque inter ſe & proculcantes, multo ſane plures ipſi inuicem affligebãtur quam cædebantur ab hoſtibus. Hic & Gordiani filius cecidit, & quicumq; eum ſequuti: ſic vt præ multitudine interfectorum, neq; [4] diſcerni ad ſepulturam funera potuerint, neq; [5] adoleſcentis Gordiani cadauer

καὶ ὁ Γορδιανὸς ἀπεχθῶς προσεφέρετο ἄνωθεν, ἔκ τινος ἀγοραίου διαφορᾶς. τότε τοίνυν ἐν τῷ τῆς βασιλείας γενόμενος ὀνόματι, διάδοχόν τε αὐτῷ ἔπεμψε, καὶ τοῦ ἔθνους ἐξιέναι ἐκέλευσεν. ὁ δὲ, πρός τε ταῦτα ἀγανακτήσας, τῷ τε Μαξιμίνῳ [a] καθωσιωμένος, ὑφ᾽ οὗ καὶ τὴν ἡγεμονίαν πεπίστευτο, πάντα τὸν στρατὸν ἀθροίσας, ἀναπείσας τε Μαξιμίνῳ τηρεῖν τὴν πίστιν καὶ τὸν ὅρκον, κατῆλθεν ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα, δύναμιν ἄγων μεγίστην τε καὶ γενναίων ἀνδρῶν ἡλικίαις ἀκμαζόντων, καὶ παντοδαπῇ ὅπλων παρασκευῇ ἐξηρτυμένην, ἐμπειρίᾳ τε πολεμικῇ καὶ τῇ πρὸς τοὺς βαρβάρους μάχης συνηθείᾳ ἑτοίμην πρὸς μάχας. ὡς δὲ ἀπηγγέλη τῷ Γορδιανῷ ὁ στρατὸς προσιὼν τῇ πόλει, αὐτός τε ἐν ἐσχάτῳ δέει ἦν, οἵ τε Καρχηδόνιοι ταραχθέντες, οἰόμενοι ἐν πλήθει ὄχλου, οὐκ ἐν εὐταξίᾳ στρατοῦ, τὸ εὔελπι τῆς νίκης εἶναι, πανδημεὶ πάντες ἐξίασιν, ὡς δὴ τῷ Καπελλιανῷ ἀντιταξόμενοι. Γορδιανὸς μὲν οὖν ὁ πρεσβύτης, (ὥς τινες φασὶν) ἅμα τῷ τῆς Καρχηδόνος ἐπιβῆναι, ἐν ἀπογνώσει γενόμενος, ἐννοῶν τὴν δύναμιν Μαξιμίνου, οὐδὲν δὲ ὁρῶν ἐν Λιβύῃ ἀξιόμαχον [b] ἰσόρροπον, ἀνήρτησεν ἑαυτὸν βρόχῳ. † κρυπτομένης δὲ αὐτοῦ τῆς 160
τελευτῆς, τὸν υἱὸν αὐτοῦ στρατηγήσοντα δὴ τὸ πλῆθος εἵλοντο. γενομένης δὲ συμβολῆς, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι, ὄχλῳ πλείους ἦσαν, ἄτακτοι δὲ καὶ πολεμικῶν ἔργων ἀπαίδευτοι, ἅτε ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ τεθραμμένοι, ἑορταῖς τε καὶ τρυφαῖς σχολάζοντες ἀεί· γυμνοί τε ὅπλων καὶ ὀργάνων πολεμικῶν. ἕκαστος δὲ ἐπεφέρετο οἴκοθεν ἢ ξιφίδιον ἢ πέλεκυν, δοράτιά τε ἐκ κυνηγεσίων. [c] βυρσας τε ταῖς ἐμπεσούσαις περιλεμόντες, καὶ ξύλα [d] καταπρίσαντες εἰς τὰ παρατυχόντα σχήματα, ὡς ἕκαστος ἐδύνατο, πρόβλημα τοῦ σώματος ἐποιεῖτο. οἱ δὲ Νομάδες, ἀκοντισταί τε εὔστοχοι, καὶ ἱππεῖς ἄριστοι, ὡς καὶ χαλινῶν ἄνευ, ῥάβδῳ μόνῃ τὸν δρόμον τῶν ἵππων κυβερνᾶν. ῥᾷστα οὖν ἐτρέψαντο τῶν Καρχηδονίων τὸ πλῆθος. οἵπερ οὐχ ὑπομείναντες αὐτῶν τὴν ἐμβολὴν, πάντα ῥίψαντες ἔφυγον· ὠθούμενοι δὲ ὑπ᾽ ἀλλήλων καὶ πατούμενοι, πλείους ὑπὸ τοῦ οἰκείου πλήθους ἐφθάρησαν ἢ πρὸς τῶν πολεμίων. ἔνθα καὶ ὁ τοῦ Γορδιανοῦ υἱὸς ἀπώλετο, οἵ τε περὶ αὐτὸν πάντες· ὡς, διὰ πλῆθος πτωμάτων, μήτε νεκρῶν ἀναίρεσιν πρός τε ταφὴν γενέσθαι δυνηθῆναι, μήτε τὸ νέου Γορδιανοῦ σῶμα

a Scribo καθωσιωμένος. b Puto deeſſe partic. καὶ, quæ hæc duo adiectiua iungat. ¶ IN VERS. L. 1 intellige vt dicitur cliens patrono ſuo deuotus. Legit autem καθωσιωμένος. de qua lectione alius etiam locus dubitare non ſinit, qui eſt pag. 154. 2 filium eius ducem multitudini elegerunt. 3 in quam quiſque ſubito potuerat formam aptatas. 4 colligi. M. 5 iunioris Gord. Gr.

διευρεθῆναι.

διαφθεῖραι. οἱ μὲν γὰρ φεύγοντες, ὅσοι τε ἦσαν εἰσρυέντες εἰς τὴν Καρχηδόνα, ὅσοι τε λαθεῖν ἠδυνήθησαν, σκεδασθέντες εἰς πᾶσαν τὴν πόλιν, οὖσαν μεγίστην τε καὶ πολλήν, ὀλίγοι ἐκ πολλῶν ἐσώθησαν· τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος, περὶ ταῖς πύλαις στενοχωρούμενον, παρελθεῖν σπουδάζοντος ἑκάστου, βαλλόμενόν τε ὑπὸ τῶν ἀκοντιστῶν καὶ τιτρωσκόμενον ὑπὸ τῶν ὁπλιτῶν, διεφθείρετο. πολλὴ δὲ οἰμωγὴ κατὰ τὴν πόλιν γυναικῶν τε καὶ παιδίων, ὧν ἐν ὄψει οἱ φίλτατοι [a] ἀπώλοντο. Ἕτεροι δέ φασιν, ὡς δὴ ταῦτα οἴκοι μεμενηκότι διὰ γῆρας τῷ πρεσβύτῃ Γορδιανῷ ἀπηγγέλη, ὅ τε Καπελλιανὸς εἰσελαύνων εἰς τὴν Καρχηδόνα ἐδηλώθη· ἐν ἀπογνώσει δὲ πάντων γενόμενος, εἰσελθὼν μόνος εἰς τὸν οἰκίσκον, ὡς δὴ καθευδήσων, ἐξαρτήσας ἧς ἐπεφέρετο ζώνης τὸν τράχηλον ἐν βρόχῳ, τοῦ βίου ἀνεπαύσατο. Τοιού-
161 τῳ μὲν δὴ τέλει † ὁ Γορδιανὸς ἐχρήσατο, βιώσας τὰ πρῶτα εὐδαιμόνως, ἐν εἰκόνι τε βασιλείας τελευτήσας. Ὁ δὲ Καπελλιανὸς, εἰς Καρχηδόνα εἰσελθὼν, πάντας τε τοὺς περιόντας ἀπέκτεινεν, εἴ τινες καὶ ἐσώθησαν ἐκ τῆς μάχης· ἐφείδετό τε οὔτε ἱερῶν συλήσεως, οὔτε χρημάτων ἰδιωτικῶν καὶ δημοσίων ἁρπαγῆς. ἐπιών τε τὰς λοιπὰς πόλεις, ὅσαι τὰς Μαξιμίνου τιμὰς καθῃρήκεσαν, τοὺς μὲν ἐξέχοντας ἐφόνευε, τοὺς δὲ δημότας ἐφυγάδευεν· ἀγρούς τε καὶ κώμας ἐμπιπράναι λεηλατεῖν τε τοῖς στρατιώταις ἐπέτρεπε, προσποιούμενος μὲν τιμωρίαν εἰσπράττειν ἐφ᾽ οἷς εἰς Μαξιμῖνον ἡμαρτήκεσαν, λανθανόντως δὲ εὔνοιαν ἑαυτῷ παρὰ τῶν στρατιωτῶν μνώμενος, ἵν᾽ εἴ τι πταίσειε τὰ Μαξιμίνου πράγματα, αὐτὸς ἔχων δύναμιν εὐνοοῦσαν, τῆς ἀρχῆς ἀντιποιήσαιτο. τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν Λιβύην, ἐν τούτοις ἦν. Ὡς δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἐδηλώθη ἡ τοῦ πρεσβύτου τελευτή, ἐν πολλῇ ταραχῇ καὶ ἀφασίᾳ ὅ τε δῆμος ἦν ἥ τε σύγκλητος, μάλιστα Γορδιανοῦ τετελευτηκότος, εἰς ὃν ἠλπίκεσαν· ᾔδεσαν γὰρ αὐτὸν οὔτε φεισόμενόν τινος.[b] ὡς γὰρ καὶ φύσει ἀλλοτρίως καὶ ἀπεχθῶς πρὸς αὐτοὺς διέκειτό τε, καὶ ἐπ᾽ εὐλόγοις αἰτίαις, ὡς ὁμολογουμένοις ἐχθροῖς, εἰκότως ὠργίζετο. ἔδοξεν οὖν συνελθεῖν, καὶ περὶ τῶν πρακτέων σκέψασθαι· ἅπαξ τε ἀναρρίψαντας κίνδυνον,

inueniretur. [1] Etenim ex tanta copia fugientiũ pauci dumtaxat vrbem ingreſſi, coniectiq; in latebras, euaſerant: ceteri ad portas conferti, ac pro ſe quiſq; intrare primi vrbẽ feſtinabundi, ab iaculatoribus Numidis, ceteriſq; armatis militibus, contrucidabantur: maximo fœminarum puerorumq; eiulatu, quorũ ante oculos cariſſima pignora occidebãtur. [2] Sunt qui perhibeant, vt primum Gordiano, qui propter ſeniũ domi ſe continuerat, [3] nuntiatũ ſit Capellianũ iam in vrbẽ perueniſſe, deplorata ſalute, intra cubiculũ ſe *ſolum*, quaſi dormiturum, recepiſſe, colloq; zonæ inſerto, qua præcinctus fuerat, ſibi mortẽ conſciuiſſe. Hæc finis † Gordiani 161
fuit, felicis anteacta vita, atq; in quadam principatus imagine exſtincti. Sed enim Capellianus, Carthaginem ingreſſus, præcipuum quemq; ex iis qui e pugna ſuperauerant, neci dedidit: ac neque a templis deſpoliandis, neq; a publicis priuatiſq; pecuniis diripiendis abſtinuit. aditiſque vrbibus reliquis, quæcumq; honores Maximini ſuſtuliſſent, in his præſtantiſſimũ quemq; morte, [4] ceteros ſupplicio afficiebat: agros autem vicoſque concremandos *ac diripiendos* militibus tradebat; [5] prætextu quidem vlciſcendi Maximinum; ceterum clanculum militũ ſibi animos concilians, vt, ſicubi res a Maximino titubaſſent, ipſe ad occupãdum principatum beneuolis militibus vteretur. Ita ſe videlicet res in Africa habebãt. Poſtea vero quã Romæ audita ſenis Gordiani mors eſt, ingẽs perturbatio [6] ſenatum populumq; Romanũ, ingenſque terror inuaſit: exſtincto in quem vnum ſpes omnes ſuas collocauerãt. Neq; enim illos præteribat, nemini iam parſurum Maximinum, cũ ſponte alienum ab ipſis atque hoſtili animo, tum iuſtis etiã cauſis & [7] profeſſo quaſi odio ſuccenſentem. Itaque frequentes in vnum conuenere, ac de toto negotio deliberantes, quando ſemel in periculum venerant,

a *Scribe* ἀπώλοντο. b *Suſpicor ſcriptum fuiſſe*, ἄλλως γὰρ ἐφ. αὐτ. καὶ ἀ. πρ. αὐ. διέκειτο, καὶ τότε ἐπ᾽ εὐλ. ¶IN VERS. L. 1 Ex fugientibus enim qui clam in Carthaginem ſe immiſerant & latere potuerant, per totam vrbem, quæ maxima & populoſa erat, diſperſi, pauci e multis euaſerunt. at cetera multitudo, quum ad portas coarctaretur, vnoquoque intrare conante, a iacul. 2 Alii vero perhibent, vt primum Gord. *Opponit enim hæc iis quæ paulo ante de morte Gordiani, ex aliorum quorundam relatu, narrauit; eum videlicet laqueo vitam finiiſſe ſimulatque Capellianus Carthaginem attigiſſet.* 3 hæc nuntiata ſunt, & Capellianum citato curſu vrbem petere, M. 4 ceteros in exſilium mittebat. *quod quum ſonet vox Græca, ſuſpicari quis poſſit, ſcriptum a Polit. fuiſſe,* exſilii ſupplicio afficiebat. 5 prætextu quidem exigendi pœnas de iis quæ in Maximinum deliquerant. *Aut certe dicendum fuiſſet;* vlciſcendi iniuriam Maximino factam, *potius quam* vlciſcendi Maximinum; *ad vitandam ambiguitatem.* 6 pop. ac potiſſimum ſenatum, ing. 7 tamquam hoſtes ſe profeſſis, M.

bellum cōparare decreuerūt, [1] [duobus] electis Imperatorib. qui Remp. pari poteſtate adminiſtrarent, ne rurſus principatus auctoritas in tyrannidem proueheretur. Cōuenerunt igitur non quidem in curiam, quo antea conſueuerant, ſed in templum Capitolini Iouis; quod in arce ſumma pręcipuæ venerationis Romani habent. Ibi clauſis foribus ſoli, quaſi teſte & confeſſore atq; adeo rerum omnium inſpectore deo, ſelectis qui ætate ac dignitate ceteros anteirent, de quibus ſuffragia ferrentur, duo ex omni
162 numero, Maximus † atq; [2] Balbinus, plurimis ſuffragantibus Imperatores creati. Horum Maximus cum ſæpe exercitibus præfuerat, tum præfectura vrbis egregie geſta, maximam ingenii prouidentiæque, præterea vitæ cōtinentis opinionē vulgo de ſe præbuerat: Balbinus autem, patricii generis homo, conſulatu iterum geſto, multiſq; prouinciis ſine vlla querela adminiſtratis, morum [3] ſimplicior habebatur. Ita creati Principes Auguſtique appellati, ac ſenatuſconſulto omnibus imperatoriis honorib. affecti ſunt. Dum hæc aguntur in Capitolio, interea pop. Rom. (incertū, ſubiicientibus Gordiani amicis ac neceſſariis, an tantū rumorib. exciti) facto ad portas cōcurſu, [4] viam qua itur in Capitolium, totā conferta multitudine occupauerant: lapideſq; & fuſtes ingerentes, rebus in Capitolio actis aduerſabantur; ac Maximum inprimis recuſabant; [5] ſeueriorem ſcilicet quam vt eum [leuis] multitudo facile pateretur. *magna enim induſtria vigilantiaque vſus fuerat aduerſus improbitatem ac leuitatem quorumdam e plebe.* Quapropter *metuentes* eo maxime offendebantur, clamantes identidem ac minitantes vtrumque ſe [confeſtim] occiſuros. Nam ipſi ex Gordiani genere principem ſibi depoſcebant; vt in familia nomineque eo [6] nomen imperatorium remaneret. Balbinus autem ac Maximus, equeſtris ordinis

πόλεμον ἄρξασθαι, προεστησαμένους ἑαυτῶν[a] χειροτονηθέντας βασιλέας· οὐκ ἠθέλησε μερίσαι τὴν ἀρχὴν, ὡς μὴ πάλιν[b] ἰσχυρὰ ἐξουσία, εἰς τυραννίδα πάλιν ἐξοκείλῃ. συνῆλθον οὖν οὐκ εἰς τὸ συνήθες συνέδριον, ἀλλ' εἰς τὸν τοῦ Διὸς νεὼν Καπιτωλίου, ὃν σέβουσι Ῥωμαῖοι ἐν ἀκροπόλει. συγκλείσαντες οὖν αὑτοὺς ἐν τῷ σηκῷ μόνους, ὥσπερ ὑπὸ μάρτυρι τῷ Διῒ καὶ συνέδρῳ, ἐπισκόπῳ τε τῶν πραττομένων, ἐπιλεξάμενοι τῶν ἐν ἡλικίᾳ καὶ ἀξιώματι προὐχόντων οὓς ἐδοκίμαζον, κατὰ τὴν ψηφοφορίαν, ἐχόντων καὶ ἄλλων ψήφους,[c] διακριθεισῶν τε καὶ τῶν πλείστων τῆς γνώμης, Μάξιμόν τε † καὶ Βαλβῖνον 162
αἱροῦντες, αὐτοκράτορας ἐποίησαν. τούτων δὴ ἦν ὁ μὲν Μάξιμος, ἔν τε πολλαῖς στρατοπέδων ἀρχαῖς γενόμενος, τῆς τε Ῥωμαίων πόλεως ἔπαρχος καταστὰς, [d] ἀνεπιστρόφως τε ἄρξας, καὶ ἐν ὑπολήψει παρὰ τοῖς ὄχλοις φρενῶν τε καὶ ἀγχινοίας καὶ βίου σώφρονος· ὁ δὲ Βαλβῖνος, γενόμενος μὲν εὐπατρίδης, εἰς δευτέραν δὲ ὑπατείαν ἐληλακὼς, ἐθνῶν τε ἡγησάμενος ἀμέμπτως· τὸ δὴ ἦθος ἁπλούστερος. τῆς οὖν χειροτονίας ἐκείνης αἰρπύσης, σεβαστοί τε ἀνηγορεύθησαν, καὶ πάσαις ταῖς βασιλικαῖς τιμαῖς ἡ σύγκλητος διὰ δόγματος αὐτοὺς ἐκόσμησεν. Ὁ δὲ δῆμος, τούτων ἐν τῷ Καπιτωλίῳ πραττομένων, εἴτε ὑποβαλόντων τινῶν Γορδιανοῦ φίλων καὶ οἰκείων, εἴτε γνόντες ὑπὸ φήμης, παρεστήκεσαν τὰς πύλας, φράξαντες πᾶσαν τὴν εἰς τὸ Καπιτώλιον ἄνοδον τῷ πλήθει τῶν ὄχλων· λίθους τε καὶ ξύλα ἐπεφέροντο, ἀντιπράττοντες τοῖς ὑπὸ τῆς συγκλήτου ἐψηφισμένοις· καὶ μάλιστα τὸν Μάξιμον παραιτούμενοι,[e] στερρότερον τῆς πόλεως, πολύ τε τὸ ἐπιστρεφὲς ἔχοντα πρὸς τοὺς φαύλους καὶ κούφους τῶν ὄχλων. ὅθεν δεδιότες, ἀπηρέσκοντο αὐτῷ, ἐβόων τε καὶ ἠπείλουν ἀποκτενεῖν αὐτούς. ἠξίουν γὰρ τοῦ Γορδιανοῦ γένους βασιλέα αἱρεθῆναι, τό τε τῆς αὐτοκρατορικῆς ἀρχῆς ὄνομα ἐκείνῳ τῷ οἴκῳ καὶ ὀνόματι μεῖναι. ὁ δὲ Βαλβῖνος καὶ Μάξιμος, ἐκ τοῦ ἱππικοῦ τάγματος

a *Deeſſe puto* δύο τοὺς *ante particip.* χειροτ. b *Muto in* ἰσχυρὰ ἐξουσία, *&* *cum his iungo* εἰς τυραννίδα. *Alioqui cum illis verbis* ἰσχυρὰ ἐξουσία, *deſiderari aliquid dicendum eſſet.* [*Si* ἐξοκεῖλαι *legamus infinitiuo verbi modo, retineri poſſunt accuſatiui caſus nomina.*] c *Tolerabilem fortaſſe lectionem hanc aliquis putaret,* διακριθεισῶν δὲ ἐκ τοῦ πλείστου τῆς γνώμης, *ſubaudiendo* τῶν ψήφων: *ſed mihi genitiuus* τῆς γνώμης *ita legendo, non ſatis placeret: quamuis dixerit in hoc ipſo libro,* καὶ μὲν κατὰ τὴν Ῥωμαίων πόλιν τε ἐν γνώμῃ τοιαῦτα ἦν. d *Libenter ſubſtituerim* ἀνεπιστρόφως. [*aut* ἀνεπιστρόφως *erit* abſque reſpectu, neglectis odiis vel obtrectationibus improborum: *quod paulo poſt dicit* στερρῶς, rigide.] e *For.* ὡς στερρότερον τῆς πόλεως ἄρξαντα, πολύ τε τὸ ἐπιστρ. *Alioqui poſſint hæc cohærere, & ita ſcribendo:* ὡς στερρότερον τῆς πόλεως ὄντα, πολὺ γὰρ τὸ ἐπιστρ. ¶IN VERS. L. 1 ac ſibi [duos] Imperatores præficere: quos imperium inter ſe partiri voluerunt. ne rurſum illa potentia ad tyrannidem deueniens, rurſum offenderet; *vel,* impingeret. *Intellige autem eo ſenſu quo dicitur nauis offendere, vel impingere: quum alioqui & nauem impingere dicatur aliquis, & quidem vſitatius.* [*vel;* ne, *ſi uni permitteretur imperium,* poteſtas reflexo gradu, in tyrannidem iterum impingeret. *quod in conſulibus quoque ſpectatum fuiſſe, refert Eutropii metaphraſtes 65,48.*] 2 Albinus, *non* Balbinus. *habent alia huius interpretationis editiones, hoc in loco: alibi autem, modo hoc, modo illud.* [*In Gr. quoque Faſtis* Albinus *nominatur, p.* 40: *ſed a Faſtis Latinis appellatur* Balbinus. *itidemque a Latinis Cæſareæ hiſtoriæ ſcriptoribus, & Gr. Eutropii metaphraſte, 120,17.*] 3 [*aut Græciſmum hic vſurpauit Politianus, aut* ſimpliciorum *ſcripſit.*] 4 cliuum quo. M. 5 qui ſeuerius ſe geſſerat in præfectura vrbis contra improbam & leuem multitudinem, M. *vel,* qui rigidiorem ſe in præfectura vrbis præbuerat, acriusque animaduerterat in improbos ac leues vulgaris turbæ homines, S. 6 nomen imperatoriæ dignitatis remaneret.

τοὺς

[a] τοὺς νεανίας, πάλαι στρατιώτας τε οἳ ἐν Ῥώμῃ διέτριβον, περιστήσαντες αὑτοῖς ξιφηφόρους, προελθεῖν τε τοῦ Καπετωλίου ἐβιάζοντο, ὑπὸ δὲ πλήθους ξύλων καὶ λίθων ἐκωλύθησαν· ἔστε δὴ ὑποβάλλοντός τινος, [b] αὐτοὶ τὸν δῆμον ἐσοφίσαντο. ἦν τι παιδίον νήπιον, τῆς Γορδιανοῦ θυγατρὸς τέκνον, τῷ πάππῳ ὁμώνυμον. πέμψαντες δή τινας τῶν σὺν αὐτοῖς τινὰς, κελεύουσι τὸ παιδίον κομισθῆναι. οἱ δέ, εὑρόντες αὐτὸ ἀθύρον οἴκοι, ἀράμενοι ἐπὶ τῶν ὤμων διὰ μέσου τοῦ πλή-
163 θους, † δεικνύντες τοῖς ὄχλοις, Γορδιανοῦ τε ἔκγονον λέγοντες, καὶ τῇ αὐτοῦ προσηγορίᾳ ἀποκαλοῦντες, ἀνάγουσιν εἰς τὸ Καπετώλιον εὐφημούμενον ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ φυλλοβολούμενον. τῆς τε συγκλήτου καίσαρα αὐτὸ ἀποδειξάσης, ἐπειδὴ διὰ τὴν ἡλικίαν οὐχ οἷός τε ἦν προΐστασθαι τῶν πραγμάτων, τῆς τε ὀργῆς ὁ δῆμος ἐπαύσατο, ἠνέσχοντό τε προελθεῖν εἰς τὴν βασίλειον αὐλήν. ¶ Συνέβη δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους πταῖσμα ὀλέθριον τῇ Ῥωμαίων πόλει, ἀρχὴν καὶ πρόφασιν λαβὸν ἐξ εὐτόλμου θράσους δύο ἀνδρῶν τῶν ἀπὸ συγκλήτου. συνεληλύθεσαν γὰρ εἰς τὸ βουλευτήριον πάντες, σκεψόμενοι περὶ τῶν καθεστώτων. μαθόντες δὲ οἱ στρατιῶται, οὓς ἐν τῷ στρατοπέδῳ Μαξιμῖνος [c] καταλελοίπει· ἤδη γὰρ πρὸς *ἄφιξιν τῆς στρατείας ὄντες, καὶ δι' ἡλικίαν οἴκοι μεμενηκότες· ἦλθον μέχρι τῆς εἰσόδου τῆς συγκλήτου, βουλόμενοι τὰ πραττόμενα μαθεῖν· ὅπλων μὲν γυμνοί, ἐν λιταῖς δὲ ἐσθῆσι καὶ ἐφεστρίσιν. εἱστήκεσαν δὲ μετὰ τοῦ λοιποῦ δήμου· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πρὸ τῶν θυρῶν ἔμενον· δύο δὲ ἢ τρεῖς, περιεργότερον ἐπακοῦσαι τῶν *βουλευομένων θελήσαντες, εἰς τὸ συνέδριον εἰσῆλθον, ὡς τὸν ἱδρυμένον βωμὸν τῆς νίκης ὑπερβῆναι τούτους. τῆς δὲ συγκλήτου ἀνήρ, [d] ὑπὸ ὑπατείας μὲν νεωστί, Γαλλικανὸς ὄνομα, Καρχηδόνιος δὲ τὸ γένος, καὶ ἕτερος *στρατηγικὸς τὸ ἀξίωμα, Μαικήνας καλούμενος, οὐδέν τι προσδοκῶντας τοὺς στρατιώτας, ἔχοντας δὲ τὰς χεῖρας ὑποκαθειμένας ταῖς ἐφεστρίσι, παίουσι πληγαῖς καταικαρδίαις, ξίφεσιν οἷς ἐπεφέροντο ὑποκολπίοις. πάντες γάρ, διὰ τὴν οὖσαν στάσιν τε καὶ ταραχήν, οἱ μὲν φανερῶς, οἱ δὲ καὶ κρύβδην ἐξιφηφόρουν, ἀμυντήρια δῆθεν φέροντες ἑαυτῶν, διὰ τοὺς αἰφνιδίως *ἐπιβουλεύοντας ἐχθρούς. τότε δὴ οἱ στρατιῶται

iuuentute, atq; vrbanis militibus, cum gladiis, vndique ſtipati, egredi Capitolio conabantur: ſed lapidibus ac fuſtibus coherciti: donec, [1] ſubiiciente neſcio quo, ad hunc modum populo impoſuerũt: Erat puer quidam, infans adhuc, ex Gordiani filia natus, nomen aui referens. Hũc igitur, ſubmiſſis quibuſdam, afferri ad ſe iuſſerunt; qui, quum domi eum ludibundum offendiſſent, impoſitum in humeros per mediam ferebant multitudinem, plebi oſtentantes, ac † nepo- 163 tulum Gordiani dictitantes, [2] vocanteſq; eum nominatim: quoad in Capitolium pertulerũt, populo ſubinde acclamante & conſpergente puerum frondibus. Quum itaq; ſenatus cæſarem illum declaraſſet, quando adhuc per ætatem remp. gerere non poterat, & iræ multitudinis reſederant, paſſi videlicet ſunt in aulam palatinam ſenes Imperatores commigrare. ¶ Sed incidit per eos dies ciuitati Romæ funeſta calamitas, orta de nimia duorum ſenatorũ audacia. [3] Nam quum ſenatus haberetur de publicis negotiis, duo ex militibus Maximini, quos in caſtris reliquerat, emeritę iam ætatis, ad fores curiæ acceſſerunt, exploratum quæ gererentur: inermes videlicet, tantumque ſub armalibus & ſagis induti. Conſtiterant autem pariter cum reliqua multitudine: ſed ceteris ante fores præſtolantibus, duo treſve ad [4] ſummum curioſiores audiendi, curiam ingreſſi, ſic vt vltra aram quoque Victoriæ penetrarent. hic ſenator quidam, depoſito nuper conſulatu, Gallicanus nomine, ac genere Carthaginienſis; alterque item prætorius, Mæcenas, nihil tale exſpectantes milites, manuſque adhuc ſub ſagulis habentes, repente adactis in corda pugionibus, *quos in ſinu conditos ſecum attulerant*, interficiunt. etenim omnis ſenatus, ob recentem ſeditionem tumultumque ſuperiorem, alii propalam, pars clãculum gladios gerebãt, quibus ſuam quiſq; ſalutem ab inimicorum inſidiis tuerẽtur. Ita cæſi

a For. τοὺς νεανίας πάντας, στρατ. b For. οὕτω τὸν δ. c *Poſt* καταλελοίπει *ſuſpenſa manet oratio. quam tamen ita ſuſpenſam reliquiſſe Herodianum vix crediderim: quæcumq; exiſtimanda ſit eſſe vera lectio. Quod autem in interpretatione legimus*, duo ex militibus Maximini, *id magis arbitror eſſe Politiani, ex ſequentibus ſumentis, quam Herodiani, qui de duobus non loquitur, niſi prius de pluribus loquutus.* [*Si parentheticῶς accipiãtur ſequentia vſq; ad* ἦλθον, & γὰρ *pro* quippe: *nulla erit ſuſpenſio. pro* ἄφιξιν *vero rectius legemus* ἄφεσιν. *nam* ἄφιξιν *appoſitum non eſt*; d *rectius* ἀπὸ *P. ed.* ¶ IN VERS. L. 1 admonente: *vel*, conſilium dante. 2 eumque illius nomine appellantes. 3 Nam cum omnes in curiam conueniſſent, vt de rerum ſtatu diſpicerent, ea re comperta milites, quos in caſtris Maximinus reliquerat, (quippe propemodum emeritos, ac per ætatem domi remanere permiſſos) acceſſerunt vſq; ad aditum curiæ vt intelligerent quid ageretur: armis tamen nudi, ſimplicemque tantummodo veſtem ac lacernas induti. S. 4 q.e. ſummam.]

milites, quod ſe de improuiſo defendere haud quiuerãt, proſtrati ante [1]altaria iacebant. Quo viſo, ceteri confeſtim expauefacti cõmilitonum interitu, ſimulq; populi concurſum formidantes, φ erant inermes, fugam arripuere. Ceterum Gallicanus, raptim
164 ſe curia † in mediam multitudinem proripiens, gladiumq; & manum ſtillantem ſanguine oſtentans, ad perſequẽdos occidendosq; ſenatus populiq; Romani hoſtes, amicos ſocioſq; Maximini, vulgus adhortabatur. Quibus rebus inducta plebs, Gallicanum fauſtis excipit acclamationibus, militesque lapidibus inceſſit, quatenus licuit perſequuta. Ceterum quũ ſe illi in caſtra recepiſſent, paucis tantummodo vulneratis, clauſis portis, armiſque arreptis, caſtrorũ mœnia defenſabant. Verum Gallicanus, quãdo ſemel tantum facinus auſus fuerat, bellum protinus ciuile atq; omnib. perniciosum ſuſcitauit. quippe iuſſis effringi publicis armamẽtariis, in quib. pompæ magis inſtrumenta q̃ belli aſſeruabantur, vnde ſibi quiſq; munimẽtum corporis accõmodaret, apertisq; item gladiatorũ ludis, atq; vnoquoq; propriis armis ornato: præterea cunctis, quæcũq; intra domos aut officinas eſſent, haſtis, gladiis, ac ſecuribus direptis,[2] quum quidquid occurrerat, furor in arma conuerteret, ſtatim omnes conferti conglobatiq; ad caſtra contenderunt;[3] ac, velut vrbem aliquam expugnaturi, murum ipſum portasq; circumſederunt. Ceterum milites, vtpote pugnandi peritiſſimi, pinnis ſeſe murorũ clypeisq; protegentes, ſagittarum iactu crebro ac prælongis contis multitudinem repellebant. Poſtremo, quum iam defatigato populo ſauciisq; magna ex parte gladiatoribus, atq; in veſperam vergente die, regredi in vrbem decreuiſſent: cõſpicati milites ſecuritatem abeuntium, (quippe minime auſuros putabãt Romani adeo paucos aduerſus tantam multitudinem caſtris eruptionẽ facere) confeſtim vniuerſi ſeſe portis patentib. in vulgus illud hominum concitauere. Ibi gladiatores ad vnũ cæſi, magnaq; pars populi colliſa.
165 Quo facto, quũ haud procul caſtris † receſſiſſent, rurſum ſeſe intra munimenta recẽperũt.

πληγέντες, καί πως ἀπροσδοκήτως προσβαλλόμενοι [a]οὐ δυνηθέντες, περὶ τοῦ βωμοῦ ἔκειντο. οἱ δὲ λοιποὶ στρατιῶται, τοῦτο θεασάμενοι, ἐκπλαγέντες τὰ πάθη τῶν συστρατιωτῶν, φοβηθέντες τε τοῦ δήμου τὸ πλῆθος, ἄνευ τε ὅπλων ὄντες, ἔφυγον. ὁ δὲ Γαλλικανὸς, ἐκδραμὼν τῆς συγκλήτου † εἰς τὸν δῆμον 164
μέσον, δεικνύς τε τὸ ξίφος καὶ τὴν χεῖρα ἡμαγμένην, διεκελεύετο διώκειν καὶ φονεύειν τοὺς ἐχθροὺς μὲν συγκλήτου καὶ Ῥωμαίων, φίλους δὲ καὶ συμμάχους Μαξιμίνου. ὁ δὲ δῆμος, ῥᾷστα πεισθεὶς, τὸν μὲν Γαλλικανὸν εὐφήμει, τοὺς δὲ στρατιώτας ὡς δυνατὸν ἦν διώκοντες, ἔβαλλον λίθοις. οἱ δέ, φθάσαντες, ὀλίγων τινῶν καὶ τρωθέντων, εἰς τὸ στρατόπεδον καταφυγόντες, καὶ τὰς πύλας ὡς ἐδύναντο κλείσαντες, ὅπλα δὲ ἀναλαβόντες, ἐφρούρουν τὸ τεῖχος τοῦ στρατοπέδου. ὁ δὲ Γαλλικανὸς, ἅπαξ τολμήσας ἔργον τηλικοῦτον, ἐμφύλιον πόλεμον καὶ ὄλεθρον μέγαν ἤγειρε τῇ πόλει. τάς τε γὰρ δημοσίας ἀποθήκας τῶν ὅπλων, εἴ τινες ἦσαν πρὸς πομπὴν μᾶλλον ἢ μάχην ἐπιτήδειοι, ἀναρρῆξαι τοὺς ὄχλους ἔπεισε, τό τε σῶμα [b]ἕκαστος φράττεσθαι ὡς οἷός τε ἦν· τά τε τῶν μονομάχων καταγώγια ἀνοίξας, ἐξήγαγε τοῖς οἰκείοις ὅπλοις ἕκαστον ἐξηρτυμένον. ὅσα τε ἦν [c]οἰκίαις ἢ ἐργαστηρίοις δόρατα ἢ ξίφη, πελέκεις τε, πάντα διηρπάζετο. ὅ τε δῆμος ἐνθουσιῶν, πᾶν τὸ ἐμπίπτον ὕλης ἀξιομάχου ἐργαλεῖον, ὅπλον ἐποιεῖτο. ἀθροισθέντες οὖν ἐπῆλθον τῷ στρατοπέδῳ, καὶ, ὡς πολιορκήσοντες αὐτὸ δῆθεν, προσέβαλλόν τε ταῖς πύλαις καὶ τοῖς τείχεσιν. οἱ δὲ στρατιῶται, μετὰ πολλῆς ἐμπειρίας [d]ὡπλισμένοι τε τὰς ἐπάλξεις καὶ τὰς ἀσπίδας, τόξοις τε αὐτοὺς βάλλοντες, καὶ δόρασι μακροῖς ἀπείργοντες, τῶν τειχῶν ἀπεδίωκον. ὡς δὲ κάμνων ὁ δῆμος, οἵ τε μονομάχοι τιτρωσκόμενοι, ἤδη καὶ ἑσπέρας προσιούσης, ἀπελθεῖν ἠθέλησαν, θεασάμενοι αὐτοὺς οἱ στρατιῶται [e]ἐπεστραμμένους καὶ τὰ νῶτα δεδωκότας, ἀπιόντας τε ἀμελέστερον, οἰόμενοι μὴ τολμήσειν ἐπεξελθεῖν ὀλίγους πλήθει τοσούτῳ, ἀνοίξαντες αἰφνιδίως τὰς πύλας, ἐπέδραμον τῷ δήμῳ, καὶ τούς τε μονομάχους ἀπέκτειναν, τοῦ τε δήμου μέγα τι πλῆθος ἀπώλετο ὠθούμενον. οἱ δὲ, τοσοῦτον διώξαντες ὅσον μὴ πολύ τι τοῦ στρατοπέδου ἀποστῆναι, πάλιν † ἐπανῆλθον, ἐντός τε τοῦ τείχους ἔμενον. 165

a *Scribendum puto ἰδεῖν.* b *Scribo ἕκαστον.* c *Malim ἦν ἐν οἰκίαις: aut ἐν ταῖς οἰκίαις.* d *Facile crediderim Herodianum scripsiſſe,* ὡπλισμένοι τε καὶ ἔχοντες τὰς ἐπάλξεις & τὰς ἀσπ. *aut* ἀποπεφραγμένοι ταῖς ἀσπ. *aut* φραξάμενοι ταῖς ἐπ. *aut certe aliquid huiuſmodi.* e *recitius* ἀπεστραμμένους *H.P. editio.* ¶IN VERS. L. 1 aram, M. 2 quum quodcumq; occurreret inſtrumentum ex idonea ad pugnam materia, furor in ar. *At Pol. omittit hæc,* ὕλης ἀξιομάχου ἐργαλεῖον. 3 ac velut ipſa expugnaturi; *aut* obſeſſuri.

Ἐπιδόντες

Ἔνθεν μείζων ἡ ὀργὴ τοῦ τε δήμου καὶ τῆς συγκλήτου ἐγένετο. στρατηγοί τε οὖν κατελέγοντο, ἐκ τῆς πάσης Ἰταλίας λογάδες· ἥ τε νεολαία πᾶσα ἠθροίζετο, ὅπλοις τε αὐτοσχεδίοις καὶ τοῖς προστυχοῦσιν ὡπλίζετο. [a] τούτων δὴ τὸ μὲν πλεῖστον μέρος ὁ Μάξιμος σὺν αὐτῷ ἀπήγαγεν, ὡς δὴ Μαξιμίνῳ πολεμήσων· οἱ δὲ λοιποὶ, ἔμειναν, ὡς τὴν πόλιν φρουρεῖέν τε, καὶ προασπίζοιεν αὐτῆς. Ἑκάστοτε οὖν τοῖς τείχεσι τοῦ στρατοπέδου ἐγίνοντο προσβολαί. ἐπέραινον δὲ οὐδὲν, προμαχομένων ἄνωθεν τῶν στρατιωτῶν· οἱ δὲ, βαλλόμενοι καὶ τιτρωσκόμενοι, κακῶς ἀπηλλάγησαν. ὁ δὲ Βαλβῖνος, οἴκοι μένων, διάταγμά τι προθεὶς, ἱκέτευε τὸν δῆμον εἰς διαλλαγὰς χωρῆσαι· τοῖς τε στρατιώταις ὑπισχνεῖτο ἀμνηστίαν, ἄδειάν τε πάντων ἐδίδου ἁμαρτημάτων. ἀλλ' οὐδετέρους ἔπειθε· τὸ δὲ δεινὸν ἑκάστοτε ηὔξετο, τοῦ μὲν τοσούτου δήμου ἀπαξιοῦντος ὑπ' ὀλίγων καταφρονηθῆναι, τῶν δὲ στρατιωτῶν ἀγανακτούντων ὅτι δὴ ταῦτα ὑπὸ Ῥωμαίων, ὡς ὑπὸ βαρβάρων, πάσχοιεν. τὸ δὴ τελευταῖον, ὅτε προσμαχοῦντες οὐδὲν ἐπέραινον, ἔδοξε τοῖς στρατηγοῖς ἐκκόψαι πάντας τοὺς εἰσρέοντας εἰς τὸ στρατόπεδον ὀχετοὺς ὕδατος, αὐτούς τε ποτοῦ καὶ ἐνδείᾳ ῥείθρων αὐτοὺς [b] παραστήσαντες. προσπεσόντες οὖν, πᾶν τὸ ὕδωρ τοῦ στρατοπέδου εἰς ἕτερα ῥεῖθρα μετοχετεύοντες, ἐκκόπτοντες καὶ ἐμφράττοντες τὰς εἰς τὸ στρατόπεδον εἰσόδους αὐτοῦ. οἱ δὲ στρατιῶται, ὁρῶντες τὸν κίνδυνον, ἐν ἀπογνώσει δὲ γενόμενοι, τὰς πύλας ἀνοίξαντες, ἐπεξῆλθον. μάχης τε καρτερᾶς γενομένης καὶ φυγῆς τῶν δημοτῶν, ἐπὶ πολὺ τῆς πόλεως διώκοντες οἱ στρατιῶται προεχώρησαν. ἐπεὶ δὲ οἱ ὄχλοι, ταῖς συστάδην μάχαις ἡττώμενοι, ἀναπηδῶντες εἰς τὰ δώματα, τῷ τε κεράμῳ βάλλοντες αὐτοὺς καὶ λίθων βολαῖς, τῶν τε ἄλλων ὀστράκων, ἐλυμαίνοντο, ἐπαναβῆναι μὲν αὐτοῖς, δι' ἀγνοίας τῶν οἰκήσεων, οὐκ ἐτόλμησαν οἱ στρατιῶται· κεκλεισμένων δὲ τῶν οἰκιῶν καὶ τῶν ἐργαστηρίων, ταῖς θύ-
166 ραις, καὶ εἴ τινες ἦσαν ξύλων ἐξοχαὶ, † (πολλαὶ δὲ αὗται κατὰ τὴν πόλιν) πῦρ προσεπέθεσαν. ῥᾷστα δὲ, διὰ πυκνότητα τῶν συνοικιῶν, ξυλείας τε πλῆθος ἐπάλληλον, μέγιστον μέρος τῆς πόλεως τὸ πῦρ ἐνεμήθη, ὡς πολλοὺς μὲν ἐκ πλουσίων ποιῆσαι πένητας, ἀποβαλόντας θαυμαστὰ καὶ ἀμφιλαφῆ κτήματα, ἔν τε προσόδοις πλουσίαις, καὶ ἐν ποικίλῃ

Hinc igitur maior ſenatui populoq; Romano indignatio oborta. [1] quare duces ex Italia omni probatiſſimum quemque delegerunt; iuuentutemq; omnem, collectam in vnum, ſubitariis armis ac tumultuariis adornarũt. Horum potiſſimam partem ſecum Maximus eduxit, vt aduerſus Maximinum prœliaretur: reliqui, ad vrbis cuſtodiam tutelamque relicti. Interea quotidie ad muros caſtrorum dimicabatur; ſed profectu nullo; defenſantibus ſuperne militibus, ictamque & ſauciam multitudinem fœde repellentibus. At Balbinus, [2] domi ſe continens, populo per edictum ſupplicabat vt in gratiam cum militibus rediret: quibus etiam omnium quæ patrauerant, obliuionem atque impunitatem pollicebatur. Sed neutris id perſuaſum; gliſcente in dies malo, ac populo indignante quod tãta multitudo tam paucis contemptui foret; contra, militibus ægerrime ferẽtibus, [3] ea ſe a Romanis paſſos quæ vix vmquam a barbaris exſpectaſſent. Poſtremo, quando oppugnatio parum procedebat, viſum ducibus, interuertere omnes riuos qui in caſtra peruenirent, vt milites aquarum penuria ſitique conficerent. Igitur *ocius* abſcindendo obſtruendoque, cunctos e caſtris aquarum riuos auertebant. Sedenim intellecto periculo milites, ac rebus deſperatis, erumpunt vniuerſi patentibus portis; [4] congreſſiq; multitudinem fugientem in vrbem vſq; perſequuntur. Sed vbi iam ſtatario illo certamine plebs inferior, intra domos ſe receperat, ac tegularum lapidumque & teſtarum iactibus deſuper vrgere cœperat milites, haud auſi illi ignota ædificia ſubire, clauſis etiam domibus & tabernis, ignem ianuis ac ligneis ædificiorum proiecturis, † (quales in vrbe ſunt plurimæ) illico admouerunt. 166
Quo factum eſt vt partim crebritate [5] inſularum, partim lignea materia, [6] bona pars vrbis conflagrauerit: multique ex opulentis pauperes facti, maximis atque egregiis amiſſis poſſeſſionibus, vel prouẽtu vberrimis, vel ſplendore ipſo &

a *Fort.* κ̀ τούτων δὴ τὸ μ. b *Scriptum puto fuiſſe,* παραστήσοντας. *Alioqui vtens participio, videtur dicturus fuiſſe,* ὡς ἂν αὐτοί τε ποτοῦ καὶ ἐνδείᾳ ἐπιέζοντο αὐτοὺς παραστησομένους, *ſiue* παραστήσοντες. ¶ IN VERS. L. 1 Et duces igitur & milites lectiſſimi quique, per totam Italiam conſcribebantur: iuuentusque omnis colligebatur, & tumultuariis ac ſubitariis armis inſtruebatur, S.
2 domi remanens (*quia ſcilicet Maximus ex vrbe cum copiis aduerſus Maximinum profectus erat*) M. 3 ea ſe a Romanis, non ſecus atque a barbaris, pati. 4 Quumque acriter pugnatum eſſet, plebem in fugam verſam perſequentes milites, longe intra vrbem ſunt progreſſi. 5 domorum coniunctarum; *quæ differunt ab inſulis vrbanis*; M. 6 maxima pars, M.

varietate pretioſis. Neque vero pauci exſtincti mortales, quod ianuis igne occupatis, proripere ſe domo copia non fuerat. Bonaque diuitum direpta penitus; immiſcente ſe militibus ſtudio rapiendi facinoroſiſſimo quoque, & tenui plebecula. [1] Sed adeo peruagatum longe lateque incendium eſt, vt plus multo conſumpſerit quam quantum ſpatii maxima quæque vrbs ædificiis occupet.

Dum hæc Romæ geruntur, interea Maximinus confecto itinere Italiam attigerat: ac, ſacrificato ad aras quę in finibus ipſis erectæ ſunt, pergit iter facere: iuſſis arma tenere atq; inſtructa acie progredi militibus. Sed quum & Africę defectionem, & Romæ bellum ciuile, prætereaque res a Maximino geſtas, iterque eius hactenus conſcripſerimus; reliqua deinceps explicabuntur.

πολυτελείᾳ τίμια. πλῆθός τε ἀνθρώπων συγκατεφλέχθη, φυγεῖν μὴ δυνηθέντων, διὰ τὸ τὰς ἐξόδους ὑπὸ τοῦ πυρὸς προκατειλῆφθαι. οὐσίαι τε ὅλαι πλουσίων ἀνδρῶν διηρπάγησαν, ἐγκαταμιξάντων ἑαυτοὺς τοῖς στρατιώταις πρὸς τὸ ἁρπάζειν κακούργων καὶ εὐτελῶν δημοτῶν. τοσοῦτον δὲ μέρος τῆς πόλεως τὸ πῦρ ἐλυμήνατο, ὡς μηδεμίαν τῶν μεγίστων πόλεων ὁλόκληρον δύνασθαι τῷ μέρει ἐξισωθῆναι. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ῥώμην τοιαῦτα ἦν. ὁ δὲ Μαξιμῖνος, ἀνύσας τὴν ὁδοιπορίαν, ἐπέστη τοῖς τῆς Ἰταλίας ὅροις· θύσας τε ἐπὶ τῶν μεθορίων βωμῶν, τῆς ἐπ' Ἰταλίαν εἰσβολῆς εἴχετο· ἐκέλευσέ τε πάντα τὸν στρατὸν ἐν ὅπλοις εἶναι, καὶ μετ' εὐταξίας προχωρεῖν. Τὴν μὲν οὖν Λιβύης ἀπόστασιν, καὶ τὸν κατὰ τὴν Ῥώμην ἐμφύλιον πόλεμον, τά τε Μαξιμίνῳ πραχθέντα, καὶ τὴν εἰς Ἰταλίαν ἄφιξιν αὐτοῦ, ἐδηλώσαμεν· τὰ δὲ ἑπόμενα, ἐν τοῖς ἑξῆς λεχθήσεται.

HERODIANI HISTORIÆ DE IMPERIO POST MARcum, *Liber octauus.*

QVæ poſt interitũ Gordiani geſſerit Maximinus, [2] iterq; eius in Italiam, prætereaq; Africæ defectionem, & in vrbe ipſa populi ac militum ſeditiones, ſuperiore volumine recẽſuimus. Enimuero Maximinus, poſteaquam ad I-
167 taliæ fines peruenit, † pręmiſſis exploratoribus qui ſpecularentur an vllę in Alpium cõuallibus & dẽſiſſimis ſiluis inſidiæ deliteſcerent, ipſe, in planum deductis militibus, iubet armatorum acies quadrato agmine incedere, [3] *in longum porrectas potius quam confertas:* [4] vt ab iis quamplurimum campi occuparetur: cunctiſque in medium coactis [5] impedimentis, *iumentiſq; & vehiculis,* ipſe cum ſuis ſtipatorib. velut ſubſidio ſequebatur: alis vtrimque diſcurrentibus cataphractorum equitum, Mauriſque iaculatoribus, ſagittariiſque ex Oriente: & equitatu Germanorum; quos auxiliares adſciuerat, quoſque etiam præcipue opponere hoſtibus conſueuerat; vt primos videlicet impetus exciperent, feroces audaceſque

ἩΡΩΔΙΑΝΟΥ ΤΗΣ ΜΕΤΑ ΜΑΡΚΟΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ [ΙΣΤΟΡΙΩΝ] βιβλίον ὄγδοον.

ΤΑ μὲν δὴ Μαξιμίνῳ πραχθέντα μετὰ τὴν Γορδιανοῦ τελευτήν, ἥ τε εἰς Ἰταλίαν ἄφιξις αὐτοῦ, Λιβύης τε ἀπόστασις, καὶ ἡ ἐν Ῥώμῃ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὸν δῆμον διαφορά, ἐν τοῖς πρὸ τούτων λέλεκται. ὁ δὲ Μαξιμῖνος, ἐπιστὰς τοῖς ὅροις, † προὔ- 167
πεμψε σκοποὺς τοὺς ἐρευνήσοντας μή τινες ἐνέδραι ἐν κοιλάσιν ὀρῶν, ἢ λόχμαις, ὕλαις τε, κρύφιοι εἶεν. αὐτός τε καταγαγὼν εἰς τὸ πεδίον τὸν στρατόν, τὰς μὲν τῶν ὁπλιτῶν φάλαγγας ἐς τετράγωνα ἔταξε σχήματα, ἐπιμήκεις μᾶλλον ἢ βαθείας, ὡς ἂν πλεῖστον τοῦ πεδίου διαλάβοιεν. τὰ δὲ [a] σκευοφόρα πάντα κτήνη τε καὶ ὀχήματα, ἐν μέσῳ τάξας, αὐτὸς ἅμα τοῖς δορυφόροις ὀπισθοφυλακῶν εἵπετο. ἑκατέρωθεν δὲ παρέθεον αἵ τε τῶν καταφράκτων ἱππέων ἴλαι, καὶ Μαυρούσιοι ἀκοντισταί, τοξόται τε οἱ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς. καὶ Γερμανῶν ἱππέων μέγα τι πλῆθος ἐπήγετο συμμάχους. ἐκείνους γὰρ μάλιστα προὐβάλλετο, ἵν' ἐκδέχωνται τῶν πολεμίων τὰς πρώτας ἐμβολάς, θυμοειδεῖς ὄντες καὶ εὔτολμοι

a *Si σκευοφόρα adiectiue accipias, de iumentis ac vehiculis intelligendum erit ad impedimenta portanda aptis.* ¶IN VERS. L.

1 Tantam porro vrbis partem ignis depopulatus eſt, vt ne maximarum quidem vrbium vlla, integra ſua magnitudine illi parti exæquari poſſet, *Gr.* 2 eiuſque in Italiam aduentum, & Libyæ defectionem, necnon eam quæ Romæ fuit militibus aduerſus populum diſcordiam, ſupra commemorauimus. 3 longitudinis numero maiore quam altitudinis, M. 4 *His verbis,* vt ab iis quampl. campi occuparetur, *ratio redditur non cur quadrato agmine ſuas acies, ſeu phalanges, (retinendo Herodiani vocem) vellet incedere, ſed cur in longum porrectas, potius quam confertas, ſeu profundas, vt proprie ſonat vox Græca.* 5 *viſe annot. e regione.*

ἐν ἀρχῇ

ἐν ἀρχομένῃ μάχῃ· εἰ δ' ἄρα καὶ κινδυνεύειν δέοι, εὐκαταφρόνητοι, ὡς βάρβαροι. Ὡς δὲ πᾶν τὸ πεδίον διῆλθεν ὁ στρατὸς μετ' εὐκοσμίας τε καὶ εὐταξίας, ἐπέστησαν πρώτῃ Ἰταλίας πόλει, ἣν καλοῦσιν Ἦμαν οἱ ἐπιχώριοι· πρόκειται δὲ αὕτη ἐπ' ἀκροτάτῳ πεδίῳ, ἱδρυμένη πρὸ τῆς ὑπωρείας τῶν Ἄλπεων. ἔνθα ὑπαντώμενοι τῷ Μαξιμίνῳ οἱ προφύλακες καὶ σκοποὶ τοῦ στρατοῦ, ἤγγελλον κενὴν ἀνθρώπων εἶναι τὴν πόλιν, πανδημεί τε πεφευγέναι, ἐμπρήσαντας τὰς θύρας ἱερῶν τε καὶ οἰκιῶν· πάντα τε ὅσα ἦν ἐν τῇ πόλει ἢ τοῖς ἀγροῖς, ἃ μὲν ἐκφορήσαντας, ἃ δὲ καταπρήσαντας· καὶ μήτε ὑποζυγίοις, μήτε ἀνθρώποις καταλελεῖφθαι τροφάς. ὁ δὲ Μαξιμῖνος, ἥσθη μὲν ἐπὶ τῇ τῶν Ἰταλιωτῶν εὐθεῖ φυγῇ· ἐλπίζων πάντας τοὺς δήμους τοῦτο ποιήσειν, οὐχ ὑπομένοντας τὴν ἔφοδον αὐτοῦ· ὁ δὲ στρατὸς ἤχθετο, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ λιμοῦ πειρώμενος. Διανυκτερεύσαντες οὖν, οἱ μὲν, ἐν τῇ πόλει ἐν ἀθύροις καὶ κοιναῖς πάντων οἰκίαις, οἱ δὲ, ἐν τῷ πεδίῳ, ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι ἐπὶ τὰς Ἄλπεις
168 ἠπείγοντο· ἅπερ ὄρη ὑπερμήκη, ὥσπερ τεῖχος † Ἰταλίας, ἡ φύσις ἤγειρεν· ὑπερνεφῆ μὲν τὸ ὕψος, ἐπιμηκέστατα δὲ, ὡς πᾶσαν Ἰταλίαν διειληφότα καθήκειν, ἐν μὲν τοῖς δεξιοῖς Ἰταλίας μέρεσιν, εἰς τὸ Τυῤῥηναῖον πέλαγος· ἐν δὲ τοῖς λαιοῖς, εἰς τὸν Ἰόνιον κόλπον. σκέπεται δὲ ὕλαις δασείαις καὶ πυκναῖς. τὰς δὲ διεξόδους ἐστένωται, ἢ διὰ [a] κρημνοῦ εἰς βάθος μέγιστον * ἀπεῤῥωγότας, ἢ διὰ πετρῶν τραχύτητα. στενωποὶ γάρ εἰσι χειροποίητοι, μετὰ πολλοῦ καμάτου τοῖς πάλαι Ἰταλιώταις εἰργασμένοι. μετὰ δέους οὖν πολλοῦ διῄει ὁ στρατὸς, ἐλπίζοντες τάς τε ἄκρας κατειλῆφθαι, πεφράχθαι τε τὰς διόδους ἐς κωλύμην τῆς αὐτῶν διαβάσεως. ἤλπιζον δὲ καὶ ἐδεδοίκεσαν εἰκότα, τῶν χωρίων τεκμαιρόμενοι τὴν φύσιν. Ὡς δὲ διέβησαν ἀκωλύτως, μηδενὸς ἐμποδὼν γενομένου, καταβαίνοντες εἰς τὸ στρατόπεδον, ἤδη ἀνεθάῤῥησάν τε καὶ ἐπαιάνισαν· ῥᾷστά τε αὐτῷ πάντα προχωρήσειν ὁ Μαξιμῖνος ἤλπισεν, Ἰταλῶν μηδὲ ταῖς δυσχωρίαις τεθαῤῥηκότων, ἔνθα ἢ κρύπτειν ἑαυτοὺς καὶ σώζειν ἠδύναντο, ἢ δι' ἐνέδρας ἐπιβουλεῦσαι, μάχεσθαί τε ἄνωθεν, ἐξ ὑπερκειμένων χωρίων. γενομένων δὲ αὐτῶν

initio pugnæ viri; ſimul vt, ſi in diſcrimen veniretur, vilis potiſſimum barbaria illa periclitaretur. Sed vbi totam planitiem ſeruatis *rite* ordinibus tranſmiſerunt, ad Italiæ vrbem peruentum eſt, quæ [1] Ema a cultorib. vocatur. Ea ſita eſt in extrema planitie ad Alpium radices. Vbi ſpeculatores atq; exploratores exercitus *occurrentes*, narrant Maximino, vacuam relictam vrbem: aufugiſſe omnes incolas; templorum etiam ac domorum ianuis incendio conſumptis, atque omnibus quæ vel in vrbe vel in agris fuerāt, exportatis aut igni corruptis: nihil aut iumentis aut hominibus alimētorum relictum. Quæ res grata inprimis Maximino fuit; quod item ceteros quoq; populos [2] ſuo quemque metu facturos arbitrabatur: contra, milites indigne tulerunt, quod ab initio ſtatim fame laborarent. Quumq; noctē exegiſſent, partim intra patentes communesque omnibus domos, partim in planitie ipſa, ſtatim ſole oriente ad Alpes acceſſerunt. * Hi ſunt longiſſimi *ac proceriſſimi* quidā montes, vice murorum † Italię circumdati, atque adeo in altum editi, vt etiam ſuperare nubes videātur; itaq; in longum porrecti vt vniuerſam Italiam comprehendant, [3] læua ad Tyrrhenū pelagus, dextra ad Ionium vſq; pertingentes: denſis vbique nemoribus inſeſſi, atq; anguſtiſſimis callibus & rupium prærupta altitudine, ſcopulorumque aſperitate vix peruii; nonnullis tamē quaſi ſemitis magno veterum Italorum labore manufactis: Quapropter ingens tranſiturum illac exercitum formido tenebat, ſperantem ſumma iuga teneri iam ab hoſte, nulloſque non obſtructos exitus ad ſe prohibendos. Neque is metus de nihilo erat, locorum naturam contemplantibus. Poſtea vero quam ſine vllo impedimento ſuperatis Alpibus in caſtra deſcenderant, læti ſcilicet omnes inſtauratis animis vitulabantur: nihilque non ſibi ex ſententia ceſſurum Maximinus arbitrabatur, ne locorum quidem [4] difficultati fidentibus Italis; intra quas latitare ipſi & ſaluti ſuæ conſulere, prætereaque inſidiari hoſtibus, [5] ac locis ſuperne imminentibus pugnam capeſſere potuiſſent. Sed vbi plani- 168

a *Veram lect. puto* κρημνούς. ¶ IN VERS. L. 1 *In vet. Frob. editione* Emona: [*vt etiam apud Ptolemæum; apud Iulium Capitolinum* Hemona, *apud Plinium* Æmona] 2 *aptius eſſet* ſui: *atq; ita fortaſſe ſcripſit Polit.* 3 *diuerſo ſitu a Græco hoc dixit. Gr. enim ſonant*; a dextro Italiæ latere, ad Tyrrhenum pelagus; a læuo, ad Ionium ſinum pertingentes, M. 4 *Ex eo quod ſequitur*, intra quas, *in omnibus editionibus, coniicio Polit. ſcripſiſſe* difficultatibus: *ſcripturū alioqui* intra quos. 5 *puto ſcriptum fuiſſe*, ac e locis ſup.

tiem attigerunt, nuntiant exploratores maximam Italiæ vrbẽ Aquileiam portas occluſiſſe: Pãnoniorum acies quæ præiuerant, acriter murũ oppugnaſſe: ceterũ tentata re ſæpe, omnes in caſſum conatus euaſiſſe. Itaq; iam defatigatos recedere; lapidibus ſcilicet & haſtis magnaque ſagittarum vi deſuper ingruẽtibus. At Maximinus, iratus Pannoniis, quaſi parum impigre prœliatis, ipſe cũ exercitu reliquo accelerabat, ſperans nullo negotio ſe illius vrbis potiturum. Sed Aquileia [1] prius quoq; (vt erat ingens vrbis eius magnitudo) populo abũdabat: & velut Italiæ quoddã emporium [2] ad mare ſita, quaſique terminus Illyriæ, copiam rerum e continenti per terram
169 fluuiosque conuectam † nauigantib. *mercatorib.* ſuggerebat: & ab ipſo mari res ad vſum eorum qui continentem colunt neceſſarias; videlicet ſuperioribus terris propter hiemis aſperitatem minus feracibus: maxime tamẽ vinum, cuius in ipſa regione maximus prouentus eſt, vicinis gẽtibus, ne vitem quidem habentibus, affatim ſuppeditabat. Ex quo factũ vti ſuper ciuium ingentem numerum, etiã magna vis hoſpitum ac mercatorũ eam vrbem frequentaret. Enimuero tunc etiam aucta multitudo, confluẽtibus illuc ex agris quicumque oppidulis vicisque circa relictis, [3] fidebant vrbis magnitudini, ac vetuſtis mœnibus; dirutis quidem antea magna ex parte: (quippe in tanta Romanorum potentia, neque murorum neq; armorũ Italiæ ciuitates indigebant, pacem altiſſimam agitantes, atque in participatum reip. adſcitæ) ſed tunc, vrgente videlicet neceſſitate, renouatis inſtauratisque mœnibus *ac ruinis*, præterea turribus ac propugnaculis excitatis, totaq; vrbe ad eum modum cõmunita, clauſisq; portis, noctem diemq; vniuerſi pro muro ſtãtes, hoſtem fortiſſime propulſabant. Duces erant ſumma poteſtate duo conſulares viri lecti a ſenatu, Criſpinus ac Menephilus. Hi maxima diligentia procurauerant vti neceſſaria quæq; in vrbem

ἐν τῷ πεδίῳ, οἱ σκοποὶ ἀπήγγειλαν, πόλιν Ἰταλίας τὴν μεγίστην, Ἀκυληίαν δὲ καλουμένην, κεκλεῖσθαι· τὰς δὲ προπεμφθείσας φάλαγγας τῶν Παιόνων, προθύμως μὲν τειχομαχῆσαι, πολλάκις δὲ προσβαλούσας, αὖθις οὐδὲν ἀπαγορεύειν δὲ καὶ ἀναχωρεῖν βαλλομένους λίθοις τε καὶ δόρασι, τόξων τε πλήθει. Ὁ δὲ Μαξιμῖνος, ἀγανακτήσας πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν Παιόνων, ὡς ἀμελέστερον μαχομένους, αὐτὸς σὺν τῷ στρατῷ ἠπείγετο, ἐλπίζων ῥᾷστα αἱρήσειν τὴν πόλιν. ἡ δὲ Ἀκυληία,[a] καὶ πρότερον μὲν (ἅτε μεγίστη πόλις) ἰδίου δήμου πολυάνθρωπος ἦν, καὶ ὥσπερ τι ἐμπόριον Ἰταλίας ἐπὶ θαλάττῃ προκειμένη, καὶ πρὸ τῶν Ἰλλυρικῶν ἐθνῶν πάντων ἱδρυμένη· τά τε ἀπὸ τῆς ἠπείρου διὰ γῆς ἢ ποταμῶν κατακομιζόμενα παρεῖχεν ἐμπορεύεσθαι τοῖς † πλέουσι· τά τε ἀπὸ θαλάττης τοῖς ἠπειρώταις ἀναγκαῖα, ὧν ἡ παρ' ἐκείνοις χώρα διὰ [b] χειμῶνος οὐκ ἦν εὔφορος, ἀνέπεμπεν εἰς τὴν ἄνω γῆν. πρὸς οἶνόν τε μάλιστα πολύγονον χώραν γεωργοῦντες, ἀφθονίαν ποτοῦ [*] παρεῖχον τοῖς ἄμπελον μὴ γεωργοῦσιν. ἔνθεν πολύ τι πλῆθος ἐπεδήμει οὐ πολιτῶν μόνον, ἀλλὰ ξένων τε καὶ ἐμπόρων. [c] τότε δὴ μᾶλλον ἐπολυπλασιάσθη τὸ πλῆθος, τῶν ὄχλων πάντων ἐξ ἀγρῶν ἐκεῖσε συρρεόντων, πολίχνας τε καὶ κώμας τὰς περικειμένας καταλιπόντων, πιστευσάντων δὲ αὐτοῖς τῷ τε μεγέθει τῆς πόλεως, καὶ τῷ προβεβλημένῳ τείχει, ὃ παλαιότατον, ἐκ τοῦ πλείστου μέρους πρότερον μὲν κατερήριπτο· (ἅτε μετὰ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μηκέτι τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἢ τειχῶν ἢ ὅπλων δεηθεισῶν, μεταληφυιῶν δὲ ἀντὶ πολέμων εἰρήνην βαθεῖαν, καὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις πολιτείας κοινωνίαν) πλὴν τότε ἡ χρεία ἤπειξε τὸ τεῖχος ἀνανεώσασθαι, τά τ' ἐρείπια ἀνοικοδομῆσαι, πύργους τε καὶ ἐπάλξεις ἐγεῖραι. τάχιστα οὖν φράξαντες τῷ τείχει τὴν πόλιν, τάς τε πύλας κλείσαντες, πανδημεὶ ἐπὶ τῶν τειχῶν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἱδρυμένοι, τοῖς προσιοῦσιν ἀπεμάχοντο. ἐστρατήγουν δὲ αὐτῶν καὶ πάντα εἶχον διὰ φροντίδος ἄνδρες δύο, ἀπὸ ὑπατείας μὲν, ἐπιλεχθέντες δὲ ὑπὸ τῆς συγκλήτου· ὧν ὁ μὲν, Κρισπῖνος, ὁ δὲ Μηνόφιλος ἐκαλεῖτο. καὶ μετὰ πολλῆς προνοίας τά τε ἐπιτήδεια πάμπληθα 169

a Redditionem ad hac, habes aliquanto poſt, in iſtis verbis, τότε δὴ μᾶλλον ἐπολυπλασιάσθη τὸ πλῆθος. b Deeſt (opinor) accuſ. χειμῶνα ἐπὶ τεῖχος φοδρότατα. c aptius ſcriberetur τότε δὲ, quum ſit redditio ad illa, καὶ πρότερον μὲν, &c. Vide annot. proxime præcedentem.

¶IN VERS. L. 1 abundabat quidem populo etiam prius. Habes autem apodoſin ad iſta verba, in illis, Enimuero tunc etiam aucta multitudo. Sed Polit. omittit etiam hac verba, ἰδίου δήμου, quæ Herod. cum πολυάνθρωπος iungit. quaſi dicas; Erat quidem antea ſuo ipſius populo populoſa. id eſt; Eam quidem & antea populoſam proprius populus reddebat. 2 ad mare porrecta, & ante omnes Illyricas gentes ſita. 3 ſeſe credebant vrbis magnitudini, & mœnibus quorum obiectu defendebatur: quæ præ ſumma vetuſtate prius quidem maxima ex parte collapſa erant. Quæ autem ſequuntur, includo parentheſi, ad illa vſque verba, ſed tunc, vrgente videl. neceſſ. &c. vbi eſt redditio ad particulam μὲν: quæ eſt illic, πρότερον μὲν κατερήριπτο.

εἰσεκομί-

εἰσεκομίσαντο, ὡς ἐκτείνεσθαι εἰ), εἰ καὶ ἐπιμηκεστέρα γένοιτο πολιορκία. ἦν δὲ καὶ ὕδατος ἀφθονία φρεατιαίου. πολλὰ γὰρ τὰ ὀρύγματα ἐν τῇ πόλει. ποταμός τε *παραρρεῖ τὸ τεῖχος, ὁμοῦ παρέχων τε προβολὴν τάφρου καὶ χορηγίαν ὕδατος. Τὰ μὲν οὖν ἐν τῇ πόλει οὕτω παρεσκεύαστο. τῷ δὲ Μαξιμίνῳ, ἐπεὶ ἀπηγγέλη φρουρουμένη καὶ κεκλεισμένη γενναίως ἡ πόλις, ἔδοξε πέμψαι ἐν σχήματι πρεσβείας τοὺς κάτωθεν διαλεξομένους, εἰ ἄρα πείσαιεν αὐτοὺς ἀνοῖξαι τὰς πύλας.
170 ἦν δὲ ἐν τῷ στρατῷ χιλίαρχος, † ᾧ πατρὶς μὲν ἡ Ἀκυληΐα, ἦν τέκνα τε καὶ γυνή, οἰκεῖοί τε πάντες ἔνδον *ἀπεκέκλειντο. τοῦτον οὖν ἔπεμψε σὺν ἑτέροις ἑκατοντάρχαις, ἐλπίσας ῥᾷστα πείσειν ὡς πολίτην. ἀφικόμενοι δὲ οἱ πρέσβεις, ἔλεγον ὅτι ἄρα κελεύει Μαξιμῖνος ὁ κοινὸς βασιλεὺς ὅπλα μὲν αὐτοὺς καταθέσθαι ἐν εἰρήνῃ, φίλον δὲ ἀντὶ πολεμίου δέχεσθαι· σπονδαῖς δὲ μᾶλλον καὶ θυσίαις σχολάζειν ἢ φόνοις· μηδὲ περιορᾶν πατρίδα μέλλουσαν ἄρδην καὶ ἐκ θεμελίων ἀπόλλυσθαι, ἐνὸν αὐτοῖς τε σῴζεσθαι καὶ τὴν πατρίδα σῴζειν, διδόντος αὐτοῖς χρηστοῦ βασιλέως ἀμνηστίαν, συγγνώμην τε τῶν ἁμαρτηθέντων. οὐ γὰρ αὐτοὺς αἰτίους γεγενῆσθαι, ἀλλ᾽ ἄλλους. Οἱ μὲν οὖν πρέσβεις, τοιαῦτά τινα, κάτω παρεστῶτες, ἐβόων, ὡς ἐξάκουστα εἴη.[a] ὁ δὲ πλεῖστος δῆμος, τῷ τείχει καὶ τοῖς πύργοις ἐφεστώς, πλὴν τῶν τὰ λοιπὰ μέρη φρουρούντων, ἐπήκουεν ἡσυχάζων τῶν λεγομένων. Ὁ δὲ Κρισπῖνος, φοβηθεὶς μή πως, ἅτε ὄχλος, ταῖς ὑποσχέσεσιν ἀναπεισθεὶς, εἰρήνην τε ἀντὶ πολέμου ἑλόμενος, ἀνοίξῃ τὰς πύλας, περιθέων τὸ τεῖχος, ἐδεῖτο καὶ ἐλιπάρει μένειν τε θαρραλέως καὶ ἀντέχειν γενναίως, μηδὲ προδιδόναι τὴν πρὸς τὴν σύγκλητον καὶ Ῥωμαίων δῆμον πίστιν· σωτῆρας δὲ καὶ προμάχους Ἰταλίας πάσης ἀναγραφῆναι· μὴ πιστεύειν δὲ ὑποσχέσεσι τυράννου ἐπιόρκου τε καὶ ἀπατεῶνος, μηδὲ χρηστοῖς λόγοις δελεασθέντας ὀλέθρῳ προύπτῳ παραδοθῆναι, ἐνὸν πιστεῦσαι πολέμου ἀμφιβόλῳ τύχῃ, (πολλάκις γὰρ καὶ ὀλίγοι πλειόνων περιεγένοντο, καὶ δοκοῦντες ἀσθενέστεροι, καθεῖλον τοὺς ἐν ὑπολήψει ἀνδρείας μείζονος) μηδὲ ἐκπλήττεσθαι τῷ πλήθει τοῦ στρατοῦ. οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ ἄλλου μαχόμενοι, καὶ τῆς *παρ᾽ ἑτέρων ἐσομένης εὐδαιμονίας, εἴπερ γένοιτο,

importaretur; ſic vt diuturnior quoq; ſuſtineri oppugnatio potuerit. Erat item in vrbe magna aquarum abundantia, partim ex puteis ſane frequẽtibus, partim e fluuio muros præterfluente, ac pariter foſſæ obiectus & aquarum præbente copiam. His ita intra vrbem comparatis, vt primum defendi muros diligenter clauſasq; portas Maximinus audiuit, decreuit mittere legatorũ ſpecie, qui illos alloquerentur, ac (ſi poſſent) reſerari ſibi portas perſuaderẽt. Habebat autem in exercitu tribunũ quẽdam † Aqui- 170
leiæ ciuem; cuius nati atq; vxor, præterea familia omnis, in vrbe erant cõcluſi. Quare eum centurionesq; nonnullos quaſi oratores mittit; ſperans facile illius auctoritatem municipes ſequuturos. Qui vbi muro appropinquatunt, in hanc ſentẽtiam verba faciunt: Iubere communem Imperatorem, pacẽ depoſitis armis colere, ſeq; amicum pro hoſte accipere, ſacrisq; faciundis vacare[1] quã cædibus:[2] miſerari patriam, paulo poſt, ſi obſtinati perſtiterint, *ab ipſis vſque fundamentis* ruituram: licere ipſis (*ſi velint*) vna opera ſibi quemq; & ſaluti patriæ conſulere. quippe obliuionem veniamque omnium quæ fecerint, optimum Principem polliceri; quando nihil ipſorum, ſed omnia forent aliena culpa contracta. Talia quædam ſub muro legati magna voce pronuntiabant, ſic vt facile exaudiri,[3] ſi non plane ab omnibus, certe ab ea multitudine poſſent quæcumq; ſupra muros turresq; conſtiterat. Etenim taciti omnes legatorum dictis aures dediderant. Quare metuens Criſpinus ne pollicitationibus illis (quæ vulgi inconſtantia eſt) ad mutandũ pace bellum, reſerandasq; hoſti portas, impellerentur, diſcurſans ipſe per muros rogare obteſtariq; ſingulos, vti audacter manerent, fortiterq; reſiſterent: neque fidem proderent ſenatui debitam P. Q. R. neve titulum ſeruatæ ac propugnatæ Italiæ totius aſpernarentur: neu promiſſis crederent periuri fraudulentique tyranni: neve item benigna oratione ineſcati, ruerent in manifeſtã perniciem: ſed confiderent belli fortunæ, ita plerumque dubiæ atque ancipiti vt magnus interim numerus a pauciſſimis, & qui potentiores creduntur, ab iis qui imbecilliores habeantur, victi ſuperatique ſint. Neve vtique expaueſcerent exercitus illius magnitudinem. nam qui pro altero dimicant, quum ſuæ victoriæ felicitatem (*ſi quidem contingat*) ad alios videant migraturam,

a *Quæ ſequuntur, iungit cum his Polit. non aliter in ſuo exempl. legens, fortaſſe, ſed aliter legere ſibi hic, ſicut & alibi, permittens.*

¶IN VERS. L. 1 *Relinquit Polit. ſubaudiendam vocem* potius *ante particulam* quam: *ſicut & alibi. [de qua ellipſi ſupra dictum p.* 90] 2 neque negligere patr. M. 3 *Hunc ſenſum non videntur Herodiani verba admittere. Vide annot.*

minus ꝓfecto acriter decertãt: quippe † qui intelligant ſe quidem in periculi participatum admitti, ceterum [1] extremos victoriæ fructus ad alium peruenturos. Qui autẽ pro patria pugnãt, præterquam quod ſpe meliore eſſe debent, (neq; enim aliena occupare, ſed tueri ſua contendunt) etiam animo ſunt maiore; vt quos non alienum imperium, ſed ſua quemq; neceſſitas adigat: [2] quoniam ſcilicet victoriæ fructus ipſis potiſſimum debeantur. Talia quædam nunc ſingulis, nunc vniuerſis ingerẽs Criſpinus, homo ſuapte natura venerabilis, ac Romana facundia pollens, præterea gratus omnibus miti modeſtoq; imperio, perſuaſit multitudini vt in officio fideq; permanerent: iuſſitq; legatos rebus infectis ad Maximinum reuerti. Dicebatur autem Criſpinus ad bellum ſic audacter ſuſtinendum, etiam *multorum in vrbe* * aruſpicum reſponſo, qui læta exta nuntiarent, animatus. etenim magnopere fidem huiuſcemodi ſignis habere Itali conſueuerunt. Ceterum nonnulla quoq; oracula ferebãtur patrii cuiuſdam numinis, victoriam promittẽtia. Belem vocant indigenæ, magnaq; cum religione colũt, Apollinem interpretantes: cuius etiam ſpeciem pro vrbe ipſa pugnantem, quidam e militibus Maximini viſam ſibi *ſæpe* in cęlo affirmabant. [3] Quod vtrum ſic eſſe nonnulli putauerint, an id commẽtum placuerit, ad leuãdam infamiam tanti exercitus, qui bello impar foret aduerſus minorem multo numerũ oppidanorum; vt ſcilicet victi potius a diis quã ab hominibus viderentur; haud ſane ſatis exploratum habeo: ceterum nouitas euentus cuncta credibiliora facit. Poſtea vero quam infecto negotio legati reuerterunt, ira & furore inſtinctus Maximinus, magis magiſque accelerabat. Vt autẽ ad fluuium peruenit, qui ad lapidem [4] duodecimum procul eſt ab vrbe, inuenit ipſum maxima aluei profunditate ac latitudine defluentem. Etenim anni tempore ſolutæ vicinorum † montium niues, quas longa hiems durauerat, maximum torrentem effecerant; ſic vt nullo pacto tranſire exercitus poſſet. Nam pontem, quod opus magnum atq; pulcherrimum veteres Imperatores lapide quadrato conſtruxerant, [5] pilis veluti quibuſdam paruis ſenſim creſcentibus, ruperant ac reſoluerant

μετριάζουσιν ἐν τῷ προθύμῳ τῆς μάχης, † εἰδότες ὡς τῶν μὲν κινδύνων αὐτοὶ μεθέξουσι, τὰ δὲ μέγιστα καὶ κορυφαῖα τῆς νίκης ἄλλος καρπώσεται· τοῖς δὲ ὑπὲρ τῆς πατρίδος μαχομένοις, καὶ παρὰ τῶν θεῶν ἐλπίδες κρείττους, ὅτι οὐ τὰ ἄλλων λαβεῖν, ἀλλὰ τὰ αὐτῶν σώζειν εὔχονται· τό τε ἐς τὰς μάχας πρόθυμον, οὐκ ἐξ ἄλλου κελεύσεως, ἀλλ' ἐξ οἰκείας ἀνάγκης ἔχουσιν, ἐπεὶ καὶ τῆς νίκης πᾶς ὁ καρπὸς αὐτοῖς περιγίνεται. Τοιαῦτά τινα λέγων ὁ Κρισπῖνος, καὶ πρὸς ἑκάστους καὶ κοινῇ, φύσει μὲν καὶ ἄλλως αἰδέσιμος ὤν, ἔν τε τῇ Ῥωμαίων φωνῇ * εὐπρόσφορος ἐν λόγοις, ἐπιεικῶς τε αὐτῶν προεστώς, ἔπεισε μένειν ἐν τοῖς προκειμένοις, τούς τε πρέσβεις ἀπράκτους ἀπιέναι ἐκέλευσεν. ἐλέγετο δὲ τῇ ἐνστάσει τοῦ πολέμου ἐμμεμενηκέναι, πολλῶν ἔνδον ὄντων περὶ θυτικήν τε καὶ ἡπατοσκοπίαν ἐμπείρων, τά τε ἱερὰ αἴσια ἀπαγγελλόντων. μάλιστα γὰρ τῇ σκέψει ταύτῃ πιστεύουσιν Ἰταλιῶται. καὶ χρησμοὶ δέ τινες ἐδίδοντο, ὡς δὴ τοῦ ἐπιχωρίου θεοῦ νίκην ὑπισχνουμένου· * Βέλιν δὲ καλοῦσι τοῦτον, σέβουσί τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες. οὗ καὶ τὴν εἰκόνα ἔλεγον τινὲς τῶν Μαξιμίνου στρατιωτῶν, φανῆναι πολλάκις ἐν ἀέρι ὑπὲρ τῆς πόλεως μαχομένην. ὅπερ εἴτε ἀληθῶς ἐφαντάσθη τισίν, ἢ καὶ [a] βουλομένοις μὴ ἀσχημονεῖν τοσοῦτον στρατὸν πρὸς ὄχλον δημοτῶν πολὺ ἐλάττονα μὴ ἀντισχόντα, δοκεῖν δὲ ὑπὸ θεῶν ἀλλὰ μὴ ὑπὸ ἀνθρώπων νενικῆσθαι, εἰπεῖν οὐκ ἔχω· τὸ δὲ παράδοξον τῆς ἀποβάσεως ποιεῖ πάντα πιστεῦσαι. Πλὴν τῶν πρέσβεων ἀπράκτων πρὸς Μαξιμῖνον ἐπανελθόντων, ὀργῇ καὶ θυμῷ χρώμενος πλείονι, μᾶλλον ἠπείγετο. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο πρός τινι ποταμῷ μεγίστῳ, ἀπέχοντι τῆς πόλεως σημεῖα ἑκκαίδεκα, ὃ ῥέοντα εὗρε διά τε μεγίστου βάθους καὶ πλάτους φερόμενον. τῶν γὰρ ὑπερκειμένων ὀρῶν τὰς δι' † ὅλου τοῦ 172 χειμῶνος παγείσας χιόνας λύουσα ἡ τοῦ ἔτους ὥρα, παμμεγέθη τὸν χειμάρρουν εἰργάζετο. ἄπορος οὖν ἦν ἡ διάβασις τῷ στρατῷ. τὴν γὰρ γέφυραν, ἔργον μέγα καὶ κάλλιστον, ὑπὸ τῶν πάλαι βασιλέων γεγενημένον, ἐκ τετραπέδων λίθων, πυλίσι κατ' ὀλίγον αὐξανομέναις ὑπειλημμένον, διηρήκεσαν καὶ καθῃρήκεσαν

a *Verbum ἐφαντάσθη ſi repetatur cum βουλομένοις, (vt certe repetere cogimur) non admittit quam illi dedi interpretationem, veram tamen. Dico igitur non aliter intelligendum mihi videri hunc locum, quam ſi dixiſſet, ἢ καὶ ἐβουλήθησαν μὴ ἀσχημονεῖν. Niſi eo quis confugiat, vt dicat eum qui aliquid videre cupit, id videre facile ſibi videri.* ¶IN VARS. L. 1 maximos & potiſſimos vict. fr. 2 quoniam omnes victoriæ fructus ad ipſos ſunt peruenturi. 3 Quod vtrum vere ſibi viſi ſint videte. *Quam tamen interpretationem non itidem admittit verbum ἐφαντάσθη, ſi repetatur cum iis quæ ſequuntur. Vide annot.* 4 decimum ſextum, *ſequendo quidem noſtra exempl. Gr.* 5 portuliſque paullatim creſcentibus ab inferiori parte interceptum. Gr.

οἱ Ἀκυλή-

οἱ Ἀκυλήσιοι. οὔτε οὖν γεφύρας οὔσης, οὔτε νεῶν, ὁ στρατὸς ἐν ἀφασίᾳ καθειστήκει. Γερμανοὶ δέ τινες, οὐκ εἰδότες τῶν Ἰταλιωτῶν ποταμῶν τὰ σφοδρὰ καὶ καταρρηγνύμενα ῥεύματα, οἰόμενοι δὲ σχολαίτερα ἐπινήχεσθαι τοῖς πεδίοις, ὥσπερ παρ' αὐτοῖς, (διὸ καὶ πήγνυται ῥᾳδίως, μὴ σφοδρῶς κινουμένου τοῦ ῥεύματος) ἐπεσπηδήσαντες ἅμα τοῖς ἵπποις διανήχεσθαι εἰθισμένοις, παρενεχθέντες ἀπώλοντο. δύο μὲν οὖν ἢ τριῶν ἡμερῶν σκηνοποιησάμενος ὁ Μαξιμῖνος, τάφρου τῷ στρατῷ περιβληθείσης, μή τινες ἐπέλθοιεν, ἔμενεν ἐπὶ τῇ καθ' αὐτὸν ὄχθῃ, σκεπτόμενος ὅπως τὸν ποταμὸν γεφυρώσῃ. ἐπεὶ δὲ ξύλων ἦν ἀπορία καὶ νεῶν, ἃς ἔδει ζευχθείσας γεφυρῶσαι τὸ ῥεῖθρον, [a] ἐπέβαλόν τινες τῶν τεχνιτῶν, πολλὰ εἶναι κενὰ οἰνοφόρα σκεύη περιφερῆ ξύλου ἐν τοῖς ἐρήμοις ἀγροῖς· οἷς ἐχρῶντο μὲν πρότερον οἱ κατοικοῦντες εἰς ὑπηρεσίαν ἑαυτῶν, καὶ [b] παραπέμπειν τὸν οἶνον ἀσφαλῶς τοῖς δεομένοις. ἅπερ ὄντα κοῖλα δίκην νεῶν, ἀλλήλοις συνδεθέντα, ἐπινήξεσθαι μὲν ἔμελλεν ὥσπερ σκάφη, μὴ παρενεχθήσεσθαι δὲ, διά τε τοῦ δεσμοῦ τοῦ ἐπαλλήλου, φρυγάνων τε ἄνωθεν ἐπιβληθέντων, χοῦ τε τῆς γῆς [c] μετρίως ἐς αὐτὰ σωρευθέντος χειρὶ πολλῇ καὶ σπουδῇ. Ἐφεστῶτος οὖν αὐτοῦ διαβὰς ὁ στρατὸς, ἐπὶ τὴν πόλιν ἐχώρει. [d] τὰ μὲν οἰκοδομήματα τῶν προαστείων ἔρημα εὕρισκον, ἀμπέλους μέντοι καὶ δένδρα πάντα ἐξέκοπτον· ἃ δὲ ἐνεπίμπρασαν, καὶ τὴν πρότερον τοῖς χωρίοις ὑπάρχουσαν ὥραν κατῄκιζον. δένδρων γὰρ στοίχοις ἴσοις ἀμπέλων 173 τε [e] πρὸς ἀλλήλας δεσμοῖς † πανταχόθεν ἠρτημένων ἐν ἑορτῆς σχήματι, [f] στεφάνων αἵ τις τὴν χώραν κεκοσμῆσθαι ἐτεκμήρατο. ἅπερ πάντα ῥιζόθεν ἐκκόψας ὁ στρατὸς, ἐπὶ τὰ τείχη ἠπείγετο. κεκμηκότι δὲ αὐτῷ προσβαλεῖν εὐθέως οὐκ ἔδοξε· μείναντες δὲ ἔξω τοξεύματος, καὶ διαιρεθέντες κατὰ λόχους καὶ φάλαγγας, περὶ πᾶν τὸ τεῖχος, ὡς ἑκάστοις κατὰ μέρος προστέτακτο, μιᾶς ἡμέρας ἀναπαυσάμενοι, τοῦ λοιποῦ εἴχοντο τῆς πολιορκίας. μηχανάς τε οὖν παντοίας προσέφερον, καὶ τειχομαχοῦντες παντὶ σθένει, οὐδὲν παρέλειπον εἶδος πολιορκίας. πολλῶν δὲ καὶ σχεδὸν ἑκάστης ἡμέρας γινομένων προσβολῶν, καὶ παντὸς τοῦ στρατοῦ ὥσπερ σαγηνεύσαντος τὴν πόλιν, μετὰ πολλῆς βίας καὶ προθύμου

Aquileienſes. Ita quum neq; ponte, neq; nauigiis (quippe nulla ſuppeditabant) tranſire exercitus poſſet, ſubſtitit incertus conſilii. Sed enim Germani aliquot, ignari quam rapido abruptoq; impetu Italiæ flumina deferantur; ratiq; ſenſim influere campos, quemadmodum apud ipſos conſueuerunt; (vnde etiam, quia minimum ſe concitant, perfacile congelaſcunt) auſi ſeq; & equos natandi peritos alueo credere, vi fluminis ablati perierunt. Igitur quum biduũ aut triduum in tentoriis fuiſſet Maximinus, ducta circum exercitum foſſa, ne qui de improuiſo in caſtra ruerẽt, ſtabat in ſua ripa deliberabundus quonam tãdem pacto fluuium ponte iungeret. Sed *in* magna lignorum ac nauigiorum penuria, quibus inter ſe iunctis pontem fabricaretur, nunciarũt quidam e fabris, eſſe permultas in agris illis deſertis inanes [1] cupas, forma rotundas quibus videlicet incolæ quondam ad vinum importandum vtebantur. ea quum eſſent ad nauiũ ſimilitudinem cõcaua, deuincta mox inter ſeſe, ſcapharũ more [2] innatatura videbantur. Etenim ire peſſum, vinculis inter ſe conſtricta, [3] ac viminibus deſuper iniectis & puluere multo, *compluri*b. *operam nauantibus*, ſaburrata, non poterant. Quod vbi factum eſt, *quũ ille præeſſet*, facile milites in vlteriorem ripam trãſgreſſi, [4] ſuburbanis ædificiis, quæ deſerta inuenerunt, igne correptis, vites arboreſq; exciderũt; omnẽque eius regionis ornatum fœdauerũt. Siquidem arborum comparibus ordinibus, ac † vitibus inter ſe iunctis 173 & in ſublime euectis, ad feſtę celebritatis ſpeciẽ, quaſi coronis quibuſdam redimita omnis regio videbatur. quibus radicitus exciſis, exercit⁹ ad ipſos vrbis muros contendebat. Sed omnibus defatigatis, non fuit Imperatoris conſiliũ vrbẽ ipſam ſtatim inuadere: ſed extra teli iactũ conſtituto milite, diuiſoq; in cẽturias & cuneos, ac partibus muri totius vnicuiq; attributis, vno tãtum die ad requieſcendũ indulto, ſtatim deinde oppugnare vrbem aggreditur. Igitur machinamentis omnifariã admotis, quuũ genus oppugnationis nullũ prætermitteretur, plurima ſcilicet ac propemodũ quotidiana certamina edebantur. Etenim circũdatis velut indagine quadam muris, magnaq; vi atq; alacritate

a *Scribo* ὑπέβαλον: *id eſt*, admonuerunt. b *Puto deeſſe* εἰς τὸ *vel* πρὸς τὸ, *ante* παραπέμπειν. c *Polit. ita vertit ac ſi legerit* ὑπὸ μετρίως. d *For.* καὶ τὰ μὲν οἰκοδ. e *Scribo* πρὸς ἀλλήλας δεσμοῖς [illegible] ἠρτημένων, *pro* ἠρτημένον. [itidem & M.] f *Scribo* στεφάνοις.

¶IN VERS. L. 1 vaſa vinaria, e materia rotunda; quibus videlicet incolæ ad vſus ſuos ante, & ad vinum tuto tranſmittendum iis qui peterent, vtebantur, Gr. 2 innatatura erant. 3 cremiiſq. deſuper iniectis, & humo pro rei modo ſuperaggeſta, magna manu magnaque feſtinatione ſaburrata, non poterant. Illo igitur præſente atque inſtante tranſgreſſus exercitus, vrbemque verſus tendens, ſuburb. Gr. 4 quæ in ſuburbiis erant ædificia, deſerta inuenerunt: ac vites quidem omneſque arbores exciderunt, nonnulla etiam cremauerunt; ac totam quæ locis illis ſuberat pulchritudinem fœdauerunt.

pugnam capeſſente milite, reſiſtebāt audacter Aquileienſes; clauſisq; templis & domibus, vniuerſi cum liberis & coniugibus vrbem deſuper e turribus ac propugnaculis defenſabant. neque erat vlla tam inutilis ætas, quæ pugnare pro patria recuſaret. Ceterū ſuburbana omnia, & quidquid extra vrbem ædificiorum fuerat, demolitus Maximinus, lignis materiaque omni ad machinas abutebatur, quibus muri ſaltem aliquam partem demoliretur; qua immiſſus exercitus diriperet vrbem ac dirueret, totamque eam vaſtam mox deſertamq; relinqueret. Neq; enim decorum ſibi aut honorificum fore iter Romam arbitrabatur, niſi vrbem deleuiſſet, quæ prima in Italia obſtitiſſet. Quocirca multa pollicentes atque oſtentantes, ipſe cum filio, quem cæſarem fecerat, obequitabant militibus, eosq; ad pugnandum acriter adhortabantur. Enimuero Aquileienſes ſaxa deſuper iaciebant, ſulphurque bitumine ac pice mixtum, [1] doliis, quorum manubria longiora, immittebant: atque vt primum exercitus muris ſucceſſerat,
174 † ignibus iniectis diſpergebant vnanimiter imbrium ritu. Quamobrem pix illa cum ceteris quæ ſupra diximus, nudas corporis partes ſubiens, [2] vndique diffundebatur: ſic vt miles loricas armaque cetera, ferro excandeſcente, coriiſque ac lignis ardentibus, contrahentibusque ſe, raptim abiiceret. Itaque cernere erat milites arma ſibi ipſos detrahentes; quæ ſpoliorum ſpeciem, abiecta humi, commento magis artis quam vi pugnantium, præferebant. Ex quo factum eſt vt pleriſque militibus aut oculi exſtinguerentur, aut ſummæ oris partes, manusquę item, & ſiqua præterea nuda in corpore patebant, ignibus labefactarentur. Sed & machinis quæ muro admouebantur, deſuper tædas iniiciebant pice ac reſina oblitas, quarum extremitas mucronem velut ſagittæ haberet: quę quum accenſæ deferebantur, infixæ inhærenteſq; machinis, facile ſcilicet illas concremabant. Sed primis ſane diebus par vtrimq; librata fuit pugnę fortuna: dein

μάχης τειχομαχοῦντες ἀντεῖχον οἱ Ἀκυλήσιοι· νεὼς μὲν καὶ οἰκίας ἀποκλείσαντες, πανδημεὶ δὲ ἅμα παισὶ καὶ γυναιξὶν ἄνωθεν [a] ἐπάλξεών τε καὶ πύργων ἀπομαχόμενοι· οὐδέ τις ἦν οὕτως ἄχρηστος ἡλικία, ὡς μὴ μετέχειν τῆς ὑπὲρ τῆς πατρίδος μάχης. τὰ μὲν γὰρ προάστεια, καὶ εἴ τι τῶν πυλῶν ἔξωθεν ἦν, ὑπὸ τοῦ Μαξιμίνου στρατοῦ κατέστραπτο, τῇ τε ξυλείᾳ τῶν οἰκοδομημάτων εἰς τὰς μηχανὰς κατεκέχρητο. ἐβιάζοντο δὲ τοῦ τείχους κἂν μέρος τι καθελεῖν, ἵν' ἐπεισελθὼν ὁ στρατὸς πάντα τε διαρπάσῃ, καὶ κατασκάψας τὴν πόλιν, μηλόβοτον καὶ ἔρημον τὴν χώραν καταλείπῃ. οὐδὲ γὰρ ἄλλως αὐτῷ τὴν ἐπὶ Ῥώμην ὁδὸν εὐπρεπῆ καὶ ἔνδοξον ἔσεσθαι, μὴ, τῆς πρώτης ἐν Ἰταλίᾳ πόλεως ἀντιστάσης, καθαιρεθείσης. ὑπισχνούμενοί τε οὖν δωρεῶν καὶ δεήσεσιν αὐτός τε καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὃν πεποιήκει καίσαρα, περιθέοντες ἵπποις ἐποχούμενοι, τὸν στρατὸν ἀνέπειθον λιπαροῦντες, εἰς προθυμίαν τε ἐγείροντες. Οἱ δὲ Ἀκυλήσιοι, λίθοις τε ἔβαλλον ἄνωθεν, καὶ κιρνῶντες θείῳ τε καὶ ἀσφάλτῳ [b] πίτταν, ἐλόντες, κοίλοις σκεύεσιν ἐμβαλόντες λαβὰς ἐπιμήκεις ἔχουσι, καὶ πυρώσαντες, ἅμα τῷ προσπελάζειν τοῖς τείχεσι τὸν στρατὸν, κατεσκεδάννυσαν, † καταχέοντες 174
ὄμβρου δίκην ὁμοθυμαδόν. φερομένη δὲ ἡ πίσσα σὺν οἷς προείρηται, δυομένη τε διὰ τῶν γεγυμνωμένων μερῶν τοῦ σώματος, εἰς πᾶν ἐχεῖτο, ὥστε τοὺς θώρακας αὐτοὺς πεπυρωμένους ἀπορρίπτειν, καὶ τὰ λοιπὰ ὅπλα, ὧν ὁ σίδηρος ἐθερμαίνετο· τά τε ἐκ βυρσῶν τε καὶ ξύλων ἐφλέγετο καὶ συνείλκετο. ἦν γοῦν ἰδεῖν γεγυμνωμένους τοὺς στρατιώτας αὐτοὺς ἐφ' ἑαυτῶν, καὶ σκύλων ὄψιν ὅπλα παρέχειν ἐρριμμένα, σοφίᾳ τέχνης, ἀλλ' οὐκ ἀνδρείᾳ μάχης περιῃρημένα. ἔκ τε τοῦ τοιούτου, πάμπλειστον πλῆθος τοῦ στρατοῦ, τάς τε ὄψεις [c] ἐπηροῦτο καὶ τὸ πρόσωπον, ἠκρωτηριάζετο τὰς χεῖρας, καὶ εἴ τι γυμνὸν ἦν τοῦ σώματος. ἀλλὰ μὴν καὶ ταῖς μηχαναῖς προσαγομέναις δᾷδας ἐπέβαλλον, ὁμοίως πίσσῃ καὶ ῥητίνῃ δεδευμένας, ἐπί τε τῷ ἄκρῳ βελῶν ἀκίδας ἐχούσας· αἳ ἀναφθεῖσαι φερόμεναι, ἐμπαγεῖσαι ταῖς μηχαναῖς καὶ προσπεφυκυῖαι, ῥᾳδίως αὐτὰς κατέφλεγον. Τῶν μὲν οὖν πρώτων ἡμερῶν ἀντίπαλός πως καὶ ἰσόρροπος ἔμενεν ἡ τύχη τῆς μάχης· χρόνου δὲ

a Scribo ἀπὸ ἐπάλξεών τε. b Polit. πίτταν recte cum datiuis θείῳ & ἀσφάλτῳ iungit: ſed idem nec ἐλόντες nec aliud vocabulum eius loco agnoſcit. c Scribendum videtur ἐπηροῦτο, vt ἠκρωτηριάζετο; vel ἠκρωτηριάζοντο, vt conuenire poſſit cum ἐπηροῦντο. Vt porro τὰς χεῖρας cum verbo ἠκρωτηριάζετο recte coniungunt editiones pleræq;, nominatim Baſileenſes: ita in eadem poſt id ipſum verbum deſideratur copulatiua τε, vt legendum videatur, τάς τε ὄψεις ἐπηροῦτο καὶ τὸ πρόσωπον, ἠκρωτηριάζοντό τε τὰς χεῖρας. ¶ IN VERS. L. 1 vaſis concauis oblongas anſas habentibus, Gr. 2 Puto Polit. ſcripſiſſe, vndiquaque diff.

ἐγγινομένου,

ἐξιτολμένου, ὅ τε στρατὸς τοῦ Μαξιμίνου ὀκνηρὸς ἐγίνετο, καὶ πλάνων τῆς ἐλπίδος, ἀθύμως διέκειτο. οὓς γὰρ ἠλπίκεσαν μηδεμίαν ὑπομένειν προσβολὴν, τούτους εὕρισκον οὐκ ἀντέχοντας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνθεστῶτας. οἱ δὲ Ἀκυλήσιοι, ἐπερρώννυντό τε καὶ προθυμίας πάσης ἐνεπίμπλαντο· τῇ τε συνεχείᾳ τῆς μάχης, πεῖραν καὶ θάρσος ὁμοῦ προσλαμβάνοντες, κατεφρόνουν τῶν στρατιωτῶν· ὡς καὶ ἀποσκώπτειν ἐς αὐτοὺς, ἐνυβρίζειν τε τῷ Μαξιμίνῳ περιοδεύοντι, εἴς τε αὐτὸν καὶ τὸν παῖδα ἀπορρίπτειν δυσφήμους καὶ αἰσχρὰς βλασφημίας. ἐφ' αἷς ἐκεῖνος κινούμενος, ὀργῆς μᾶλλον ἐνεπίμπλατο. [a] χρῆσθαι δὲ κατὰ τῶν πολεμίων οὐ δυνάμενος, ἐκόλαζε τοὺς πλείστους τῶν ἡγουμένων τῶν ἰδίων στρατιωτῶν, ὡς ἀνάνδρως καὶ ῥαθύμως προσφερομένους τῇ τειχομαχίᾳ. ὅθεν αὐτῷ περιεγένετο † πρὸς
175 μὲν τῶν οἰκείων, μῖσός τε καὶ ὀργή· παρὰ δὲ τῶν ἀντιπάλων, πλείων ἡ καταφρόνησις. συνέβαινε δὲ τοῖς Ἀκυλησίοις πάντα ὑπάρχειν ἔκπλεα, καὶ ἐπιτηδείων ἀφθονίαν ἐκ πολλῆς παρασκευῆς, εἰς τὴν πόλιν πάντων σεσωρευμένων ὅσα ἦν ἀνθρώποις καὶ κτήνεσιν εἰς τροφὰς καὶ ποτὰ ἐπιτήδεια· ὁ δὲ στρατὸς, πάντων ἐν ἀπορίᾳ, τῶν τε καρποφόρων δένδρων ἐκκεκομμένων, τῆς τε γῆς ὑπ' αὐτοῦ δεδῃωμένης. μένοντες δὲ ὑπὸ σκηναῖς αὐτοσχεδίοις, οἱ δὲ πλεῖστοι ὑπὸ γυμνῷ τῷ ἀέρι, ὄμβρων τε καὶ ἡλίου ἠνείχοντο, λιμῷ τε διεφθείροντο, μηδὲ ἐπεισάκτου τροφῆς αὐτοῖς τε καὶ ὑποζυγίοις εἰσκομιζομένης. πανταχόθεν γὰρ τὰς τῆς Ἰταλίας ὁδοὺς περιφράξαντες ἦσαν οἱ Ῥωμαῖοι, τειχῶν τε ἐγέρσει καὶ πυλίδων ἀσκήσεσιν. ἄνδρας τε ὑπατικοὺς ἐξέπεμψεν ἡ σύγκλητος σὺν ἐπιλέκτοις καὶ λογάσιν ἀπ' Ἰταλίας πάσης ἀνδράσιν, ἵν' αἰγιαλοί τε πάντες καὶ λιμένες φρουρῶνται, καὶ μηδενὶ ἔκπλους συγχωρῆται· ὡς ἄπυστα καὶ ἄγνωστα εἶναι Μαξιμίνῳ τὰ ἐν Ῥώμῃ πραττόμενα. αἵ τε λεωφόροι ὁδοὶ καὶ ἀτραποὶ πᾶσαι ἐφυλάττοντο, ὡς μηδένα διαβαίνειν. συνέβαινε δὴ, τὸν στρατὸν δοκοῦντα πολιορκεῖν, αὐτὸν πολιορκεῖσθαι· ἐπεὶ μήτε τὴν Ἀκυληΐαν ἑλεῖν ἐδύνατο, μήτε ἀποστὰς ἐκεῖθεν, ἐπὶ τὴν Ῥώμην χωρῆσαι, διά τε νεῶν καὶ ὀχημάτων ἀπορίαν. ἅπαντα γὰρ προκατείληπτο

mora iniecta, [1] minus minusque iam alacer Maximini erat exercitus; ſed quia ſpe falſus, triſtiorq; in dies. Nam quos ne vnū diem ſperauerant ſuum laturos impetum, eos non modo non cedentes, ſed reſiſtentes etiam audaciſsime animaduertebant. Contra, Aquileienſes magis magisq; in dies virium atq; animorum implebantur: & aſsiduitate pugnandi peritiam pariter audaciamq; conſequuti, ſic deſpiciebant milites, vt etiam iocarētur in eos & cauillarentur, nihilque non contumeliæ obeūti muros Maximino exprobrarent, tum in ipſum iuxta filiumque [2] nulla non iacerent probra. Quibus irritatus ac furēs, quum effundere in hoſtes iram non liceret, plurimos e ſuis ducibus, quaſi parum ſtrenue atque acriter vrbem oppugnarent, extremo ſupplicio affecit. [3] Quo factum vt infeſtiorem † ſibi at- 175
que iratiorem militem redderet, & contemptibilior fieret aduerſariis. Euenit præterea vt Aquileienſes commeatu rebusque ceteris abundarent: quoniam magna diligentia, quęcumque ad homines aut [4] equos ſuſtentandos deſiderantur, in vrbem fuerant comportata: contra, exercitus omnium rerum egenus, exciſis feracibus arboribus, agroque omni peruaſtato partim ſub tumultuariis tentoriis agitabant, partim ſub aperto cælo tolerabant ſolem atque imbres, *ac fame conficiebantur*. ſiquidem nihil alimenti vel ipſis vel iumentis importabatur, obſeſsis omnibus Italiæ itineribus Romanorum diligentia, murisque & [5] portis excitatis. Etenim viros conſulares cum lectiſsimis ac ſpectiſsimis hominibus ex Italia tota miſerat ſenatus, qui litora portusque tutarentur, neque cuiquam poteſtatem facerent enauigandi: ſic vt inaudita incognitaque forent Maximino quæcūq; Romæ agitabantur. [6] Quin viæ quoque omnes & calles, nequis tranſiret, diligentiſsime ſeruabantur. Ita eueniebat vt exercitus qui vrbem obſidebat, ipſe inuicem obſideretur. Nam neq; Aquileiam capere, neq; Romā proficiſci poterat, nauigiorum ac vehiculorum penuria: quæ omnia prius occupata

a *For.* χρῆσθαι δὲ αὐτῇ κατὰ τῶν π. *niſi potius datiuū hunc ſub.audiendū reliquiſſe exiſtimandus eſt.* ¶ IN VERS. L. 1 *For. ita ſcripſit Polit.* minus minusq; iam alacer Max. erat exercitus: quia ſpe falſus: ſed triſtior in dies: *aut certe*, ſed, quia ſpe falſus, triſtior in dies. 2 dira & fœda. M. 3 Ex quo factum eſt vt ille ſuos magis iratos & infenſos haberet. hoſtibus autem maiori contemptui eſſet. Contingebat autem Aquileienſibus, ſatis ſuperque rebus omnibus inſtructos eſſe. & commeatu abundare. *Q.d. Is Aquileienſium erat ſtatus: vel, Res Aquileienſium in hoc erant ſtatu. Non autem narrat Hered. rem quæ tum euenerit.* 4 *Latius patet vox Græca* κτήνεσι. *paulo poſt* ὑποζύγια *pro eodem*, iumenta, *ſeu* iugmenta 5 portulis, *ſeu* paruis portis, *Grad eſt*, *feneſtris muralibus.* 6 Quin & omnes viæ publicæ. Gr.]

& concluſa fuerant. Rumores quoq; ſuſpicionibus in maius augebantur, eſſe vniuerſum in armis Romanum populum, conſenſiſſe Italiam, gẽteſq; omnes Illyricas barbaraſq; quaſcũq; aut oriens aut meridies videt, ad exercitum contrahendum, coniuratas in Maximini odium. Quare deſperãtes milites, omnium rerum penuria laborabant, vixq; aquæ ſatis habebãt: quam etiam pollutam ſanguine & cędibus de flumine hauriebãt. Nam & Aquileienſes cadauera ſuorum, quæ humari non poterant, in flumen pręcipitabant: & qui ferro † morboq; in
176 exercitu perierant, itidem alueo demergebãtur: inter quos etiam qui inopia ciborum confecti, vix adhuc ſpiritum retentabant. ¶ Quum igitur ad hunc modum mœſtus atq; [1] inops exercitus eſſet, repente, dum ſub tentorio quieſcit Maximinus vacuo die a pugna, quum plerique aut in tabernacula, aut in ſuas quiſque ſtationes conceſſiſſent, viſum eſt militibus iis quorum ad vrbem Romã ſub monte Albano caſtra erant, atq; in his liberi eorum cõiugeſq; relictæ, neci dedere Maximinum: vt aliquando a diuturna & inexplicabili obſidione requieſcerent, neque Italiæ bellum inferrẽt in tyranni gratiam, damnati omnibus & inuiſi. Quocirca occupata audacia, ſub medium ferme diem ad illius tentorium contenderunt, conſpirantibus vna corporis cuſtodibus. Ibiq;, poſtquam de ſignis militaribus illius imagines detraxerunt, prodeuntem mox tentorio cum filio, vt ad eos loqueretur, *hoc illi non conceſſo*, [continuo] obtruncant, vnaque [2] præfectum prætorio, & quoſcumque cariſſimos ille habuerat. Proiectaque ad ludibrium cadauera, canibus dein volucribuſque lanianda reliquerũt, miſſis tantum Romam Imperatorum capitibus. Hunc habuit finem Maximinus cum filio: ita male geſti imperii dedere ambo ſupplicium. Ceterum exercitus hærebat, nece audita principum. Neque enim perinde omnibus grata; præſertimq; Pannoniis Thracibuſque barbaris; qui ſcilicet imperium *illi* tradiderant. Sed quando infectum fieri iam nequibat, ferebant, quamquam inuiti: & ſe gaudere cum ceteris ſimulabant. Quare depoſitis armis,

καὶ συγκέκλειστο. φῆμαι δὲ μείζους ἐξ ὑποψίας ἀληθείας ἐδίδοντο, ὅτι πᾶς ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων ἐν ὅπλοις εἴη, Ἰταλία τε πᾶσα συμπεφρονήκοι, πάντα τε ἔθνη Ἰλλυρικὰ καὶ βάρβαρα, τά τε ὑπ' ἀνατολαῖς καὶ μεσημβρίαις, στρατὸν ἀγείρει· μιᾷ τε γνώμῃ καὶ ψυχῇ ὁμοίως Μαξιμῖνος μεμίσηται. ὅθεν ἐν ἀπογνώσει ἦσαν καὶ πάντων ἀπορίᾳ οἱ στρατιῶται, σχεδὸν καὶ ὕδατος αὐτοῦ. ὃ γὰρ ἦν μόνον ἐκ τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ ποτόν, αἵματι καὶ φόνοις μεμιασμένον ἐπίνετο. οἵ τε γὰρ Ἀκυλήσιοι, τοὺς ἐν τῇ πόλει τελευτῶντας οὐκ ἔχοντες ὅπως θάψωσιν, ἐς τὸν ποταμὸν ἀπερρίπτουν· οἵ τε ἐν τῷ † στρατῷ φονευόμενοι ἢ 176
διαφθειρόμενοι νόσῳ, ἐδίδοντο τῷ ῥεύματι, οὐκ ἐχόντων αὐτῶν τὰ πρὸς ταφὰς ἐπιτήδεια.

¶ Παντοδαπῆς οὖν ἀπορίας καὶ δυσθυμίας τὸν στρατὸν κατεχούσης, αἰφνιδίως ἀναπαυομένου τοῦ Μαξιμίνου ἐν τῇ σκηνῇ, καὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐν ἀνέσει τοῦ πολέμου οὔσης, τῶν τε πλείστων ἐς τὰς σκηνὰς καὶ τὰ ἐγκεχειρισμένα τῆς φρουρᾶς χωρία ἀνακεχωρηκότων, ἔδοξε τοῖς στρατιώταις οἳ περὶ τῇ Ῥωμαίων πόλει στρατόπεδον εἶχον ὑπὸ τὸ καλούμενον ὄρος Ἀλβανόν, ἔνθα παῖδας καὶ γυναῖκας καταλελοίπεσαν, φονεῦσαι τὸν Μαξιμῖνον· ὡς παύσαιντο μὲν χρονίου καὶ ἀπεράντου πολιορκίας, μηκέτι δὲ πορθοῖεν Ἰταλίαν ὑπὲρ τυράννου κατεγνωσμένου καὶ μεμισημένου. τολμήσαντες οὖν ἐπίασι τῇ σκηνῇ αὐτοῦ περὶ μέσην ἡμέραν· συναραμένων δὲ αὐτοῖς καὶ τῶν φρουρούντων δορυφόρων, τάς τε εἰκόνας ἐκ τῶν σημείων κατασπῶσι, καὶ αὐτὸν σὺν τῷ παιδί, προελθόντα τῆς σκηνῆς, ὡς δὴ ἄρα διαλέξαιτο αὐτοῖς, οὐκ ἀνασχόμενοι, ἀναιροῦσι. φονεύουσι δὲ καὶ τὸν ἔπαρχον τοῦ στρατοῦ, πάντας τε τοὺς ἐκείνῳ θυμήρεις φίλους· ῥίψαντές τε τὰ σώματα τοῖς βουλομένοις ἐνυβρίζειν καὶ πατεῖν, εἴασαν κυσί τε καὶ ὄρνισι βοράν. τοῦ δὲ Μαξιμίνου καὶ τοῦ παιδὸς τὰς κεφαλὰς ἐς τὴν Ῥώμην ἔπεμψαν. Τοιούτῳ μὲν δὴ τέλει Μαξιμῖνος καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ ἐχρήσαντο, δίκας πονηρᾶς ἀρχῆς ὑποσχόντες. Ὁ δὲ στρατὸς πᾶς, ὡς ἐπύθετο τὰ γενόμενα, ἔν τε ἀφασίᾳ ἦσαν, καὶ οὐ πάνυ τι τῷ πραχθέντι πάντες ἠρέσκοντο· καὶ μάλιστά γε οἱ Παίονες, καὶ ὅσοι βάρβαροι Θρᾷκες, οἳ καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἐγκεχειρίκεσαν. πλὴν, τοῦ ἔργου ἅπαξ γεγονότος, ἄκοντες μὲν, ἔφερον δέ· ἀνάγκη τε ἦν συνήδεσθαι τοῖς πραχθεῖσιν ὑποκρινομένοις. καταθέμενοί τε τὰ ὅπλα,

¶ IN VERS. L. 1 *Non dubito quin Polit. aliquem genitiuum huic nomini* inops *adiecerit. Apte quidem certe ſcriberetur* inops conſilii. 2 *Anolinum, M. ex Iulio Capitolino 232, 37.*

ἐν εἰρήνῃ

ἐν εἰρηνικῷ σχήματι προσστήσαντες τοῖς τείχεσι τοῖς
Ἀκυληϊσίων, ἀγγέλλοντες τὸν φόνον τοῦ Μαξιμίνου. τὰς
δὲ πύλας ἀνοίγειν ἠξίουν, δέχεσθαί τε φίλους τοὺς
177 χθὲς ἐχθρούς. οἱ δὲ τῶν † Ἀκυληϊσίων στρατηγοί, τὰς
μὲν πύλας ἀνοῖξαι οὐκ ἐπέτρεψαν· προθέντες δὲ
τὰς εἰκόνας Μαξίμου καὶ Βαλβίνου, Γορδιανοῦ τε καί-
σαρος, στεφάνοις καὶ δάφναις κεκοσμημένας, αὐτοί
τε εὐφήμουν, καὶ τοὺς στρατιώτας ἠξίουν γνωρί-
σαι καὶ αἰνέπειν, εὐφημῆσαί τε τοὺς *ὑπὸ Ῥωμαίων
συγκλήτου ἀναδειχθέντας αὐτοκράτορας. Γορδια-
νοὺς δὲ ἔλεγον ἐκείνους εἰς οὐρανὸν καὶ ᵃθεὸν ἀνακεχω-
ρηκέναι. προὔθεσάν τε ὑπὲρ τῶν τειχῶν ἀγοράν,
ᵇὤνιον παρέχοντες πάντων τῶν ἐπιτηδείων, τρο-
φῶν τε παντοδαπῶν καὶ ποτῶν, ἀφθονίαν· ἐσθῆτός
τε καὶ ὑποδημάτων, καὶ ὅσα ἐδύνατο παρέχειν
εἰς χρῆσιν ἀνθρώποις πόλις εὐδαιμονοῦσα καὶ ἀκμά-
ζουσα. ὅθεν καὶ μᾶλλον ἐξεπλάγη ὁ στρατός, συνεὶς ὅ-
τι τοῖς μὲν πάντα αὐτάρκη ἦν, εἰ καὶ ἐπὶ πλέον πο-
λιορκοῖντο, αὐτοὶ δὲ ἐν ἐνδείᾳ πάντων τῶν ἐπιτηδείων
θᾶττον ᶜδιεφθάρησαν, ἢ εἷλον πάντα ἔχουσαν πό-
λιν. Ὁ δὲ στρατὸς ἔμενε παρὰ τοῖς τείχεσιν, ἔχων τὰ
χρειώδη, ἅπερ ἀπὸ τῶν τειχῶν ἐλάμβανον, ὅσα ἕκα-
στος ἐβούλετο. διελέγοντό τε ἀλλήλοις· καὶ ἦν εἰρή-
νης μὲν καὶ φιλίας διάθεσις, σχῆμα δ' ἔτι πολιορκίας,
τῶν τειχῶν κεκλεισμένων καὶ τοῦ στρατοῦ περὶ αὐτὰ διαι-
τωμένου. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀκυληΐαν, ἐν τούτοις
ἦν. οἱ δ' ἱππεῖς οἱ τὴν Μαξιμίνου κεφαλὴν κομί-
ζοντες ἀπὸ τῆς Ἀκυληΐας, ᵈὁδοιπορήσαντες μετὰ
πάσης ἐπείξεως· οἷς ἐπιφοιτῶσιν αὐτοῖς τὰς λοι-
πὰς πόλεις, πύλαι ἀνοίγνυντο, καὶ δαφνηφοροῦν-
τες αὐτοὺς οἱ δῆμοι ὑπεδέχοντο. ὡς δὲ διέπλευ-
σαν τάς τε λίμνας καὶ τενάγη μεταξὺ Ἀλτίνου καὶ
Ῥαβέννης, περιέτυχον Μαξίμῳ αὐτοκράτορι, διατρί-
βοντι ἐν Ῥαβέννῃ ἔνθα τούς τε ἀπὸ Ῥώμης ἐπι-
λέκτους καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰταλίας λογάδας ἤθροιζεν.
ἀφῖκτο δ' αὐτῷ καὶ Γερμανῶν οὐκ ὀλίγη συμμα-
χία, πεμφθεῖσα ὑπ' αὐτῶν κατ' εὔνοιαν ἣν εἶχον
πρὸς αὐτὸν ἄνωθεν, ἐξ οὗπερ ἦν αὐτῶν ἐπιμελῶς
ἄρξας. παρασκευάζοντι οὖν αὐτῷ τὴν δύναμιν ὡς
πολεμήσοντι τῷ Μαξιμίνου στρατῷ, προσίασιν
οἱ ἱππεῖς, τὴν κεφαλὴν τήν τε Μαξιμίνου καὶ τοῦ παι-
178 δὸς φέροντες, νίκην τε καὶ εὐπραγίαν † ἀγγέλλον-
τες, ὅτι τε ἄρα ὁ στρατὸς τὰ Ῥωμαίων φρονεῖ, καὶ

pacatorum habitu, ad Aquileiæ mu-
ros acceſſerunt; nuntiataque cæde
Maximini*, petebant vti ſibi portæ a-
perirentur, amicis iam, qui pridie ho-
ſtes fuiſſent. Enimuero Aquileienſiũ
† duces, haud paſſi, ꝑponunt Maximi 177
& Balbini ac Gordiani cæſaris imagi-
nes, coronis & lauro redimitas. Qui-
bus ipſi acclamãtes, etiam hortaban-
tur exercitum vt agnoſcerent, ſaluta-
rentque, & lætis exciperent vocibus,
quos ſenatus populuſque Romanus
Imperatores elegiſſet. nam Gordia-
nos illos ſuperiores *in cælum migraſſe*,
& cum diis agere æuum. [1] Sed & fo-
rum rerum venalium ſupra muros
expoſuerunt, magna ciborum vini-
que copia, prætereaque veſtium &
calceorum, rerumque adeo omnium
quas præbere hominibus poſſet ci-
uitas beata & florẽs. Igitur magis ma-
giſque ea res exercitum obſtupefe-
cit, cogitantem fuiſſe illis abunde o-
mnia, etiam ad longiorem obſidio-
nem ſuffectura: contraque ſe magna
egeſtate omnium, prius aliquanto
fuiſſe perituros quam vrbe omnibus
circumfluente copiis potirentur.
Ita manente ſub muris exercitu, &
quæ cuique ſui forent, inde ſumen-
tibus, colloquentibuſque inter ſe, pa-
cis erat amicitiæq; velut habitus, ma-
nẽte adhuc obſidionis ſpecie, quum
ſcilicet clauſa mœnia Romanus cir-
cumſideret exercitus. Dum hæc
ad Aquileiam geruntur, interea equi-
tes qui Maximini caput Romam fe-
rebant, magno ſtudio accelerantes,
patentibus vbique portis ac laurea-
ta popularium frequẽtia excepti, ſta-
gnis paludibuſque inter Altinum ac
Rauennam enauigatis, Maximum
in vrbe Rauenna inuenerũt, delectos
ex vrbe & Italia contrahentem mili-
tes, ac Germanorum auxiliares; qui
beneuolentiæ nomine, publice a po-
pularibus miſſi fuerant, quibus olim
Maximus cum imperio diligentiſſi-
me præfuerat. Ergo paranti copias
aduerſus Maximinum, repente oc-
currunt equites, capita ferentes prin-
cipum, victoriamque nuntiantes, &
rerum proſperos † ſucceſſus, [2] cõſen- 178
ſumq; exercitus & populi ad eoſdem

a For. θεούς. b Pol. ὤνιον nomini ἀγορὰν iungit: quum tamen tendat ad ἀφθονίαν. c For. διεφθάρησαν ἄν. d Scribo ὁδοιπορούντων: deinde, καὶ ἐπιφοιτῶσιν αὐτοῖς. alioqui, retinendo οἷς, expungendum fuerit αὐτοῖς. ¶ IN VERS. L. 1 Sed & mercatum ſupra muros propoſuerunt rerum omnium ad vitam neceſſariarum: venalem eſculentorum & potulentorum omnis generis, abundantiam præbentes, veſtium quoque & calceorum. 2 atque exercitum partes Romanorum amplecti, & colere Imperatores a ſenatu electos.

colendos principes quos ſenatus elegiſſet. His igitur prçter ſpem nuntiatis, ſtatim ad aras ſacrificatum diſcurritur, victoriã canentibus vniuerſis, quã citra pulueris iactum ſibi pepererant. Enimuero Maximus peracto ſacrificio Romã dimittit equites, vt rem geſtã populo narrent, & capita illa perferant. Qui poſtquã peruenere in vrbem,[1] atq; infixa contis hoſtilia capita omnib. cõſpicienda prætulerũt, nemo vtiq; verbis vllis cõſequi poſſet feſtũ lætitiamq; eius diei. Nulla quippe fuit ætas quę nõ ad aras & tẽpla feſtinarit, nemo qui domi ſe continuerit: ſed ibant ceu lymphati, gratantes inuicem, atq; in circũ, veluti futura cõcione, frequẽtes concurrebant. Ipſeq; Balbinus hecatombas immolabat; nulliq; non magiſtratus, nulli nõ e ſenatorio ordine lætabundi ſupra quã dici poſſet agitabãt: quaſi ſecurim ceruicibus imminentẽ excuſſiſſent. Igitur nuntii legatiq; per omnes prouincias laureati dimittebãtur. Dumq; ad hũc modum tanta Romanũ pop. lætitia tenebat, interea Maximus Rauenna profectus, Aquileiam peruenit, trãſmiſſis paludibus in quas fluuius[2] Eridanus ac vicina exundant ſtagna, ſic vt per ora ſeptẽ in mare præcipitentur. itaq; indigenę patria lingua paludẽ illam Septẽ maria appellãt. Statim igitur Aquileienſes Maximũ reſeratis portis excepere: nullæq; non Italiæ ciuitates legatos mittebant, principes viros, candidatos ac laureatos, & deorum patriorum ſimulacra aureaſq; coronas, ſiquæ in donariis fuerãt, cõportantes; qui fauſta omnia Maximo acclamarent, & frondibus eũ conſpergerent. Quin exercitus etiam qui Aquileiam circumſederat, pacato habitu prodibat laureatus; non tam vero concor-
179 diq; affectu vniuerſorũ, † q̃ ficta beneuolentia, & honore tẽporario, ad præſentẽ fortunã principis accõmodato: pleriſque tamen indignantibus ac dolentibus clanculum, quem ipſi elegerãt,[3] cecidiſſe, rerũ potiri quem ſenatus creauerat. Enimuero Maximus, vno alteroque die ſacrificiis abſumpto, tertio

στέψαντες αὐτοκράτορας οὓς ἡ σύγκλητος ἐποίησε. Τούτων δὲ παρ' ἐλπίδα ἀγγελθέντων, θυσίαι τε βωμοῖς εὐθὺς προσήγοντο, καὶ νίκην ἐπαιάνιζον πάντες τὴν ἀκονιτὶ ἐνίκησαν. ὁ δὲ Μάξιμος, καλλιερήσας, ἐκπέμπει τοὺς ἱππέας εἰς τὴν Ῥώμην, ἀγγελοῦντάς τε τὰ πραχθέντα τῷ δήμῳ, καὶ τὴν κεφαλὴν κομίσοντας. ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο, εἰσέπεσόν τε εἰς τὴν πόλιν, δεικνύντες τὴν κεφαλὴν τοῦ πολεμίου ἀνεσκολοπισμένην, ὡς πᾶσι περίοπτος εἴη, οὐδ' εἰπεῖν ἔστι λόγῳ τῆς ἡμέρας ἐκείνης τὴν ἑορτήν. οὔτε γὰρ ἡλικία τις ἦν ἣ μὴ πρὸς τοὺς βωμούς τε καὶ τὰ ἱερὰ ἠπείγετο· οὔτε τις ἔμενεν οἴκοι, ἀλλ' ὥσπερ ἐνθουσιῶντες ἐφέροντο, συνηδόμενοί τε ἀλλήλοις, καὶ ἐς τὸν ἱππόδρομον συνθέοντες ὥσπερ ἐκκλησιάζοντες [a] χωρίῳ. ὁ δὲ Βαλβῖνος, καὶ αὐτὸς ἑκατόμβας ἔθυε· ἀρχαί τε πᾶσαι καὶ σύγκλητος, ἕκαστός τε, ὥσπερ ἀποσεισάμενος πέλεκυν τοῖς αὐχέσιν ἐπικείμενον, ὑπερευφραίνετο. ἔς τε τὰ ἔθνη ἄγγελοι καὶ κήρυκες δαφνηφόροι διεπέμποντο. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ῥώμην, ἑορτῆς εἶχεν οὕτως. ὁ δὲ Μάξιμος, ἀπὸ τῆς Ῥαβέννης ἄρας, ἐπέστη Ἀκυληΐᾳ, διαβὰς τὰ τενάγη [b] ἅ τε ὑπὸ Ἠριδανοῦ ποταμοῦ πληρούμενα καὶ τῶν περικεχυμένων ἑλῶν, ἑπτὰ στόμασιν ἐς θάλατταν ἐκχεῖται· ἔνθεν καὶ [c] τῇ φωνῇ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι Ἑπτὰ πελάγη τὴν λίμνην ἐκείνην. εὐθὺς οὖν οἱ Ἀκυλήσιοι τὰς πύλας ἀνοίξαντες ὑπεδέχοντο, αἵ τε ἀπὸ Ἰταλίας πόλεις πρεσβείας ἔπεμπον ἀπὸ τῶν προὐχόντων παρ' αὐτοῖς ἀνδρῶν· οἱ λευχειμονοῦντες καὶ δαφνηφόροι, θεῶν πατρίων ἕκαστοι προσεκόμιζον ἀγάλματα, καὶ εἴ τινες ἦσαν στέφανοι χρυσοῖ ἐξ ἀναθημάτων· εὐφήμουν τε καὶ ἐφυλλοβόλουν τὸν Μάξιμον. ὁ δὲ [d] στρατός, τὴν Ἀκυληΐαν πολιορκήσας, προσῄει καὶ αὐτὸς ἐν εἰρηνικῷ σχήματι δαφνηφόρος, οὐκ ἐξ ἀληθοῦς μὲν διαθέσεως πᾶς, προσποιήτῳ † δὲ εὐνοίᾳ καὶ τιμῇ, διὰ τὴν παροῦσαν ἐξ ἀ- 179
νάγκης τῆς βασιλείας τύχην. οἱ πλεῖστοι γὰρ αὐτῶν ἠγανάκτουν καὶ λανθανόντως ἤλγουν, τὸν μὲν ὑπ' αὐτῶν ἐπιλεχθέντα βασιλέα, καθῃρημένον, κρατοῦντας δὲ τοὺς ὑπὸ συγκλήτου ᾑρημένους. ὁ δὲ Μάξιμος, ἐν τῇ Ἀκυληΐᾳ γινόμενος, πρώτης μὲν καὶ δευτέρας [ἡμέρας] ἱερουργίαις ἐσχόλαζε, τῇ δὲ τρίτῃ

a Ante χωρίῳ aliqua deſunt; ac fortaſſe Herod. ſcripſit, ἐν ἱερῷ τῷ χωρίῳ. Sed & ἐκκλησιάζοντες aptius fore videtur. b Scribo ἅ ὑπό τε Ἠρ. c Scribendum puto, τῇ ἑαυτῶν φωνῇ: aut τῇ πατρίῳ φ. aut certe τῇ ἰδίᾳ φ. d Poſt στρατὸς deeſſe puto artic. ὁ. ¶ IN VARS. L. 1 atque infixum conto caput hoſtis, omnibus conſpiciendum præbuerunt. Eſt autem τοῦ πολεμίου, q. d. illius ſiue hoſtis. Ac fit mentio vnius tantum capitis, patris videlicet: quod in filium eius non perinde atque in eum conceptum eſſet odium. Sic paulo ante, vbi vertit Polit. capita illa perferant, Herodianus dicit caput illud. 2 fortaſſe mendum hic in Græco eſt, Eridanumque pro Timauo poſitum. M. ex vetere Politiani libro. 3 ſublatum eſſe, ac rerum potiri quos Senatus cr. M.

τῆς ἡμε-

τὴν ἡμέραν συγκαλέσας ἐς τὸ πεδίον πάντα τὸν στρατὸν, βήματός τε αὐτοῦ κατασκευασθέντος, ἔλεξε τοιάδε· Ὅσον μὲν ὑμᾶς ὤνησε μεταγνόντας τε καὶ τὰ Ῥωμαίων φρονήσαντας, πείρᾳ μεμαθήκατε, ἀντὶ πολέμου μὲν εἰρήνην ἔχοντες πρὸς θεοὺς, οὓς ὀμωμόκατε, καὶ νῦν φυλάττοντες τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον, ὅς ἐστι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς σεμνὸν μυστήριον. χρὴ δὲ ὑμᾶς καὶ τοῦ λοιποῦ διὰ παντὸς τούτων ἀπολαύειν, τὰ πιστὰ τηροῦντας Ῥωμαίοις τε καὶ συγκλήτῳ καὶ αὐτοκράτορσιν ἡμῖν· οὓς ἐξ εὐγενείας καὶ πολλῶν πράξεων, καὶ μακρᾶς διαδοχῆς, ὥσπερ κατ' ἀκολουθίαν ἐπὶ τοῦτο ἀναβάντας, κρίναντες ὁ δῆμος καὶ ἡ σύγκλητος ἐπελέξατο. οὐ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς ἴδιον κτῆμα ἡ ἀρχὴ, ἀλλὰ κοινὸν τοῦ Ῥωμαίων δήμου ἄνωθεν, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἡ τῆς βασιλείας ἵδρυται τύχη. ἡμεῖς δὲ διοικεῖν καὶ διέπειν τὰ τῆς ἀρχῆς σὺν ὑμῖν ἐγκεχειρίσμεθα. ταῦτα δὲ μετ' εὐταξίας τε καὶ κόσμου τοῦ πρέποντος, αἰδοῦς τε καὶ τιμῆς πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ὑμῖν μὲν εὐδαίμονα καὶ πάντων ἀνενδεῆ παρέξει βίον, τοῖς δ' ἄλλοις πᾶσιν ἀνθρώποις, κατά τε ἔθνη καὶ κατὰ πόλεις εἰρήνην καὶ πρὸς τοὺς ἡγουμένους πειθώ. βιώσεσθέ τε [a] καὶ κατὰ γνώμην ἐν τοῖς οἰκείοις, οὐκ ἐν ἀλλοδαπῇ κακοπαθοῦντες. ὑπὲρ δὲ τοῦ καὶ τὰ βάρβαρα ἡσυχάζειν ἔθνη, διὰ φροντίδος ἡμεῖς ἕξομεν. δύο μὲν γὰρ ὄντων βασιλέων, εὐμαρέστερον καὶ τὰ ἐν τῇ Ῥώμῃ διοικήσεται, καὶ εἴ τι ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἐπείγει, πρὸς τὴν χρείαν ἀεὶ [b] τοῦ πρὸς τὰ
180 καλοῦντα ῥᾳδίως παρόντος. † μηδέ τις ὑμῶν οἰέσθω τῶν πεπραγμένων εἶναι τινὰ μνήμην, εἴτε ὑφ' ἡμῶν, (ἐκελεύεσθε γὰρ) εἴτε ὑπὸ Ῥωμαίων, ἢ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, [c] οἱ ἀδικούμενοι ἀπέστησαν. ἀλλὰ γὰρ ἔστω πάντων ἀμνηστία, καὶ σπονδαὶ φιλίας βέβαιοι, εὐνοίας τε καὶ εὐκοσμίας πίστις αἰώνιος. Τοιαῦτά τινα εἰπὼν ὁ Μάξιμος, νομάς τε χρημάτων μεγαλοφρόνως αὐτοῖς ἐπαγγείλας, ὀλίγων ἡμερῶν ἐνδιατρίψας ἐν τῇ Ἀκυληΐᾳ, τὴν ἐς Ῥώμην ἐπάνοδον συγκροτεῖ. καὶ ὁ μὲν

dein exercitum omnem in planitiem conuocauit, atque ex tribunali ad hunc modum verba fecit: Quam fuerit ex vſu vobis pœnitentia, & reconciliata cum Romanis gratia, re ipſa didiciſtis; pacem videlicet pro bello agitantes; [1] ſeruato etiam militari iureiurando, quod eſt vnum Romani principatus myſterium ſanctiſſimum. Quare debetis etiam deinceps huiuſcemodi commodis frui, fidem populo ſeruātes ſenatuiq; Rom. & nobis Imperatoribus; quos a nobilitate & rebus geſtis, longaque ſerie generis, quaſi per gradus quoſdam prouectos, pari iudicio S. P. Q. R. elegerunt. Neque enim vnius tantum hominis peculiaris poſſeſſio principatus eſt, ſed communis antiquitus totius Romani pop. Siquidem in illa vrbe ſita eſt Imperii fortuna; nobis autem diſpenſatio tantum atque adminiſtratio principatus vna vobiſcum demandata eſt. [2] Qui ſi ordinem, quem decet, ac modeſtiam retinebitis, ſi debitum principibus honorem ac reuerentiam exhibebitis, cum ipſi beatam vitam boniſque omnibus affluētem adipiſcemini, tum nationes ac ciuitates vniuerſę pacem colentes in officio permanebunt. Viuetis autem cuncti ex animi veſtri ſententia, domi ſuæ quiſque; neque in externis regionibus cōflictabimini. Vt autem barbarę *etiam* gentes pacem quietemq; tueantur, [3] nobiſcum erit hic labor. [4] Nam quum duo ſint Imperatores, facilius vrbanæ res adminiſtrabuntur, atque externæ, *ſicubi neceſſitas vrgeat*; præſto ſcilicet futuro *facile* alterutro, quocumque vſus vocauerit. † Neque vero ſuſpicemi- 180
ni rerum ſuperiorum memoriam vllam ſuperfore, aut in nobis, (quippe nihil non iuſſi feciſtis) aut in Rom. pop. nationibuſve aliis quæcumque ob acceptas iniurias deſciuerunt. Sit omnium obliuio; ſit fœdus conſtantis amicitiæ, fideſque beneuolētiæ ac moderationis ſempiterna. Hæc loquutus Maximus, ac pecunias magna copia pollicitus, paucos Aquileiæ commoratus dies, Romam reuerti conſtituit. Igitur

---

a *Ante* καὶ κατὰ γνώμην *deeſſe puto aliquod adverbium, aut certe particip. quod opponatur illi* κακοπαθοῦντες. b *legendum videtur,* τοῦ ἔτι γε ὄντος. c *Vel* ἐν οἷς, *vel* ὅσοι, *ante* οἱ *deeſſe videri poſſet. Sed & οἱ legitur: in qua lect. non ad vocem præcedentem, ſed ad eos quos in ſe complectitur, reſpici dicendum eſſet.* ¶ IN VERS. L. 1 *Polit. omittit interpretationem horum verborum,* πρὸς θεοὺς οὓς ὀμωμόκατε, *cum quibus ſi nihil deſideratur, dicit vos pacem habere erga deos, ſeu cum diis, quos iurauerunt. Sed non immerito quis ſuſpicetur aliquot verba deeſſe: atq; adeo ita ſcriptum fuiſſe,* εἰρήνην ἔχοντες καὶ πρὸς αὐτοὺς καὶ πρὸς θεοὺς οὓς ὀμωμόκατε. 2 Qui ſi moderate & honeſte vos geretis, & reuerentia atque honore principes proſequemini, illa beatam & omnibus neceſſariis rebus inſtructam vitam vobis præbebunt; ceteris autem omnibus hominibus per ſingulas nationes & ciuitates pacis atque animi ad obſequendū principibus prompti cauſa erunt. Viuetis autem &c. *Illa vero quæ beatam vitam sit præbitura, & ceteris pacem allatura dicit, intellige (ex proxime præcedentibus) res imperii ab ipſis Imperatoribus vna cum militibus adminiſtratas.* 3 *forſan Pol. ſcripſit,* nobis curæ erit hic labor. S. 4 Nam quum duo ſint Imperatores, & quæ Romæ agenda erunt, facilius adminiſtrabuntur, & ſiquid etiam in externa regione feſtinationem neceſſario poſcat; vtpote alterutro ad ea quæ vocabunt, præſto facile futuro.

dimiſſo exercitu reliquo in prouincias caſtraq; propria, Romam reuertitur ipſe, cum ſtipatoribus iis quibus Imperatorum cuſtodia incumbebat, [1] quiq; delecti a Balbino fuerant; neque nō auxiliaribus Germanis, quorum potiſſimum fidei confidebat; vtpote quibus olim, nondū adepto imperio, cum poteſtate pręfuerat, *moderate ſe gerens.* Ingredicti vrbem etiam Balbinus occurrit, Gordianum cæſarem ſecum adducens: ſenatus autem populuſque vniuerſus, lætis acclamationibus veluti triumphātes exceperunt. Poſt id autem, quum publice priuatimque magna modeſtia & grauitate imperiū gubernaretur, omneſque omnia bona dicerent, lætareturque populus & gloriaretur patriciis imperioque dignis principibus, [2] militum tamen vlceroſi animi populares illas acclamationes haud æquis auribus accipiebant, ipſamque illam nobilitatem grauabantur; indigne ferentes datos ſibi a ſenatu principes. Angebant præterea eos Germani, quos in vrbe ſecū Maximus retinuerat. Nam futuros vindices ſperabant, ſiquid ipſi maius auſi forent: etiamque inſidias ſuſpectabant, ne forte ab illis per fraudem exarmarentur, *illiq; vt præſentes, facile in ipſorum locum ſubſtituerentur:* memores Seueri principis, qui etiā Pertinacis interfectores exauctorauerat. Quum itaque ludi Capitolini celebrarētur, deditis feſto ac ſpectaculis omnium mētibus, re-
181 pente diſſimulatum † diu ſenſum milites indicarunt. Namq; ira inſtincti, ac veſano quodam motu vnanimiter ad regiam cōcurrentes, [3] ſenes principes ad necem depoſcebant. Forte accidit vt ne ipſi quidem inter ſe ſatis congruerent; ſed (vt eſt regnandi inexhauſta auiditas, atq; incommunicabilis natura poteſtatis) [4] vterque ad ſe ſummam imperii trahebat. Etenim Balbino claritudo natalium, atque iterum geſtus cōſulatus; Maximo autem, præfectura vrbis, & quod rerum peritus habebatur, animos faciebant: vtrumq; tamen patricia nobilitas, & quantum

ἄλλο στρατιωτικὸν ἀπέπεμψεν ἔς τε τὰ ἔθνη καὶ τὰ οἰκεῖα στρατόπεδα· αὐτὸς δὲ ἐπανῆλθεν ἐς τὴν Ῥώμην, σύν τε τοῖς δορυφόροις, οἳ τὴν βασίλειον φρουροῦσιν ἀρχήν, σύν τε τοῖς ὑπὸ Βαλβίνῳ στρατευομένοις. ἐπανῆλθον δὲ καὶ οἱ ἀπὸ Γερμανίας ἐληλυθότες σύμμαχοι. ἐθάρσει γὰρ αὐτῶν τῇ εὐνοίᾳ, ἅτε καὶ τοῦ ἔθνους ἐπιεικῶς προέστη πρὶν, ἄρξας ἔτι ἰδιωτεύων. εἰσιόντι δὲ αὐτῷ ἐς τὴν Ῥώμην ὅ τε Βαλβῖνος ὑπηντίαζε, ἐπαγόμενος Γορδιανὸν καίσαρα· ἥ τε σύγκλητος καὶ ὁ δῆμος εὐφημοῦντες, ὥσπερ θριαμβεύοντας ὑπεδέχοντο. Ἦρχον δὲ τοῦ λοιποῦ τῆς πόλεως μετὰ πάσης εὐταξίας καὶ εὐκοσμίας, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ πανταχοῦ εὐφημούμενοι. ἔχαιρέ τε ὁ δῆμος αὐτοῖς, σεμνυνόμενος εὐπατρίδαις καὶ ἀξίοις τῆς βασιλείας αὐτοκράτορσιν. οἱ μέντοι στρατιῶται διῳδαίνοντο τὰς ψυχάς, καὶ οὔτε ταῖς εὐφημίαις τοῦ δήμου ἠρέσκοντο, ἐβαρύνοντό τε αὐτῶν αὐτὴν τὴν εὐγένειαν, καὶ ἠγανάκτουν ὅτι ἄρα ἔχοιεν ἐκ συγκλήτου βασιλέας. ἐλύπουν δὲ αὐτοὺς καὶ οἱ Γερμανοὶ παρόντες τῷ Μαξίμῳ, ἔν τε τῇ Ῥώμῃ διατρίβοντες. ἀντιπάλους γὰρ ἕξειν ἤλπιζον εἴ τι τολμῷεν, καὶ ἐφεδρεύειν[a] αὐτοῖς ὑπώπτευον, εἴ τινι δόλῳ ἀποζωσθεῖεν[a] ἐκεῖνοι, καὶ ἅτε παρόντες ῥᾳδίως ὑποκατασταῖεν. τό τε Σεβήρου ὑπόδειγμα, ὃς τοὺς Περτίνακα ἀποκτείναντας ἀπέζωσεν, εἰσῄει αὐτούς. ἐπιτελουμένου δὲ ἀγῶνος τοῦ τῶν Καπιτωλίων, πάντων τε περὶ τὴν πανήγυριν καὶ τὰς θέας ἀσχολουμένων, αἰφνιδίως ἣν εἶχον γνώμην λανθάνουσαν † ἐξέφη- 181
ναν· καὶ τοῦ θυμοῦ μὴ κρατήσαντες, ὁρμῇ δὲ ἀλόγῳ χρησάμενοι, ἀνῆλθον ὁμοθυμαδὸν εἰς τὰ βασίλεια, τοῖς τε πρεσβύταις βασιλεῦσιν ἐπεισῆλθον. συνέβαινε δὲ κἀκείνους μὴ πάνυ τι ἀλλήλοις ὁμονοεῖν, ἀλλ', οἷάπερ μοναρχίας ἐπιθυμία, καὶ τὸ ἀκοινώνητον ἐν ταῖς ἐξουσίαις, ἕκαστος πρὸς αὐτὸν τὴν δύναμιν ἀνθεῖλκεν· ὁ μὲν Βαλβῖνος, κατ' εὐγένειαν καὶ διπλῆν προάγουσαν ὑπατείαν πρωτεύειν ἀξιῶν· ὁ δὲ Μάξιμος, διά τε τὸ[b] ἔπαρχον τῆς πόλεως γεγονέναι, καὶ ἔχειν ὑπόληψιν ἐμπειρίας πραγμάτων· ἐκατέρωθέν τε εὐγενεῖς εὐπατρίδας, καὶ γένους

a Pol. legit ὑπ' ἐκείνων. [*Fortaſſe verior hæc totius loci lectio:* ἐφεδρεύειν αὐτοῖς ὑπώπτευον, εἴ τινι δόλῳ ἀποζωσθεῖεν, καὶ ἐκείνους, ἅτε παρόντας, ῥᾳδίως ὑποκαταστῆσαι. *vel,* καὶ ἐκείνους, ἅτε παρόντες, ῥᾳδίως ὑποκαταστήσειαν. *Henrici Petri editio expreſſe habet* ἐκεῖνοι.] b Scribo ἔπαρχον. ¶ IN VERS. L. 1 cum iis item qui ſub Balbino militabant. Quinetiam reuerſi ſunt auxiliares qui e Germania venerant. eorum enim beneuolentiæ fidebat; vtpote in quorum gentis præfectura, ante adeptum imperium, moderationem omnem adhibuerat. 2 milites tamen animis æſtuabant, & cum illis pop. acclamationibus offendebantur, tum vero ipſorum Imperatorum illam ipſam nobilitatem grauabantur. 3 ſenibus Imperatoribus irruptione facta ſuperueniunt. 4 imperium certatim ad ſe trahebant: quum Balb. quidem, propter nobilitatem & duos conſulatus a ſe geſtos, primas partes tenere æquū cēſeret, at Maximus, quod præfectus vrbis fuiſſet, & rerū peritus haberetur. Vtrumq; tamē patr.

πλῆθος

πλῆθος αὔταρκες εἰς ἐπιθυμίαν μοναρχίας ἐπῆγεν. ὅπερ αὐτοῖς καὶ μάλιστα γέγονεν ἀπωλείας αἴτιον. ὡς γὰρ ἐπύθετο ὁ Μάξιμος ἀφικνεῖσθαι ἐπ' ὀλέθρῳ [a] αὐτῶν τοὺς πραιτωριανοὺς καλουμένους, ἐβούλετο μεταπέμψασθαι τοὺς Γερμανοὺς συμμάχους, ὄντας ἐν Ῥώμῃ, αὐτάρκεις ἐσομένους ἀντιστῆναι τοῖς ἐπιβουλεύουσιν. ὁ δὲ Βαλβῖνος, οἰόμενος δόλον τινὰ εἶναι κατ' αὐτοῦ καὶ σόφισμα, (ᾔδει γὰρ τοὺς Γερμανοὺς τῷ Μαξίμῳ εὐνοοῦντας) ἐκώλυε, φάσκων οὐκ ἐς κώλυμα οὐδ' ἐς ἀντίστασιν αὐτοὺς τῶν πραιτωριανῶν ἀφίξεσθαι, ἀλλ' ἐς τὸ περιποιῆσαι τῷ Μαξίμῳ τὴν μοναρχίαν. ἐν ᾧ δὲ περὶ τούτων διαφέρονται, εἰσδραμόντες οἱ στρατιῶται ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες, ἐκστάντων αὐτοῖς τῶν περὶ τὰς αὐλείας εἰσόδους φυλαττόντων, ἁρπάζουσι τοὺς πρεσβύτας. περιρρήξαντες δὲ ἃς εἶχον περὶ τοῖς σώμασιν ἐσθῆτας λιτάς, ἅτ' οἴκοι διατρίβοντες, γυμνοὺς τῆς βασιλείου αὐλῆς ἐξέλκουσι μετὰ πάσης αἰσχύνης καὶ ὕβρεως, παίοντές τε καὶ ἀποσκώπτοντες τοὺς ἀπὸ συγκλήτου βασιλέας· γενείων τε καὶ ὀφρύων σπαραγμοῖς, καὶ πάσαις ταῖς τοῦ σώματος λώβαις ἐμπαροινοῦντες, διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀπῆγον· οὐ θελήσαντες οὐδ' ἐν τοῖς βασιλείοις ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ ζῶσιν ἐνυβρίσαι, ἵν' ἐπὶ πλέον ὧν πάσχουσιν αἴσθοιντο. ἐπεὶ δὲ ταῦτα πυθόμενοι
182 οἱ Γερμανοί, λαβόντες ὅπλα, ἠπείγοντο † ὡς ἀμυνοῦντες αὐτοῖς, μαθόντες οἱ πραιτωριανοὶ ἀφικνουμένους, φονεύουσιν ἤδη πᾶν τὸ σῶμα λελωβημένους τοὺς βασιλέας. καὶ καταλιπόντες τὰ σώματα ἐρριμμένα ἐπὶ τῆς λεωφόρου, * ἀράμενοι δὲ τὸν Γορδιανὸν καίσαρα ὄντα, αὐτοκράτορά τε ἀναγορεύσαντες, ἐπεὶ πρὸς τὸ παρὸν ἄλλον οὐχ εὗρον· βοῶντές τε πρὸς δῆμον ὅτι ἄρα εἶεν ἀπεκτονότες οὓς ὁ δῆμος οὐκ ἐβούλετο ἐν ἀρχῇ ἄρξαι, Γορδιανόν τε ἐπελέξαντο, [b] ἐκείνου τε ἀπόγονον, καὶ ὃν αὐτοὶ Ῥωμαῖοι ἐξεβιάσαντο: ἔχοντες αὐτόν, ἀπελθόντες ἐς τὸ στρατόπεδον, συγκλείσαντες τὰς πύλας, ἡσύχαζον. οἱ δὲ Γερμανοί, μαθόντες ἀνῃρημένους τε καὶ ἐρριμμένους ὧν χάριν

ſatis eſſet, illuſtre genus, ad ſummum imperium ſtimulabant. Quæ res inprimis ambos perdidit. nam audito Maximus veniſſe ad ſe occidendum milites qui Prætoriani appellantur, arceſſere ſtatim Germanos auxiliares ſtatuerat; qui ſcilicet in vrbe ipſa erant, ac poſſe reſiſtere Prætorianis videbantur: at Balbinus, dolum contra ſe compoſitamque aliquam ſuſpectans fraudem, quod ſtudere Maximo Germanos cognouerat, prohibuit acciri illos: negans ad prohibendos repellendoſque Prætorianos conuocari; ſed id agi vt ſumma rerum ſolus Maximus potiatur. Ac dum inter ſe ad hunc modum diſceptant, ecce tibi vnanimiter milites, impetu in aulam facto, [1] turbatis ianuarum cuſtodibus, ſenem corripiunt vtrumque; laceratiſque veſtibus quas gerebant, vilioribus ſane, vtpote domi ſe continentium, nudos ipſos ex aula abſtrahunt; ac per omnem ignominiam contumeliamque cædentes [2] irridenteſque ſenatorios Imperatores, barbamque & ſupercilia vellentes, neque vlli parcentes corporis totius ludibrio, per mediam vrbem ad caſtra deducebant; ne occidere quidem illos in regia decreti, [3] ſed lento mortis genere prius excarnificare, quo dolorem diutius perpeterentur. Sed vbi Germanos re deinde cognita, raptis armis, in auxilium † concurrere nun- 182
tiatum Prætorianis eſt, ſtatim illos [4] nullo non ludibrio prius affectos contrucidant. Relictiſque in ipſa via cadaueribus, tollentes in altum manibus Gordianum cæſarem, quando aliud nihil *in præſens* occurrit, Imperatorem conſalutabant: identidem ad populum vociferantes, iacere ipſorum manu quos populus ab initio recuſauerat: electumque Gordianum Gordiani nepotem, quem ipſe Rom. pop. ad imperium compuliſſet. Hunc igitur ſecum deducentes, coiere in caſtra; clauſiſque portis, quieti agitabant. At Germani, vbi occiſos proiectoſque audierunt quorum cauſa

a Pol. legit αὐτοῦ. b For. ἐκείνου γε ἀπόγονον ὃν καὶ αὐτοὶ Ῥωμ. & ἔχοντες vel, ἔχοντες δὲ αὐτόν. ¶ IN VERS. L. 1 quũ illis de via ceſſiſſent (*i. tranſitum dediſſent*) atrienſium ianuarum cuſtodes. 2 per irriſionẽ (*aut* per ſcomma *retinendo vocem Gr.*) vociferantes Senatorios imperatores. 3 ſed viuos cruciatibus afficere. 4 nulla non parte corporis iam fœdata, cõtrucidant. Relictiſque in publica via cadaueribus, quum Gordianum, qui cæſar erat, in altum ſuſtuliſſent, atque Imperatorem declaraſſent, (quoniam aliũ in præſens non inuenerant) vociferantes populo, ſe interemiſſe illos quos populus initio imperium obtinere noluiſſet, Gordianum autem elegiſſe, nepotem illius Gordiani quem ipſimet Ro. ſuſcipere imperium coegerint: habentes illum, caſtra petierunt: clauſiſque portis quieti manſerunt.

properauerant, quum nollet irritum bellum pro viris vita defunctis ſuſcipere, in ſua diuerſoria reuertuntur. Hunc finem vitæ habuerunt, indignum videlicet ac nefarium, [1] ſancti & venerabiles ſenes, claritudine generis atq; egregiis meritis ad imperii faſtigium prouecti. Ceterũ Gordianus, quum annorum eſſet ferme tredecim, [2] princeps [ab vniuerſis] declaratus, Romanũ ſuſcepit imperiũ.

ἠπείγοντο, οὐχ ἑλόμενοι πόλεμον μάταιον ὑπὲρ ἀνδρῶν τεθνηκότων, ἐπανῆλθον εἰς τὸ ἑαυτῶν καταγώγιον. Τέλει μὲν δὴ τοιούτῳ ἐχρήσαντο, ἀναξίῳ τε ἅμα καὶ ἀνοσίῳ, σεμνοὶ καὶ λόγου ἄξιοι πρεσβῦται, εὐγενεῖς τε καὶ κατ' ἀξίαν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐληλυθότες. ὁ δὲ Γορδιανός, περὶ ἔτη που γεγονὼς τρισκαίδεκα, αὐτοκράτωρ τε ἀνεδείχθη, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀνεδέξατο.

¶In vers. L. 1 venerabiles ſenes & commemoratione digni: *vel,* & digni quorum memoria celebretur. 2 Imperator. *Sed noluit hac voce uti, quod & vocem* Imperium *uſurpare ſtatim poſt cogeretur.*

ZOSIMI

ZOSIMI COMITIS ET EXADVOCATO FISCI Hiſtoriarum libri VI.

Quos a C. Cæſare Octauiano exorſus auctor, ad vrbem a Gotthis Alaricho duce captam, perpetua ſerie contexuit:

Joan. Leunclauius ab interitu ſua vindicatos opera, Græce Latineque nunc primum interpretatione recenſita publici iuris fecit:

Græcum exemplar Leunclauianum Frid. Sylburgius ad codicem bibliothecæ Palatinorum principum diligenter contulit.

Illuſtri Zerotinio Baroni
Karolo, Ioan. familiæ princ. F.
Nameſti, Roſſitzæ, Brandiſii,
Lumnitzæque Domino,
tam e nobili variorum itinerum,
quam litteratæ ſapientiæ
ſtudio polyhiſtori;
Vitalem vitalis Zoſimi
Comitis hiſtoriam ſuam,
a blattarum orco reuocatam,
Vitalibus reſtitutam auris,
terſiore donatam pallio,
prætextata denique toga
Quiritium amictam;
Ioannes Leunclauius,
obſeruantiæ monumentum ſuæ,
cum voto viuacis æui
D. D.

IO. LEVN-

IO. LEVNCLAVII
APOLOGIA PRO ZOSIMO,
ADVERSVS EVAGRII, NICEPHORI CALLISTIDIS, ET ALIORVM *acerbas criminationes.*

SI eſſet aut in eos ſtringendus orationis mucro, quibuſcum nulla religionis ſocietate iungimur; aut non illius ſuſcipiēda defenſio, quem ob profeſſionem paganæ ſuperſtitionis, a multis iam ſaeculis exploſæ damnatæque, ſi quid habiturus erat in cauſſa ſua gratiæ, prima ſtatim fronte noſtros apud homines amittere neceſſe eſt: fretus equidem quum apertis veritatis ipſius argumentis, tum eorum quæ ab aduerſariis obiiciuntur, infirmis ſane rationibus, minime vererer, ne non facile cauſſam hanc apud æquos iudices obtinerem. Nunc quum & iis reſpondendum ſit, qui defendendi cultus Chriſtiani, & tuendorum principum prætextu, patronorum veræ pietatis inſigniū, vti quidem prædicantur, mendacii calumniæque diſertiſſimum, & in primis vtilem hiſtoriæ ſcriptorem accuſant; & agēda Zoſimi cauſſa, qui, quod veritatem doctrinæ cæleſtis cognitam non habuerit, eſſe teſtis idoneus & verax de geſtis in republica rebus potuiſſe negatur: difficilem ſane defenſionis huius rationem mihi futuram proſpicio. Sic enim comparati ſunt hominum animi, libenter vt iis fidem habeamus, quos quum aliis in rebus, tum maxime in doctrina religionis, opinionū ſimilitudo & conſenſus, artiore nobis vinculo iungit; diuerſa ſequentium auctoritate depreſſa, licet ab iis non omnino abhorrentia quædam a veritate proferantur. Sed quando quum omnis virtutis in genere, tum veritatis ea vis eſt, vt illam viri boni etiam in hoſte cognitam probent; futurum non nulla in ſpe ſumus, vt auditis, quæ pro Zoſimo paucis dicenda ſuſcepimus, libenter homines nō nimium pertinaces fateantur; poſſe veritatem rerum geſtarum ab iis quoque bona fide litterarum monumentis prodi, qui ceteroquin a nobis in ſententia de religione diſſideant. ¶ Accuſatur Zoſimus atroci cum verborum contumelia, quibus exſecrabilem vocant, diris deuouendum, impuriſſimum, canem denique; primo, quod nefariæ, quod abominandæ paganorum religionis ſectatorem ſe profiteatur. Ego vero in hoc libertatem hominis ingenuam probo, iudicium deſidero; qui, quum excellentis vir eſſet ingenii, more mundanorum (vt ſacræ litteræ loquuntur) ſapientum in magna diuinæ veritatis luce cæcutiret. Sed quum nihil iſtud impediat, quo minus de iis, quæ in adminiſtratione reipublicæ vel recte, vel ſequius gererentur, prudenter ac vere ſtatueret: ad alia progrediamur, in quibus accuſationis totius præcipua vis conſiſtit. ¶ Aiunt eum, propter auſpicium nouæ religionis, iniquiorem Cōſtantino fuiſſe. Demus hoc etiam eſſe; quando fieri nequit, vt animus noſter ei bene velit, qui perſuaſionem de cultu diuino noſtram, quam veritati conſentaneam, ſaeculorumque prope innumerabilium auctoritate & conſenſu nixam putamus, eripere nobis inuitis conetur. ſed quid inde colligitur? ergo Zoſimus hoc impulſus odio, per calumniam tradidit, impuriſſimum & intolerabile tributi genus, quod *chryſargyrum* vocant, *aurargenteum* Latine dixeris, (in libris quidem de iure ciuili, *aurum luſtrale* nuncupatur, quia ſingulis quibuſque luſtris penderetur) primum e principibus Conſtantinum imperaſſe: profectumque conſimili ab origine, quod inuolaſſe Conſtantinum in aliorum bona ſcripſit. Graue crimen audio. coërcenda iſtæc Zoſimi maledicentia, ſi falſo conſtet illa de Conſtantino memoriæ prodita. Sed tantum abeſt, vt non eorum, quæ diceret, certos ac fide dignos auctores habuiſſe Zoſimum credam; vt etiam ſi deſint aliorum teſtimonia, tamen ab hac culpa Conſtantinum liberari non poſſe, graui conſtet argumento. Quippe tributum illud aut ante ſe

Conſtantinus a priſcis inſtitutum principibus, quos deliria paganorum ſequutos ſcimus, reperit: aut princeps ipſe duriſſimum ſubditis onus impoſuit. Si Conſtantinum auctorem adgnoſcemus, vti Zoſimus ex illorum temporum ſcriptoribus exiſtimandū oſtendit; quid habes cauſſæ, cur illum accuſes? innocens eſt; rem geſtam ſicut ab aliis acceperat, qua debuit fide, reddidit; hiſtorici boni functus officio. Potius increpandi aduerſarii, qui longius, quam par eſſet, prouecti ſtudio celebrandi Cōſtantini, dum immodicas ei laudes tribuunt; obliti muneris ſui, panegyricas declamationes verius, quam hiſtorias ſcripſere. Sed eſto ſane, confinxerit hoc crimen Zoſimus in eum, quem primū inter Auguſtos religionis Chriſtianæ ſacris imbutum, tamquam auiti patriique cultus deſertorem, grauare inuentione tributi perquam inſolentis, & omnibus exoſi, voluerit. Itaque relinquitur, Conſtantinum a deceſſoribus, quod tamen adfirmare noſtri reprehenſores diſerte non audent, acceptum morem turpiſſimum retinuiſſe. Nihilo minus in culpa præclarus Imperator hærebit, qui exactionem foedam, introductam a paganis, poſteaquam ipſe maiorem cognitionis diuinæ lucem hauſiſſet, non aboleuerit. Nihil enim diſcriminis inter auctorem prauæ conſuetudinis, & eum qui, quum poſſit, iniqua maiorum inſtituta non abrogat, eſſe video. At illi luſtralis auri collationem ſub Chriſtianis ſuperiorum temporum principibus inſigni cum exactionis ſæuitia regnaſſe, non negant; primumque fatentur Anaſtaſium, longiſſimo poſt Conſtantinum interuallo, chryſargyri tabulis ad ſe cōſilio quodam aſtuto de prouinciis omnibus accurate coactis, & concrematis, immortali beneficio ſubditorum animos obligaſſe. Deſinant ergo de iniuria Conſtantino facta queri, quum iniuſtæ penſitationis auctorem non fuiſſe, teſtimoniis exceptione maioribus necdum euicerint; & ſi maxime principem ab eo mali cauſſam remoueant, tamen quin pari ſe ſcelere, propter adprobationem receptæ turpitudinis obſtrinxerit, infitiari non poſſint. At enim audiamus quæſo, quam firmis nixi rationibus, haudquaquam a Conſtantino proficiſci potuiſſe tributi tam illiberalis exactionem, conſtanter adfirment. Fatetur, aiunt, ipſe Zoſimus, incredibili ſumtu Byzantium a Conſtantino, non parum prolato priſcæ vrbis pomœrio, conditum; auguſto palatio, quod Romano non cederet, aliiſque magnificentiſſimis ædificiis ornatum; annonam ciuilem, Romanæ ad vrbis æmulationem, plebi Conſtantinopolitanæ conceſſam; ab eodem ſenatoribus, qui Roma Byzantium poſtulatu ipſius commigrare nō recuſaſſent, ſumtuoſas domos exſtructas, & ingentē auri vim donatam. Non potuit ergo talis principis animum exigendi ſordidi tributi cogitatio ſubire: nec ſibimet ipſe Zoſimus aduerſari, quaſi a prioribus diuerſa prodendo, debuit. Hæ rationes illorum ſunt. quas a nobis eſſe, quis quæſo non perſpicit? Prodigum fuiſſe Conſtantinum Zoſimus ait, poſtquā ſummo imperio ſolus potitus eſſet; idque compluribus argumentis oſtendit: quod vectigalia reipublicę largitionibus immenſis exhauſerit, in vitam voluptariam maximos ſumtus erogauerit, pecuniam publicam in plurimas inutiles ſtructuras impenderit, profuſionem denique, munificentiam duxerit. Hæc ſi vera eſſe, fides ipſa rerum geſtarum probat; nemini qui ſapiat, mirum videri poteſt, rationes exigendæ viciſſim pecuniæ nouas, &, quum moderatæ iuſtæque non ſufficerent, acerbas eum excogitaſſe; qui prodigere magnas opes ex animi libidine ſolitus, facultatem profuſæ largitionis ſibi deeſſe nollet. Nam nulli cupidius alienis inhiant, quam qui ſua ſine iudicio, per ſummam licentiam luxumque diſſipant. Eodem ſpectat, quod in milites liberalē fuiſſe Conſtantinum prædicant, idque Zoſimum ipſum fateri cōmemorant. Nam quod eſſet imperiū hac via mercatus, eadē ad retinendam quoq; rerum ſummam vtendum videbat. abſque quo fuiſſet, cur exercitus huic legitimam Conſtantii ſubolem, quam ex Theodora coniuge reliquit, non prætuliſſent? Ferre principes parcos & frugi militaris luxuria nequit: immodice fiſci bonis, ad explendam ipſorum libidinem, abutentes colit. Id vero ſine certa ſubditorum pernicie confieri non poteſt, a quibus nullo nō genere crudelitatis exigitur, quod ad retinendos in officio ſemel corrupti militis animos, inſano largitatis ſtudio profunditur. Hinc illæ ſordidarum exactionum inuentiones, mera diſſolutæ prodigitatis remedia: quas quidem acerbitates intolerabilium collationum, ſiue Cōſtantini, ſiue Theodoſii maioris, ſiue Valētiniani primi mandatu imperatarū, recenſere; non eſt, vt iſti maligne interpretantur, aduerſus pios & religioſos principes impudenter latrare, ſed veritatem factorum oſtendere, de quibus exempla capiamus ipſi, quæ nobis ex vſu ſint. Nā ſi recte rem æſtimemus, nihil hoc eſſe dicemus aliud, quam monere præſentes ſequuturosque principes, ne Chriſtianam ipſi religionem profitentes, eam ſibi licentiā in bona ſubditorum permiſſam putent; quam Iulianus, aliiq; pagani non vſurparunt; a quibus abſtinentiæ, benignitatis, & moderatæ gubernationis laude noſtros ſuperari, ſane turpiſſimū fuerit. ¶ At eundē Conſtantinū, inquiunt, alibi Zoſimus ob res

quaſdam

quaſdam fortiter & egregie geſtas laudauit. itaque cauere debuit ne, quem antea prædicando extulerat, eumdem viciſſim reprehendendo deprimeret. Quaſi vero aut laudari Conſtantinus, Theodoſius, Chriſtiani principes alii nequeant, niſi probatis eorum factis omnibus: aut non hoc ipſo meliorem ſe vobis virum, hiſtoriæ quidem certe ſcribendæ magis, extra omnem controuerſiam, idoneum declararit Zoſimus: qui, quum notanda quædam Conſtantini delicta non leuia putaret, minime committere voluit vt, quæ ab eodem præclare geſta fuiſſent, ſilentio præterita ſupprimerentur. Non hoc vti faceret, impetrare a Zoſimo infeſti Chriſtianis animi potuit indignatio; quam nimium quantum, indignum quidem in modum, ſi Chriſtianæ profeſſionis grauitatē ſpectare volumus, in vobis regnare video. Nam qui ſe Chriſtianos perhiberi voluere principes, licet pleriq; foedis eſſent inquinati ſceleribus, tantum non deos facitis, & laudibus in caelum tollitis: quum alios a luce religionis noſtræ deſtitutos, ceteroqui magnis virtutibus præditos, etiam debita meritis eorum laude frudare non vereamini. Non iam dicam de condicione fragilitatis humanæ, quę non patitur, vt vni perpetuam recte factorum gloriam tribuamus. ideoq; verum eſſe Theognideum illud, ſapientes intelligunt: *Vir bonus interdum malus eſt, alias bonus idem.* Magnus ſane re fuit, ac nomine, Conſtantinus. quis negat? primus Auguſtorum leges aduerſus noſtros atroces, & edicta crudeliſſima ſuſtulit; verum dei cultum amplexus eſt; tyrannidem quum in rempublicā, tum eccleſiā, multis annis exercitā feliciter oppreſſit; inteſtina deniq; noſtrorum diſſidia coacto ſanctiſſimorū virorum cōcilio ſopiuit. hæc immortalia ſunt eximii principis merita; quæ omnes boni non ſolum adgnoſcunt, ſed etiam admirantur, atq; prædicant. At eorum, qui res Conſtantiniano ſæculo geſtas commendare litterarum monumentis volunt, illa ratio eſt; non tantum vt iſta, ſane laudabilia, recenſeant; verumetiam, ſi quid actum eſt, quod minus probari poſſit, nequaquam diſſimulent. id lex hiſtoriæ neceſſario requirit, & habet vſum in vita mortaliū non exiguū: vt vt aliquid de illius, ad quē pertinet, gloria decedere videatur. Quod ſi a Zoſimo plena cū orationis libertate factū fuit, non magis idcirco reprehendi meretur, atq; alii nonnulli, qui religionem non, vt ille, paganam; ſed noſtram ſequentes, grauiter pungere Conſtantinum non dubitarunt; quum alias ob cauſſas, quas cum Zoſimo communes habent, tum quod Imperator veri numinis cultum præſeferens, legem promulgarit, inſertā Iuſtinianeo codici, qua ob vſum magicarum artium eos accuſari vetat, qui de nefariis illis ritibus ac diſciplinis opem pro corporibus humanis, aut rerum vitæ neceſſariarum conſeruatione, quærunt: hoc eſt, qui fonte bonorum Deo deſerto, quæ ab illo ſe habituros ſubſidia deſperant, a malis geniis exſpectant: quaſi aut diuinis in litteris hoc expreſſe prohibitum non ſit, aut impiæ rei, planeq; damnabilis vſus aliquis eſſe licitus poſſit. Iidem non abs re Conſtantinum, ob conſiliorum & voluntatis in ſenecta mutationem, vituperant; qui Conſtantiæ ſororis impulſu Arium, auctorem ſectæ poſt homines natos impuriſſimæ, reuocarit ab exſilio; præclareque de religioſæ pietatis doctrina tam ſuo ſæculo, quam omnem ad poſteritatem meritum Athanaſium, Treuirorum ad vrbem deportari iuſſerit. Ea crimina quiſnam iſtis a Zoſimo indicatis eſſe grauiora non videt? hæc enim ad Dei gloriam, quietem eccleſiæ, ſalutem animorum ſpectabant: quum Zoſimus in iis potiſſimum de Conſtantino queratur, quæ ad reipublicæ detrimentum pertinebant. ¶ Iam quod indignū facinus admiſiſſe Zoſimum clamitant Euagrius atq; Nicephorus, qui Criſpum Cæſarem, egregia virtute iuuenē, & Fauſtam Auguſtam, a Conſtantino necatos ſcripſerit; a calumnia profectum, vera crimina diſſimulante; an a ſingulari dicam impudētia, negante factum, quod indubitata veritas hiſtoriæ, ſummo conſenſu ſcriptorum, ita prorſus geſtum fuiſſe confirmat? At non meminit, aiunt, eorum paricidiorum Euſebius ille Pamphilides, Conſtantini æqualis, & eidem iam mortuo ſuperſtes. Quid ſi teſtem hunc ego non admiſero? nam male genus hoc hiſtoricorum, antiſtites inquam, & monachi, ſolent audire; quod liberales in ſe principes & laudent prolixius, & ſtudioſius a facinorum non modo culpa, ſed etiam ſuſpicione liberent; aliis, ceteroqui non contemnendis, quo iure, qua iniuria, vel neglectis, vel etiam notatis. At iſta ſane contra ſcriptorem inſignem exceptione non vtamur. Demus id Euſebium vel nō voluiſſe, vel non debuiſſe ſcribere; quod ita rationes & ipſius, & temporū ſeſe darent. Aut enim viuo Conſtantino ſcripſit hiſtoriā, aut eo iam rebus humanis exemto. Viuum offendere, relato in hiſtoriam hoc immani facinore, non niſi cum præſenti vitæ diſcrimine potuit: idem ſi eo feciſſet exſtincto, ne a Conſtantio, qui patri & fratribus ſuperſtes fuit, grauiora quoque perpeteretur, cautio erat. Nā cui quæſo peperciſſet, cognato qui ſanguini nō pepercit? Itane dicemus iſtæc paricidia falſo conficta, quia patris, & patre mortuo, filii longe crudelioris metu, nullus tum ea litteris prodere fuit auſus? At Criſpum laudat Euſebius, inquiunt.

quo fit, vt nullo modo ſimile veri videatur, a patre fuiſſe necatum. Quaſi vero furore concitus patris animus ex ſuſpicione de nefaria filii cum nouerca conſuetudine, tantum in ipſo calore iracundiæ imperare ſibi potuerit, ne reſpectu præclaræ illius indolis iuuenem occideret: aut non iniuriam ſpectatæ illius virtuti factam ipſemet poſtea teſtatus ſit, quum interfecti talis filii dolore ac deſiderio Fauſtam coniugem, cuius illum cauſſa ſuſpectum habuerat, in balineo viuam exſtinxit. Euſebius ergo, ſi ſaluus eſſe volebat; aliter ſibi conſulere melius haud poterat; quam ſi totam necati Criſpi mentionem de hiſtoria ſua prorſus excluderet. Nam de duobus vt alterum faceret, neceſſarium erat: vel vti nocẽtem Criſpum, vel innocentem periiſſe fateretur. Nocẽtem facere noluit, quod omnibus aliter videretur: innocentem iugulatum dicere non potuit, ne patrem accuſaret. Atque hinc reuera colligitur, alienum a culpa criminis huius fuiſſe Criſpum; quod ei teſtimonium innocẽtiæ quum alii tribuunt, tum ipſe Zoſimus, ab auia Helena grauiſſime deploratum ſcribens. Maluit igitur Euſebius ſuas quaſdam ob cauſſas in medio relinquere, quod Zoſimus ab iis temporibus remotior, ob ipſam factorum memoriam, præterire ſilentio nequaquam debuit. Ac mihi quidem mirari ſubit, quid bonis hiſce viris in mentem venerit, vt tam abſurda reprehendendi Zoſimi ſtudio dixiſſe non contenti, ne quidem in Conſtantio crudelitatem vllam adgnoſcant; quia Vetranioni, perduellionis reo, pepercerit. Quaſi vero ex hoc vnico facto ſolidam lenitatis & clementiæ laudem reperire potuerit, quod ſeni, propediem in fata conceſſuro, ſanguine caſſo, non virtute victo, ſed fraude circumuento, pauxilli temporis vſuram permiſerit: qui alias immaniter, vel in ſanguine coniunctiſſimos quoſque, ſæuiit. Eumdem Conſtantium Nazianzenus quoque, vir alioqui grauiſſimus, odio Iuliani laudat: quum hic multis magnis virtutibus non par Conſtantio, ſed ſuperior exſtiterit; cui ſi maxime probro des ſequutam ad pagana deliria defectionem, tamen cur illum alterum defenſorem furoris Ariani præferas, cauſſam equidem idoneam nullam video. ſed de hoc paullo poſt dicendi ſe locus aptior offeret. ¶ Ad aliam calumniam diluendam me paro, qua Zoſimum partim mendacii, partim grauis illatæ Conſtantino contumeliæ reum peragere conantur. Narrat ille, Conſtantinum violatæ ſacramentorum religionis, & paricidiorum, reliquorumque ſcelerum conſcientia vexatum, quum paganis in ſacris expiationem delictorum ſolidam nullam inueniret: Ægyptii cuiuſdam impulſu, ad religionis Chriſtianæ doctrinam acceſſiſſe, vt ex ea veram animi conſolationem, quam propter admiſſa facinora dolentibus, & ad reconciliatorem generis humani cum Deo, Dei filium, certa fiducia confugientibus offert, hauriret. Hoc illi, qui Conſtantinum ab iſtis paricidiis contra fidem hiſtoriæ liberant, propterea verum non eſſe putant; quia luſtrationem a delictis, quæ per baptiſmum fiat, omnino ſerius adeptus ſit. in quo Theodoriti, ſcriptoris fide digni teſtimonio conantur vti; qui Conſtantinum Nicomediæ ſub ipſum vitæ finem baptiſſatũ tradit. Nihil hoc narrationis Zoſimææ veritati derogat. Nã religioni Chriſtianæ addictus eſſe potuit, etiamſi necdum baptiſmi particeps factus fuiſſet. Atq; hic mos id temporis nimiopere compluribus arridebat, qui, licet eſſent profeſſione Chriſtiani, tamen baptiſmum ad vltimos vitæ propemodum annos differebant: credo, quod plerique peruulgatã iſtis temporibus opinionem ſectarentur, a qua ne nunc quidem aliquos abhorrere videmus, nimirum a percepto baptiſmo vitam a nobis immunem ab omni lapſu requiri, nec vllam delinquentibus expiationem aliam deinceps reliquam eſſe. Quamquam de Conſtantino Theodoritus idem peculiariter memoriæ prodidit, ob eam potiſſimum cauſſam prius baptiſſari noluiſſe, quod exemplo Chriſti ſeruatoris, in Iordane diuino lauacro mergi ſemper optaſſet. Non igitur impedit baptiſmi dilatio, quo minus veritate conſolationum doctrinæ Chriſtianæ multo ante cognita, luſtratum ſe grauiſſimis a ſcelerib. ſuis certo ſtatueret: nec iſta tam ſollicita ſolidæ perpetuæq; animi tranquillitatis indagatio reprehenſionẽ in Conſtantino meretur vllam: immo potius totus hic Zoſimi locus ad Conſtantini, religionisq; noſtræ laudem pertinet. Quis enim in illo vituperandum cenſeat, quod admiſſorum antea ſcelerum pænitentia ductus, in gratiam cum deo redire cupiuerit; & illã grauibus immerſam vitiis vitam priſtinam cum meliore noua commutare? quis omnibus, quæ vmquam poſt homines natos exſtitere, religionibus anteferendam Chriſtianam neget; ſi cum cæleſti numine, quod ſceleribus noſtris offendi, vel inuitis nobis, animi noſtri cõſcientia dictat, in gratiã nos reponit, certamq; nobis quietẽ largitur, in qua vera totius eſt vitæ, quam adeo ſollicite, ſed fruſtra priſci quæſiuere philoſophi, ſita beatitas? Ex his ergo quilibet intelligit, quam leuibus & iniquis nixi rationibus Euagrius atq; Nicephorus, exagitare pro ſua libidine voluerint, quæ de Cõſtantino prudenter & recte Zoſimus, virtutes cum vitiis, præclare facta cum vituperabilib. coniungens, in quibus ipſe quodammodo Cõſtantinus

ab indo-

ab indole moribusque ſuis degeneraſſet, in hiſtoria ſua perſcripſerat. Meminiſſe nimirum debemus, ſapientiſſime dictum ab Herodoto, neminem eſſe mortalium, nec vmquam futurum, cui nō ab ipſo ſint ortus initio miſta cū bonis mala; maximis autem, maxima. Quod ſi de religione noſtra parum perite paganus homo iudicat, eam cauſſam tanti non æſtimemus, vt Zoſimum propterea vel durius tractandum, vel etiam de manibus ſtudioſorum hiſtoriæ putemus excutiendū. ¶ Atq; huius ſane generis eſt, quod non vere Zoſimū ſcripſiſſe dicunt, ex quo Chriſtianorum noua cum paganorum vetere commutata religio fuerit, vexatum a barbaris imperium Romanum, magnaq; ſui parte deminutū, vix tenues priſtinæ maieſtatis reliquias, velut ingentis ædificii parietinas quaſdam, ſartas tectas tueri. Quod vt refellant, multas imperio prouincias, ex quo ſeruator ille noſter natus fuerit, religionemq; noſtram conſtituerit, adiectas ordine longo commemorāt; magnam Macedoniæ partem, Albanos, Iberos, Colchos, Arabes, Gallos, Germanos, Britannos. Iſtæc vero cauillatio eſt, non iuſta reſponſio. Non enim de ortu, quaſiq; primis noſtræ religionis incunabulis Zoſimus loquitur; ſed illa notat tempora, quibus ea late iam vires adquiſiuerat, & diuino lucis ſuæ prolato iubare, profanæ caliginis nebulas ita diſcuſſerat, vt a veritate proſtrata iaceret paganorum ſuperſtitio, nec iam vel principes, vel ſubditi ſacra cærimoniasve maiorum vllo in pretio haberent. Quod ſi etiam penitius intuebimur, quæ de prouinciis illis in dicionem poteſtatemq; populi Romani redactis dicuntur; maior heic inſcitia ſe prodat accuſatorum, an impudentia, ſane mirabimur. Nā veriſſime reſpondebit Zoſimus, Lucullis, Pompeiis, Iuliis, Vibiis, Druſis, Traianis, ceteris, ſuæ religionis ducibus, expugnationes illarū gētium nationumq; deberi: contraq; culpam earumdem perditarum in noſtros cōferet: quod nos ſane vix aliqua cum veri ſimilitudinis ſpecie poterimus infitiari. Quapropter alias obiectionis Zoſimææ refutationes quærendas cenſeo, verioresq; cauſſarū explicationes inſtituendas; ob quas triſtes illę regnorū ruinæ, cōfuſiones, excidia deniq;, fatalibus quibuſdam temporū momentis accidant. Quippe nequaq̄ talium malorū origo reſtitutæ diuini cultus puritati debet accepta referri, ſicut ab imperitis, & errores a maiorib. hauſtos obſtinata contumaciæ cęcitate tuentibus, quū antea ſæpe factū ex monumentis hiſtoriarū cognoſcimus, tum in iſta luce temporū noſtrorū cottidie fieri videmus. ¶ Vt aūt ad Zoſimomaſtigas noſtros redeamus, dū probare nituntur, feliciorem ſub Chriſtianis principibus fuiſſe rempublicam, quā ſub paganis; infauſtum expeditionis Iuliani contra Perſas euentū hiſtoriæ noſtræ auctori obiiciunt. De quo principe quoniam & varia ſunt iudicia diuerſorū, & in primis theologorum veterum iniquiora: prius, quam pro Zoſimo reſpondeatur, qui vir fuerit Iulianus, religionis interim quæſtione quaſi ſequeſtrata, videamus. Erant in Iuliano multa maximarū non adumbrata, ſed expreſſa ſigna virtutū; quas ſi error in veri numinis cultu nō obſcuraſſet, admirabilem profecto boni principis effigiē in eo, quamuis admodum iuuene, ſpectare licuiſſet. Magno præditus erat, & capaci diſciplinarum omnium ingenio; quod ab ætate prima ſtudiis optimarum artiū non, procerum more, mediocriter fuit excultum; ſed eam perfectionē in quouis genere doctrinæ liberalis adtigit, vt omnium confeſſione magiſtros ipſos, viros præſtantiſſimos, excelleret. Atq; hanc eruditionis laudem ei non falſo tribui, quæ hodieq; reliqua ſunt, elegantiſſima principis monumenta teſtantur. Iuris quoque Romani cognitionem in eo nō vulgarem fuiſſe, declarant ea reſcripta, quæ in libris de iure ciuili leguntur. Iam quod maiores illas virtutes adtinet, ſingularē eius in re militari prudentiam & fortitudinem bellicoſiſſimæ Germanorum nationes tantis cum cladibus, & ſtrage ſuorum, expertæ fuerunt; vt internicionem Germani nominis veritæ, pacem a iuuene ſupplices peterent, cuius leges & ante Iulianum, & poſt eum maximis Imperatoribus datas ab ipſis conſtat. Atque hęc bella dum gereret, incredibile dictu eſt, quæ ipſius eſſet in victu potuque frugalitas & temperantia; quam ſomni parcus, laboris patiēs, omnibus voluptatum illecebris ſpretis, philoſophicam inter lituos, & armorum perpetuos ſtrepitus, vitam ageret. Modeſtiæ documentum, ab omni ambitione non parum alienæ, magnum edidit; quum Conſtantius Auguſtus Helenam ei ſororem matrimonio iungeret, ac dignitate Cæſaris nihil tale exſpectantem ornaret. Quippe quum Imperatoris iuſſu chlamys ei purpurea iniiceretur, quanti veſtem illam purpuream faceret, indicare volens, Homericum verſum pronuntiauit; *Purpurei vis leti, & inexorabile fatum Occupat.* Lenitatem in condonandis hominum delictis quum alias ſæpe declarauit inſignem, tum eo potiſſimum tempore, quo populi Antiocheni dicteriis petitus, multo, quam par eſſet a ſubditis tolerare principem, mordacioribus; ſat habuit intempeſtiuos eorum ſales oratione faceti ſſima, ſummo cum Antiocheni populi pudore, ac voluptate legentium, vlciſci. Caſtitatis vero laudem, quę rara ſemper habita fuit virtus in magnis principibus, tanto ſtudio ſemel partam in omni vita

tuebatur,non ſolum vt Helena viua nullis ſe libidinibus illicitis pollueret, verumetiam illa rebus humanis exemta, nullius legitimas amplius in ipſo ætatis flore nuptias expeteret, & a furtiuis amoribus totus abhorreret. Nec ipſo facto cōtentus oſtendere,quanti virtutē hanc faceret:etiam Bacchylidæ veteris poetæ verſus in ore ſemper habebat, quorum huiuſmodi fuiſſe ſententiā accepimus: *Vt quum de ſtatua facies formoſa reuulſa eſt, non decus in reliquo corpore truncus habet: Sic reliqui mores ſpreti ſine honore iacebunt, ni ſint ornati laude pudicitiæ.*

Tot tantiſq; corporis & animi dotibus illuſtrē Iulianum,in quo diuinum ingenii lumen ex dictis,doctrina de librōrum monumentis,cognitio iuris ex reſcriptis,rei militaris vſus ex factis,modeſtia placidiſſimis ex moribus,ex cōtinentia perpetua caſtitas enituit;quis obſecro vel infeſtiſſimus hoſtis non ingenue lubenterq; prædicet?Nihilo minus inuenti ſunt tam alieni ab omni ſenſu humanitatis homines,vt eos ſolo diſceſſionis à religione Chriſtianorū prætextu,de veris eius laudibus impudenter detrahere, parumq; felicem, immo pernicioſum reipublicæ principem dicere non ſit veritum. Quoniam,inquiunt, parum proſperis in Perſico bello ſucceſſibus vſus eſt,& in hoſtico cæſus,ingēs reipublicæ detrimentum adtulit. Immo duas ille fatales ac formidoloſas imperio Romano nationes,Germanicam atq; Perſicam,ad eas redegit anguſtias;vt illa,grauiſſimis fracta prœliis, & cupide pacem peteret,& conceſſam,metu feliciſſimi iuuenis,alias quietis & otii ſemper impatiēs, eo ſuperſtite ſancte coleret: hæc, perpetuo victoriarum curſu territa, non iam amplius caſtra caſtris opponere,nec æquo Marte congredi,ſuorumve direptiones,expugnationes,incendia, clades extremas auſa prohibere, parū ab interitu res ſuas abeſſe vel inuita fateretur. Quidquid deniq; vel terroris illatum,vel acceptū damni,Iouiano ſucceſſori debetur, noſtræ religionis homini:qui perpetua cum Romani nominis ignominia, prope ſupplex hoſti iam victo factus eſt,& quos vltro pacem poſcentes finium ſuorum parte multatos oportuit, ceſſione compluriū prouinciarum placauit.Quænam igitur iſta, malum, libido eſt, inceſſendi alios ob ea delicta,quæ noſtris accepta ferenda ſunt? Atq; hoc loco videamus,quā graui argumento cenſores iſti demonſtrent,quāto noſtri principes paganis & ſanctiores & auguſtiores fuerint,ipſaq; ſub eorū imperio reſp. beatior exſtiterit. Interfecti ſunt, inquiunt, pagani principes,& ſeditionibus vexati;quum noſtros nec a domeſticis,nec extraneis hoſtib. cæſos cōſtet.Ergo noſtra,quam illorū,feliciora putāda tempora. Non longe abeundū arbitror,vt iſtis oſtendatur,quam vel obliuioſi ſint,vel alios calumniandi ſtudio cæci. Quinā obſecro domeſtici credendi ſunt propiore nos coniunctionis quaſi gradu tangere? non ſecundum parentes,proximi nobis ſunt fratres?non illos ordine fratres patrueles & cōſobrini ſequuntur? Videamus ergo,quid ipſis Conſtantini liberis factum ſit,qui omnes religionem Chriſtianam profitebantur. Horum qui natu minimus erat Conſtans, fratrem primogenitum Conſtantinum fraude circumuentum, nihil tale exſpectantem, per ſummum ſcelus ſubmiſſis percuſſoribus interfecit.Conſtantem paricidii ſcelere pollutum Magnentius perduellis necauit.Tertius e fratribus Conſtantius,ſolus ſuperſtes,rabioſe propemodum cognato ſanguini tantiſper eſt inſidiatus;donec e medio ſublatis vniuerſis Conſtantii maioris poſteris,familiam ipſe ſuam exſtingueret.Quæ poſſint eſſe triſtiores paricidiorum tragœdiæ, quam iſtæ ſunt? At hæc bonis iſtis hiſtoricis in mentem non veniebant,quæ tunc ſane multorum a nobis alienorum animos haud leuiter pungebant,& a noſtri cultus adprobatione, ob fœdam eiuſmodi quaſi lanienæ ſpeciem,auertebant. ¶ Iam quæ de improbis Valentis Auguſti moribus a Zoſimo dicūtur,haud moleſte fert Euagrius; quod Arianorum ille defenſor eſſet. Ab hoc plerique veteres,quos inter & Paulus Varnefridus eſt,quem Diaconum vulgo vocamus,& Iornandes noſter,latam legem(vt ipſi quidem volunt) impiā queruntur;qua cauit,ne ſub religionis ſcilicet ſpecie numerus captātium ſolitudines nimium excreſceret,vt rebus gerendis,& propugnandæ reip. idonei,de latebris illis extraherentur & vel armatæ militiæ,pro cuiuſque ſcilicet genio & indole, vel ciuilis obire munia cogerentur. Hac ego de cauſſa Valentem immerito reprehenſum arbitror. Nec deſunt,qui ea lege putent in vſum reuocata,redactiſq; militares ad annonas ampliſsimis facultatibus, quas ignauæ pecudes abſumunt;& agmina cogi maxima poſſe contra barbaros, & in armis perpetuo,ſine reipublicæ ſumtu,ali;cuius ipſe quaſi ſanguis & ſuccus,vana maiorum ſuperſtitione,ventribus illis ceſſerit. Atque hæc fere ſunt,quæ tanto cum niſu contra Zoſimum noſtrum Euagrius atque Nicephorus crepuerunt; quorum nos in excuſandis noſtris rationes ineptas atque futiles,in accuſandis aliis vanitatem, negandis veris impudentiam,falſis adſtruendis imperitiā,ſatis aperte,credo,reteximus. ¶ Reſtat Photii,patriarchæ Byzantini iudicium,quo Zoſimum tradit inſtar canis pios allatraſſe. Sed nos iam ante latratum illum minime fuiſſe noxium, nec morſum,velut rabioſi, peſtilentem oſtendimus. quod vti paucis in conſpectu quaſi poſitum adpareat,ex tota Zoſimi perſpicimus hiſtoria,

reprehendi ab eo Conſtantinum propter exactionum acerbitatem, paricidia, luxum, profuſionem; quæ in eo vitia profeſſio Chriſtianæ religionis parum exſtinxerit. Eius filiis mutuas inter ſe cædes, & cognati ſanguinis effuſiones obiicit. Iouiani quæ fuerit ignauia, quam parum fortis in retinendis reipublicæ prouinciis animus, oſtendit. Valentiniani plus æquo ſuſpicacem naturam, ideoq; ſæuam in eos quibus diffideret, cum graui vexatione ſubditorum, quos onera tributorũ immenſa exhauriebant, cõiunctam notat. In Gratiano nimium barbarorum amorem, ſuorum cõtemtum, & ipſi principi necis fuiſſe cauſſam, & in republ. mutationem adtuliſſe monſtrat. Theodoſio mutatos, auctos, venditos magiſtratus, immodicumque voluptariæ vitæ ſtudium vitio dat: licet his exceptis, eumdem ingenue laudet. Eius filios, Arcadium, non niſi pecus Arcadicum, quod ab eunuchis & mulierculis, ſummo cum detrimento reipublicæ, bonorumque luctu, regeretur; Honorium, ignauia fratri parem fuiſſe, declarat. Hi ſunt illi, puto, pii principes, contra quos latraſſe Zoſimum Photius, ob eorum indicata vitia, queritur: quum, ſi quid in iiſdem prædicatione dignum reperiret, minime diſſimularet. Adde religioſos antiſtites, Ioannem cognomento Chryſoſtomũ; quem imperitæ plebis animos arte ſingulari demulcere ſolitum dicit: Innocentium papam Romanum, quem impiis ritibus, pro ſalute vrbis adhibendis, non aduerſatum ait: quaſi vulgatum illud cogitantem, *Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo:* monachos denique, quos a matrimoniis legitimis abſtinere commemorat, & in vrbibus atque vicis populoſa collegia complere hominibus innuptis, nec ad bellum, nec alium reipublicæ neceſſarium vſum idoneis: niſi quod via quadam progreſſi ab eo tempore, in hunc vſq; diem, magnam terræ partem ad ſe transtulerint; & ſub prætextu, quaſi cum pauperibus omnia communicent, omnes propemodum ad inopiam redegerint. En graues indignique latratus, quos Photius notare voluit. In ceteris, quæ a Zoſimo contra religionem Chriſtianam dicuntur, mirum quemdam quaſi recurſum circulumque temporum, ac rerum humanarum, videre licet. Gratianum pœna fatali periiſſe refert, quod pontificis maximi veſtem more maiorum accipere, Chriſtianum ſe profeſſus, & a cultu deaſtrorum alienum, recuſaſſet: quæ veſtis eo ritu paganis Imperatoribus tunc offerebatur, quo ſequentibus ſæculis receptum fuit, vt principes Chriſtiani *ſtolas*, quas *diaconatus* adpellant, induerent. Narrat ſenatum contra Theodoſium, pro defenſione auitæ patriæque religionis, antiquitatem paganorum rituum, ab ipſa origine vrbis, & vltimis repetitam ſeculis allegaſſe: quibus obſeruatis, ad mille ducentos annos incolume populi Romani fuerit imperium: expertem rationis fidem, tam priſcis auguſtisque cerimoniis, minime præferendã cenſuiſſe. Tradit, Theodoſium ritum legemque ſacrorum, quæ perpetua ex inſtituto maiorum eſſe debebãt, aboleuiſſe: ſumtus ſacrificiorum de publico fieri, prohibuiſſe: militares ex iis annonas erogari, pro tutela imperii, mandaſſe. Queritur hunc & ſimulacra de medio ſuſtuliſſe, nec multo poſt, aureas argenteasque ſtatuas conflatas; nummos ex ornamentis eorumdem maximi pretii redactos, barbarisque datos, Alarichi placandi cauſſa; matrem deum Rheam mundo ſuo, nefario Serenæ, quæ nata fratre Theodoſii maioris erat, ſacrilegio ſpoliatam: ab eius denique marito Stelichone laminas aureas magni ponderis, quibus obductæ Capitolini templi fores erant, dereptas. Quis conſimilia ſeculo noſtro geri non videt? non eiuſdem prope generis querelas audit? Ex quibus ſane perſpicimus, hoſtem illum generis humani, dum quibus omnino viribus poteſt, verum in terris Dei cultum impedire conatur, ſemper ſui ſe ſimilem gerere. Tantum vero abeſſe crediderim, vt viri prudentes propterea lectionem Zoſimæam repudiandam exiſtiment; vt eam potius, ob huiuſmodi narrationum varia quaſi condimenta, iucundiorem fore confidam. Hæc habui, quæ pro Zoſimo noſtro contra diras illas quorumdam inſectationes in medium adferrem; haud difficulter, vt ſpero, recte iudicantium adprobationem inuentura. Poſſem vero, ſi luberet, vel ſi opus eſſe ducerem, veriſſimas hoc loco Zoſimææ commentationis laudes explicare. Sed quando vendibili, quod aiunt, vino ſuſpenſa non opus eſt hedera; mittamus iſta ſane, nec diutius ab elegantiſſimorum librorum lectione iam cupidos cognoſcendi noſtri ſcriptoris animos inhibeamus. Hoc quidem futurum prope certo mihi policeri videor, vt ſolis eccleſiaſticarum rerum narrationibus exceptis, cetera Zoſimum quibusuis noſtrorum hiſtoriis, Euſebianis, Socraticis, Sozomenicis, Theodoriteis eruditi lectores non inuite præferant: aut ſi hos, quaſi maiorum gentium ſcriptores eccleſiaſticos, animi quadam religione præpediti, pagano poſtponere non audebunt; quin extra controuerſiam in ſuo genere parem his facturi ſint, ceterosque noſtros ſiue Zonaras, ſiue Cedrinos, ne quidem in comparationem cum hoc admiſſuri, nullus equidem dubitabo.

DE ZOSIMO, EX PHOTII PATRIARCHÆ BIBLIOTHECA.

RELIGIONEM Zoſimus paganam ſequitur, & in pluribus aduerſus pios multoties latrat. Breuis eſt, dictione perſpicuus atque purus, nec ſuauitatis expers. Incipit hiſtoriam prope dixerim ab Auguſto, & principes omnes ad Diocletianum vſq; percurrit, nudam quaſi deſignationem atq; ſucceſſionem eorum commemorans. Latius autem a Diocletiano, de potitis imperio, libris quinq; tractat. Nam primus Imperatores ab Auguſto ad Diocletianum vſq; recenſet. Libro autẽ ſexto finem imponit, in iis deſinẽti temporibus, quibus Alarichus Romã iterum obſidens, ciuibus ad inopiã redactis obſidionem ſoluit, eiſq; dixit Imperatorem Attalum; quẽ deinde rurſus abdicauit imperio, quod regnum ſibi traditum aduerſus Honorium Auguſtum parum recte adminiſtrare videretur. Sarus autẽ, ſimultates aduerſus Alarichum exercens, cum trecentis, quibus praeerat, Honorianis partibus adiunctus, & belli ſocietatem policitus, Alarichi rebus impedimentum obiecit. Ac ſexti quidem hiſtoriæ libri finis hic eſt. Dixerit autem aliquis, hunc non ſcripſiſſe hiſtoriam, ſed Eunapianam deſcripſiſſe, partim breuitate dumtaxat ab altera differentem, partim quod Zoſimus non, vt ille, Stelichonem conuiciis proſcindat. Cetera propemodum idem eſt in hiſtoria, præſertim in principum piorum criminationibus. Arbitror autem duas hunc quoque, ſicut & illum, editiones inſtituiſſe. Verum editionem huius priorem ego non vidi. Conicere tamen ex editionis, quam nos legimus, perſpicuitate licet; etiam alteram hunc, ſicut & Eunapium, publicaſſe. Magis hic planus eſt, & breuior, vt diximus, Eunapio; figuriſq; non niſi raro vtitur.

ZOSIMI COMITIS, ET EXADVOCATO FISCI, HISTORIARUM *Liber primus:*

Io. Leunclauio interprete.

POLYBIVS ille Megalopolitanus, res ſui tẽporis indicatione dignas memoriæ pditurus, recte ſe facturum exiſtimauit; ſi per ipſas res geſtas oſtenderet, Romanos poſt vrbem conditã, ſexcentis annis, bella cum finitimis gerẽdo, magnum imperium ſibi nõ paraſſe. verum vbi parte quadam Italiæ potiti, eadẽ poſt Hannibalis in illam tranſitum, & cladem Cannenſem excidiſſent, iamq; mœnibus ipſis hoſtes imminentes conſpicerent: tantam ad fortunę magnitudinem euecti ſunt, vix vt totis quinquaginta & tribus annis, non Italiam modo, ſed vniuerſam quoque Africam adquiſiuerint, & Hiſpanos in dicionem acceperint, Quumque maius aliquid adfectarent, ſinum Ionium tranſiecerunt, Græcos ſuperarunt, imperio Macedonas abdicarũt, regem deniq; tunc illis imperantem, viuum in poteſtatem redactum, Romam abduxerũt. Quarum ſane rerũ cauſſam nemo ad vires humanas retulerit, ſed potius ad neceſſitatẽ fatalem, vel ſidereorum

ΖΩΣΙΜΟΥ ΚΟΜΗΤΟΣ ΚΑΙ ΑΠΟΦΙΣΚΟΣΥΝΗΓΟΡΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

ΠΟΛΥΒΙΩι τῷ Μεγαλοπολίτῃ, μνήμῃ παραδοῦναι τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀξιόλογα τῶν ἔργων προελομένῳ, καλῶς ἔχειν ἐφαίνη δι' αὐτῶν ἐπιδεῖξαι τῶν πράξεων, ὅπως οἱ Ῥωμαῖοι μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἑξακοσίοις ἔτεσι τοῖς περιοίκοις προσπολεμήσαντες, μεγάλην ἀρχὴν οὐκ ἐκτήσαντο· μέρος δέ τι τῆς Ἰταλίας ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, καὶ τούτου μετὰ τὴν Ἀννίβα διάβασιν, καὶ τὴν ἐν Κάνναις ἧτταν, ἐκπεπτωκότες, αὐτοῖς δὲ τοῖς τείχεσι τοὺς πολεμίους ὁρῶντες ἐπικειμένους, εἰς τοσοῦτον μέγεθος ἤρθησαν τύχης, ὥστε οὐδὲ ὅλοις τρισὶ καὶ πεντήκοντα ἔτεσι μὴ μόνον Ἰταλίαν, ἀλλὰ καὶ Λιβύην καταχτήσασθαι πᾶσαν, ἤδη δὲ καὶ τοὺς Ἴβηρας ὑφ' ἑαυτοὺς καταστῆσαι. ἐπεὶ δὲ τοῦ πλείονος ἐφιέμενοι, τὸν Ἰόνιον ἐπεραιώθησαν κόλπον, Ἑλλήνων τε ἐκράτησαν, καὶ Μακεδόνας παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς· αὐτόν τε ὃς τηνικαῦτα τούτων ἐβασίλευε, ζωγρείᾳ ἑλόντες εἰς τὴν Ῥώμην ἀνήγαγον. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐκ ἄν τις ἀνθρωπίνην ἰσχὺν αἰτιάσαιτο· μοιρῶν δὲ ἀνάγκην, ἢ ἀστρῴων

κινήσεων ἀποκαταστάσεις, ἢ θεοῦ βούλησιν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μετὰ τὸ δίκαιον ἀκόλουθον οὖσαν. ταῦτα γὰρ εἱρμόν τινα ἄττειν τοῖς ἐσομένοις εἰς τὸ τοιῶσδε δοκεῖν ἐκβαίνειν ἐπιτιθέντα, δόξαν τοῖς ὀρθῶς τὰ πράγματα κρίνουσιν ἐμποιεῖ, τοῦ θείᾳ τινὶ προνοίᾳ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιγεγράφθαι διοίκησιν· ὥστε εὐφορίας μὲν συνιούσης ψυχῶν εὐθενεῖν, ἀφορίας δὲ ἐπιπολαζούσης, ἐς τὸ νῦν ὁρώμενον σχῆμα κατενεχθῆναι.

Χρὴ δὲ ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὃ λέγω διασαφῆσαι. Μετὰ τὴν ἐν Τροίᾳ στρατείαν ἄχρι τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης ἐλλόγιμον οὐδὲν οἱ Ἕλληνες φαίνονται πεπραχότες, οὔτε πρὸς ἑαυτούς, οὔτε πρὸς ἑτέρους. Δαρείου δὲ αὖθις διὰ τῶν ὑπάρχων πολλαῖς μυριάσιν ἐπιστρατεύσαντος, Ἀθηναίων ὀκτακισχίλιοι θείᾳ τινὶ ῥοπῇ γενόμενοι κάτοχοι, τοῖς παρατυχοῦσιν ἐξοπλισάμενοι, καὶ ὑπαντήσαντες δρόμῳ, τοσοῦτον ἐκράτησαν, ὥστε ἐννέα μὲν ἀνελεῖν μυριάδας, τοὺς δὲ λειπομένους ἀποδιῶξαι τῆς χώρας. αὕτη πεποίηκεν ἡ μάχη περιφανέστερα τῶν Ἑλλήνων τὰ πράγματα. Ξέρξου δὲ μετὰ τὴν Δαρείου τελευτὴν πολλῷ μείζονι παρασκευασαμένου δυνάμει, καὶ πᾶσαν τοῖς Ἕλλησι τὴν Ἀσίαν ἐπαγαγόντος, πληρώσαντός τε τὴν μὲν θάλατταν νεῶν, πεζῶν δὲ τὴν γῆν, ἐπεὶ διαβαίνειν ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἐχρῆν, ὡς οὐκ ἀρκούντων αὐτῷ τῶν στοιχείων εἰς ὑποδοχὴν τοῦ στρατεύματος, εἰ μὴ καὶ τὰς ἀλλήλων ὑφαρπάσειεν χρείας, ἐζεύγνυτο μὲν ὁ Ἑλλήσποντος, πάροδον διδοὺς τοῖς πεζῇ διαβαίνουσιν, ὠρύττετο δὲ ὁ Ἄθως, ἅμα τῇ θαλάττῃ καὶ τὰς ναῦς εἰσδεχόμενος. ἐκπεπληγμένη δὲ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀκοὴν ἡ Ἑλλάς, ἐκ τῶν ὄντων ὅμως παρεσκευάζετο. ναυμαχίας τε ἐν Ἀρτεμισίῳ, καὶ πάλιν ἐν Σαλαμῖνι γενομένης, τοσούτῳ λαμπροτέρα τῆς προτέρας ἐχρήσατο νίκῃ, ὥστε Ξέρξην μὲν ἀγαπητῶς προσθέντα φυγεῖν, τὸ πλεῖστον τῆς δυνάμεως ἀποβαλόντα, τοὺς δὲ περιλελειμμένους ἐν Πλαταιαῖς ἄρδην ἀπολομένους μεγάλην τοῖς Ἕλλησι δόξαν καταλιπεῖν, δι' ἧς καὶ τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας Ἕλληνας ἠλευθέρωσαν, καὶ σχεδὸν πασῶν τῶν νήσων ἐκράτησαν. Εἰ μὲν οὖν ἐφ' ἑαυτῶν διετέλεσαν ὄντες, καὶ τοῖς παροῦσιν ἀρκούμενοι, καὶ μὴ διέστησαν Ἀθηναῖοί τε καὶ Λακεδαιμόνιοι, περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀλλήλοις φιλονεικοῦντες, οὐκ ἂν ἕτεροι ποτὲ τῆς Ἑλλάδος ἐγένοντο κύριοι. τοῦ δὲ

motuum reuolutiones, vel ipſius Dei voluntatem, adprobantem ea, quæ viribus noſtris reſpondentia, ſecundum ius & çquum, ſuſcipiuntur. Hęc enim, quum ſeriem quamdam futuris imponant, efficientem vt ita ſuccedere videantur; opinionem recte res exiſtimantib. indunt, diuina quadam prouidētia rerum humanarum adminiſtrationem ſic perſcriptā eſſe, vt concurrēte fertili quadam animorum velut ſegete, vigeāt; eorumdem inualeſcente ſterilitate, ad illā faciem prolapſæ ſint, quæ modo cōſpicitur. Erit autem id, quod dico, rebus ipſis declarandum. Poſt expeditionem Troianam, ad pugnam vſque Marathoniam, nihil prædicatione dignum Græci geſſiſſe vel aduerſus ſeipſos, vel alium quemquam videntur. At quum Darius eos, opera præfectorū, infinitis cum copiis inuaſiſſet; octo Athenienſium milia, qui diuino quodam impetu animati, & armis cuiq; obuiis erant inſtructi, curſu hoſti obuiam ierunt; tantaque victoria potiti ſunt, vt nonaginta milibus interfectis, regione ſua reliquos expellerēt. Hæc pugna Gręcorum res illuſtriores reddidit. Quum vero poſt Darii mortem Xerxes, multo maioribus copiis inſtructus, vniuerſam in Græcos duxiſſet Aſiam, & nauibus mare, terram peditibus compleſſet; quādoquidem ex Aſia tranſeundum erat in Europā, quaſi ſi non ipſa ſufficerent ad excipiendum exercitum elementa, niſi ſuos inuicem vſus ſibi præriperent: Helleſpontus iungebatur, vt per eum pedites iter facerent; & Athos perfodiebatur, vt cum mari naues exciperet. Interim territa vel ipſa rei fama Græcia, tamen quantum poterat, ſemet armabat. Quumque prœlio nauali ad Artemiſium, & iterum ad Salaminem pugnatum eſſet; tanto ſplēdidiore potita eſt victoria, quā prior illa fuerat; vt conſeruatione ſalutis ſuæ contētus Xerxes aufugeret, maxima parte copiarum amiſſa; reliqui funditus ad Platæas deleti, magnam Græcis gloriam relinquerent; qua & incolentibus Aſiam Græcis libertatem reſtituerunt, & inſulis propemodum vniuerſis potiti ſunt. Enimuero ſi perpetuo coniuncti manſiſſent, ac præſente fortuna contenti; nec Athenienſes ac Lacedæmonii diſceſſionem a ſe inuicem feciſſent, contendentes inter ſe, vtri Græcorum duces eſſe deberent: numquam aliorum in poteſtatem veniſſet Græcia. Sed quum bellum

Peloponeſiacum copias Græcorum deminuiſſet, ipſasque ciuitates ad penuriam rei pecuniariæ redegiſſet: apertæ ſunt fores Philippo regnum, quod nulli vicinorũ par viribus, per ſucceſſionẽ adeptus erat, artibus quibuſdam, & aſtutis conſiliis amplificãdi. Nam pecuniis ſuas & ſociorum, quotquot ſe cum eo coniungebant, copias demulcens, eoque modo magnus ex paruo factus; cum Athenienſibus ad Chæroneam manus conſeruit. Poſt hanc victoriam, quum in omnes ſe manſuetum mitemque præbuiſſet, iam regnum Perſicum adgredi cogitabat; & idoneis ad eam rem coactis copiis, in ipſo adparatu vitam reliquit. Alexander, accepto regno, ſtatimque rebus Græcorum conſtitutis, tertio poſtq̃ imperare cepiſſet anno, ſat magno cum exercitu in Aſiam expeditionem ſuſcepit. Quumq; obiectos ſibi ſatrapas nullo negotio viciſſet, in ipſummet Dariũ progreſſus eſt, qui cum exercitu innumerabili ad Iſſum ſita loca ceperat. Ibi conſerta cum Perſis manu, & excitato fidem omnem ſuperante tropæo, Dariũ terga dare coegit: ipſe verſus Phœnicen, Syriamque Palæſtinam itinere directo contendit. Ad Tyrũ quidem, Gazamque geſta, licet ex iis cognoſcere, quæ rerum ab Alexandro geſtarum ſcriptores memoriæ prodiderunt. Ipſe vero, quum deflexiſſet in Ægyptum, Ammoniq; ſupplicaſſet, & ad condendam Alexandriam neceſſaria recte ordinaſſet: reuerſus eſt, vt reliquias belli Perſici conficeret. Quumque reperiſſet omnes ſuis addictos partibus, ad Meſopotamiam tranſiit; & intellecto, Darium multo maiori exercitu inſtructum eſſe; cum iis, quas tum ſecum habebat, copiis profectus, initoque ad Arbelam aduerſus eum prœlio, vſque adeo ſuperior exſtitit; vt omnes propemodum ad internecionem deleuerit, ac Dario fuga cum paucis elapſo, Perſarum imperiũ deſtruxerit. Inde vbi Dariũ necaſſet Beſus, & Alexander, poſt res apud Indos geſtas, Babylonem reuerſus, vitam cum morte cõmutaſſet: tũ vero in ſatrapias diuiſo Macedonũ imperio, continuisq; bellis inteſtinis deminuto, fortuna ROMANIS Europæ reliquias ſubdidit. qui quidem in Aſiam tranſgreſſi, aduerſus Ponti reges, & Antiochũ, & Ægypti tandẽ principes bella geſ-

Πελοποννησιακοῦ πολέμου τὰς δυνάμεις τοῖς Ἕλλησιν ἐλαττώσαντος, περιστήσαντός τε εἰς χρημάτων ἀπορίαν τὰς πόλεις, γέγονε χώρα Φιλίππῳ τὴν βασιλείαν, ἣν διεδέξατο, πρὸς οὐδένα τῶν πλησιοχώρων ἀξιόμαχον οὖσαν, τέχναις τισὶ καὶ περινοίαις αὐξῆσαι. χρήμασι γὰρ τὰς οὔσας αὐτῷ δυνάμεις καὶ τῶν συμμάχων ὅσοι προσεγίνοντο θεραπεύων, οὕτω τε μέγας ἐκ μικροῦ γεγονώς, τὸν ἐν Χαιρωνείᾳ πρὸς Ἀθηναίους διηγωνίσατο πόλεμον. πᾶσι δὲ μετὰ τὴν νίκην χρηστῶς καὶ ἠπίως προσενεχθείς, ἤδη καὶ τῇ Περσῶν ἐπιθέσθαι βασιλείᾳ διενοεῖτο· δύναμίν τε ἀξιόχρεων πρὸς τοῦτο συναγαγών, ἐν παρασκευαῖς τὸν βίον ἀπέλιπεν. Ἀλέξανδρος δὲ, παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, καὶ παραχρῆμα τὰ κατὰ τοὺς Ἕλληνας διαθείς, τρίτῳ τῆς βασιλείας ἔτει μετὰ δυνάμεως ἀρκούσης ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐστέλλετο. ῥᾳδίως δὲ τοὺς ἀντιστάντας αὐτῷ σατράπας νενικηκώς, ἐπ' αὐτὸν προῄει Δαρεῖον, ἀναριθμήτῳ στρατῷ τοὺς ἐν Ἰσσῷ τόπους κατειληφότα. συμπεσὼν δὲ τοῖς Πέρσαις εἰς χεῖρας, καὶ ὃ πάσης ἐπέκεινα πίστεως τρόπαιον στήσας, Δαρεῖον μὲν ἔπεμψεν εἰς φυγήν, αὐτὸς δὲ εἴχετο τῆς ἐπὶ Φοινίκην καὶ Συρίαν τὴν Παλαιστίνην ὁδοῦ. Τὰ μὲν οὖν ἐν Τύρῳ καὶ Γάζῃ πραχθέντα μαθεῖν ἔξεστιν ἐξ ὧν οἱ τὰ περὶ Ἀλέξανδρον γράψαντες ἱστορήκασιν. αὐτὸς δὲ παρελθὼν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, τῷ τε Ἄμμωνι προσευξάμενος, καὶ τὰ περὶ τὸν Ἀλεξανδρείας οἰκισμὸν εὖ μάλα διοικησάμενος, ἐπανῄει τὰ λειπόμενα τοῦ πρὸς Πέρσας πολέμου πληρώσων. πάντας δὲ φιλίους εὑρών, ἐπὶ τὴν μέσην διέβη τῶν ποταμῶν· καὶ πυθόμενος Δαρεῖον μείζονι πολλῷ στρατῷ παρεσκευάσθαι, μετὰ τῆς οὔσης αὐτῷ δυνάμεως ὡς εἶχεν ὁρμήσας, καὶ τὴν μάχην εἰς Ἄρβηλαν πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος, τοσοῦτον ἐκράτησεν, ὥστε πάντας μὲν σχεδὸν ἀνελεῖν, Δαρείου δὲ σὺν ὀλίγοις φυγόντος, τὴν ἀρχὴν καταλῦσαι Περσῶν. Ἐπεὶ δὲ Δαρεῖον μὲν Βῆσσος ἀνῄρει, Ἀλέξανδρος δὲ μετὰ τὰς ἐν Ἰνδοῖς πράξεις ἐπανελθὼν εἰς Βαβυλῶνα τοῦ βίου μετέστη, τότε δὴ τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς εἰς σατραπείας διαιρεθείσης, οὕτω τε τοῖς πρὸς ἀλλήλους συνεχέσι πολέμοις ἐλαττωθείσης, ἡ τύχη Ῥωμαίοις τὰ λειπόμενα τῆς Εὐρώπης πεποίηκεν ὑποχείρια· καὶ διαβάντες εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ πρὸς τοὺς ἐν τῷ Πόντῳ βασιλεῖς καὶ πρὸς Ἀντίοχον πολεμήσαντες, ὕστερον δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ δυνά-

ςας,

ξεις, ἕως μὲν ὅτε τὰ τῆς ἀριστοκρατίας ἐφυλάττετο, προστιθέντες ἔτους ἑκάστου τῇ ἀρχῇ διετέλουν, τῶν ὑπάτων ὑπερβαλέσθαι τῇ ἀρεταῖς ἀλλήλους φιλονεικούντων· τῶν δὲ ἐμφυλίων πολέμων Σύλλα τε καὶ Μαρίου, καὶ μετὰ ταῦτα Ἰουλίου Καίσαρος καὶ Πομπηΐου Μάγνου διαφθειράντων αὐτοῖς τὸ πολίτευμα, τῆς ἀριστοκρατίας ἀφέμενοι, μόναρχον Ὀκταβιανὸν εἵλοντο, καὶ τῇ τούτου γνώμῃ τὴν πᾶσαν διοίκησιν ἐπιτρέψαντες, ἔλαθον ἑαυτοὺς κύβον ἀναρρίψαντες ἐπὶ τῶν πάντων ἀνθρώπων ἐλπίσι, καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς ὁρμῇ τε καὶ ἐξουσίᾳ τοσαύτης ἀρχῆς καταπιστεύσαντες κίνδυνον. εἴτε γὰρ ὀρθῶς καὶ δικαίως ἕλοιτο μεταχειρίσασθαι τὴν ἀρχήν, οὐκ ἂν ἀρκέσοι πᾶσι κατὰ τὸ δέον προσενεχθῆναι, τοῖς πορρωτάτω που διακειμένοις ἐπικουρῆσαι μὴ δυνάμενος ἐξ ἑτοίμου· ἀλλ' οὔτε ἄρχοντας τοσούτους εὑρεῖν, οἳ σφῆλαι τὴν ἐπ' αὐτοῖς οὐκ αἰσχυνθήσονται ψῆφον, οὔτε ἄλλως ἠθῶν τοσούτων ἁρμόσαι διαφοραῖς· εἴτε διαφθείρων τῆς βασιλείας τοὺς ὅρους, εἰς τυραννίδα ἐξενεχθείη, συνταράττων μὲν τὰς ἀρχάς, περιορῶν δὲ τὰ πλημμελήματα, χρημάτων δὲ τὸ δίκαιον ἀλλαττόμενος, οἰκέτας δὲ τοὺς ἀρχομένους ἡγούμενος· (ὁποῖοι τῶν αὐτοκρατόρων οἱ πλείους, μᾶλλον δὲ πάντες σχεδόν, πλὴν ὀλίγων, γεγόνασι) τότε δὴ πᾶσα ἀνάγκη κοινὸν εἶναι δυστύχημα τὴν τοῦ κρατοῦντος ἄλογον ἐξουσίαν. οἵ τε γὰρ κόλακες, παρὰ τούτου δωρεῶν καὶ τιμῶν ἀξιούμενοι, τῶν μεγίστων ἀρχῶν ἐπιβαίνουσιν· οἵ τε ἐπιεικεῖς καὶ ἀπράγμονες, μὴ τὸν αὐτὸν ἐκείνοις αἱρούμενοι βίον, εἰκότως σχετλιάζουσιν, οὐ τῶν αὐτῶν ἀπολαύοντες. ὥστε ἐκ τούτου τὰς μὲν πόλεις στάσεων πληροῦσθαι καὶ ταραχῶν, τὰ δὲ πολιτικὰ καὶ στρατιωτικὰ κέρδους ἥττοσιν ἄρχουσιν ἐκδιδόμενα, καὶ τὸν ἐν εἰρήνῃ βίον λυπηρὸν καὶ ὀδυνηρὸν τοῖς χαριεστέροις ποιεῖν, καὶ τῶν στρατιωτῶν τὴν ἐν τοῖς πολέμοις προθυμίαν ἐκλύειν. Καὶ ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, αὐτὴ σαφῶς ἔδειξε τῶν ἐκβεβηκότων ἡ πεῖρα, καὶ τὰ εὐθὺς συμπεσόντα κατὰ τὴν Ὀκταβιανοῦ βασιλείαν. ἥ τε γὰρ παντόμιμος ὄρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς χρόνοις, οὔπω πρότερον οὖσα, Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρώτων αὐτὴν μετελθόντων· καὶ προσέτι γε ἕτερα, πολλῶν αἴτια γεγονότα μέχρι τοῦδε κακῶν. Ὀκταβιανοῦ δὲ ὅμως δόξαντος μετρίως μεταχειρίζεσθαι τὴν ἀρχήν, ἐξ οὗ μάλιστα τοῖς Ἀθηνοδώρου τοῦ στωϊκοῦ συμβουλαῖς ἐπείσθη, Τιβέριος, ὁ παρὰ

ſerunt: & quam quidem diu conſiliis optimatū gerebatur reſpublica, ſemper imperio ſingulis annis aliquid adiiciebant, conſulibus virtutum certamine mutuo ſuperare ſe contendentibus. At vbi bella ciuilia Sullę ac Marii, poſteaque Iulii Cæſaris & Pompeii Magni, rempublicam eis labefactaſſent: optimatum imperio relicto, dictatorem OCTAVIANVM deligebant: & adminiſtratione tota ipſius arbitrio permiſſa, non animaduertebant, aleæ iactui ſe ſpes vniuerſorum hominum commiſiſſe; vniuſque viri libidini ac poteſtati periculum tanti tredidiſſe imperii. Nam ſiue recte ac iuſte magiſtratum gerere mallet, non ſuffecturus erat ad ſuccurrendum omnibus opportune, longiſſimo forte ſpatio remotis, quibus opem expedite ferre non poſſet: nec ad inueniēdum tot magiſtratus, quos iudicio de ſe facto non reſpondere puderet; nec alioquin ad congruendum tot morum diuerſitatibus: ſiue fines regni violās, ad tyrannidem deflexiſſet, officia magiſtratuum cōturbans; delicta negligens, pecunia venale ius habens, ſubditos ſeruorum loco ducens: (quales ex Imperatoribus complures, vel plerique potius omnes, paucis exceptis, fuere) neceſſario conſequuturū erat, vt bruta poteſtas eius, qui rerum potiretur, calamitas publica foret. Nam adſentatores a tali muneribus & honoribus adfecti, maximos magiſtratus inuadunt: & modeſti atq; placidi, qui vitam iſtorum vitæ conſimilem non amant, haud abs re moleſte ferunt, iiſdem ſe non frui. Quo fit, vt ſeditionibus ac turbis ciuitates cōpleantur, & ciuilia militariaque munera magiſtratibus lucri auidis conceſſa, quum togatam vitam hominib. paullo elegantioribus inſuauem acerbāq; reddant, tum militum in bellis alacritatem frangant. Quæ quidem ſic eſſe comparata, tum ipſam et euentorum experientia perſpicue docuit; tum ea, quæ ſtatim ſub ipſius Octauiani acciderunt imperio. Nam & pantomimorum hiſtrionumve ſaltatió, prius incognita, temporibus iis in vſu eſſe cepit, Pylade ac Bathyllo primis eius auctoribus: & præterea quędam exſtiterunt alia, quæ multis huc vſque malis cauſſam præbuerunt. Vt tamen Octauianus imperium moderate gerere viſus fuit, ex quo præſertim Athenodori Stoici conſiliis paruit: ita TIBERIVS, qui ab

Octauianus Augustus.

Tiberius.

eo traditum imperiũ accepit, quum extremam ad crudelitatem deflexiſſet, ac ſubditis viſus eſſet intolerabilis; eiectus, & in inſula quadam abditus, viuendi finem fecit. *C. Caligula.* CAIVS autem CALIGVLA, cunctis hunc flagitiis ſuperans, interfectus eſt; Chærea tali auſu rempublicam a tyrannide acerba vindicante. *Claudius.* CLAVDIVS eunuchis libertis ſua permittens, quũ fœde vita deceſſiſſet: *Nero.* NERO cum aliis, eum ſequutis, ad rerum illud faſtigium peruenit: de quibus equidem nihil omnino duxi cõmemorandum, ne qua memoria diſſolutorũ & monſtroſorum facinorum, ab eis perpetratorũ exſtet. *Veſpaſianus, & filius.* VESPASIANVS & TITVS, eius filius, quum imperium mediocriter adminiſtraſſent; DOMITIANVS crudelitate, luxuria, & auaritia cunctis ſuperior, rep. per totos quindecim annos vaſtata, peremtus a Stephano liberto, pœnas improbitatis luere viſus fuit. Ab hoc tempore viri boni principatum adepti, *Aliquot Imperatores boni.* NERVA, TRAIANVS, & poſt eum HADRIANVS, & ANTONINVS PIVS, & par illud fratrum, VERVS atque LVCIVS; multa vitiata correxerunt; neque tantum ea, quæ ſuperioris memoriæ principes amiſerant, recuperarunt; ſed etiam non poſſeſſa prius quædã adiecerunt. *Commodus.* COMMODO autem, Marci filio, regnum conſequuto, nec tyrannidi tantum, ſed & prodigioſis flagitiis dedito, poſteaque a Marcia concubina necato, quę virilem animum ſumſerat; ſucceſſor in imperio *Pertinax.* PERTINAX datus eſt. At quum prætoriani milites huius in exercitatione diſciplinaque militari rigorem non ferrent, hominemque præter officium occidiſſent: parum abfuit a rerum cõturbatione Roma, dum prætorii cuſtodiæ deſtinati milites vnius rerum domini conſtituendi poteſtatem ad ſe raperent, idq; iudicium Senatui per vim extorquerẽt. Quumque ceu venale proſcriptum eſſet imperium, *Didius Iulianus.* DIDIVS IVLIANVS, vxoris inſtinctu elatus, ex ſtoliditate potius, quam ſapiente conſilio, porrecta pecunia regnum mercatur; eiuſmodi ſpectaculum cunctis exhibens, quale numquam prius conſpexerant. Nam intra prætorium deducebatur, nec Senatu præeunte, nec alio legitimo ſatellitio; ſed iis dumtaxat militibus, qui eum hoc in honore conſtituerant, per vim palatium illi,

τούτου διαδεξάμενος τὴν ἀρχήν, εἰς ἔσχατον ὠμότητος ἐκτραπείς, ἀφόρητός τε δόξας εἶναι τοῖς ὑπηκόοις, ἀπεδιώκετο, καὶ ἔν τινι νήσῳ κρυπτόμενος ἐτελεύτησε. Γάιος δὲ Καλλιγούλας, πᾶσι τοῖς ἀτοπήμασι τοῦτον ὑπερβαλλόμενος, ἀνῃρέθη, Χαιρέου διὰ τοῦ τοιούτου τολμήματος ἐλευθερώσαντος πικρᾶς τὸ πολίτευμα τῆς τυραννίδος. Κλαυδίου δὲ τὰ καθ' ἑαυτὸν εὐνούχοις ἀπελευθέροις ἐκδόντος, καὶ μετ' αἰσχύνης ἀπαλλαγέντος, Νέρων τε καὶ οἱ μετ' αὐτὸν, εἰς μοναρχίαν παρήεσαν. περὶ ὧν ἔκρινα μηδὲν παντάπασι διελθεῖν, ὡς ἂν μηδὲ ἐπ' ἐκμελέσι καὶ ἀλλοκότοις πράξεσιν αὐτῶν καταλείποιτο μνήμη. Οὐεσπασιανοῦ δὲ καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Τίτου τῇ ἀρχῇ μετριώτερον χρησαμένων, Δομετιανὸς ὠμότητι καὶ ἀσελγείᾳ καὶ πλεονεξίᾳ πάντας ὑπεράρας, καὶ πεντεκαίδεκα τοὺς πάντας ἐνιαυτοὺς τῷ πολιτεύματι λυμηνάμενος, ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Στεφάνου τῶν ἀπελευθέρων ἑνός, ἔδοξε δίκας τῆς πονηρίας ἐκτῖσαι. Ἐντεῦθεν οὖν ἄνδρες ἀγαθοὶ τὴν ἡγεμονίαν παραλαβόντες, Νερύας τε καὶ Τραϊανός, καὶ μετὰ τοῦτον Ἀδριανός, ὅ τε εὐσεβὴς Ἀντωνῖνος, καὶ ἡ τῶν ἀδελφῶν συνωρὶς Βῆρος καὶ Λούκιος, πολλὰ τῶν λελωβημένων ἠξίωσαν διορθώσεως· καὶ οὐ μόνον ἅπερ εἶχον ἀπολωλεκότες οἱ πρὸ αὐτῶν ἀνεκτήσαντο, ἀλλὰ καί τινα τῶν οὐκ ὄντων προσέθεσαν. Κομμόδου δὲ τοῦ Μάρκου παιδὸς τὴν βασιλείαν παραλαβόντος, καὶ οὐ τυραννίδι μόνον, ἀλλὰ καὶ πράξεσιν αὐτὸν ἀλλοκότοις ἐκδόντος, εἶτα ὑπὸ Μαρκίας τῆς παλλακῆς, φρόνημα ἄνδρειον ἀνελομένης, ἀναιρεθέντος· Περτίναξ ἄρχειν ᾑρέθη. τῶν δὲ περὶ τὴν αὐλὴν στρατιωτῶν οὐκ ἀνεχόντων αὐτοῦ τὴν περὶ τὴν στρατιωτικὴν ἄσκησίν τε καὶ ἐπιστήμην ἀκρίβειαν, ἀλλὰ παρὰ τὸ καθῆκον αὐτὸν ἀνελόντων, μικροῦ μὲν ἡ Ῥώμη συνεταράχθη, τοῦ περὶ τὴν φυλακὴν τῶν βασιλείων τεταγμένου στρατιωτικοῦ τὴν τοῦ καταστῆσαι μόναρχον ὑφαρπάσαντος ἐξουσίαν, παρελομένου τε βίᾳ τὴν γερουσίαν ταύτης τῆς κρίσεως. ὠνίου δὲ τῆς ἀρχῆς προτεθείσης, Δίδιος Ἰουλιανὸς ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἐπαρθείς, ἀνοίᾳ μᾶλλον ἢ γνώμῃ φρενήρει χρήματα προτείνας, ὠνεῖται τὴν βασιλείαν, θέαμα δοὺς ἰδεῖν ἅπασιν, οἷον οὔπω πρότερον ἐθεάσαντο. εἰσήγετο γὰρ εἰς τὰ βασίλεια μήτε γερουσίας ἡγουμένης, μήτε ἄλλης ἐννόμου δορυφορίας, μόνων δὲ τῶν καταστησάντων αὐτὸν εἰς τοῦτο στρατιωτῶν σὺν βίᾳ παραδόντων αὐτῷ τὰ βασίλεια

καὶ τὴν

καὶ τὴν ἐν τούτοις πᾶσαν ἀποσκευήν. ἀλλ' οὗτος μὲν ἅμα τε ἀνεῤῥήθη, καὶ παρ' αὐτῶν *διαφθαρεὶς τῶν εἰς τοῦτο παραγαγόντων αὐτὸν, τῶν ἐν τοῖς ὀνείροις φαντασιῶν οὐδὲν ἀλλοιότερον διαγεγονώς. Τῆς δὲ γερουσίας εἰς τὸ διασκοπῆσαι τίνι δέοι παραδοῦναι τὴν ἀρχὴν *ἀναλαβομένης, Σεβῆρος ἀνεδείκνυτο βασιλεύς. παρελθόντων δὲ εἰς τὴν αὐτὴν ἀρχὴν Αλβίνου καὶ Νίγρου, πόλεμοι συνέστησαν αὖθις οὐκ ὀλίγοι πρὸς ἀλλήλους ἐμφύλιοι· καὶ πόλεις διέστησαν, αἱ μὲν τῷδε, αἱ δὲ τῷδε προστιθέμεναι. ταραχῆς δὲ οὐκ ὀλίγης κατὰ τὴν ἑῴαν καὶ τὴν Αἴγυπτον κινηθείσης, Βυζαντίων τε, ὡς τὰ Νίγρου φρονούντων καὶ ὑποδεξαμένων αὐτὸν, εἰς ἔσχατον ἐλθόντων κινδύνου· κρατεῖ μὲν ἡ Σεβήρου μερὶς, ἀναιρεθέντος Νίγρου· καὶ μετὰ τοῦτον Αλβίνου μετὰ τῆς ἀρχῆς καὶ τὸν βίον ἀπολιπόντος, εἰς μόνον Σεβῆρον τὰ τῆς ἡγεμονίας περιίσταται. τρέπεται τοίνυν ἐπὶ τὴν τῶν ἐκμελῶς πεπραγμένων διόρθωσιν, καὶ πρό γε ἁπάντων τοῖς στρατιώταις τοῖς ἀνελοῦσι Περτίνακα, καὶ Ιουλιανῷ παραδοῦσι τὴν βασιλείαν, πικρῶς ἐπεξῆλθεν. ἔπειτα διαθεὶς ἐπιμελῶς τὰ στρατόπεδα, Πέρσαις μὲν ἐπελθὼν, ἐφόδῳ μιᾷ Κτησιφῶντα εἷλε καὶ Βαβυλῶνα. διαδραμὼν δὲ τοὺς Σκηνίτας Ἄραβας, καὶ πᾶσαν Ἀραβίαν καταστρεψάμενος, ἄλλα τε πολλὰ γενναίως οἰκονομήσας, ἐγένετο μὲν ἐπὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἀπαραίτητος, τῶν ἐπὶ τοῖς ἀτόποις εὐθυνομένων, δημοσίας ποιῶν τὰς οὐσίας· Πολλὰς δὲ τῶν πόλεων οἰκοδομήμασι πολυτελέσι κοσμήσας, ἀνέδειξεν Αντωνῖνον τὸν παῖδα τὸν ἑαυτοῦ βασιλέα. καὶ ἐπεὶ τελευτᾶν ἔμελλε, διαδόχους τῆς ἀρχῆς αὐτόν τε καὶ Γέταν τὸν ἕτερον υἱὸν καταστήσας, ἐπίτροπον αὐτοῖς Παπινιανὸν καταλέλοιπεν, ἄνδρα δικαιότατον καὶ ἐπὶ νόμων γνώσει τε καὶ *εἰσηγήσει πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν Ρωμαίους νομοθέτας ὑπερβαλόμενον. τοῦτον, ὕπαρχον ὄντα τῆς αὐλῆς, δι' ὑποψίας εἶχεν ὁ Αντωνῖνος, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ ὅτι δυσμενῶς ἔχοντα πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γέταν αἰσθανόμενος, ἐπιβουλεῦσαι, καθ' ὅσον οἷός τε ἦν, διεκώλυε. τοῦτο τοίνυν ἐκ μέσου βουλόμενος ποιῆσαι τὸ κώλυμα, τῷ μὲν Παπινιανῷ τὴν διὰ τῶν στρατιωτῶν ἐπιβουλεύει σφαγήν· εὐρυχωρίαν δὲ ἔχων, ἀναιρεῖ τὸν ἀδελφὸν, οὐδὲ τῆς μητρὸς αὐτὸν προσδραμόντα ῥύσασθαι δυνηθείσης. Ἐπεὶ δὲ καὶ Αντωνῖνος ἔδωκε τῆς ἀδελφοκτονίας μετ' οὐ πολὺ δίκην, καὶ αὐτοῦ

cum omni eius penu, tradẽtibus. Sed hic pariter & adpellatus, & ab iiſdem ſublatus e medio, qui huc eum produxerant; non abſimilis ſomniorum viſis exſtitit. Quum vero Senatus ad deliberationem, cui tradendum eſſet imperium, rurſus adhiberetur; SEVERVS Imperator deſignat⁹ fuit. *Seuerus.* At quũ præter hunc idem imperium ALBINVS atque NIGER inuaſiſſent, orta ſunt inter eos bella ciuilia non exigua; diſſidẽtibus a ſe inuicem ciuitatibus, quarum illæ ad huius, ad illius aliæ partes tranſibant. Quumque non exiguus tumultus per orientem & Ægyptum concitatus eſſet, ac Byzantii, qui a Nigro ſtabant, eumq; ſuſceperant, extremum periculum adiiſſent, interfecto Nigro, victrix Seueri pars exſtitit; & poſt eum Albino quoque tam imperio, quam vita functo, principatus ad ſolum Seuerũ peruenit. Quapropter ad eorum, quæ ignauiter acta fuerant, correctionem ſe conuertit; & ante omnia de militibus, qui Pertinacem necauerant, & Iuliano tradiderant imperium, acerba ſupplicia ſumſit. Deinde re militari nauiter cõſtituta, Perſas adgreſſus, vno impetu Cteſiphontem Babylonemque cepit, Arabes Scenitas percurrit, Arabiam vniuerſam excidio dedit, aliaque complura fortiter geſſit. Et erat erga delinquẽtes inexorabilis; eorumq; bona, qui flagitiorum rei peragebantur, publicabat. Quũque multas vrbes ſumtuoſis admodũ ædificiis ornaſſet, & ANTONINVM filium deſignaſſet Imperatorem; *Antoninus Seueri f. cum fratre Geta.* moriturus & ipſi, & alteri filio GETÆ, imperii heredibus inſtitutis, tutorem Papinianum reliquit, virum iuſtiſſimum, & qui tam cognitione, quam expoſitione legum omnes ante pariter, & poſt ſe Romanos iuriſconſultos ſuperauit. Hunc præfecti prætorio munere fungentem, ſuſpectum Antoninus habebat, alia nulla de cauſſa, quam quod Papinianus animaduertẽs, eum infeſto erga Getam fratrem animo eſſe, quo illi minus inſidiaretur, pro viribus impediret. Hoc igitur impedimentũ e medio remouere volens, Papiniano per milites necem ſtruit: ſpatiumq; latũ nactus, fratrem interficit; quũ ne quidem mater adcurrentem ad ſe potuiſſet eripere.

Poſtquam & Antoninus fratricidii pœnas, interiecto non magno tempore dedit, nec co-

Macrinus.

gnito quidem vnquam ipſius percuſſore: MACRINVM præfectum prætorii milites, qui ad vrbem erant, Imperatorem dicunt; qui per orientem, adoleſcentulum quemdam Emiſenũ; veluti qui genere matri Antonini coniunctus eſſet. Vtroque exercitu adpellationem ſuam tuente, ciuile diſcidium exſtitit; Emiſeni quidem ANTONINI copiis Romam eum deducentibus, Macrini vero militibus extra Italiam profectis. Vbi manus ad Antiochiam Syriæ conſeruiſſent exercitus, vict⁹ omnino Macrinus, caſtris fuga deſertis, ad interiectum Byzantio & Chalcedoni fretum capitur, & vulneribus confectus exſpirat. Quum Antoninus victoria potitus, de iis qui Macrini partes ſequuti fuerant, velut hoſtibus, pœnas ſumſiſſet; & vitam cæteroqui turpem ac probroſam, magis & circulatoribus deditus, egiſſet: non tulere Romani effrenem hominis luxum atque libidinem: eoque interemto, & cadauere in fruſta diſcerpto, ALEXANDRUM Imperatorem deſignarũt, itidem ex familia Seueri prognatum. Hic quum & iuuenis adhuc eſſet, & egregia indole præditus; fecit, vt omnes de imperio ſpes bonas conciperent, præfectis prætorii conſtitutis Flauiano & Chreſto; viris nec rei militaris imperitis, & ad res togatas præclare diſponẽdas idoneis. Verum vbi Mamæa, mater Imperatoris, Vlpianum eis arbitrum, quaſique conſortem officii, præfeciſſet; quod & iuriſconſultus eſſet præſtantiſſimus, & recte res diſponere præſentes, ac futura perſpicere ſollerter poſſet: offenſi milites, mortem homini clãdeſtinam moliuntur. Id quũ animaduertiſſet Mamæa, ſtatimq; detectis inſidiis, horum conſiliorum auctores e medio ſuſtuliſſet: Vlpiano ſoli præfectorum prætorii munus cõmittitur. Sed quod exercitibus in ſuſpicionem veniſſet, (de cauſſis, quas equidem accurate dicere non habeo; quando de ipſius inſtituto diuerſa litteris prodita ſunt) ſeditione mota trucidatur, quum ne ipſe quidem Imperator opem ei ferre potuiſſet. Secundum hæc paullatim milites a priſtina in Alexandrum beneuolentia recedentes, ad obeunda ipſius imperia ſegnes ſe præbere; veritique, ne quid ob ignauiam eis accideret mali, ad ſeditiones tendere: ſequutoque concurſu, quemdam Antoninum ad imperium producere. Sed quum is recuſata imperii mole, fuga

Antoninus Emiſenus.

Alexander Seuerus.

τοῦ παίσαντος τοῦτον ἀγνοηθέντος,* τὰ μὲν ἐν Ῥώμῃ στρατόπεδα Μακρῖνον ὕπαρχον ὄντα τῆς αὐλῆς, ἀναδείκνυσι βασιλέα· τὰ δὲ κατὰ τὴν ἑῴαν, Ἐμεσηνόν τι μειράκιον, ὡς γένει τῇ Ἀντωνίνου μητρὶ συναπτόμενον. ἑκάστου δὲ στρατεύματος τῆς οἰκείας ἀναρρήσεως ἀντεχομένου, στάσις ἐμφύλιος ἦν, τῶν μὲν περὶ τὸν Ἐμεσηνὸν Ἀντωνῖνον, ἀγόντων αὐτὸν ἐπὶ τὴν Ῥώμην, τῶν δὲ Μακρίνου στρατιωτῶν ἐξορμησάντων ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. συμπεσόντων δὲ ἀλλήλοις τῶν στρατοπέδων ἐν τῇ κατὰ Συρίαν Ἀντιοχείᾳ, τῷ παντὶ Μακρῖνος ἐλαττωθεὶς, καὶ φυγῇ τὸ στρατόπεδον καταλιπὼν, εἰς τὸν μεταξὺ πορθμὸν Βυζαντίου καὶ Χαλκηδόνος ἁλίσκεται, καὶ τὸ σῶμα ξαινόμενος τελευτᾷ. Τοῦ δὲ Ἀντωνίνου κρατήσαντος, καὶ τοῖς τὰ Μακρίνου φρονήσασιν, ὡς δυσμενέσιν, ἐπεξελθόντος, τά τε ἄλλα αἰσχρῶς καὶ ἐπονειδίστως βεβιωκότος, μάγοις τε καὶ ἀγύρταις ἐσχολακότος· οὐκ ἐνεγκόντες οἱ Ῥωμαῖοι τὴν τῆς ἀσελγείας ὑπερβολὴν, κατασφάξαντες καὶ τὸ σῶμα διασπάσαντες, Ἀλέξανδρον ἀνέδειξαν βασιλέα, καὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ Σεβήρου γένους καταγόμενον. Οὗτος, νέος ὢν ἔτι, καὶ φύσεως εὖ ἔχων, ἀγαθὰς ἅπασιν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ* δέδωκεν ἐχεῖν ἐλπίδας· ἐπιστήσας ὑπάρχους τῇ αὐλῇ Φλαβιανὸν καὶ Χρηστὸν, ἄνδρας τῶν τε πολεμικῶν οὐκ ἀπείρους, καὶ τὰ ἐν εἰρήνῃ διαθεῖναι καλῶς ἱκανούς. Μαμαίας δὲ τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς ἐπιστησάσης αὐτοῖς Οὐλπιανὸν ἐπιγνώμονα, καὶ ὥσπερ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς, ἐπειδὴ καὶ νομοθέτης ἦν ἄριστος, καὶ τὸ παρὸν εὖ διαθεῖναι, καὶ τὸ μέλλον εὐστόχως συνιδεῖν δυνατός· ἐπὶ τούτῳ δυσχεράναντες, ἀναίρεσιν αὐτῷ μηχανῶνται λαθραίαν οἱ στρατιῶται. αἰσθομένης δὲ τούτου Μαμαίας, καὶ ἅμα τῷ φθάσαι τὴν ἐπίθεσιν, τοὺς ταῦτα βουλεύσαντας ἀνελούσης, κύριος τῆς τῶν ὑπάρχων ἀρχῆς Οὐλπιανὸς καθίσταται μόνος. ἐν ὑποψίᾳ δὲ τοῖς στρατοπέδοις γενόμενος, (τὰς δὲ αἰτίας ἀκριβῶς οὐκ ἔχω διεξελθεῖν· διάφορα γὰρ ἱστορήκασι περὶ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως) ἀναιρεῖται, στάσεως κινηθείσης, οὐδὲ τοῦ βασιλέως ἀρκέσαντος αὐτῷ πρὸς βοήθειαν. Ἐντεῦθεν οἱ στρατιῶται κατὰ βραχὺ τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον εὐνοίας ἀποστατοῦντες, ἀπρόθυμοι περὶ τὰς τούτου προστάξεις ἐφαίνοντο. καὶ δέει τοῦ μὴ παθεῖν τι διὰ τὴν ῥαθυμίαν, εἰς στάσεις ἐχώρουν. συστραφέντες τε παρήγαγον Ἀντωνῖνον εἰς βασιλείαν. ἐπεὶ δὲ τὸν ὄγκον οὐκ ἐνεγκὼν τῆς ἀρχῆς, φυγῇ

κατέστησεν

κατέστησεν ἑαυτὸν ἀφανῆ, καὶ Οὐράνιος δέ τις ἐκ δουλείου γένους ἀναρρηθεὶς, παραχρῆμα μετὰ τῆς ἁλουργίδος Ἀλεξάνδρῳ προσήχθη, τὸ μὲν κατὰ τοῦ βασιλέως ηὐξάνετο μῖσος· ὁ δὲ ἐπὶ τοῖς πανταχόθεν περιεστῶσιν ἀπορούμενος, τῷ τε σώματι καὶ τοῖς κατὰ φύσιν λογισμοῖς ἀλλοιότερος ἦν, ὥστε καὶ φιλαργυρίας αὐτῷ νόσον ἐνσκῆψαι, καὶ χρημάτων ἐγκεῖσθαι συλλογῇ, ταῦτά τε παρὰ τῇ μητρὶ θησαυρίζειν. Ἐχόντων δὲ αὐτῷ τῶν πραγμάτων οὐχ ὑγιῶς, τὰ περὶ Παιονίαν καὶ Μυσίαν στρατόπεδα, καὶ πρότερον ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὸν διακείμενα, τότε δὴ μᾶλλον πρὸς ἀπόστασιν *ἐξερέθιστο. ῥαπέντα δὲ εἰς νεωτερισμὸν, ἄγει Μαξιμῖνον εἰς βασιλείαν, τότε τῆς Παιονικῆς ἴλης ἐξηγούμενον. *καὶ Μαξιμῖνος μὲν τὰς περὶ αὐτὸν δυνάμεις ἀγείρας, ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐξώρμησεν, ἀπαρασκεύῳ τῷ βασιλεῖ ῥᾷον οἰόμενος ἐπιθήσεσθαι. Ἀλέξανδρος δὲ, ἐν τοῖς περὶ τὸν Ῥῆνον ἔθνεσι διατρίβων, κἀκεῖσε τὰ νεωτερισθέντα μαθὼν, τῆς ἐπὶ τὴν Ῥώμην εἴχετο πορείας. ἐπαγγελλόμενος δὲ τοῖς στρατιώταις καὶ αὐτῷ Μαξιμίνῳ συγγνώμην, εἰ τοῖς ἐγχειρηθεῖσιν ἐνδοῖεν, ὡς οὐχ οἷός τε γέγονε τούτους ὑπαγαγέσθαι, πάσαις ἀπογνοὺς ταῖς ἐλπίσιν, ἑαυτὸν ἐπιδέδωκε τρόπον τινὰ τῇ σφαγῇ. Μαμαία δὲ, προελθοῦσα μετὰ τῶν ὑπάρχων ἐκ τῆς αὐλῆς, ὡς δὴ τὴν ταραχὴν καταπαύσουσα, αὐτή τε κατασφάττεται, καὶ οἱ ὕπαρχοι σὺν αὐτῇ. τῆς δὲ βασιλείας ἤδη βεβαίως παρὰ Μαξιμίνου κατεχομένης, ἐν μεταμελείᾳ πάντες ἦσαν, ὡς τυραννίδα πικρὰν μετρίας ἀλλαξάμενοι βασιλείας. γένους γὰρ ὢν ἀφανοῦς, ἅμα τῷ παραλαβεῖν τὴν ἀρχὴν, ὅσα φύσει προσῆν αὐτῷ πλεονεκτήματα, τῇ τῆς ἐξουσίας *ἐξηφάνιζε παρρησίᾳ· καὶ πᾶσιν ἀφόρητος ἦν, οὐχ ὑβρίζων εἰς τοὺς ἐν τέλει μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ πάσης ὠμότητος τοῖς πράγμασι προσιὼν, μόνους δὲ θεραπεύων τοὺς συκοφάντας, ὅσοι μάλιστα τοὺς ἀπράγμονας κατεμήνυον, ὡς ὀφείλοντάς τι τοῖς βασιλικοῖς ταμείοις. ἤδη δὲ καὶ εἰς φόνους ἀκρίτους ἐχώρει χρημάτων ἐπιθυμίᾳ, καὶ ὅσα τῶν πόλεων ἦν, οἰκεῖα ἐποίει, μετὰ τοῦ καὶ τοὺς οἰκήτορας τῶν οὐσιῶν ἀφαιρεῖσθαι. Βαρυνομένων δὲ τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐθνῶν ἐπὶ τῇ λίαν ὠμότητι, καὶ συνταραττομένων ἐπὶ ταῖς περιφανέσι πλεονεξίαις, οἱ τὴν Λιβύην οἰκοῦντες, Γορδιανὸν καὶ τὸν ὁμώνυμον τούτῳ παῖδα, βασι-

ſe hominum ex oculis ſubduxiſſet; & *Vranius* quidam ex ſeruili genere deſignatus, confeſtim vna cum purpura deductus ad Alexādrum fuiſſet: conceptum quidem aduerſus Imperatorem creſcebat odium; ipſe vero quid in circumſtantibus vndique periculis faceret hæſitans; & corpore mutatus erat, & inditis a natura dotibus animi: adeo quidem, vt eum auaritiæ morbus inuaderet, totusq; colligendis pecuniis incumbēs, apud matrem eas reconderet. Hoc modo male adfectis rebus, qui erant in Pannonia Myſiaque exercitus, alienis ab ipſo iampridem animis, tūc magis ad defectionem iritabantur: ideoque ad ſtudium rerum nouarum conuerſi, MAXIMINVM ad imperium efferunt, id temporis alæ Pannonicæ ducē. Maximinus, omnibus copiis præſentibus coactis, in Italiam profectus eſt; arbitratus, ſe facilius Imperatorē adhuc imparatum adgreſſurum. Alexander autē apud ſitas ad Rhenum gentes commorabatur; ibiq; rerum nouatarum accepto nuntio, Romam continnis itineribus contendebat. Quumque tam militibus, quam ipſi Maximino veniam polliceretur, ſi a ceptis deſiſterent: poſteaquam dicto parentes efficere non poterat, ſpes omnes miſſas faciēs, ſeipſum quodam modo cædi obtulit. Mamæa vero, cū præfectis egreſſa prætorio, quaſi tumultum ſedatura; cum præfectis & ipſa necatur. Maximino iam ſtabilitum detinente imperium, neminem nō pænitebat, quod acerbam tyrannidem moderato cum imperio commutaſſent. Nā obſcuro natus genere Maximinus, quum primum accepiſſet imperium, quibus a natura præditus eſſet eximiis dotibus, ipſa poteſtatis licentia prodidit: adeoque cunctis erat intolerabilis, non tantum iniuriis adficiens in dignitate cōſtitutos, verum etiam cum omni crudelitate negotia tractans, ſoloſque calumniatores colēs, qui præſertim cupidos quietis homines deferebant, velut imperatorii fiſci debitores. Auaritia denique motus, ad cædes inaudita cauſa progrediebatur: & quæ municipiorū erant, ſibi vindicabat; facultates præterea ſuas municipibus ipſis eripiens. Quare quum ſubiectæ Romanis gentes crudelitatem nimiam grauiter moleſteq; ferrēt, & ob manifeſtas rapacitates tumultuarentur: Afri GORDIANO, eique cognomine filio, de-

Maximinus.

Gordiani, pater & filius.

ſignatis Imperatoribus, quum alios Romam legatos miſere, tum Valerianum, virum cõſularem; qui deinceps imperio potitus eſt. Senatus eo, quod actum fuerat, cupide probato; ad deiiciendum imperio tyrãnum ſe comparat, milites ad rebellionem concitans, & in memoriam populo reuocans iniurias priuatim ſingulis, & publice illatas omnibus. Quum vniuerſis hæc probarentur, e ſenatu XX viros deligũt, artis imperatoriæ peritos. Ex his ſumma cum poteſtate conſtitutis duobus,

Balbinus & Maximus.

BALBINO atq; MAXIMO, præceptisque Romam ducentibus itineribus; parati ad reſiſtendum erant. Maximino autem, poſt adlatos harum rerum nuntios, Romam mouente cum Mauruſiis & Celticis ordinibus; Aquileiæ pręſidiarii, propter occluſas ei portas, obſidione cincti fuerunt: ipſe vero, ſuarum partium hominibus vix tandem boni publici cauſſam amplexis, & eorum voluntati adſenſis, qui Maximinum imperio deiicere cupiebant, ad extremum periculum redactus, filiũ militibus ſupplicem obtulit, veluti propter ætatem ſuffecturum ad eos ab ira ad commiſerationem reuocandos. At quum illi maiore iracundia feruidi, iuuenem miſerabiliter interfeciſſent, & ipſum quoq; confeſtim trucidaſſent: accedens quidam, caput a corpore reciſum Romam tulit, idque ſignum victoriæ manifeſtum exhibuit. Quapropter omni metu liberati, aduentum Imperatorum ex Africa præſtolabantur. Sed iiſdem vi tempeſtatis inter nauigãdum exſtinctis,

Gordianus Senior.

GORDIANO alterius filio Senatus ſummam rerum tradidit: a quo tempore populus Romanus de ſuperiori mæſticia remiſit, Imperatore per ſcenicos gymnicosque ludos ab ea ciues auocante. Cunctis autem velut ex profundo ſopore iam recreatis, aduerſus Imperatorẽ clandeſtinæ quædam inſidię parantur; Maximi & Balbini opera quibusdam in eum militibus cõcitatis: quibus inſidiis detectis, tam ipſi ſceleris auctores, quam alii participes nõ pauci cæduntur. Non multo poſt & Karthaginiẽſes a beneuolentia principis alienati, *Sabianum ad imperium efferunt. Sed quũ Gordianus copias Africanas exciuiſſet, animis cũ eo reconciliatis, adfectatorem tyrannidis dedunt; & impetrata delictorum venia,

†Sabinianũ uetus alii.

λέας ἀναδείξαντες, ἔστειλαν ἐν Ῥώμῃ πρέσβεις, ἄλλους τε καὶ Βαλεριανὸν, ὃς τοῦ ὑπατικοῦ τάγματος ὢν, ἐβασίλευσεν ὕστερον. ἡ δὲ σύγκλητος, τὸ πραχθὲν ἀσμενίσασα, *παρεσκευάσατο πρὸς τὴν τοῦ τυράννου καθαίρεσιν, τούς τε στρατιώτας εἰς ἐπανάστασιν ἐρεθίζουσα, καὶ τὸν δῆμον ἀναμιμνήσκουσα τῶν εἰς ἕκαστον ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πάντων ἀδικημάτων. ἐπεὶ δὲ πᾶσι ταυτὰ ἐδόκει, προχειρίζονται τῆς βουλῆς ἄνδρας εἴκοσι, στρατηγίας ἐμπείρους, ἐκ τούτων αὐτοκράτορας ἑλόμενοι δύο, Βαλβῖνον καὶ Μάξιμον· καὶ προκαταλαβόντες τὰς ἐπὶ τὴν Ῥώμην φερούσας ὁδοὺς, ἕτοιμοι πρὸς τὴν ἐπανάστασιν ἦσαν. Τοῦ δὲ Μαξιμίνου, τούτων ἀπαγγελθέντων, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμήσαντος ἅμα τοῖς Μαυρουσίοις καὶ Κελτικοῖς τέλεσιν, οἱ μὲν τὴν Ἀκυληΐαν τεταγμένοι φυλάττειν, ἀποκλείσαντες αὐτῷ τὰς πύλας, ἐς πολιορκίαν καθίσαντο. τῶν δὲ *συναιρομένων αὐτῷ, μόλις τὸ κοινῇ λυσιτελοῦν ἑλομένων, συμφρονησάντων τε τοῖς καθελεῖν τὸν Μαξιμῖνον ἐσπουδακόσιν, εἰς ἔσχατον ἐληλακὼς κινδύνου, προσάγει τὸν παῖδα τοῖς στρατιώταις ἱκέτην, ὡς ἀρκέσοντα διὰ τὴν ἡλικίαν εἰς οἶκτον ἐκ τῆς ὀργῆς αὐτοὺς μεταστῆσαι. τῶν δὲ θυμῷ μείζονι τόν τε νέον οἰκτρῶς ἀνελόντων, καὶ αὐτὸν παραχρῆμα κατασφαξάντων, ἐπελθών τις, καὶ τὴν κεφαλὴν χωρίσας τοῦ σώματος, ἐπὶ τὴν Ῥώμην *ἀπήγαγε, σημεῖον ἐμφανὲς τοῦτο τῆς νίκης ποιούμενος. ταύτῃ τοίνυν ἀπαλλαγέντες τοῦ δέους, τὴν ἐκ Λιβύης τῶν βασιλέων ἀνέμενον ἄφιξιν. Τῶν δὲ βίᾳ χειμῶνος ἐν τῷ πλεῖν ἀπολομένων, Γορδιανῷ, θατέρου τούτων ὄντι παιδὶ, τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν ἡ γερουσία παρέδωκεν. ἀφ᾽ οὗ τῆς προλαβούσης κατηφείας ὁ Ῥωμαίων ἀνίετο δῆμος, τοῦ βασιλέως σκηνικοῖς τε καὶ γυμνικοῖς ἀγῶσι τοὺς πολίτας *ἀπαγαγόντος. Πάντων δὲ ὥσπερ ἐκ κάρου βαθέος ἀνασφηλάντων, ἐπιβουλὴ κατὰ τοῦ βασιλέως λαθραία συνίσταται, Μαξίμου καὶ Βαλβίνου στρατιώτας αὐτῷ τινὰς ἐπαναστησάντων. ἧς φωραθείσης, αὐτοί τε οἱ τῆς σκευωρίας ἄρξαντες ἀναιροῦνται, καὶ τῶν κοινωνησάντων αὐτοῖς οἱ πολλοί. Μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ καὶ Καρχηδόνιοι, τῆς τοῦ βασιλέως εὐνοίας ἀλλοτριωθέντες, *Σαβιανὸν εἰς βασιλείαν προάγουσι. Γορδιανοῦ δὲ κινήσαντος τὰς ἐν Λιβύῃ δυνάμεις, ἐπανελθόντες πρὸς αὐτὸν τῇ γνώμῃ, τὸν μὲν ἐπιθέμενον τῇ τυραννίδι παραδιδόασι, συγγνώμης δὲ τυχόντες,

τὴν πρό-

τῶν περιεχόντων αὐτοὺς κινδύνων ἠλευθερώθησαν. Ἐν τούτῳ δὴ πρὸς γάμον ἄγεται Γορδιανὸς Τιμησικλέους θυγατέρα, τῶν ἐπὶ παιδείᾳ διαβοήτων ἀνδρός. ὃν ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἀναδείξας, ἔδοξε τὸ διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας τῇ κηδεμονίᾳ τῶν πραγμάτων ἐλλεῖπον ἀναπληροῦν. Ἤδη δὲ τῆς βασιλείας οὔσης ἐν ὀχυρῷ, Πέρσαι τοῖς κατὰ τὴν ἑῴαν ἔθνεσιν ἐπιέναι προσεδοκῶντο, τὴν ἀρχὴν Σαπώρου παραλαβόντος μετὰ Ἀρταξέρξην, τὸν ἀπὸ Παρθυαίων αὖθις εἰς Πέρσας τὴν ἀρχὴν μεταστήσαντα. μετὰ γὰρ [τὸν] Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου, καὶ τοὺς διαδεξαμένους τὴν Μακεδόνων ἀρχήν, Ἀντιόχου τῶν ἄνω σατραπειῶν ἄρχοντος, Ἀρσάκης ὁ Παρθυαῖος διὰ τὴν εἰς τὸν ἀδελφὸν Τηριδάτην ὕβριν ἀγανακτήσας, πόλεμον πρὸς τὸν Ἀντιόχου σατράπην ἀράμενος, αἰτίαν δέδωκε Παρθυαίοις ἐκβαλοῦσι Μακεδόνας, εἰς ἑαυτοὺς τὴν ἀρχὴν περιστῆσαι. τότε τοίνυν ἐπὶ Πέρσας ὁ βασιλεὺς ᾔει παρασκευῇ τῇ πάσῃ. τοῦ δὲ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ δόξαντος ἐν τῇ πρώτῃ μάχῃ κεκρατηκέναι, Τιμησικλῆς ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος τελευτήσας, ἠλάττωσε πολὺ τῷ βασιλεῖ τὴν ἐπὶ τῇ ἀσφαλείᾳ τῆς ἡγεμονίας πεποίθησιν. Φιλίππου γὰρ ὑπάρχου προχειρισθέντος, κατὰ βραχὺ τὰ τῆς εἰς τὸν βασιλέα τῶν στρατιωτῶν εὐνοίας ὑπέρρει. ὡρμημένος γὰρ ἐξ Ἀραβίας ἔθνους χειρίστου, καὶ οὐδὲ ἐκ τοῦ βελτίονος εἰς τύχης ἐπίδοσιν προελθών, ἅμα τῷ παραλαβεῖν τὴν ἀρχήν, εἰς ἐπιθυμίαν βασιλείας ἐξήπτετο, καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς εἰς τὸ νεωτερίζειν ἐπιρρεπεῖς οἰκειούμενος, ἐπειδὴ τὴν τῶν στρατιωτικῶν σιτηρεσίων συγκομιδὴν δαψιλῆ ἐρχομένην εἶδεν, ἔτι τοῦ βασιλέως περὶ Κάρρας καὶ Νίσιβιν σὺν τῷ στρατῷ διατρίβοντος, αὐτὸς ἐνδοτέρω τὰς ναῦς, αἳ τὴν στρατιωτικὴν τροφὴν εἶχον, εἰσιέναι διέταττεν· ὡς ἂν ἡ στρατιὰ λιμῷ πιεζομένη καὶ ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων, ἀνασταίη πρὸς στάσιν. Ἔκβασις δὲ εἰς ἔργον αὐτῷ τῆς σκέψεως. οἱ στρατιῶται, πρόφασιν τὴν τῶν ἀναγκαίων ἔνδειαν ποιησάμενοι, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ τὸν Γορδιανὸν περιστάντες, ὡς αἴτιον τῆς τοῦ στρατοπέδου φθορᾶς ἀναιροῦσι, Φιλίππῳ τὴν ἁλουργίδα κατὰ τὸ συγκείμενον περιτιθέντες. ὁ δὲ πρὸς μὲν Σαπώρην ἔθετο φιλίαν ἐνωμότοις· λύσας δὲ τὸν πόλεμον, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐξορμᾷ, τοὺς μὲν στρατιώτας ἁδραῖς διαδόσεσι θεραπεύων, εἰς δὲ τὴν Ῥώμην ἐκπέμπων τοὺς, ὅτι νόσῳ τετελεύτηκε Γορδιανὸς, ἀπαγγελοῦντας. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο, τοὺς ἐν τέλει τῆς βουλῆς λόγοις ἐπιεικέσιν ὑπαγαγόμενος,

periculis imminentibus erepti ſunt. Dum hæc geruntur, Gordianus vxorem ducit † Timeſiclis filiam, nobilis ex doctrina viri. quem vbi præfectum prætorii creaſſet, viſus eſt id, quod curationi rerũ propter ætatem ipſius ſane teneram deeſſet, ſupplere. Iam confirmato imperio, Perſæ adgreſſuri nationes orientales exſpectabantur; quod regnum eorum Sapores accepiſſet poſt Artaxerxem, qui Parthis illud ereptum rurſus ad Perſas tranſtulerat. Nam poſt Alexandrum, Philippi filium, & huius in imperio Macedonũ ſucceſſores, Antiocho ſuperioribus illis ſatrapiis imperante; Arſaces Parthus, propter illatã fratri Teridati cõtumeliam, bello aduerſus Antiochi ſatrapam ſuſcepto, Parthis auctor fuit, vt eiectis Macedonibus, regnũ ſibi vindicarent. Imperator igitur, vniuerſo cum adparatu, contra Perſas mouet. Quumque Romanus exercit⁹ primo proelio ſuperior exſtitiſſe viſus eſſet, Timeſicles præfectus prætorio vita functus, non parum Imperatoris de ſecuritate regni fiduciã imminuit. Nam Philippo in eius locum ſuffecto, paullatim beneuolentia militum erga Imperatorem exſtincta eſt. Ortus enim Philippus ex Arabia, gente nequiſſima, nec meliori ratione fortunam ad ampliorem progreſſus, vt primum hunc magiſtratum accepit, ad imperii ſe conuertit adfectationem: conciliansque ſibi milites ad res nouas propenſos, quod militares annonas abunde conuehi cerneret, Imperatore propter Carras & Niſibin adhuc cum exercitu hærente; naues, quæ cõmeatum militarem continebant, ad interiora penetrare iuſſit: vt fame preſſus & inopia rerum neceſſariarum exercitus, ad ſeditionem ſe commoueret. Euentus cõſilio reſpondit. Milites, arrepta de penuria commeatus occaſione, Gordianum, nulla decori ratione habita circumuentum, veluti cuius culpa periret exercitus, interficiunt; & PHILIPPVM ex compoſito purpura veſtiunt. Is, ſacramentis interuenientibus amicitia cum Sapore conſtituta, belloque ſopito, Romam proficiſcitur; militum animos amplis largitionibus demulcens, Romamque nuntios mittens, qui Gordianum morbo exſtinctum dicerent. Vbi Romam veniſſet, ordinis ſenatorii viris oratione benigna ſibi conciliatis,

† *Miſitheũ alii vocant, corrupte.*

Philippus, XXIX

magiſtratus ampliſſimos hominibus ſibi cõiunctiſſimis tradendos ſtatuit. Itaq; Priſcum fratrẽ Syriacis exercitibus præfecit, Seueriano genero Myſiæ Macedoniæque copiis creditis. Hoc modo ſtabili ſe potiturũ imperio arbitratus, ipſe contra *Carpos* expeditionem ſuſcepit, qui iam Iſtro vicina loca populabantur. Proelio conſerto, quum impreſſionem barbari non ſuſtinerent; fuga quoddã ad caſtellum facta, obſidebantur. Vbi ſuos hinc inde diſperſos rurſus colligi cernerẽt, receptis animis egreſſi, Romanum in exercitũ irruebant. Sed quod impetum Maurorum ferre non poſſent, mentionem pangendi foederis iniecerunt: quibuſcum Philippus eo non difficulter inito, diſceſſit. Quũ autem rerum perturbationes eodem tempore plures incidiſſent, orientales quidem partes tum exactionibus tributorum grauatæ, tum quod Priſcus iis nationibus cum imperio præeſſe iuſſus, intolerabilis omnib. eſſet; ideoq; nouas ad res conuerſæ, † *Tapianum* ad ſummã rerũ prouexerunt; iidemq; Myſorũ & Pãnoniorum legiones *Marinum.* Ob has res conturbato Philippo, Senatumq; rogante, vel opem ad rerũ præſentem ſtatum ſibi ferrent; vel, ſi ſuum eis diſpliceret imperium, hoc ſe abdicarent: nemine prorſus quidquam reſpondente, Decius familia dignitateq; præſtans, & omni preterea virtutum genere ornatus, fruſtra dixit ob hæc eum trepidare. Quippe leui momẽto futurum, vt per ſe ipſa hæc euaneſcerent; quod nulla poſſent ex parte ſtabilitatem aliquam habere. His Decii coniecturis, quas ex ipſo rerum vſu ſumſerat, licet euentus reapſe reſpondiſſet, Tapiano Marinoque non magno labore deturbatis: nihilo tamẽ minus in metu Philippus verſabatur, qui odiũ militum erga tribunos & duces in iis locis perſpectũ haberet. Itaq; Decium obſecrabat, vt earum legionum, quæ eſſent in Myſia Pannoniaque, imperium ſuſciperet. Illo recuſante, quod iſtuc neque ſibi, neque Philippo expedire duceret; Theſſalica, quam vocant, perſuaſione Philippus vſus, quæ eſſet cũ coactione coniuncta, hominem ablegat in Pannoniã, caſtigaturũ ibi Marini factionis complices. At illorum locorum milites, quũ Decium viderent ad eos multandos venire, qui deliquerant: cõſultius ſibi fore

† Papianũ: al. Iotapianum.

ᾠήθη δεῖν τὰς μεγίστας τῶν ἀρχῶν τοῖς οἰκειοτάτοις πρὸς αὐτὸν ἔχουσι παραδοῦναι. καὶ Πρίσκον μὲν, ἀδελφὸν ὄντα, τῶν κατὰ Συρίαν προεστήσατο στρατοπέδων, Σευηριανῷ δὲ τῷ κηδεστῇ τὰς ἐν Μισίᾳ καὶ Μακεδονίᾳ δυνάμεις ἐπίστευσε. Τούτῳ δὲ βεβαίως ἕξειν τὴν ἀρχὴν οἰηθεὶς, αὐτὸς ἐπὶ Κάρπους ἐστράτευεν, ἤδη τὰ περὶ τὸν Ἴστρον λῃσαμένους. μάχης δὲ γενομένης, οὐκ ἀνεχόμενοι οἱ βάρβαροι τὴν προσβολὴν, εἴς τι φρούριον συμφυγόντες, ἐν πολιορκίᾳ καθίσταντο. θεασάμενοι δὲ τοὺς ἐξ αὐτῶν ἄλλους ἄλλῃ διασπαρέντας, αὖθις συνειλεγμένους, ἅμα τε ἀνεθάῤῥησαν, καὶ ὑπεξελθόντες, τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατοπέδῳ συνέπιπτον. οὐχ ὑποστάντες δὲ τὴν τῶν Μαυρουσίων ὁρμὴν, λόγους περὶ σπονδῶν ἐποιήσαντο· οἷς ὁ Φίλιππος ῥᾷον * πειθόμενος ἀνεχώρει. Πολλῶν δὲ κατὰ τοῦτον ἐμπεσουσῶν ταραχῶν τοῖς πράγμασι, τὰ μὲν κατὰ τὴν ἑῴαν, τῇ τῶν φόρων εἰσπράξει, καὶ τῷ Πρίσκον, ἄρχειν τῶν ἐκεῖσε καθεσταμένον ἐθνῶν, ἀφόρητον ἅπασιν εἶναι, βαρυνόμενα, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὸ νεωτερίζειν τραπέντα, * τὸν Παπιανὸν παρήγαγεν εἰς τὴν τῶν ὅλων ἀρχήν· τὰ δὲ Μυσῶν * πράγματα καὶ Παιώνων, Μαρῖνον. Συνταραχθέντος δὲ ἐπὶ τούτοις Φιλίππου, καὶ δεομένου τῆς γερουσίας ἢ συλλαβέσθαι οἱ πρὸς τὰ καθεστῶτα, ἢ γοῦν, εἰ τῇ αὐτοῦ δυσαρεστοῖεν ἀρχῇ, ταύτης ἀφεῖναι· μηδενὸς δὲ τὸ παράπαν * ἀποκρινομένου, Δέκιος καὶ γένει προέχων καὶ ἀξιώματι, προσέτι δὲ καὶ πάσαις διαπρέπων ταῖς ἀρεταῖς, μάτην ἔλεγεν αὐτὸν ἐπὶ τούτοις ἀγωνιᾶν· ῥᾷον γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ταῦτα διαφθαρήσεσθαι, ὃ βέβαιον ἔχειν οὐδαμόθεν δυνάμενα. ἐκβαινόντων δὲ εἰς ἔργον ὧν ὁ Δέκιος ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἐτεκμήρατο πείρας, * τοῦ Παπιανοῦ τε καὶ Μαρίνου σὺν οὐ πολλῷ πόνῳ καθαιρεθέντων, οὐδὲν ἧττον ἐν φόβοις ὁ Φίλιππος ἦν, τὸ τῶν στρατιωτῶν μῖσος περὶ τοὺς ἐκεῖσε ταξιάρχους καὶ ἡγεμόνας εἰδώς. παρεκάλει τοίνυν τὸν Δέκιον τῶν ἐν Μισίᾳ καὶ Παιονίᾳ ταγμάτων ἀναδέξασθαι τὴν ἀρχήν. τοῦ δὲ διὰ τὸ καὶ ἑαυτῷ καὶ Φιλίππῳ ταῦτα ἀξύμφορα ἡγεῖσθαι παραιτουμένου, τῇ Θετταλικῇ λεγομένῃ πειθανάγκῃ χρησάμενος, ἐκπέμπει κατὰ τὴν Παιονίαν αὐτὸν, σωφρονιοῦντα τοὺς ἐκεῖσε τὰ Μαρίνου φρονήσαντας. οἱ δὲ ταύτῃ στρατιῶται, τὸν Δέκιον ὁρῶντες τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἐπεξιόντα, κάλλιον εἶναι σφίσιν

ἡγήσαντο, καὶ τὸν παρὰ πόδας ἀποσείσασθαι κίνδυνον, καὶ ἅμα προστήσασθαι μόναρχον, ὃς καὶ τῶν κοινῶν ἂν ἐπιμεληθείη κρεῖττον, καὶ οὐ σὺν πόνῳ περιέσται Φιλίππου πολιτικῇ τε ἀρετῇ καὶ πολεμικῇ πείρᾳ προήκων. Περιθέντες οὖν αὐτῷ τὴν ἁλουργίδα, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ λοιπὸν ὀρρωδοῦντα, πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων καὶ ἄκοντα συνωθοῦσι κηδεμονίαν. Φίλιππος τοίνυν, τῆς [τοῦ] Δεκίου προσαγγελθείσης ἀναρρήσεως αὐτῷ, τὰ στρατόπεδα συναγαγὼν, ἤλαυνεν ὡς ἐπιθησόμενος. οἱ δὲ σὺν τῷ Δεκίῳ, καίπερ πολλῷ πλείους εἶναι τοὺς ἐναντίους εἰδότες, ὅμως ἐθάρρουν, τῇ [τοῦ] Δεκίου πεποιθότες ἐπιστήμῃ καὶ περὶ πάντα προνοίᾳ. συμπεσόντων δὲ τῶν στρατοπέδων ἀλλήλοις, καὶ τοῦ μὲν τῷ πλήθει, τοῦ δὲ τῇ στρατηγίᾳ πλεονεκτοῦντος, ἔπεσον μὲν ἐκ τῆς Φιλίππου μερίδος πολλοί· καὶ αὐτὸς δὲ σὺν αὐτοῖς ἀναιρεῖται, καὶ τοῦ παιδὸς, ὃν ἔτυχε τῇ τοῦ καίσαρος ἀξίᾳ τιμήσας, ἀποσφαγέντος. οὕτω μὲν οὖν Δέκιος τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς ἐγένετο κύριος. Τῶν δὲ πραγμάτων διὰ τὴν Φιλίππου περὶ πάντα ἐκμέλειαν ταραχῆς πληρωθέντων, Σκύθαι τὸν Τάναιν διαβάντες, ἐληΐζοντο τὰ περὶ τὴν Θρᾴκην χωρία. οἷς ἐπεξελθὼν Δέκιος, καὶ ἐν πάσαις κρατήσας τῶν μάχαις, παρελόμενος δὲ καὶ τῆς λείας, ἣν ἔτυχον εἰληφότες, ἀποκλείειν αὐτοῖς ἐπειρᾶτο τὴν οἴκαδε ἀναχώρησιν, διαφθεῖραι πανωλεθρίᾳ διανοούμενος, ὅπως ἂν μὴ καὶ αὖθις ἑαυτοὺς συναγαγόντες ἐπέλθοιεν. Γάλλον δὲ ἐπιστήσας τῇ τοῦ Τανάιδος ὄχθῃ, μετὰ δυνάμεως ἀρκούσης, αὐτὸς τοῖς λειπομένοις ἐπῄει. χωρούντων δὲ τῶν πραγμάτων αὐτῷ κατὰ νοῦν, εἰς τὸ νεωτερίζειν ὁ Γάλλος τραπεὶς, ἐπικηρυκεύεται πρὸς τοὺς βαρβάρους, κοινωνῆσαι τῆς ἐπιβουλῆς τῆς κατὰ Δεκίου παρακαλῶν. ἀσμενέστατα δὲ τὸ προσταχθὲν δεξαμένων, ὁ Γάλλος μὲν τῆς ἐπὶ τοῦ Τανάιδος ὄχθῃ φυλακῆς εἴχετο, οἱ δὲ βάρβαροι διελόντες αὑτοὺς τριχῇ, διέταξαν ἔν τινι τόπῳ τὴν πρώτην μοῖραν, οὗ προεβέβλητο τέλμα. τοῦ Δεκίου δὲ τοὺς πολλοὺς αὐτῶν διαφθείραντος, τὸ δεύτερον ἐπεγένετο τάγμα. τραπέντος δὲ καὶ τούτου, ἐκ τοῦ τρίτου τάγματος ὀλίγοι πλησίον τοῦ τέλματος ἐπεφάνησαν. τοῦ δὲ Γάλλου διὰ τοῦ τέλματος ἐπ' αὐτοὺς ὁρμῆσαι τῷ Δεκίῳ σημήναντος, ἀγνοίᾳ τῶν τόπων ἀπερισκέπτως ἐπελθὼν, ἐμπαγείς τε ἅμα τῇ σὺν αὐτῷ δυνάμει τῷ πηλῷ, καὶ πανταχόθεν

putabant, ſi & periculum, quod ante pedes eſſet, amolirentur; & eadem opera principem ſummæ reipublicæ præficerent, qui eam melius gereret, & abſque labore ſuperior futurus eſſet; vt qui ciuili virtute pariter, & vſu militari Philippum anteiret. Igitur amictum purpura DECIVM, & ſibi iam metuentem, ad procurationem rerum vel inuitum compellunt. Philippus, accepto de adpellatione Decii nuntio, coactis exercitibus, velut hoſtem adgreſſurus, in eum mouit. Qui vero ſtabant a Decio milites, licet ab aduerſariis numero ſe vinci noſſent; tamē Decii tam peritia, quā in omnibus rebus prouidentia freti, fidentibus animis erant. Vbi concurriſſent exercitus, altero nomine multitudinis, altero ducis ſuperiore: cōplures a Philippi partibus ceciderūt; inter quos & ipſe cum filio, quē Cæſaris dignitate cohoneſtauerat, cæſus fuit. Hoc modo Decius ſummo potitus eſt imperio. Quia vero plenæ perturbationis res erant, ob inertem Philippi ſocordiam in omnibus: Scythę Tanaim tranſgreſſi, vicina Thraciæ loca prædis agendis infeſtabant: quos adgreſſus Decius, & omnibus prœliis ſuperior, præda quoque recepta, qua potiti fuerant, quo minus domum reuerterētur, iter eis occludere conabatur, & vniuerſos ad internecionem delere cogitabat, ne denuo coactis copiis irruerent. Quumque Gallum ad Tanaidis ripam, ſatis magnis cum copiis, collocaſſet; ipſe cum reliquis ad hoſtem propius accedebat. Rebus ex animi ſententia ſuccedentibus, Gallus ad moliēdum res nouas cōuerſus, ablegatis ad barbaros ſuis, vt in ſocietatem inſidiarum aduerſus Decium venirēt, hortabatur. Illis cupidiſſime, quod imperatum erat, accipiētibus; Gallus quidem cuſtodiendæ ripæ Tanaidis intentus erat; barbari vero, trifariam diuiſi, quodam in loco primā aciem inſtructam collocabāt, quem locum palus quædam a frōte muniebat. Vbi multos ex eis Decius interemiſſet, legio ſecunda ſuperuenit: qua ipſa quoque in fugam acta, pauci quidam ex acie tertia propter paludem conſpecti ſunt. Ibi quum Gallus Decio ſignificaſſet, vt eos per ipſam paludem inuaderet: imprudenter, ob locorum ignorationem, progreſſus; & cum copiis, quas ſecum ducebat, in luto defixus; & a barbaris

vndiq; telis petitus, cum iis quos propter ſe habebat, nemine prorſus euadendi facultatem nancto, periit. Ac Decius quidem optime adminiſtrato regno, huiuſmodi vitæ finem habuit. GALLVS vero, quum ad imperium perueniſſet, ac VOLVSIANVM filium Auguſtum adpellaſſet, tantumque non clamaret, Decium cum exercitu ſuis inſidiis perditum; proſperæ barbarorum res incrementum ceperunt. Non enim cum præda tantum Gallus eis, vt ſuos intra fines redirent, permiſit: verumetiam quotannis certam pecuniæ ſummam dare promiſit, & ex captiuis nobiliſſimum quemque per vim abduci paſſus eſt; quorum plerique capta Thraciæ Philippopoli, hoſtium in poteſtatem venerant. His rebus in hunc modum geſtis, Romam Gallus venit, magnos ob cõſtitutam cum barbaris pacem ſpiritus gerens. Ac initio quidem, imperii Deciani memoriam cum honore ac beneuolentia vſurpabat, & alterum ex filiis eius ſuperſtitem adoptabat: ſed progreſſu temporis veritus, ne qui rerum nouarum ſtudiis adſueti, regiarum in Decio virtutum memoriam aliquando ſuis cum animis repetentes, eius filio ſummam rerum traderent; mortem homini per inſidias parat, nec adoptionis vlla, nec honeſti ratione habita. Quum autem neglĩgẽter imperium Gallus adminiſtraret, primum quidem *Scythæ* nationibus ſibi finitimis turbas dabant: deinde paullatim progreſſi, ad ipſum vſque mare ſita rapinis exhauriebant: adeo quidem, vt nulla Romanæ dicionis gens ab eis non vaſtata manſerit: ſed omnia prope dixerim opida deſtituta mœnibus, & iiſdem munitorum magna pars, capta fuerint. Nec minus bello, quod vndique ſcaturiendo velut emerſerat, lues etiam peſtilens in opidis atque vicis ſubſequuta, quidquid erat humani generis reliquum, abſumſit: ac numquam ſane ſuperioribus ea ſæculis tantam hominum ſtragem ediderat. Hoc rerum ſtatu, quum Imperatores rempublicam tueri non poſſent, & omnia extra Romam poſita negligerent: rurſus *Gotthi*, & *Borani*, & *Vrugundi*, & *Carpi*, ciuitates in Europa diripiebant; quidquid eis ſuperabat, ſibi auferẽtes.

ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἀκοντιζόμενος, μετὰ τῶν συνόντων αὐτῷ διεφθάρη, διαφυγεῖν οὐδενὸς δυνηθέντος. Δεκίῳ μὲν οὖν ἄριστα βεβασιλευκότι τέλος τοιόνδε συνέβη. Παρελθόντος δὲ εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Γάλλου, καὶ συναναδείξαντος ἑαυτῷ τὸν παῖδα *Βολουσιανὸν βασιλέα, μόνον τε οὐχὶ βοῶντος ὡς ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτοῦ Δέκιος μετὰ τοῦ στρατεύματος διεφθάρη, τὰ τῆς εὐημερίας τῶν βαρβάρων αὔξησιν ἐλάμβανεν. οὐ γὰρ μόνον ἐπανελθεῖν αὖθις ἐς τὰ οἰκεῖα ξυνεχώρει μετὰ τῆς λείας ὁ Γάλλος, ἀλλὰ καὶ χρημάτων τι μέτρον ἔτους ἑκάστου χορηγεῖν ὑπέσχετο, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, οἳ μάλιστα τῶν εὐπατριδῶν ἦσαν, ἐνεδίδου κατ' ἐξουσίαν ἀπάγειν· ὧν οἱ πλείους ἐκ τῆς ἐν Θράκῃ Φιλιππουπόλεως ἁλούσης ἔτυχον εἰλημμένοι. Ταῦτα οὖν οὕτως ὁ Γάλλος διῳκηκὼς, εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο, μέγα φρονῶν ἐπὶ τεθείσῃ πρὸς τοὺς βαρβάρους εἰρήνῃ· καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν εὐφήμως τῆς Δεκίου βασιλείας ἐμέμνητο, καὶ τὸν ἔτι περιόντα τῶν αὐτοῦ παίδων *ἐποιεῖτο· χρόνου δὲ προϊόντος, εἰς δέος καταστὰς μήποτέ τινες τῶν εἰς τὰ πράγματα νεωτερίζειν εἰωθότων, εἰς μνήμην τῶν Δεκίου βασιλικῶν ἀρετῶν ἀναφέροντες, τῷ τούτου παιδὶ τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν παραδοῖεν, ἐπιβουλεύει θάνατον αὐτῷ, οὔτε τῆς ποιήσεως, οὔτε τοῦ καλῶς ἔχοντος λόγον τινὰ ποιησάμενος. Ἐκμελῶς δὲ τοῦ Γάλλου τὴν ἀρχὴν μεταχειριζομένου, Σκύθαι πρῶτον μὲν τὰ πλησιόχωρα σφίσι συνετάραττον ἔθνη· προϊόντες δὲ ὁδῷ, καὶ τὰ μέχρι θαλάττης αὐτῆς ἐλῄζοντο· ὥστε μηδὲ ἓν ἔθνος Ῥωμαίοις ὑπήκοον ἀπόρθητον ὑπὸ τούτων καταλειφθῆναι, πᾶσαν δὲ ὡς εἰπεῖν ἀτείχιστον πόλιν, καὶ τῶν ὠχυρωμένων τείχεσι τὰς πλείους ἁλῶναι. οὐχ ἧττον δὲ τοῦ πανταχόθεν ἐπιβρύσαντος πολέμου καὶ ὁ λοιμὸς πόλεσί τε καὶ κώμαις ἐπιγενόμενος, εἴ τι λελειμμένον ἦν ἀνθρώπειον γένος, διέφθειρεν, οὔπω πρότερον ἐν τοῖς φθάσασι χρόνοις τοσαύτην ἀνθρώπων ἀπώλειαν ἐργασάμενος. Ἐν τούτοις δὲ τῶν πραγμάτων ὄντων, καὶ τῶν κρατούντων οὐδαμῶς οἵων τε ὄντων ἀμύνειν τῷ πολιτεύματι, πάντα δὲ τὰ τῆς Ῥώμης ἔξω περιορώντων, αὖθις Γότθοι καὶ Βορανοὶ καὶ Οὐρουγοῦνδοι καὶ Κάρποι τὰς κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐλῄζοντο πόλεις, εἴ τι περιλελειμμένον ἦν, οἰκειούμενοι.

Πέρσαι δὲ τὴν Ἀσίαν ἐπῄεσαν, τήν τε μέσην καταστρεφόμενοι τῶν ποταμῶν, καὶ ἐπὶ Συρίαν προϊόντες, ἄχρι καὶ Ἀντιοχείας αὐτῆς· ἕως εἷλον καὶ ταύτην, τῆς ἑῴας πάσης μητρόπολιν οὖσαν· καὶ τοὺς μὲν κατασφάξαντες τῶν οἰκητόρων, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους ἀπαγαγόντες, ἅμα λείας ἀναριθμήτῳ πλήθει οἴκαδε ἀπῄεσαν, πᾶν ὁποῖον ἴδιον ἢ δημόσιον τῆς πόλεως οἰκοδόμημα διαφθείραντες, οὐδενὸς παντάπασιν ἀντιστάντος. Πέρσαις μὲν οὖν *ἐξεγένετο ῥᾳδίως τὴν Ἀσίαν κατακτήσασθαι πᾶσαν, εἰ μὴ τῇ τῶν λαφύρων ὑπερβολῇ περιχαρεῖς γεγονότες, ἀσμένως ταῦτα περισῶσαι καὶ ἀπαγαγεῖν οἴκοι διενοήθησαν. Τῶν δὲ Σκυθῶν ὄντων ἔσω τῆς Εὐρώπης ἐν ἀδείᾳ πολλῇ νεμομένων, ἤδη δὲ καὶ διαβαινόντων εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ τὰ μέχρι Καππαδοκίας καὶ Πεσινοῦντος καὶ Ἐφέσου ληϊσαμένων, Αἰμιλιανὸς Παιωνικῶν ἡγούμενος τάξεων, ἀτόλμους ὄντας τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν στρατιώτας ἀντιστῆναι τῇ τῶν βαρβάρων εὐημερίᾳ, παραθαρσύνας ὡς οἷός τε ἦν, καὶ τοῦ [τῶν] Ῥωμαίων ἀξιώματος ἀναμνήσας, ἐπιτίθεται τοῖς εὑρεθεῖσιν ἐκεῖσε βαρβάροις ἀπροσδοκήτως· καὶ τοὺς πολλοὺς ἀνελών, ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ τὴν ἐκείνων γῆν τοὺς στρατιώτας διαβιβάσας, καὶ παραδόξως πᾶν τὸ προσπεσὸν διαφθείρας, παρὰ πᾶσάν τε ἐλπίδα τὰ Ῥωμαίοις ὑπήκοα τῆς ἐκείνων μανίας ἐλευθερώσας, αἱρεῖται παρὰ τῶν τῇδε στρατιωτῶν αὐτοκράτωρ. συναγαγὼν δὲ τὰς αὐτόθι δυνάμεις, ἐκ τῆς κατὰ τῶν βαρβάρων νίκης ἐρρωμενεστέρας γεγενημένας, ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἤλαυνεν, ἀπαρασκεύῳ τῷ Γάλλῳ βουλόμενος εἰς μάχην ἐλθεῖν. ὁ δὲ, τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν πεπραγμένων ἀνήκοος ὤν, αὐτὸς μὲν τοῖς παρατυχοῦσι παρεσκευάζετο· Βαλεριανὸν δὲ ἔστελλε τὰ ἐν Κελτοῖς καὶ Γερμανοῖς τάγματα οἴσοντα. μετὰ πολλοῦ δὲ τάχους Αἰμιλιανοῦ τῇ Ἰταλίᾳ προσαγαγόντος, ἐπεὶ πλησίον ἀλλήλων γέγονε τὰ στρατεύματα, πολλῷ τὸν Γάλλον ἐλαττούμενον ταῖς δυνάμεσιν ὁρῶντες οἱ σὺν αὐτῷ, καὶ ἅμα πρὸς τὸ ἐκμελὲς καὶ ἀνειμένον τοῦ ἀνδρὸς ἀποβλέποντες, ἀναιροῦσιν αὐτὸν μετὰ τοῦ παιδός· καὶ προσχωρήσαντες Αἰμιλιανῷ, κεχειρῶσθαι ἔδοξαν αὐτῷ τὴν ἀρχήν. Βαλεριανοῦ δὲ μετὰ τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις δυνάμεων ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐλαύνοντος, καὶ σὺν πολλῷ πλήθει τὸν Αἰμιλιανὸν καταπολεμῆσαι προθυμουμένου,

Perſæ vero in Aſiam pedem intulerũt, tum Meſopotamiã excidio dantes, tum in Syriam progredientes, ad ipſam vſque Antiochiam: donec & illam cepere totius oriẽtis metropolim, & incolis eius partim cæſis, partim in ſeruitutem abductis, infinita cum prædæ copia domum diſceſſerunt; omnibus tam priuatis, quã publicis ciuitatis ædificiis, nullo penitus reſiſtente, dirutis. Ac Perſis quidem in procliui fuiſſet tota potiri Aſia, ſi non ob immẽſam vim ſpoliorum lætabundi, libenter ea ſeruare, domumque deportare maluiſſent. *Scythæ* vero, quum quidquid occuparant in Europa, ſecuri plane poſſiderent, & iam in Aſiam quoque tranſgreſſi eſſent, omniaque ad Cappadociam, & Peſinuntem, & Epheſum vſque diripuiſſent: AIMILIANVS, legionum Pannoniæ dux, militibus ſuis, qui parum animi ad reſiſtendum proſperæ barbarorum fortunæ habebãt, quanto poterat opere confirmatis, & dignitate populi Romani eis in memoriam reuocata: præter exſpectationem barbaros, in iis locis repertos, adgreſſus eſt. Quumq; magnam eorum partem occidiſſet, milites in barbaricum tranſduxiſſet; quidquid habuiſſet obuium, necopinanter exitio dediſſet; præter omnẽ deniq; ſpem, imperio Romano ſubiectos ipſorum furore liberaſſet: a militibus illis Imperator eligitur. Itaq; coactis eorum locorum copiis, quæ iam ex parta cõtra barbaros victoria confirmatiores animis erant factæ; Italiã verſus mouit, cum imparato Gallo manũ conſerturus. qui per orientẽ geſta quum inaudiſſet, iis ipſe copiis, quas habebat ad manũ, ſemet armabat; & Valerianum, Celticas atque Germanicas legiones adlaturũ, ablegabat. Quũ magna celeritate ſuos Aimilianus in Italiam adduxiſſet, propeque ſe conſtitiſſent exercitus: qui cũ Gallo milites erant, amplitudine copiarũ hunc longe inferiorem eſſe videntes, & ſimul ad hominis ignauiam negligentiamque reſpicientes, eum cum filio necant: quorum quidem in partes Aimiliani tranſitione, ſtabilitum illius imperium videbatur. Sed Valeriano cũ tranſalpinis viribus in Italiã pergente, magnaq; cũ hominum multitudine alacriter Aimilianum debellare cogitante:

quod hunc ſui potius militari, quam imperatorio more res adgredi cernerent, veluti non idoneum regno, de medio tollunt. VALERIANVS, de communi omnium ſentẽtia ſummum imperium adeptus, magno ſtudio rebus recte conſtituendis incumbebat. *Scythis* autem ſuis ex ſedibus egreſſis, & præter hos *Marcomannis* quoque per irruptiones finitima Romano imperio loca deprædantibus, ad extremum redacta periculũ Theſſalonica fuit: cuius obſidione vix magno labore ſoluta, fortiter hoſti reſiſtentibus iis, qui in vrbe erant; vniuerſa turbis Græcia torquebatur. Athenienſes, reficiendo muro ſtudebant; cui ab eo tempore, quo dirutus a Sulla fuerat, nulla erat adhibita cura: Peloponeſii, muro Iſthmum obſtruebãt. Publicæ vero ab omni Græcia, tutandæ cauſſa regionis, excubiæ habebãtur. Valerianus, animaduerſo periculo, quod imperio Romano cunctis ex partibus imminerct, GALLIENVM filium imperii conſortem deligit: & quod vndique publicæ res infeſtarentur, ipſe verſus orientem mouet, vt *Perſis* reſiſteret; Europæos exercitus filio tradit, cohortatus eum, cum iis vt copiis temet irruentibus vndique barbaris opponeret. Gallienus, videns *Germanicas gentes* ceteris infeſtiores eſſe, quæ adcolas Rheni Celticas nationes acrius vexarent, hanc partem ſibi propugnandam ab hoſtibus ſumit; aliis, qui per Italiam, Illyricum, Græciamque prædis agendis intenti eſſent, duces cum eorum locorũ exercitibus, bellum facere iuſſit. Ac ipſe quidẽ Rheni tranſiectus cuſtodiens, quantum præſtare poterat, interdum tranſitu hoſtes arcet, interdum tranſeuntibus ſuos inſtructos obiicit. Sed quod ingenti cum multitudine, perexiguas ipſe copias habens, bellum gereret, in anguſtum iam coactæ res ipſius erant; quum inito fœdere cum quodam de gentis Germanicæ principibus, ex aliqua parte periculum minuiſſe viſus fuit. Nam ceteros ille barbaros arcebat, quo minus continenter Rhenum tranſirent, & irruentibus obſtabat. Ac Rheni quidem adcolarum hæc erat condicio. *Borani* vero, & *Gotthi*, & *Carpi*, & *Vrugundi*, (nationum hæc nomina, propter Iſtrum ſedes habentium) nullam nec Italiæ, nec Illyrici par-

θεωροῦντες οἱ σὺν αὐτῷ στρατιωτικῶς μᾶλλον αὐτὸν ἢ ἀρχικῶς προσιόντα τοῖς πράγμασιν, ὡς πρὸς βασιλείαν ἀνάρμοστον ἀναιροῦσι. Παρελθὼν δὲ Βαλεριανὸς κοινῇ γνώμῃ πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν, σπουδὴν ἐποιεῖτο τὰ πράγματα εὖ διαθεῖναι. Σκυθῶν δὲ ἐξ ἠθῶν ἀναστάντων, καὶ Μαρκομαννῶν πρὸς τούτοις ἐξ ἐφόδου τὰ πρόσοικα τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ χωρία λεηλατούντων, εἰς ἔσχατον μὲν ἡ Θεσσαλονίκη περιέστη κινδύνου· μόλις δὲ καὶ σὺν πόνῳ πολλῷ τῆς πολιορκίας λυθείσης, τῶν ἔνδον καρτερῶς ἀντισχόντων, ταραχαῖς ἡ Ἑλλὰς * ἐξετάζετο πᾶσα. καὶ Ἀθηναῖοι μὲν τοῦ τείχους ἐπεμελοῦντο, μηδεμιᾶς, ἐξότε Σύλλας τοῦτο διέφθειρεν, ἀξιωθέντος φροντίδος· Πελοποννήσιοι δὲ τὸν Ἰσθμὸν διετείχιζον. κοινὴ δὲ παρὰ πάσης φυλακὴ τῆς Ἑλλάδος ἐπ' ἀσφαλείᾳ τῆς χώρας ἐγίνετο. Συνιδὼν δὲ ὁ Βαλεριανὸς τὸν πανταχόθεν ἐπικείμενον τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ κίνδυνον, αἱρεῖται Γαλιηνὸν τὸν παῖδα τῆς ἀρχῆς κοινωνόν. ἐνοχλουμένων δὲ τῶν πραγμάτων ἁπανταχόθεν, αὐτὸς μὲν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἤλαυνε, Πέρσαις ἀντιστησόμενος· τῷ δὲ παιδὶ τὰ ἐν τῇ Εὐρώπῃ στρατόπεδα παρεδίδου, τοῖς πανταχόθεν ἐπιοῦσι βαρβάροις μετὰ τῶν ἐκεῖσε δυνάμεων ἀντιστῆναι παρεγγυήσας. ὁρῶν δὲ ὁ Γαλιηνὸς τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὄντα τὰ Γερμανικὰ χαλεπώτερα, σφοδρότερόν τε τοῖς περὶ τὸν Ῥῆνον οἰκοῦσι Κελτικοῖς ἔθνεσιν ἐνοχλοῦντα, τοῖς μὲν τῇδε πολεμίοις αὐτὸς ἀντετάττετο· τοῖς δὲ τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὰ ἐν Ἰλλυριοῖς καὶ τὴν Ἑλλάδα προθυμουμένοις ληΐσασθαι, τοὺς στρατηγοὺς ἅμα τοῖς ἐκεῖσε στρατεύμασιν ἔταξε διαπολεμεῖν. αὐτὸς μὲν οὖν τὰς τοῦ Ῥήνου διαβάσεις φυλάττων, ὡς οἷόν τε ἦν, πῇ μὲν ἐκώλυε περαιοῦσθαι, πῇ δὲ καὶ διαβαίνουσιν ἀντετάττετο. πλήθει δὲ παμπόλλῳ μετὰ δυνάμεως ἐλάττονος πολεμῶν, ἐν ἀπόροις τε ὢν, ἔδοξεν ἐν μέρει τὸν κίνδυνον ἐλαττοῦν τῷ σπονδὰς πρός τινα τῶν ἡγουμένων ἔθνους Γερμανικοῦ πεποιῆσθαι. τούς τε γὰρ ἄλλους βαρβάρους ἐκώλυεν οὗτος συνεχεῖς διὰ τοῦ Ῥήνου ποιεῖσθαι τὰς διαβάσεις, καὶ τοῖς ἐπιοῦσιν ἀνθίστατο. καὶ τὰ μὲν παροικοῦντα τὸν Ῥῆνον ἐν τούτοις ἦν. Βορανοὶ δὲ καὶ Γότθοι καὶ Κάρποι, καὶ Οὐρουγοῦνδοι, (γένη δὲ ταῦτα περὶ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντα) μέρος οὐδὲν τῆς Ἰταλίας ἢ τῆς Ἰλλυρίδος κα-

ταλιπόντες ἀδήωτον διετέλουν, οὐδενὸς ἀνθισταμένου πάντα ἐπινεμόμενοι. Βορανοὶ δὲ καὶ τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν διαβάσεως ἐπεφρόντιστο· καὶ ῥᾷόν γε κατεπράξαντο ταύτην διὰ τῶν οἰκούντων τὸν Βόσπορον, δέει μᾶλλον ἢ γνώμῃ πλοῖά τε δεδωκότων, καὶ ἡγησαμένων τῆς διαβάσεως. ἕως μὲν γὰρ βασιλεῖς αὐτοῖς ἦσαν, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενοι τὴν ἀρχὴν, διά τε τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν, καὶ τὸ τῆς ἐμπορείας εὐσύμβολον, καὶ τὰ παρὰ τῶν βασιλέων αὐτοῖς ἔτους ἑκάστου πεμπόμενα δῶρα, διετέλουν εἴργοντες ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβαίνειν βουλομένους τοὺς Σκύθας· ἐπεὶ δὲ τοῦ βασιλικοῦ γένους διαφθαρέντος ἀνάξιοί τινες καὶ ἀπερριμμένοι τῆς ἡγεμονίας κατέστησαν κύριοι, δεδιότες ἐφ' ἑαυτοῖς, τὴν διὰ τοῦ Βοσπόρου τοῖς Σκύθαις ἐπὶ τὴν Ἀσίαν δεδώκασι πάροδον, πλοίοις αὐτοὺς οἰκείοις διαβιβάσαντες· ἃ πάλιν ἀναλαβόντες, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. Τῶν δὲ Σκυθῶν τὰ ἐν ποσὶ πάντα ληιζομένων, οἱ μὲν τὴν παραλίαν οἰκοῦντες τοῦ Πόντου, πρὸς τὰ μεσόγεια καὶ ὀχυρώτατα ἀνεχώρουν· οἱ δὲ βάρβαροι τῇ Πιτυοῦντι πρώτῃ προσέβαλλον, τείχει τε μεγίστῳ περιβεβλημένῃ, καὶ λιμένα εὐορμότατον ἐχούσῃ. Σουκεσσιανοῦ δὲ τοῦ ἐκεῖσε στρατιωτῶν ἡγεμόνος καθεσταμένου, μετὰ τῆς οὔσης αὐτόθι δυνάμεως ἀντιστάντος, καὶ τοὺς βαρβάρους ἀποδιώξαντος, δεδιότες οἱ Σκύθαι μήποτε καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις φρουρίοις πυθόμενοι, καὶ συστάντες τοῖς ἐν τῇ Πιτυοῦντι στρατιώταις, ἄρδην αὐτοὺς ἀπολέσωσιν, ὅσων δεδύνηντο πλοίων ἐπιλαβόμενοι, σὺν κινδύνῳ μεγίστῳ τὰ οἰκεῖα κατέλαβον, ἐν τῷ κατὰ Πιτυοῦντα πολέμῳ πολλοὺς τῶν σφετέρων ἀποβαλόντες. Οἱ μὲν οὖν τὸν Εὔξεινον πόντον οἰκοῦντες, τῇ Σουκεσσιανοῦ στρατηγίᾳ περισωθέντες, ὡς διεξήλθομεν, οὐδέποτε τοὺς Σκύθας ἤλπισαν αὖθις περαιωθήσεσθαι, τὸν εἰρημένον μοι τρόπον ἀποκρουσθέντας. Οὐαλεριανοῦ δὲ Σουκεσσιανὸν μετάπεμπτον ποιησαμένου, καὶ ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἀναδείξαντος, καὶ σὺν αὐτῷ τὰ περὶ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ τὸν ταύτης οἰκισμὸν οἰκονομοῦντος, αὖθις οἱ Σκύθαι πλοῖα παρὰ τῶν Βοσπορανῶν λαβόντες ἐπεραιώθησαν. κατασχόντες δὲ τὰ πλοῖα, καὶ οὐχ ὥσπερ πρότερον τοῖς Βοσπορανοῖς ἐνδόντες μετὰ τούτων ἐπανελθεῖν οἴκαδε, πλησίον τοῦ Φάσιδος ὡρμήσαντο, ἔνθα καὶ τὸ τῆς Φασιανῆς Ἀρτέμιδος ἱδρῦσθαι

tem a cõtinuis vaſtationibus immunem relinquebant, omnia, nemine reſiſtente, diripientes. Et quidem *Borani* in Aſiam quoque tranſiicere conabantur; idque per incolas Boſpori ſane quam facile obtinuerunt; qui metu potius, quam animi voluntate adducti, naues eis dederunt, & in tranſiiciendo duces fuerunt. Quam enim diu reges illi habebant, filiis in regnum paternũ ſuccedentibus; partim propter amicitiam cum populo Romano, & commerciorum opportunitatem, partim propter ea munera, quæ ab Imperatoribus quotannis eis mittebãtur; Scythas in Aſiã tranſiicere volentes arcere nõ deſinebant. Verum poſtea, quam exſtincto genere regio, quidam viles & abiecti principatum obtinuiſſent: ſibimet ipſi metuentes, Scythis adeundæ per Boſporum Aſiæ facultatem conceſſerunt, & ſuis eos nauibus tranſuexere; quibus deinde receptis, domum remearunt. Ceterum *Scythis* obuia quæque deprædantibus, qui maritima Ponti loca incolebant, ad mediterranea maximeque munita migrabant. Barbari vero Pityuntem primum adorti ſunt, muro maximo circumdatam, & portum commodiſſimum habentem. Sed quum dux militum eius loci Succeſſianus, cum iis copiis, quæ iſtic aderant, ſemet obieciſſet, & reiectos inde barbaros abegiſſet: veriti Scythæ, ne huius rei fama per cetera quoque caſtella didita, eorum præſidiarii militibus Pityunteis adgregati, funditus ipſos delerent: quantam maximam poterant, nauigiorum nancti copiam, ſummo cum periculo domum reuerterunt, in hoc ad Pityuntem bello cõplu- ribus ſuorum amiſſis. Enimuero qui ad Pontum Euxinum habitabãt, Succeſſiani ductu ſeruati, quemadmodum expoſuimus; numquam fore ſperabãt, vt rurſum Scythæ tranſiicerent, qui iam indicato modo repulſi fuiſſent. Sed vbi Valerianus arceſſitum ad ſe Succeſſianum præfectum prætorii dixiſſet, & cum eo res Antiochenæ ciuitatis, & inſtauratiõnẽ eius ordinaret: denuo *Scythæ*, ſumtis a Boſporanis nauib⁹, trãſmiſerunt. Retentis autem nauigiis, nec (vt factitatum prius erat) conceſſa poteſtate Boſporanis, vt eis in patriam reuerterentur: propter Phaſidem profecti ſunt, vbi fanũ Dianæ Phaſianæ, cum

Æetæ regia, collocatū perhibēt. Hoc fanum occupare conati, ſed fruſtra, Pityuntem recta contendunt. Caſtello perfacile capto, ſuoque præſidio denudato, pergūt vlterius. Quumque magna copia nauigiorum abundarent, &, captiuis remigandi peritis ad nauigationem vſi, tempeſtatem commodam toto propemodum æſtiuo tempore habuiſſent: Trapezuntem petierunt, vrbem amplam & populoſam, quæque præter conſuetos milites, aliorum infinitum prope numerum receperat. Obſidione cepta, ne per ſomnium quidem vrbe ſe potituros ſperabant; quod eſſet ea duobus muris circumdata. Sed quum ignauia temulentiaque occupatos animaduerterent milites ne murū quidem amplius conſcendere, nec vllo tempore luxum & cōpotationes ſuas intermittere: arboribus, quas dudum ad hoc præparauerant, admotis muro, qua perueniri ad eum poterat; & noctu per has, aliis alios exiguo numero ſubſequentibus, adſcendentes; vrbem capiunt, ob repentinam & improuiſam hoſtis irruptionē metu perculſis præſidiariis, & per alias portas ex vrbe fuga dilapſis; ceteris ab hoſtibus interemptis. Vrbe hoc modo capta, ineffabilem barbari opum captiuorumq; copiam adepti ſunt. Nam forte finitimi propemodum omnes in eam, veluti locum munitum, confluxerant. Templis & ædificiis dirutis, aliiſque rebus, ad elegantiam magnitudinemve comparatis, & excurſionibus tota regione vexata; compluribus cum nauigiis domū diſceſſere. Quum horum finitimi Scythæ adlatas ab eis opes conſpexiſſent, & ſimile facinus audendi cupiditas eos inceſſiſſet: nauigia quidem ab eis parabantur, vtētibus ad eorum ſtructuram mancipiorum opera, quæ ſecum habebāt, vel ceteroquin ipſis inopiæ cauſſa ſemet adiungētium; ſed ea ratione, qua Borani fuiſſent vſi, minime nauigationem inſtituendam eſſe, tam longam, tam difficilem, perque vaſtata iam ante loca, decreuerunt: ſed hiemis exſpectato tempore, Ponto Euxino ad ſiniſtram relicto, pedeſtribus copiis per ipſa litora, prout fieri poterat, curſim comitantibus; Iſtrum, Tomos, Anchialum, ad dextram

λεγόμενον ἱερὸν, καὶ τὰ τοῦ Αἰήτου βασίλεια. πειραθέντες δὲ τὸ ἱερὸν ἑλεῖν, καὶ οὐ δυνηθέντες, εὐθὺ [ἐπὶ] Πιτυοῦντος ἐχώρουν. Ἑλόντες δὲ ῥᾷστα τὸ φρούριον, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φυλακῆς ἐρημώσαντες, ἐχώρουν ἐς τὸ πρόσω. πλοίων δὲ πολλῶν εὐπορήσαντες, καὶ τῶν αἰχμαλώτων τοῖς ἐρέττειν ἐπισταμένοις εἰς ναυτιλίαν χρησάμενοι, γαλήνης παρὰ πάντα σχεδὸν τὸν τοῦ θέρους καιρὸν γενομένης, τῇ Τραπεζοῦντι προσέπλευσαν, πόλει μεγάλῃ καὶ πολυανθρώπῳ, καὶ πρὸς τοῖς ἐθάσι στρατιώταις μυρίων ἑτέρων δύναμιν προσλαβούσῃ. καταστάντες δὲ εἰς πολιορκίαν, κρατήσειν μὲν ἤλπιζον οὐδὲ ὄναρ τῆς πόλεως δύο τείχεσι περιειλημμένης· αἰσθανόμενοι δὲ τοὺς στρατιώτας ῥαθυμίᾳ καὶ μέθῃ κατειλημμένους, καὶ οὔτε εἰς τὸ τεῖχος λοιπὸν ἀνιόντας, οὐδένα δὲ καιρὸν τὴν τρυφὴν καὶ τὰ συμπόσια παριέντας, δένδρα πάλαι πρὸς τοῦτο εὐτρεπισθέντα προσθέντες τῷ τείχει καθ' ὃ [μὲν] βάσιμον ἦν, κατ' ὀλίγους τε διὰ τούτων νυκτὸς οὔσης ἀνάγοντες, αἱροῦσι τὴν πόλιν, τῶν μὲν στρατιωτῶν τῷ αἰφνιδίῳ καὶ ἀπροσδοκήτῳ τῆς ἐφόδου καταπλαγέντων, καὶ τοῦ ἄστεος ὑποδραμόντων δι' ἑτέρας πύλης, τῶν δὲ ἄλλων παρὰ τῶν πολεμίων ἀναιρεθέντων. τῆς δὲ πόλεως τοῦτον τὸν τρόπον ἁλούσης, γεγόνασι πλήθους ἀφάτου χρημάτων καὶ αἰχμαλώτων οἱ βάρβαροι κύριοι. πάντας γὰρ σχεδὸν τοὺς πέριξ οἰκοῦντας συνέβη κατ' αὐτὴν ὡς εἰς ὀχυρὸν χωρίον συναλισθῆναι. διαφθείραντες δὲ τά τε ἱερὰ καὶ τὰ οἰκοδομήματα, καὶ πᾶν ὅ τι πρὸς κάλλος ἢ μέγεθος ἤσκητο, καὶ προσέτι τὴν ἄλλην χώραν καταδραμόντες, ἅμα πλήθει παμπόλλων νεῶν ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου.

Τῶν δὲ ὁμορούντων Σκυθῶν θεασαμένων τὸν πλοῦτον ὃν ἐπηγάγοντο, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθόντων τοῦ δρᾶσαι [τὰ] παραπλήσια, πλοῖα μὲν κατεσκευάζετο, τῶν συνόντων αὐτοῖς αἰχμαλώτων, ἢ ἄλλως κατ' ἀπορίαν ἐπιμιγνυμένων, ὑπουργησάντων εἰς τὴν τούτων δημιουργίαν. τὸν αὐτὸν δὲ τοῖς Βορανοῖς τρόπον ποιήσασθαι τὸν ἔκπλουν οὐκ ἔγνωσαν, ὡς μακρὸν ὄντα καὶ δύσκολον, καὶ διὰ τόπων ἤδη πεπορθημένων· ἀναμείναντες δὲ τὸν χειμῶνα, τὸν Εὔξεινον πόντον ἐν ἀριστερᾷ καταλιπόντες, τῆς πεζῆς δυνάμεως αὐτοῖς διὰ τῶν ἠϊόνων κατὰ τὸ παρῆκον συμπαραθεούσης, Ἴστρον καὶ Τομέα καὶ Ἀγχίαλον κατὰ τὸ δεξιὸν παραμεί-

παραμείψαντες μέρος, ἐπὶ τὴν Φιλεατίναν ἐβάδιζον λίμνην, ἣ κατὰ δυσμὰς θερινὰς Βυζαντίου πρὸς τῷ Πόντῳ διάκειται. γνόντες δὲ τοὺς ταύτης ἁλιέας ἐν τοῖς ἕλεσι τοῖς ἐπικειμένοις τῇ λίμνῃ μετὰ τῶν ὄντων αὐτοῖς πλοίων ἀποκρυβέντας, ὁμολογίᾳ παραστησάμενοι καὶ τὴν πεζὴν δύναμιν ἐμβιβάσαντες, ἐπὶ τὴν διὰ τοῦ πορθμοῦ τοῦ μεταξὺ Βυζαντίου καὶ Χαλκηδόνος ἐχώρουν διάβασιν. οὔσης δὲ φυλακῆς ἔν τε αὐτῇ Χαλκηδόνι καὶ μέχρι τοῦ ἱεροῦ τοῦ πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου, πολλῷ τοὺς ἐπιόντας ὑπεραιρούσης, οἱ μὲν τῶν στρατιωτῶν ἀνεχώρησαν, ὑπαντῆσαι δῆθεν τῷ πεμφθέντι παρὰ βασιλέως ἡγεμόνι βουλόμενοι· οἱ δὲ, εἰς τοσοῦτον κατέστησαν δέος, ὥστε ἅμα τῇ ἀκοῇ προτροπάδην φυγεῖν. οὗ δὴ γενομένου, ἅμα τε ἐπεραιώθησαν οἱ βάρβαροι, καὶ Χαλκηδόνα μηδενὸς ἀντιστάντος ἑλόντες, χρημάτων καὶ ὅπλων καὶ ἄλλης ὅτι πλείστης ἀποσκευῆς γεγόνασιν ἐγκρατεῖς. Ἐπὶ δὲ τὴν Νικομήδειαν ἐχώρουν, μεγίστην οὖσαν καὶ εὐδαίμονα, διά τε πλοῦτον καὶ τὴν εἰς ἅπαντα εὐπορίαν, ὀνομαστοτάτην. ἐπεὶ δὲ τῆς φήμης προκαταλαβούσης ἔφθασαν οἱ ταύτης οἰκήτορες ἀποδρᾶναι μετὰ τῶν χρημάτων, ὅσα περ οἷοί τε γεγόνασιν ἐπικομισάμενοι, τῶν μὲν εὑρεθέντων οἱ βάρβαροι τὸ πλῆθος ἐθαύμασαν, διὰ δὲ τιμῆς πάσης καὶ θεραπείας Χρυσόγονον ἦγον, τὸν ἐπὶ τὴν Νικομήδειαν αὐτοὺς ἐλθεῖν ἐκ πολλοῦ παρορμήσαντα. Ἐπιδραμόντες * δὲ Νικαίᾳ καὶ Κίῳ καὶ Ἀπαμείᾳ καὶ Προύσῃ, τὰ παραπλήσιά τε καὶ ἐν ταύταις πεποιηκότες, ἐπὶ τὴν Κύζικον ὥρμησαν. τοῦ Ῥυνδάκου δὲ ποταμοῦ πολλοῦ ῥεύσαντος ἐκ τῶν γενομένων ὄμβρων, περαιωθῆναι τοῦτον ἀδυνατήσαντες, ἀνεχώρησαν ὀπίσω· καὶ τὴν μὲν Νικομήδειαν ἐνέπρησαν, καὶ τὴν Νίκαιαν· ἁμάξαις δὲ καὶ πλοίοις ἐμβαλόντες τὰ λάφυρα, περὶ τῆς οἴκαδε ἐπανόδου διενοοῦντο, τοῦτο τῆς δευτέρας ἐφόδου ποιησάμενοι τέλος. Οὐαλεριανὸς δὲ, πυθόμενος τὰ κατὰ τὴν Βιθυνίαν, στρατηγῶν μὲν οὐδενὶ τὴν κατὰ τῶν βαρβάρων ἄμυναν ὑπὸ ἀπιστίας ἐθάρρει καταπιστεῦσαι· Φήλικα δὲ φυλάξοντα τὸ Βυζάντιον στείλας, αὐτὸς ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας ἄχρι Καππαδοκίας ἐχώρει, καὶ τῇ παρόδῳ μόνον ἐπιτρίψας τὰς πόλεις, ὑπέστρεψεν εἰς τοὐπίσω. λοιμοῦ δὲ τοῖς στρατοπέδοις ἐμπεσόντος, καὶ τὴν πλείω μοῖραν αὐτῶν διαφθείραντος, Σαπώρης ἐπιὼν

prætergreſſi, ad Phileatinam venere paludem, quę verſus occidentem ſolſtitialem Byzãtii, Ponto adiacet. Cognito autem, eius lacus piſcatores in adiacentibus lacui paludibus cum iis, quas haberent, nauibus abditos deliteſcere: interpoſita cautione perfecerunt, vt ſeſe ſiſterent: quumq; naues eorum copiis pedeſtribus ſuis oneraſſent, tranſire per id fretum nitebantur, quod Byzantio Chalcedonique interiacet. Erat non in ipſa modo Chalcedone præſidium, verumetiam ad fanum vſq; diſpoſitũ, quod eſt ad oſtium Ponti; longeque barbaros illud aduentantes viribus ſuperabat. Sed milites ipſi partim diſceſſere, quaſi qui occurrere duci ab Imperatore miſſo vellent; partim tanta trepidatione correpti fuerunt, vt ad primam rei famam citato curſu diffugerent. Quo facto, ſimul & tranſiere barbari, & Chalcedone nullo reſiſtente capta, opibus & armis, alioque rerum adparatu copioſiſſimo potiti ſunt. Hinc Nicomediam contenderunt, vrbem maximam & fortunatam, opibusque ac rerum omnium copia celeberrimam. Sed licet præcepta fama ciues iam ante diffugiſſent cum opibus ſuis, quas auferre ſecum poterant; nihilo minus barbari repertorum ab ſe copiam mirati, omni honore atque obſeruantia Chryſogonum proſequebãtur, qui iamdudum eis auctor fuerat, vt Nicomediã proficiſcerentur. Quumque Nicæam, & Cium, & Apameam, & Pruſam iiſdem incurſionibus vexaſſent, & in illis paria deſignaſſent; Cyzicum petiere. Verum quod Rhyndacus fluuius, ex imbribus auctus, ingentem aquarum vim volueret, tranſiectione fruſtra tentata, retro ceſſerunt: ac Nicomediam quidem, & Nicæam, iniectis ignibus, ſuccenderunt: ſpoliis vero in plauſtra nauesque coniectis, domum cogitabant, hoc impreſſioni ſecundæ fine impoſito. Valerianus, intellectis iis quæ in Bithynia gererentur, ex diffidentia nemini ducum credere defenſionem illius contra barbaros audebat: ac Felice miſſo, qui Byzantium tueretur, ipſe ab Antiochia ad Cappadociam vſque progrediebatur, & tranſitu dumtaxat adtritis opidis, pedẽ referebat. Quumque peſtis inuaſiſſet exercitus, eorumque maiorem partem abſumſiſſet: *Sapores* orientem

adgreſſus, exitio dabat omnia. Valerianus autem, qui propter molliciem, vitamque remiſſiorem, de ſubleuandis ad extremum prolapſis rebus deſperaſſet, quum data pecunia bello finem imponere vellet: miſſos hoc nomine legatos Sapores ab ſe, rebus infectis, dimiſit; & vt Imperator ipſe de iis, quæ ſibi duceret neceſſaria, ſecum in colloquium veniret, poſtulabat. Ille, nulla prudentia poſtulatis adſenſus, & inconſulto cum paucis ad Saporem profectus, quaſi de ineunda pace cum eo colloquuturus; ab hoſtibus ſubito comprehenditur, & ad mancipii fortunam redactus, in eadem cōdicione apud Perſas viuendi finem fecit; maximo dedecore nomini Romano apud poſteros relicto. Quum hic rerum per oriētem ſtatus eſſet, omnia velut deſtituta principe, confuſa pariter, & indefenſa iacebant. Et *Scythæ* coniunctis animis ex qualibet gente natione que ſua in vnum congreſſi, parte quadam copiarum ſuarum Illyricum agebāt, ferebant; & ciuitates eiuſdē vaſtabant; cum alia vero parte Italiam ingreſſi, ad ipſam vſq; Romam perrexerunt. At Gallieno transalpinis in locis hærente, Germanicisque bellis intento; Senatus, vrbem Romam in ſummum diſcrimen adductam videns, & milites, quotquot erant ad vrbem, inſtruxit; & arma valentioribus e plebe dedit, & hoc modo maiorem barbarico coēgit exercitum: quem hoſtes veriti, Romam illi quidem reliquere; ſed vniuerſam prope dixerim peruagando adflixerunt Italiam. Itidē quum per Illyricum res, ob Scytharum irruptionem, in extremo verſarentur; & totum Romanis ſubiectum ſic quaſſaretur imperium, vt ab interitu prope iam abeſſet: tanta peſtis in ciuitatibus exorta, quanta numquam prius vllo tempore exſtiterat, calamitates a barbaris illatas leuiores reddidit: lue vero correptis hoc adtulit commodi, beatos vti ſe ducerent, & captas vrbes, ad ſolitudinem plane redactas.

His rebus omnibus conturbatus Gallienus, Romam reuerſus eſt: vt illato ab Scythis Italiæ bello remedium adferret. Quo tempore inſurgentibus in eum † *Cecrope* Mauro, & *Aureolo*, & *Antonino*, & aliis pluribus; ce-

† al. Cere

τὴν ἑῴαν, ἅπαντα κατεστρέφετο. Οὐαλεριανοῦ δὲ διά τε μαλακίαν καὶ βίου χαυνότητα βοηθῆσαι μὲν εἰς ἔσχατον ἐλθοῦσι τοῖς πράγμασιν ἀπογνόντος, χρημάτων δὲ δόσει καταλῦσαι τὸν πόλεμον βουλομένου· τοὺς μὲν ἐπὶ τούτῳ σταλέντας πρέσβεις ἀπράκτους ὁ Σαπώρης ἀπέπεμψεν, αὐτὸν δὲ ᾔτει τὸν βασιλέα περὶ τῶν ἀναγκαίων αὐτῷ νομιζομένων εἰς λόγους ἐλθεῖν. ὁ δὲ, σὺν οὐδεμιᾷ φρονήσει κατανεύσας τοῖς αἰτουμένοις, ἀπερισκέπτως μετ᾽ ὀλίγων ὁρμήσας ἐπὶ Σαπώρην, ὡς δὴ περὶ σπονδῶν αὐτῷ διαλεξόμενος, ἄφνω συλλαμβάνεται παρὰ τῶν πολεμίων· καὶ ἐν αἰχμαλώτου τάξει καταστὰς, παρὰ Πέρσαις τὸν βίον ἀπέλιπε, μεγίστην αἰσχύνην ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα τῷ Ῥωμαίων ὀνόματι καταλελοιπώς.

Ὄντων δὲ τῶν ἀμφὶ τὴν ἑῴαν ἐν τούτοις, [illegible]λύτα μὲν ἦν ἄναρχά τε καὶ ἀβοήθητα. Σκύθαι δὲ, ὁμογνωμονήσαντες, καὶ ἐκ παντὸς ἔθνους τε καὶ γένους εἰς ἓν συνελθόντες, τὴν τε Ἰλλυρίδα μοίρᾳ τινὶ σφῶν ἐληίζοντο, καὶ τὰς ἐν ταύτῃ πόλεις ἐπόρθουν· μοίρᾳ δὲ ἄλλῃ τὴν Ἰταλίαν καταλαβόντες, καὶ ἄχρι τῆς Ῥώμης ἐπήεσαν. Γαλιηνοῦ δὲ τοῖς ἐπέκεινα τῶν Ἄλπεων τόποις ἐγκαρτεροῦντος, καὶ Γερμανικοῖς ἐνασχολουμένου πολέμοις, ἡ γερουσία τὴν Ῥώμην εἰς ἔσχατον ἐληλακυῖαν ὁρῶσα κακοῦ, τοὺς κατὰ ταύτην στρατιώτας ὁπλίσασα, δοῦσα δὲ ὅπλα καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ δήμου τοῖς ἐρρωμενεστέροις, στράτευμα πλήθει τοὺς βαρβάρους ὑπερβαῖνον συνήγαγεν. ὅπερ ὀρρωδήσαντες οἱ πολέμιοι, τὴν μὲν Ῥώμην ἀπέλιπον, τὴν δὲ Ἰταλίαν πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, ἐπελθόντες ἐκάκωσαν. Ἐν ἐσχάτῳ δὲ καὶ τῶν ἐν Ἰλλυριοῖς πραγμάτων ἐκ τῆς τῶν Σκυθῶν ἐφόδου διακειμένων, καὶ πάσης τῆς ὑπὸ Ῥωμαίους ἀρχῆς ἐς τὸ μηκέτι λοιπὸν εἶναι σαλευομένης, λοιμὸς ἐπιβρίσας ταῖς πόλεσιν, οἷος οὔπω πρότερον ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ συνέβη, τὰς μὲν ἀπὸ τῶν βαρβάρων συμφορὰς μετριωτέρας ἀπέφηνε, τοῖς δὲ τῇ νόσῳ κατειλημμένοις εὐδαιμονίζειν ἑαυτοὺς ἐδίδου, καὶ τὰς ἑαλωκυίας ἤδη πόλεις, ἀνδρῶν παντάπασι γενομένας ἐρήμους. Ἐπὶ πᾶσι τούτοις ὁ Γαλλιηνὸς συνταραχθεὶς, εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανήει, τὸν ὑπὸ Σκυθῶν ἐπαχθέντα τῇ Ἰταλίᾳ πόλεμον διαθήσων. ἐν τούτῳ δὲ ἐπαναστάντων αὐτῷ Κέκροπός τε τοῦ Μαυρουσίου καὶ Αὐρεόλου, καὶ Ἀντωνίνου, καὶ ἑτέρων πλειόνων, οἱ μὲν

ἄλλοι

ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες ὑπέσχον δίκην, Αὐρίολος δὲ ἀλλοτρίως πρὸς τὸν βασιλέα διετέλεσεν ἔχων. Ἐπεὶ δὲ καὶ Ποσοῦμος, ἀρχὴν ἐν Κελτοῖς στρατιωτῶν ἐμπεπιστευμένος, ἐς τὸ νεωτερίσαι προήχθη, τοὺς συναποστάντας αὐτῷ στρατιώτας ἀναλαβών, ἐπὶ τὴν Ἀγριππῖναν ἤλαυνε, πόλιν ἐπικειμένην τῷ Ῥήνῳ μεγίστην. κἀνταῦθα Σαλωνῖνον τὸν Γαλιήνου παῖδα ἐπολιόρκει· καὶ εἰ μὴ παραδοθείη, τῆς πολιορκίας οὐκ ἔφασκεν ἀποστήσεσθαι. τῶν δὲ στρατιωτῶν, ἀνάγκῃ τῆς πολιορκίας, αὐτόν τε καὶ τὸν παραλαβόντα τὴν τούτου φυλακὴν ἐκ τοῦ πατρὸς Σιλβανὸν παραδόντων, ἀμφοτέρους ὁ Ποσοῦμος ἀνελών, αὐτὸς τὴν ἐν Κελτοῖς ἐπικράτειαν εἶχε. Τῶν δὲ Σκυθῶν τὴν Ἑλλάδα κάκιστα διαθέντων, καὶ τὰς Ἀθήνας αὐτὰς ἐκπολιορκησάντων, Γαλιηνὸς μὲν ἐπὶ τὸν πρὸς τούτους μετῄει μάχην, ἤδη τὴν Θρᾴκην καταλαβόντας· τοῖς δὲ περὶ τὴν ἑῴαν πράγμασιν, οὖσιν ἐν ἀπογνώσει, βοηθεῖν Ὀδαίναθον ἔταξεν, ἄνδρα Παλμυρηνόν, καὶ ἐκ προγόνων τῆς παρὰ τῶν βασιλέων ἀξιωθέντα τιμῆς. ὁ δὲ, τοῖς αὐτόθι λελειμμένοις στρατοπέδοις δύναμιν ἀναμίξας ὅτι πλείστην οἰκείαν, ἐπεξῄει τῷ Σαπώρῃ κατὰ τὸ καρτερόν, καὶ τάς τε πόλεις ἀνεκτᾶτο τὰς ἤδη παρὰ Περσῶν ἐχομένας, καὶ Νίσιβιν εἰλημμένην μὲν ὑπὸ Σαπώρου, τὰ Περσῶν δὲ φρονοῦσαν, ἑλὼν ἐξ ἐφόδου, κατέσκαψεν. ἐπεξελθὼν δὲ μέχρι Κτησιφῶντος αὐτῆς οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δεύτερον, Πέρσας μὲν τοῖς οἰκείοις ἐναπέκλεισεν, ἀγαπῶντας εἰ παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ ἑαυτοὺς περισώσαιεν, αὐτὸς δὲ τὰ περὶ τὴν ἤδη πεπορθημένην χώραν, ὡς οἷός τε ἦν, διετίθει. Ἐπεὶ δὲ διατρίβων κατὰ τὴν Ἔμισαν, καί τινα γενέθλιον ἄγων ἑορτὴν ἐξ ἐπιβουλῆς ἀνῃρέθη, τῶν ἐκεῖσε πραγμάτων ἀντιλαμβάνεται Ζηνοβία, συνοικοῦσα μὲν Ὀδαινάθῳ, φρονήματι δὲ ἀνδρείῳ χρωμένη, καὶ διὰ τῶν ἐκείνῳ συνόντων τὴν ἴσην εἰσφέρουσα τοῖς πράγμασιν ἐπιμέλειαν. Οὔσης δὴ τοιαύτης τῆς ἀμφὶ τὴν ἀνατολὴν καταστάσεως, ἀγγέλλεται Γαλιηνῷ τῷ πρὸς Σκύθας ἐγκαρτεροῦντι πολέμῳ, τὸν τῆς ἵππου πάσης ἡγούμενον Αὐρηλιανόν, ἐν Μεδιολάνῳ τῇ πόλει τὴν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν πάροδον Ποσούμου τεταγμένον παραφυλάττειν, εἰς τὸ νεωτερίζειν τετράφθαι, καὶ μνᾶσθαι τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἑαυτῷ. συνταραχθεὶς δὲ πρὸς τοῦτο, παραχρῆμα τῆς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ὁδοιπορίας εἴχετο,

teri propemodum omnes pœnas dederunt, ſolus Aureolus infeſto ergà Imperatorem animo eſſe perrexit. Secundum hæc *Poſtumus* quoque, cui magiſterium militũ apud Celtas commiſſum fuerat, animum ad res nouas adiecit; ſumtiſque ſecum militibus, qui cum ipſo defecerãt, Agrippinam contendit, vrbem maximã, ad Rhenum ſitam; vbi Saloninum Gallieni filium obſedit; minatus obſidio[n]e ſe minime ſoluturum, niſi deditus ille ſibi fuiſſet. Militibus obſidionis neceſſitate compulſis, vt & ipſum, & ipſius cuſtodiæ præfectũ a patre Siluanum traderent; vtroque Poſtumus interfecto, rerũ apud Celtas potitus eſt. Quum autem *Scythæ* Græciam grauiſſimis damnis adfeciſſent, ipſis etiam Athenis expugnatis: Gallienus manum cum eis, ad Thraciam vſque iam progreſſis, conſerturus acceſſit: deſperatiſq; rebus orientis opem ferre iuſſit *Odanathum*, municipem Palmyrenum, & inde vſque a maioribus ſuis eum honorem conſecutum, qui conce[d]i ab Imperatoribus ſolet. Is, vbi reliquis illic exercitibus copias ſuas, quã poterat maximas, admiſcuiſſet; ſtrenue Saporem adortus eſt, & quum alias vrbes imperio Perſarum adſuetas, tum Niſibim ab Sapore captam, Perſarumque rebus addictam, impetu in eam facto recepit & euertit. Quumque non ſemel, ſed iterum Cteſiphontẽ vſque proceſſiſſet, *Perſas* intra munitiones ſuas compulſos occluſit; contentos, ſi liberum, & vxorum, & ſuam ſalutem tueri poſſent: ipſe res vaſtatæ iam regionis, pro viribus, ex vſu ſuo conſtituit. Poſteaquam hic Emiſæ tũm degens, & natalitiam quamdam celebritatem peragens, ex inſidiis interemtus eſt: rerum iſtic in ſe curam *Zenobia* ſuſcepit, Odanathi quidem illa coniux, ſed animo virili prædita; quæ opera familiarium mariti parem diligentiam rebus gerendis adhibebat. Quum hic ſtatus orientis eſſet, Gallieno bellum Scythicũ nauiter vrgenti nuntius adfertur, *Aureolum* ducem omnium copiarum equeſtrium, qui ad vrbem Mediolanum Poſtumi tranſitum in Italiam obſeruare iuſſus fuerat, res nouas moliri, & imperii ſummam ſibi policeri. Ad eius rei famam conturbatus, ſtatim ad iter Italicum ſemet accingit;

tradito præturæ imperio, belli Scythici conficiendi cauſſa, *Marciano*; viro bellicis reb. exercitatiſſimo. quo bellum hoc feliciter adminiſtrante, Gallienus iter Italicum perſequẽs, in huiuſmodi inſidias incidit. *Heraclianus*, præfectus prætorio, ſocium conſilii Claudium nanctus, qui ſecundum Imperatorẽ adminiſtrationi rerum præeſſe videbatur, necem Gallieno molitur. Quumque reperiſſet hominem ad perpetranda eiuſmodi expeditiſſimum, qui alæ Dalmatarũ præfectus erat, rem ei perficiendam committit. Adſtans ille cenãti Gallieno, quum exploratorem quemdã nuntiaſſe dixiſſet, Aureolum cum copiis ſuis accedere; hominem verbis huiuſmodi terruit. Quapropter arma poſcens, & in equum inſiliẽs, ſignum militibus dabat, vt ſe cum armis ſequerentur; ac ne corporis quidem ſtipatoribus exſpectatis, abequitabat. Itaque præfectus alæ, nudum conſpicatus, interficit. Quum milites ducũ iuſſu tranquilli eſſent, CLAVDIVS imperium conſequitur, quod antea quoque communi calculo datum ei fuerat. Aureolus, qui ſatis longo tempore ſe fuerat tutatus, quo minus in Gallieni poteſtatem veniret, ſtatim de pace legatos ad Claudiũ ablegat. Quumque ſe dedidiſſet, a militibus, qui propter Imperatorem erant, interficitur; quod conceptam in illum, ex cauſſa defectionis, iram necdum depoſuiſſent. Hoc tempore, quotquot erant *Scythæ* ſuperſtites, animis propter expeditiones hactenus ſuſceptas elati, adiunctis ſibi *Herulis, Peucis*, & *Gotthis*, collectiq; propter Tyram fluuium, in Pontum ſemet exonerantem; ſex milibus nauium conſtructis, & trecentis ac viginti milibus hominum in eas impoſitis, nauigatione per Pontum inſtituta; Tomis, munito moenibus opido tentato, reiecti ſunt. Progreſſi vero, & Marcianopolim delati, quæ Myſiæ ciuitas eſt, ac ne illa quidem potiti; nauigabant vlterius, quum quidẽ in puppi ventum haberent. Vbi Propontidis anguſtias adtigiſſent, q̃d ea multitudo nauium celeritatem fluxus ferre non poſſet, naues inter ſe collidebantur, & nullo ferebantur ordine lembi, quum gubernatores ipſi clauos e manibus dimiſiſſent; adeo quidem, vt partim demergerentur, partim cũ hominibus ipſis, partim vacuæ litoribus adpellerent, magna tum hominum, tum nauigiorum multitudine pereunte.

τὴν στρατηγίαν τοῦ πρὸς Σκύθας πολέμου Μαρκιανῷ παραδούς, ἀνδρὶ τὰ πολέμια σφόδρα ἐξησκημένῳ. τούτου δὲ τὸν πόλεμον εὖ διαθέντος, Γαλιηνὸς ἐχόμενος τῆς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ὁδοῦ, εἰς τοιάνδε ἐπιβουλὴν ἐμπίπτει. Ἡρακλιανὸς, ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, κοινωνὸν τῆς σκέψεως λαβὼν Κλαύδιον, ὃς μετὰ βασιλέα τῶν ὅλων ἐπιτετράφθαι ἐδόκει, θάνατον ἐπιβουλεύει Γαλιηνῷ. ἄνδρα δὲ εὑρὼν εἰς τὰ τοιαῦτα προχειρότατον, ὃς ἦς τῶν Δαλματῶν ἦρχεν ἴλης, ἐγχειρίζει τούτῳ τὴν πρᾶξιν. ὁ δὲ, ἐπιστὰς τῷ Γαλιηνῷ δειπνοποιουμένῳ, καὶ φήσας ἀγγελίαν τινὰ τῶν κατασκόπων, ὡς Αὐρέολος ἅμα τῇ σὺν αὐτῷ δυνάμει προσάγει, τοῖς τοιούτοις ἐπτόησε λόγοις. ὅπλα τε οὖν ᾔτει, καὶ ἅμα θορὼν ἐς τὸν ἵππον, σύνθημα τοῖς στρατιώταις ἐδίδου μετὰ τῶν ὅπλων ἀκολουθεῖν· καὶ οὐδὲ τοὺς δορυφοροῦντας ἐκδεξάμενος ἤλαυνε. γυμνὸν οὖν ὁ ἰλάρχης θεασάμενος, ἀποσφάττει. Τῶν δὲ στρατιωτῶν κελεύσει τῶν ἡγουμένων ἡσυχασάντων, Κλαύδιος μὲν τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν παραλαμβάνει, καὶ πρότερον τῆς κοινῆς ψήφου ταύτην δεδούσης αὐτῷ. Αὐρέολος, ἐπὶ χρόνον συχνὸν ἔξω τῆς Γαλιηνοῦ καταστήσας ἑαυτὸν ἐξουσίας, ἐπικηρυκεύεταί τε παραχρῆμα πρὸς Κλαύδιον, καὶ παραδοὺς ἑαυτὸν, ὑπὸ τῶν περὶ τὸν βασιλέα στρατιωτῶν ἀναιρεῖται, τῇ διὰ τὴν ἀπόστασιν ἐχομένων ὀργῇ. Κατὰ τοῦτον δὴ τὸν χρόνον Σκυθῶν οἱ περιλειφθέντες, ἐκ τῶν προλαβουσῶν ἐπαρθέντες ἐφόδων, Ἐρούλους καὶ Πεύκας καὶ Γότθους παραλαβόντες, καὶ περὶ τὸν Τύραν ποταμὸν ἀθροισθέντες, ὃς εἰς τὸν Πόντον εἰσβάλλει, ναυπηγησάμενοι πλοῖα ἑξακισχίλια, καὶ τούτοις ἐμβιβάσαντες δύο καὶ τριάκοντα μυριάδας, ἄραντες διὰ τοῦ Πόντου, * Τόμοις τετειχισμένῃ πόλει προσβαλόντες ἀπεκρούσθησαν. προελθόντες δὲ, καὶ ἐπὶ Μαρκιανοῦ πόλιν, ἣ Μυσίας ἐστὶν, ἀναβάντες, καὶ ταύτης διαμαρτόντες, ἔπλεον ἐπὶ τὸ πρόσω, κατὰ πρύμναν τὸν ἄνεμον ἔχοντες. ἐπεὶ δὲ τὰ στενὰ τῆς Προποντίδος κατέλαβον, τότε δὴ τῶν νεῶν τὸ πλῆθος, ἐνεγκεῖν τὴν τοῦ ῥοῦ ταχύτητα μὴ δυναμένων, ἀλλήλοις τὰ πλοῖα προσέρρηττε, καὶ ἐφέρετο τὰ σκάφη σὺν οὐδενὶ κόσμῳ, τῶν κυβερνητῶν μεθιέντων τοὺς οἴακας· ὥστε τὰς μὲν καταδῦναι, τὰς δὲ αὐτάνδρους, τινὰς δὲ καὶ ἀνδρῶν ἐρήμους ὀκεῖλαι, πλήθους πολλοῦ καὶ ἀνθρώπων καὶ πλοίων ἀπολλυμένου.

Διά τοι

Διά τοι τοῦτο οὖν μὲν στενοῦ τῆς Προποντίδος ὑπανεχώρουν οἱ βάρβαροι, τὸν δὲ ἐπὶ Κύζικον ἔπλεον. ἄπρακτοι δὲ διεκπεσόντες, καὶ παραπλεύσαντες τὸν Ἑλλήσποντον, ἄχρι τοῦ Ἄθω παρενεχθέντες, κἀκεῖ τῶν πλοίων ἐπιμέλειαν ποιησάμενοι, Κασσάνδρειαν καὶ Θεσσαλονίκην ἐπολιόρκουν. μηχανὰς δὲ τοῖς τείχεσι προσαγαγόντες, καὶ παρὰ βραχὺ τοῦ ταύτας ἑλεῖν ἐλθόντες, ἐπειδὴ τὸν βασιλέα προσάγειν ἐπύθοντο, εἰς τὴν μεσόγειαν ἀναβάντες, τὰ περὶ Δόβηρον καὶ Πελαγονίαν ἐλῄζοντο πάντα χωρία. ἔνθα δὴ τρισχιλίους ἀποβαλόντες, εἰς τὴν τῶν Δαλματῶν ἵππον ἐμπεπτωκότες, τοῖς λειπομένοις πρὸς τὴν οὖσαν ἅμα τῷ βασιλεῖ διηγωνίζοντο δύναμιν. μάχης δὲ γενομένης, ἐξ ἑκατέρου τε μέρους *πεσόντων, ἐτρέποντο μὲν οἱ Ῥωμαῖοι, διὰ δὲ ἀβάτων [αὖθις] ὁδῶν ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσόντες, πέντε τῶν βαρβάρων μυριάδας διέφθειραν. μοῖρα δὲ τῶν Σκυθῶν Θεσσαλίαν καὶ τὴν Ἑλλάδα περιπλεύσασα, τοὺς ταύτῃ τόπους ἐλῄζετο, πόλεσι μὲν ἐπιέναι μὴ δυναμένη, διὰ τὸ φθῆναι ταύτας τειχῶν τε καὶ τῆς ἄλλης ἀσφαλείας φροντίδα ποιήσασθαι· τοὺς δὲ ἐν τοῖς ἀγροῖς εὑρισκομένους ἀπάγουσα. Τῶν Σκυθῶν τοίνυν, ὡς διεξῆλθον, ἐσκεδασμένων, καὶ τὸ πολὺ μέρος ἀποβαλόντων, μειζόνων ἐφιεμένη ἡ Ζηνοβία πραγμάτων, Ζάβδαν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐκπέμπει, Τιμαγένους ἀνδρὸς Αἰγυπτίου τὴν ἀρχὴν τῆς Αἰγύπτου Παλμυρηνοῖς καταπραττομένου. συναχθέντος δὲ τοῦ στρατεύματος ἐκ Παλμυρηνῶν καὶ Σύρων καὶ βαρβάρων ἐς ἑπτὰ μυριάδας, καὶ Αἰγυπτίων τε πέντε μυριάσιν ἀντιπαραταξαμένων, μάχης καρτερᾶς γενομένης, περιῆσαν οἱ Παλμυρηνοὶ παρὰ πολὺ τῷ πολέμῳ, καὶ φρουρὰν ἐγκαταστήσαντες πεντακισχιλίων ἀνδρῶν, ἀνεχώρησαν. Πρόβος δὲ, καθῆραι τῶν καταποντιστῶν τὴν θάλατταν ἐκ βασιλέως ταχθεὶς, ἐπειδὴ τὴν Αἴγυπτον ἔγνω παρὰ Παλμυρηνῶν ἐχομένην, ἅμα τῇ σὺν αὐτῷ δυνάμει καὶ Αἰγυπτίων, ὅσοι μὴ τὰ Παλμυρηνῶν φρονοῦντες ἔτυχον, ἐπιθέμενος, τὴν μὲν φρουρὰν ἐξέβαλεν· αὖθις δὲ Παλμυρηνῶν ἐπιστρατευσάντων, συναγαγόντος δὲ καὶ Πρόβου στρατόπεδον Αἰγυπτίων τε καὶ Λιβύων, ὑπέρτεροι μὲν ἦσαν Αἰγύπτιοι, καὶ τῶν ὁρίων τῆς Αἰγύπτου Παλμυρηνοὺς ἤλαυνον· Πρόβου δὲ τὸ πρὸς τῇ Βαβυλῶνι καταλαβόντος ὄρος, καὶ ταύτῃ τὴν ἐπὶ Συρίαν τῶν πολεμίων πάροδον ἀποκλείοντος, Τιμαγένης, ἅτε *δὴ ἴδρις τῶν τόπων, ἅμα δισχιλίοις Παλμυρηνῶν τὴν ἄκραν τοῦ ὄρους κατα-

Propter hanc cauſſam a Propontidis anguſtiis barbari recedebant, Cyzicũ verſus nauigando. Quumq; rebus infectis illinc dilapſi fuiſſent, Helleſpõtum nauigiis præteriſſent, & ad mõtem Atho delati, naues ibi ſuas refeciſſent: Caſandriã & Theſſalonicam obſidebant; machinisq; mœnibus admotis, parum aberat quin eas caperent. Sed quod Imperatorem aduentare cum copiis inaudierant, petitis ſuperioribus locis mediterraneis, omnem propter Doberum & Pelagoniam agrum prædis agendis infeſtabant. quo in agro tribus hominũ milibus amiſſis, quum in equitatũ Dalmatarum incidiſſent; cũ reliquis aduerſus Imperatoris copias dimicarũt. Occepto prœlio, quum ab vtraque parte multi cecidiſſent, Romani quidẽ in fugam ſe cõiiciebãt: ſed per itinera nullis hominũ trita veſtigiis eoſdẽ ex improuiſo adorti, quinquaginta milia barbarorũ ceciderunt. Quædã Scytharũ pars, Theſſaliã Græciãq; circumuecta, paſſim ea loca populabatur. quæ quum adgredi opida propterea nõ poſſet, quod ea muris, alioque neceſſario præſidio, ſe iam antea diligenter communiuiſſent: homines in agris repertos abducebat. Itaq; dum Scythæ diſperſi vagarentur in hũc quem diximus modum, magno ſuorum amiſſo numero: maiora quædam adpetens *Zenobia*, Zabdam in Ægyptũ mittit; quod Ægyptius quidam Timagenes, Palmyrenis Ægypti dominatũ tradere conaretur. Coacto de Palmyrenis, & Syris, & barbaris exercitu, ad ſeptuaginta vſque milia; prodierunt in aciem aduerſus hos, Ægyptiorum ad quinquaginta milia: quos inter vtrimque acri commiſſo prœlio, Palmyreni longe hoc bello ſuperiores exſtiterũt, & impoſito quinque milium præſidio, pedem retulerũt. †Probus, cui datum erat ab Impe ratore negotiũ maris a piratis repurgandi, poſteaquam teneri a Palmyrenis Ægyptum cognouiſſet: cũ copiis ſuis, & Ægyptiorum, quotquot alieni a Palmyrenorum partibus erant, hoſtes adgreſſus, præſidium eiecit. Sed quum Palmyreni denuo cum exercitu veniſſent, itidemque Probus Ægyptias Africanasq; copias coegiſſet: victoria quidem Ægyptii potiebantur, & Ægypti finibus Palmyrenos exigebant; verum, quod Probus montem Babyloni vicinum occupaſſet, & hoſtes ibidem a tranſitu in Syriam excluderet; Timagenes, velut eorũ locorum peritus, cũ duobus Palmyrenorũ milibus eius montis occupato

†*Pollio Probatum vocat.*

vertice, nihil tale cogitãtes Ægyptios adortus cecidit; quos inter & Probus interceptus, ipſe ſibi manus adtulit. Ægypto Palmyrenorũ in poteſtatem redacta, quotquot ex pugna Claudii & *Scytharum*, ad Naiſum pugnata, ſuperſtites erãt barbari, curribus ſe munientes, in Macedoniam contendebant. Sed quod ob inopiam commeatus fame premerentur, tam ipſi, quam eorum iumenta peribãt. Progredientibus autem eis Romanorum equeſtres occurrere copiæ; cæſisq; pluribus, reliquos ad Hæmũ ſe conuertere coegerunt. Ibi Romanis ab exercitibus circumdati, non paucos ex ſuis amiſerunt. Poſteaquam vero diſſidentibus inter ſe peditibus & equitibus, viſum Imperatori fuit, vt pedites aduerſus barbaros dimicarent: acri exorto prœlio, terga Romani dabant. quorũ iam non paucis interemptis, equitatus aduentu factũ eſt, vt modicũ ex admiſſo delicto detrimentum ſentiretur. Scythis longius digreſſis, & Romanis eos perſequẽtibus; qui Cretam & Rhodum circumuecti nauib. erant barbari, nulla re memorabili geſta, receſſerunt. Quumq; peſtilens lues cũctos inuaſiſſet, partim in Thracia, partim Macedonia perierunt. Quotquot autem incolumes euaſere, vel legionibus Romanis adſcripti ſunt, vel terram colendam nancti, totos agriculturæ ſe dediderunt. Sed quod in Romanos quoq; peſtis ſæuire cepiſſet, quum alii cõplures in exercitu mortui ſunt; tum etiã Claudius viuendi finem fecit, vir omni genere virtutum ornatus, & qui magnum ſui deſiderium ſubditorum animis inditum reliquit. QVINTILLVS inde, Claudii frater, dictus eſt Imperator; qui vbi perpaucos menſes vixiſſet, & nihil memoria dignum geſſiſſet: AVRELIANVS ad regium ſolium euehitur, quum quidẽ (veluti ſcriptores hiſtoriarum aliqui tradunt) Quintillo neceſſarii ſui fuiſſent auctores, ſimul atq; cognitum eſſet, Aureliano delatum imperium, vt mortem ſibi conſciſceret; ac multo ſe potiori ſponte ſua de imperio cederet. quod & feciſſe perhibetur, a medico quodam vena ſecta, cõtinuatoq; fluxu ſanguinis, donec exaruiſſet. Aurelianus autem, confirmato imperio, quũ Roma mouiſſet; Aquileiam contendit: & inde Pannonicas ad nationes acceſſit, quas a Scythis inuadi cognouerat. Quumq; miſiſſet ad eos exploratores, qui nuntiarent, vt annonas, & iumenta, & quidquid aliud hoſtibus vſui futurum eſſet, in opida cõueherent:

χῶν, ἀδοκήτοις ἐπιστὰς τοῖς Αἰγυπτίοις, διέφθειρεν. ἐν οἷς καὶ ὁ Πρόβος ἁλούς, ἑαυτὸν ἀποσφάττει. Τῆς Αἰγύπτου τοίνυν ὑπὸ Παλμυρηνοῖς γενομένης, οἱ ἐκ τῆς ἐν Ναϊσσῷ Κλαυδίου καὶ Σκυθῶν μάχης περιλειφθέντες, προβαλλόμενοι τὰς ἁμάξας, ὡς ἐπὶ Μακεδονίαν ἐχώρουν· ἀπορίᾳ δὲ τῶν ἐπιτηδείων λιμῷ πιεζόμενοι, διεφθείροντο αὐτοί τε καὶ ὑποζύγια. προσάγουσι δὲ αὖθις ἡ Ῥωμαίων ἵππος ὑπαντιάσασα, πολλούς τε ἀνελοῦσα, τοὺς λοιποὺς ἐπὶ τὸν Αἷμον ἀπέστρεψε. κυκλωθέντες δὲ τοῖς Ῥωμαίων στρατοπέδοις, οὐκ ὀλίγους ἀπέβαλον. ἐπεὶ δὲ διαστάντων πρὸς ἑαυτοὺς πεζῶν τε καὶ ἱππέων, ἐδόκει βασιλεῖ τοὺς πεζοὺς τοῖς βαρβάροις διαμαχέσασθαι, καρτερᾶς γενομένης μάχης, ἐτρέποντο Ῥωμαῖοι· καὶ ἀναιρεθέντων οὐκ ὀλίγων, ἡ ἵππος ἐπιφανεῖσα μετρίαν αὖθις τὴν τοῦ πταίσματος πεποίηκεν αἴσθησιν. Πόρσω δὲ τῶν Σκυθῶν ἐλασάντων, καὶ Ῥωμαίων αὖθις ἐπακολουθούντων, οἱ Κρήτην καὶ Ῥόδον περιπλεύσαντες βάρβαροι, πράξαντες οὐδὲν ἀφηγήσεως ἄξιον, ἀνεχώρησαν. λοιμοῦ δὲ καταλαβόντος ἅπαντας αὐτούς, οἱ μὲν κατὰ Θρᾴκην, οἱ δὲ κατὰ Μακεδονίαν ἐφθάρησαν. ὅσοι δὲ διεσώθησαν, ἢ τάγμασι Ῥωμαίων συνηριθμήθησαν, ἢ γῆν λαβόντες εἰς γεωργίαν, ταύτῃ προσεκαρτέρησαν. Ἁψαμένου δὲ τοῦ λοιμοῦ καὶ Ῥωμαίων, ἀπέθανον μὲν πολλοὶ τοῦ στρατεύματος, τελευτᾷ δὲ καὶ Κλαύδιος, ἐν πάσαις διαπρέψας ταῖς ἀρεταῖς, καὶ πολὺν ἑαυτοῦ πόθον τοῖς ὑπηκόοις ἐναποθέμενος. Κυντίλλου δέ, ὃς ἀδελφὸς ἦν Κλαυδίου, βασιλέως ἀναρρηθέντος, ὀλίγους τε βιώσαντος μῆνας, καὶ μνήμης οὐδὲν ἄξιον πεπραχότος, Αὐρηλιανὸς εἰς τὸν βασίλειον ἀναβιβάζεται θρόνον· Κυντίλλου, κατά τινας τῶν λογοποιῶν, ὑπὸ τῶν ἐπιτηδείων συμβουλευθέντος, ἅμα τῷ γνῶναι τὴν βασιλείαν Αὐρηλιανῷ παραδεδομένην, ἑαυτὸν ὑπεξαγαγεῖν, καὶ ἑκόντα τῆς ἀρχῆς ἀποστῆναι τῷ πολλῷ κρείττονι. ὃ δὴ καὶ πεποιηκέναι λέγεται, τῶν ἰατρῶν τινὸς φλέβα τεμόντος αὐτῷ, καὶ ἐνδόντος ῥεῦσαι τὸ αἷμα, μέχρις αὖος ἐγένετο. Αὐρηλιανὸς δέ, κρατυνάμενος τὴν ἀρχήν, καὶ ἐκ τῆς Ῥώμης ἐλάσας, ἐπὶ τὴν Ἀκυληΐαν ἐχώρει. κἀκεῖθεν ἤλαυνεν ἐπὶ τὰ Παιόνων ἔθνη, τούτοις τοὺς Σκύθας μαθὼν ἐπιθέσθαι. πέμψας δὲ σκοποὺς ἀπαγγέλλοντας εἰσαγαγεῖν εἰς τὰς πόλεις σιτία καὶ ζῷα, καὶ πᾶν ὅ τι οὖν τοὺς ἐναντίους ἔμελλεν ὠφελήσειν,

ταύτῃ

ταύτῃ τὸν ἐπικείμενον αὐτοῖς λιμὸν αὔξειν διενοεῖτο. περαιωθέντων δὲ τῶν βαρβάρων, καὶ μάχης ἐν τῇ Παιονίᾳ γενομένης ἰσοπαλοῦς, νὺξ ἐπιγενομένη τὴν νίκην ἀμφήριστον ἀμφοτέροις πεποίηκεν. ἐν δὲ τῇ νυκτὶ τὸν ποταμὸν οἱ βάρβαροι διαβαίνοντες, ἅμα ἡμέρᾳ περὶ σπονδῶν ἐπεκηρυκεύοντο. Πυθόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ὡς Αλαμανοὶ καὶ τὰ πρόσοικα τούτοις ἔθνη γνώμην ποιοῦνται τὴν Ἰταλίαν ἐπιδραμεῖν, ἐπὶ τῇ Ῥώμῃ καὶ τοῖς περὶ ταύτην τόποις εἰκότως πλέον πεφροντικώς, ἱκανὴν τῇ Παιονίᾳ καταλιπὼν ἐπικουρίαν, ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐτράπη. καὶ καταστὰς ἐς μάχην ἐν ταῖς περὶ τὸν Ἴστρον ἐσχατιαῖς, πολλὰς τῶν βαρβάρων ἀπώλεσε μυριάδας.

Ἐν τούτῳ δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν Ῥώμην ἐταράχθη, τινῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας, ὡς ἐπιβουλῇ κατὰ τοῦ βασιλέως κοινωνησάντων, εἰς εὐθύνας ἠγμένων, καὶ θανάτῳ ζημιωθέντων. ἐτειχίσθη δὲ τότε ἡ Ῥώμη, πρότερον ἀτείχιστος οὖσα· καὶ λαβὸν τὴν ἀρχὴν ἐξ Αὐρηλιανοῦ, συνεπληρώθη βασιλεύοντος Πρόβου τὸ τεῖχος. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον εἰς ἔννοιαν ἦλθε νεωτερισμοῦ Ἐπιτίμιός τε καὶ Οὐρβανὸς καὶ Δομετιανός· καὶ παραχρῆμα τιμωρίαν ὑπέσχον ἁλόντες.

Διῳκημένων δὲ ὧδε τῶν περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Παιονίαν, ὁ βασιλεὺς στρατείαν ἐπὶ Παλμυρηνοὺς ἄγειν διενοεῖτο, κρατοῦντας ἤδη τῶν τε Αἰγυπτιακῶν ἐθνῶν, καὶ τῆς ἑῴας ἁπάσης, καὶ μέχρις Ἀγκύρας τῆς Γαλατίας· ἐθελήσαντας δὲ καὶ Βιθυνίας μέχρι Χαλκηδόνος ἀντιλαβέσθαι, εἰ μὴ βεβασιλευκέναι γνόντες Αὐρηλιανὸν τὴν Παλμυρηνῶν ἀπεσείσαντο προστασίαν. ἐλάσαντος τοίνυν ἅμα στρατῷ τοῦ βασιλέως, Ἄγκυρά τε προσετίθετο τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, καὶ Τύανα μετὰ ταύτην, καὶ ἑξῆς ἅπασαι μέχρις Ἀντιοχείας. ἐν ᾗ Ζηνοβίαν εὑρὼν ἅμα στρατῷ πολλῷ παρεσκευασμένην, εἰκότως ἐς μάχην ἀπήντα καὶ αὐτὸς εὐτρεπής. ὁρῶν δὲ τοὺς Παλμυρηνῶν ἱππέας ὁπλίσει βαρείᾳ καὶ ἀσφαλεῖ τεθαρρηκότας, καὶ ἅμα πείρᾳ τῇ περὶ τὴν ἱππασίαν πολὺ τῶν σφετέρων προέχοντας, τοὺς μὲν πεζοὺς πέραν που τοῦ Ὀρόντου ποταμοῦ διεχώρισε, σύνθημα δὲ τοῖς Ῥωμαίων ἱππεῦσι δέδωκε, μὴ ἐκ τοῦ εὐθέος ἀκμῆτι τῇ Παλμυρηνῶν ἵππῳ συνάψαι, δεξαμένους δὲ τὴν αὐτῶν ἔφοδον, ἐς φυγὴν δοκεῖν τρέπεσθαι· καὶ τοῦτο ποιεῖν ἄχρις ἂν ἴδωσιν αὐτούς τε καὶ τοὺς ἵππους ὑπὸ τοῦ καύματος ἅμα καὶ τῆς τῶν ὅπλων βαρύτητος πρὸς τὴν δίωξιν ἀπειπόντας. οὗ δὴ γενομένου, καὶ

hac ratione famem, quæ hoſtes vrgebat, augere cogitabat. Poſteaquam barbari flumen tranſieciſſent, & in Pānonia prœlio ancipiti dimicatum eſſet: nox interueniens, victoriam vtriſque dubiam reddidit. Eadem nocte barbari tranſmiſſo flumine, ſimul ac illuxiſſet, de pace legatis miſſis agebant. Imperator intellecto, *Alamanos* cum finitimis ſibi nationibus, Italiam incurſionibus vexare decreuiſſe: non abs re de Roma, viciniſque vrbi locis magis ſollicitꝰ, ſatis magno Pannoniæ relicto præſidio, verſus Italiam perrexit; & in extremis ad Iſtrū partibus conſerto prœlio, multa barbarorum milia deleuit. Interim & Romæ quædam geſta ſunt, vbi de ſenatu nonnulli, velut inſidiarum Imperatori ſtructarum participes, accuſati fuerunt, & morte multati. Tunc & mœnibus cincta fuit Roma, quibus antea carebat: & ceptus ab Aureliano murus, Probo imperante perfectus fuit. Eodem tempore venerunt in ſuſpicionem rerum nouarum *Epitimius*, & *Vrbanus*, & *Domitianus*: ſtatimq; deprehenſi, pœnas dederunt. Rebus per Italiam & Pannoniam in hunc modum geſtis & ordinatis, expeditionem contra *Palmyrenos* Imperator ſuſcipere cogitabat; qui iam in poteſtate ſua nationes Ægyptias, & vniuerſum orientē, vſq; ad Ancyram Galatiæ tenebant; ipſamq; porro Bithyniam, Chalcedonem vſque, ſibi vindicare voluerant: niſi gentes illæ, fama traditi Aureliano imperii ad ſe perlata, Palmyrenorum patrocinium reieciſſent. Itaque cum exercitu progreſſo Imperatore, Ancyra Romanorum in dicionem venit, & Tyana poſt eā, & vrbes deinceps omnes Antiochiam vſque; in qua vrbe reperta *Zenobia*, magnis inſtructa copiis; & ipſe paratus ad pugnam, ceu par erat, occurrit. Videns autem Palmyrenos equites armatura graui, eademq; tuta fretos, equitandi quoq; peritia longe ſuos excellere: pedites trās Orontem fluuium alicubi ſeparatim conſtituit, & Romanis equitibus ex compoſito præcepit ne recta cum recenti & viribus integro Palmyrenorum equitatu manum conſererent, ſed exſpectata illius impreſſione, fugam ſe capeſſere ſimularent; idque tantiſper facerent, donec & ipſos, & equos, ob æſtum pariter, & grauitatem armorum, a perſequendo deſiſtere cernerent. Hoc quum factum eſſet, ac

Imperatoris equites id obſeruaſſent, quod imperatum fuerat: vbi primum fatigatos hoſtes, & hactenus incumbentes, laſſis equis immobiles cōſpexerūt; equis a curſu reuocatis, eos adorti ſunt, & ſponte ſua delabentes ex equis obtriuerunt. Itaque promiſcua cædes erat, quū alii gladiis, alii partim a ſuis, partim hoſtiū equis interimerētur. Antiochiā vero ingreſſis, quotquot euadere fuga potuerant; metuēs Zenobiæ dux Zabdas, ne forte Antiocheni ciues aduerſi prœlii fama percepta, ſuos inuaderent: repertum hominem ſemicanum, qui vultum ſpeciemq; Imperatoris quodam modo referre videretur, & tali amictum habitu, quali prœliātem Aurelianum vſum fuiſſe vero eſſet ſimile, per vrbē mediam ducit, quaſi qui viuum Imperatorem cepiſſet. Atque hoc commento deceptis Antiochenis, & ipſe noctu cum exercitu reliquo ex vrbe clam egreſſus eſt, & Zenobia ſecum educta, Emiſam diſceſſit. Imperator autem, qui habebat in animo, quum primum illuxiſſet, receptis ad ſe pedeſtribus copiis, vtrimque fuſos & fugatos hoſtes adgredi; cognita Zenobiæ fuga, ingreſſus eſt Antiochiam, ciuibus eum perlubenter excipientibus. Quumque comperiſſet, vrbem complures deſeruiſſe metu, ne quid eis accideret mali, quod Zenobiæ partibus adhæſiſſent: edictis ad quæuis loca miſſis, profugos reuocabat; potius ad coactionē & neceſſitatem, quam volūtatem & arbitrium animi, relatis iis quæ accidiſſent. Ea vero edicta conſpicati exſules, cōcurſu ad vrbem facto, comiter ab Imperatore tractati ſunt: qui conſtitutis vrbanis rebus, Emiſam copias duxit. Quumque partem quamdā Palmyrenorum collem occupaſſe deprehēdiſſet, imminentem ſuburbio Daphnes, vbi ſe propter idoneum altioris loci ſitum impedituros hoſtium tranſitum putabant: milites hortatus eſt, vt conſertis clypeis, & denſa phalange locum in arduū adſcendentes, tela lapideſque, ſi qui forte coniicerentur, ipſa denſitate phalangis repellerent. quos quidem ad id, quod imperauerat, alacres habuit. Vbi, ceu iuſſi fuerant, adcliuem locum ſubiiſſent, iamq; rebus omnibus ad pugnam facti pares aduerſariis eſſent: mox in fugā eos egerunt: & alii quidem per præcipitia lapſi diſcerpebantur, alii cædebātur

τῶν βασιλέως ἱππέων τὸ παράγγελμα φυλαξάντων, ἐπειδὴ τοὺς ἐναντίους ἐθεάσαντο παρειμένους ἤδη, καὶ τοῖς ἵπποις *κεκμηκόσιν ἀκινήτους τοὺς ἐπικειμένους, ἀναλαβόντες τοὺς ἵππους ἐπῆσαν, καὶ αὐτομάτους τῶν ἵππων ἐκπίπτοντας συνεπάτουν. φόνος οὖν ἦν συμμιγής, τῶν μὲν ξίφεσι, τῶν δὲ ὑπὸ τῶν ἵππων οἰκείων τε καὶ πολεμίων ἀναιρουμένων. Εἰσελθόντων δὲ τῶν ὅσοι διαφυγεῖν οἷοί τε γεγόνασιν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, Ζάβδας ὁ Ζηνοβίας στρατηγὸς, ὀρρωδῶν μήποτε μαθόντες οἱ τῆς Ἀντιοχείας οἰκήτορες τὸ περὶ τὴν μάχην πταῖσμα, σφίσιν ἐπίθοιντο, ἄνδρα *μεσαιπόλιον, ἐμφέρειαν τινὰ πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἰδέαν δοκοῦντά πως ἔχειν, εὑρὼν, καὶ σχῆμα περιθεὶς οἷον εἰκὸς ἦν Αὐρηλιανὸν ἔχειν μαχόμενον, διὰ μέσης ἄγει τῆς πόλεως, ὡς δὴ τὸν βασιλέα ζωγρείᾳ ἑλών. καὶ τούτῳ τῷ σοφίσματι τοὺς Ἀντιοχεῖς ἀπατήσας, αὐτός τε ὑπεξέδυ τῆς πόλεως, οὔσης τῆς νυκτὸς, ἅμα τῷ λελειμμένῳ στρατεύματι, καὶ τὴν Ζηνοβίαν ἑαυτῷ συνεξαγαγὼν, ἐπὶ τὴν Ἔμισαν ἀνεχώρησεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἔχων ἐν νῷ γινομένης ἡμέρας ἀναλαβεῖν τὴν πεζὴν δύναμιν, καὶ ἑκατέρωθεν ἐπιθέσθαι τετραμμένοις ἤδη τοῖς πολεμίοις, ἐπειδὴ τὴν Ζηνοβίας ἔγνω φυγὴν, εἰς τὴν Ἀντιόχειαν εἰσῄει, δεξαμένων αὐτὸν ἀσμένως τῶν πολιτῶν. εὑρὼν δὲ τοὺς πολλοὺς τὴν πόλιν ἀπολιπόντας δέει τοῦ μή τι κακοῦ τινὸς, ὡς τὰ Ζηνοβίας φρονήσαντας, πειραθῆναι. προγράμματα πανταχοῦ πέμψας, τοὺς πεφευγότας ἐκάλει, τῷ ἀκουσίῳ καὶ ἀναγκαστῷ πλέον ἢ προαιρέσει τὰ συμβάντα ἀνατιθείς: Συνδραμόντων δὲ ἅμα τῷ θεάσασθαι τὰ προγράμματα τῶν πεφευγότων, καὶ τῆς τοῦ βασιλέως μεταλαχόντων φιλοφροσύνης, διαθεὶς τὰ περὶ τὴν πόλιν, ἐπὶ τὴν Ἔμισαν ἤλαυνε. μοῖραν δέ τινα Παλμυρηνῶν λόφον καταλαβοῦσαν εὑρὼν ὑπερκείμενον Δάφνης τοῦ προαστείου, τῷ ὑπερδεξίῳ τοῦ τόπου τὴν τῶν ἐναντίων πάροδον εἴργειν οἰομένην, τοῖς στρατιώταις ἐνεκελεύσατο, συνασπισαμένοις, καὶ πυκνῇ τῇ φάλαγγι τὴν πρὸς τὸ ὄρθιον ἀνάβασιν ποιουμένοις, τά τε βέλη καὶ τοὺς ὁλοιτρόχους, εἰ καὶ τούτους τυχὸν ἐπαφεῖεν, τῇ πυκνότητι τῆς φάλαγγος ἀποσείσασθαι. καὶ πρὸς τὸ παράγγελμα εἶχε προθύμους. ἐπειδὴ δὲ κατὰ τὸ προσταχθὲν, τὴν πρὸς τὸ ἄναντες ἄνοδον ἐποιήσαντο, καταστάντες τοῖς ἐναντίοις ἰσοπαλεῖς, ἔτρεψαν εὐθὺ εἰς φυγήν. καὶ οἱ μὲν, κατὰ τῶν κρημνῶν φερόμενοι διερρήγνυντο, τοὺς δὲ οἱ διώκοντες ἀποσφα-

ἀπέσφαττον, οὗτοί τε, καὶ οἱ μεταδιώκοντες τὴν ἐπὶ τὸν λόφον ἄνοδον. μετὰ δὲ τὴν νίκην ἐπ' ἀδείας τὴν διάβασιν ποιουμένοις . . . χαίροντας κύειν, κατὰ ταῦτα τῆς ὁδοιπορίας τοῦ βασιλέως χωρούσης. δέχεται μὲν οὖν αὐτὸν Ἀπάμεια καὶ Λάρισα καὶ Ἀρέθουσα. τὸ δὲ τῶν Παλμυρηνῶν στρατόπεδον ἰδὼν ἐν τῷ πρὸ τῆς Ἐμίσης πεδίῳ συνειλεγμένον εἰς πλῆθος ἑπτὰ μυριάδων, ἔκ τε αὐτῶν Παλμυρηνῶν καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι τῆς στρατείας αὐτοῖς εἵλοντο μεταλαβεῖν, ἀντεστρατοπεδεύετο τῇ τε Δαλματῶν ἵππῳ καὶ Μυσοῖς καὶ Παίοσι καὶ ἔτι γε Νωρικοῖς καὶ Ραιτοῖς, ἅπερ ἐστὶ Κελτικὰ τάγματα. ἦσαν δὲ πρὸς τούτοις οἱ τοῦ βασιλικοῦ τέλους, ἐκ πάντων ἀριστίνδην συνειλεγμένοι, καὶ πάντων διαπρεπέστατοι. συνετέτακτο δὲ καὶ ἡ Μαυρουσία ἵππος αὐτοῖς, καὶ ἀπὸ τῆς Ἀσίας αἵ τε ἀπὸ Τυάνων δυνάμεις, καὶ ἐκ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν, καὶ Συρίας, καὶ Φοινίκης, καὶ Παλαιστίνης, τέλη τινὰ τῶν ἀνδρειοτάτων. οἱ δὲ ἀπὸ Παλαιστίνης πρὸς τῇ ἄλλῃ ὁπλίσει κορύνας καὶ ῥόπαλα ἐπεφέροντο. συμπεσόντων δὲ τῶν στρατοπέδων ἀλλήλοις, ἔδοξεν ἡ τῶν Ῥωμαίων ἵππος κατά τι μέρος ἐκκλίνειν, ὡς ἂν μὴ πλήθει τῶν Παλμυρηνῶν ἵππων πλεονεκτούντων καὶ περιιππαζομένων πως, τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον ἐμπεσὸν ἐς κύκλωσιν λάθῃ. τῶν τοίνυν Παλμυρηνῶν ἱππέων τοὺς ἐκκλίναντας διωκόντων, καὶ ταύτῃ τὴν τάξιν τὴν οἰκείαν παρεξελθόντων, εἰς τοὐναντίον ἀπέβη τοῖς Ῥωμαίων ἱππεῦσι τὸ βουληθέν. ἐδιώκοντο γὰρ τῷ ὄντι, πολὺ τῶν πολεμίων ἐλαττωθέντες. ὡς δὲ καὶ ἔπιπτον πλεῖστοι, τότε δὴ τῶν πεζῶν τὸ πᾶν ἔργον γενέσθαι συνέβη. τὴν γὰρ τάξιν τοῖς Παλμυρηνοῖς διαρραγεῖσαν ἰδόντες, ἐκ τοῦ τοὺς ἱππέας τῇ διώξει σχολάσαι, συστραφέντες ἀτάκτοις αὐτοῖς καὶ ἐσκεδασμένοις ἐπέθεντο. καὶ φόνος ἦν ἐπὶ τούτῳ πολύς, τῶν μὲν τοῖς συνήθεσιν ἐπιόντων ὅπλοις, τῶν δὲ ἀπὸ Παλαιστίνης τὰς κορύνας καὶ τὰ ῥόπαλα τοῖς σιδήρῳ καὶ χαλκῷ τεθωρακισμένοις ἐπιφερόντων. ὅπερ μάλιστα τῆς νίκης ἐν μέρει γέγονεν αἴτιον, τῷ ξένῳ τῆς τῶν ῥοπάλων ἐπιφορᾶς τῶν πολεμίων καταπλαγέντων. φευγόντων δὲ ἤδη τῶν Παλμυρηνῶν προτροπάδην, καὶ ἐν τῷ φεύγειν ἑαυτούς τε συμπατούντων καὶ ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναιρουμένων, τὸ πεδίον ἐπληροῦτο νεκρῶν ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων, ὅσοι διαδρᾶναι δεδύνηνται, τὴν πόλιν καταλαβόντων. Ἀθυμίας δὲ πολλῆς εἰκότως ἐπὶ τῇ ἥττῃ Ζηνοβίαν ἐχούσης, βουλὴ προσέκειτο

ab inſequentibus, tam his, quam reliquis, quotquot itidem in collem iſtū euaſerunt. Poſt partam victoriam ſecure tranſeuntes, gaudebant; Imperatore hac iter ſuū opportune tenēte: quem Apamea, & Lariſſa, & Arethuſa excipiebant. Vbi Palmyrenorū exercitum ante Emiſam in campo collectum vidiſſet, cuius eſſet numerus hominum ad ſeptuaginta milia, ex ipſis Palmyrenis, & aliis, quotquot hac in expeditione cum eis ſe coniunxerant: caſtra & ipſe metabatur aduerſus hoſtes, cum equitatu Dalmatico, & Myſis, & Pānoniis, & prçterea Noricis atq; Rhætis, quæ legiones Celticæ ſunt. Præter hos erant & prætoriæ cohortis omniū ſelectiſſimi ex fama virtutis, omniumq; ſplendidiſſimi viri. Cum his & Maurorum in acie diſpoſitus erat equitatus, & ex Aſia copiæ Tyanenſes, & Meſopotamiæ, & Syriæ, & Phœnices, & Palæſtinæ, fortiſſimi dubio procul ordines. Et qui venerant e Palæſtina, prçter arma cetera, clauas atq; fuſtes ſecum adferebant. Exercitibus inter ſe congreſſis, viſus eſt equitatus Romanus quadam ex parte deflectere; ne, multitudine Palmyrenis equitib. noſtros ſuperantibus, ac velut obequitātibus, imprudens ab eis Romanus exercitus vndique cingeretur. Palmyrenis igitur equitibus hos perſequentibus, qui pedem retro tulerant, & in hūc modum ordines ſuos deſerētibus: contrariam in partem Romanis equitibus id cōſilium, quod ceperant, ceſſit. Hoſtes enim, quibus longe numero inferiores erant, eos reapſe perſequebantur: quumq; plurimi etiam caderent, tamdem accidit, vt peditum virtute res tota conficeretur. Etenim quum illi Palmyrenorum aciem ruptam ſolutamq; cōſpexiſſent ex eo, quod equites illorum in perſequendo eſſent occupati: conuerſis ordinibus, confuſos ac diſperſos adorti ſunt. Secundū hçc ingēs hominum cædes ſubſequi, Palmyrenis hoſtes cōſuetis armis petentibus; Palçſtinis vero, clauarum & fuſtium ictus iis inferētibus, qui ferreis & æreis loricis ſe muniuerāt: id quod ex aliqua parte nōn exiguam victoriæ cauſſam præbuit, hoſtibus ad inſolitos clauarum ictus adtonitis. Quum autem Palmyreni iam citato curſu fugerent, ac inter fugiendum ſeipſos obtererent, & ab hoſtibus interficerentur: tum vero campus omnis hominum equorumque cadaueribus compleri, & alii, quotquot effugere poterant, in vrbem ſeſe recipere. Zenobia non abs re, quod victa fuiſſet, ingenti mœrore adfecta, quid agendum eſſet,

ſedulo deliberabat. De communi deniq; ſententia viſum eſt omnibus, ſpẽ quidem rerũ Emiſenarum abiiciendã eſſe propterea, quod ipſi Emiſeni alienis in eam animis, Romanorum partes ſequerentur: occupãdam vero Palmyram, & illius ciuitatis munitioni ſalute ſecuritateque ſua credita, de ſumma rerum in otio maiore diſpiciendum. Dictum, factũ: concurrebant omnes in id, quod decretum fuerat. Aurelianus autem, fuga Zenobiæ cognita, Emiſam ingreſſus eſt, ciuibus eum magno ſtudio excipiẽtibus. Repertis opibus, quas Zenobia ſecũ auferre nequiuerat; ſtatim cum exercitu Palmyram cõtendit. Quum eo veniſſet, & opidi mœnia caſtris vndiq; cinxiſſet: obſidionẽ inſtituit, vicinis gentibus exercitui commeatum ſuppeditãtibus. Interim Palmyreni principẽ dicteriis inſectabãtur; quaſi fieri nõ poſſet, vt opidũ caperetur. Quũq; verba fœda quidam in ipſum quoq; iactaret Imperatorem, adſtans Imperatori quidã natione Perſa; Si iubes, inquit, hominem maledicum iã mortuum cõſpicies. Quum adnuiſſet Imperator Perſa quibuſdam ante ſe cõſtitutis, per quos ipſe tegeretur; arcũ tendit, & aptatum ei telum emittit; qđ in hominem defixũ extra muri pinnam proſpectantem, & iſtas adhuc contumelias effutiẽtem, ab ipſis eum mœnibus deiecit, & tam exercitui q̃ Imperatori mortuum ſpectãdum exhibuit. Quum obſeſſi reſiſterent, & qui hoſtes ob inopiam cõmeatus obſidionem ſoluturos ſperauerant, iam eos propoſito ſuo conſtãter inhærentes conſpicerent, ipſiq; alimentorum penuria premerentur: ad Euphratem profugiendum ſtatuunt, atque iſtic a Perſis inueniẽdum auxilium, nouaq; Romanis faceſſenda negotia. His captis cõſiliis, Zenobiam camelo feminæ impoſitam (ſunt autem illæ velociſſimæ, & ipſos equos celeritate ſuperant) ex vrbe ſubducunt. Aurelianus, Zenobiæ fugam permoleſte ferens, quum nihil de induſtria, qua præditus in rebus agendis erat a natura, remitteret: extemplo perſequuturos eam mittit equites. Hi quũ iam Euphratem tranſiecturam adſequuti fuiſſent, e naui abreptam, ad Aurelianum ducũt. Is autem, licet inopinato ſpectaculo lætus admodũ, tamẽ, quod ambitioſo a natura homini ad animũ accidiſſet, futurum, vt ob victam feminam non magnã apud poſteros gloriam inueniret; quãdam animi moleſtiã ſentiebat.

περὶ τοῦ πρακτέου· καὶ κοινῇ γνώμῃ πᾶσιν ἔδοξε, τοῖς μὲν περὶ τὴν Ἔμισαν πράγμασιν ἀπογνῶναι, διὰ τὸ καὶ τοὺς Ἐμισηνοὺς ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὴν ἔχοντας, τὰ Ῥωμαίων αἱρεῖσθαι· Πάλμυραν δὲ καταλαβεῖν, καὶ τῷ τῆς πόλεως ὀχυρῷ τὴν ἀσφάλειαν ἐπιτρέψαντας, σχολαίτερον σκοπῆσαι τὰ κατὰ σφᾶς. οὐδὲν ἦν ἔργου καὶ λόγου τὸ μέσον, ἀλλὰ συνέθεον ἐφ᾽ ὅπερ ἔδοξε. Πυθόμενος δὲ τὴν Ζηνοβίας φυγὴν ὁ Αὐρηλιανὸς, εἰς μὲν τὴν Ἔμισαν εἰσῄει, προθύμως αὐτὸν τῶν πολιτῶν δεχομένων· εὑρὼν δὲ πλοῦτον ὃν οὐχ οἵα τε ἐγεγόνει Ζηνοβία μετακομίσαι, παραχρῆμα σὺν τῷ στρατῷ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ Πάλμυραν εἴχετο. καὶ ἐπιστὰς τῇ πόλει, κύκλῳ περιλαβὼν τὸ τεῖχος ἐπολιόρκει, τῆς τροφῆς ἐκ τῶν πλησιαζόντων ἐθνῶν τῷ στρατοπέδῳ χορηγουμένης. τῶν δὲ Παλμυρηνῶν ἐπιτωθαζόντων, ὡς ἀδυνάτου τῆς ἁλώσεως οὔσης, ἤδη δέ τινος καὶ εἰς αὐτὸν τὸν βασιλέα λόγους αἰσχροὺς ἀφιέντος, παρεστώς τις τῷ βασιλεῖ Πέρσης ἀνήρ, Εἰ κελεύεις, ἔφη, τὸν ὑβριστὴν τοῦτον ὄψει νεκρόν. ἐγκελευσαμένου δὲ τοῦ βασιλέως, προστησάμενος ἑαυτοῦ τινὰς ὁ Πέρσης τοὺς ἀποκρύπτοντας, *ἐντείνας τὸ τόξον, καὶ βέλος ἁρμόσας, ἀφίησιν· ὃ δὴ προκεκυφότι τῆς ἐπάλξεως τῷ ἀνθρώπῳ καὶ ἔτι τὰς ὕβρεις ἐπαφιέντι προσπαγὲν, κατάγει τε τοῦ τείχους αὐτὸν, καὶ νεκρὸν τῷ στρατοπέδῳ καὶ τῷ βασιλεῖ δείκνυσιν. Ἐπεὶ δὲ ἀντεῖχοντο πολιορκούμενοι, σπάνει τῶν ἐπιτηδείων ἀπαγορεύσειν τοὺς πολεμίους ἐλπίσαντες. [καὶ] ἐγκαρτεροῦντας ὁρώμενοι, καὶ αὐτοὶ τροφῆς ἐνδείᾳ πιεζόμενοι, γνώμην ποιοῦνται ἐπὶ τὸν Εὐφράτην δραμεῖν, κἀκεῖσε παρὰ Περσῶν βοήθειαν εὑρέσθαι, πράγματά τε Ῥωμαίοις νεώτερα μηχανήσασθαι. ταῦτα βουλευσάμενοι, καὶ καμήλῳ τὴν Ζηνοβίαν *ἀναβιβάσαντες, (αἳ δὴ καμήλων εἰσὶ τάχισται, καὶ ἵππους ὑπεραίρουσαι τάχει) τῆς πόλεως ὑπεξάγουσιν. Αὐρηλιανὸς δὲ, ἀχθόμενος ἐπὶ τῇ τῆς Ζηνοβίας φυγῇ, τῇ κατὰ φύσιν οὐκ ἐνδοὺς δραστηρίᾳ, πέμπει παραχρῆμα τοὺς διώξοντας ταύτην ἱππέας. οἱ δὲ, καταλαβόντες ἤδη τὸν Εὐφράτην αὐτὴν μέλλουσαν περαιοῦσθαι, καταγαγόντες τε ἐκ τοῦ πλοίου, πρὸς τὸν Αὐρηλιανὸν ἄγουσιν. ὁ δὲ, τῷ μὲν ἀπροσδοκήτῳ τῆς θέας περιχαρὴς ἐγεγόνει· φιλότιμος δὲ ὢν φύσει, λαβὼν κατὰ νοῦν ὡς γυναικὸς κρατήσας οὐκ ἔσται τοῖς ἐσομένοις ἐπίδοξος, ἐδυσχέραινεν.

Τῶν

Τῶν δὲ ἐναποκεκλεισμένων τῇ πόλει Παλμυρηνῶν αἱ γνῶμαι, τῶν μὲν, προκινδυνεύειν τῆς πόλεως ἐθελόντων, καὶ διαπολεμεῖν παντὶ σθένει Ῥωμαίοις· τῶν δὲ, ἱκετηρίας ἀπὸ τοῦ τείχους προτεινομένων, αἰτούντων τε συγγνώμην ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσι· δεξαμένου δὲ τοῦ βασιλέως τὴν ἱκετείαν, καὶ θαῤῥεῖν παρακελευσαμένου, πρὸ τῆς πόλεως ἐξεχέοντο, δῶρα καὶ ἱερεῖα προσάγοντες. Αὐρηλιανὸς δὲ τὰ μὲν ἱερεῖα τιμήσας, τὰ δὲ δῶρα δεξάμενος, ἀθώους ἠφίει. Τῆς δὲ πόλεως γενόμενος κύριος, καὶ τοῦ κατ᾽ ταύτην πλούτου καὶ τῆς ἄλλης ἀποσκευῆς καὶ ἀναθημάτων κρατήσας, ἐπανελθὼν εἰς τὴν Ἔμισαν, εἰς κρίσιν ἦγε Ζηνοβίαν τε καὶ τοὺς ταύτῃ συναραμένους. ἐπεὶ δὲ αἰτίας ἔλεγεν, ἑαυτὴν ἐξαιροῦσα, πολλούς τε ἄλλους ἦγεν εἰς μέσον, ὡς παραγαγόντας οἷα γυναῖκα· ἐν οἷς καὶ Λογγῖνος ἦν, οὗ συγγράμματά ἐστι μέγα τοῖς παιδείας μεταποιουμένοις ὄφελος φέροντα. ὅπερ ἐφ᾽ οἷς κατηγορεῖτο ἐλεγχομένῳ, παραχρῆμα ὁ βασιλεὺς θανάτου ζημίαν ἐπέθηκεν· ἣν οὕτω γενναίως ἤνεγκεν ὁ Λογγῖνος, ὥστε καὶ τοὺς σχετλιάζοντας ἐπὶ τῷ πάθει παραμυθεῖσθαι· καὶ ἄλλων δὲ, Ζηνοβίας κατειπούσης, κολάσεσιν ὑπαχθέντων. Ἄξιον τὰ συνενεχθέντα πρὸ τῆς Παλμυρηνῶν καθαιρέσεως ἀφηγήσασθαι, εἰ καὶ τὴν ἱστορίαν ἐν ἐπιδρομῇ φαίνομαι ποιησάμενος, διὰ τὴν εἰρημένην ἐν τῷ προοιμίῳ μοι πρόθεσιν. Πολυβίου γὰρ ὅπως ἐκτήσαντο Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ διεξελθόντος, ὅπως ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν αὐτὴν διέφθειραν, ἔρχομαι λέξων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἐπειδὰν ἐν ἐκείνῳ γένωμαι τῆς ἱστορίας τῷ μέρει· Παλμυρηνοῖς δὲ μέρους οὐκ ὀλίγου τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἤδη κεκρατηκόσιν, ὡς διεξῆλθον, ἐκ τοῦ θείου πολλὰ προεμηνύθη, τὴν συμβᾶσαν αὐτοῖς δηλοῦντα καθαίρεσιν. τίνα δὲ ταῦτα, ἐρῶ. ἐν Σελευκείᾳ τῇ κατὰ Κιλικίαν Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἵδρυτο, καλουμένου Σαρπηδονίου, καὶ ἐν τούτῳ χρηστήριον. τὰ μὲν οὖν περὶ τοῦ θεοῦ τούτου λεγόμενα, καὶ ὡς ἅπασι τοῖς ὑπὸ λύμης ἀκρίδων ἐνοχλουμένοις Σελευκιάδας παρεδίδου (ὄρνεα δὲ ταῦτα ἐνδιαιτώμενα τοῖς περὶ τὸ ἱερὸν τόποις) συνεξέπεμπε τοῖς αἰτοῦσιν. αἱ δὲ ταῖς ἀκρίσι συμπεριιπτάμεναι, καὶ τοῖς στόμασι ταύτας δεχόμεναι, παραχρῆμα πλῆθός τε ἄπειρον ἐν ἀκαρεῖ διέφθειρον,

Palmyrenorum vero, qui opido incluſi obſidebantur, partim hi erant animi, vt opidum periculo ſuo propugnare vellēt, omnibusq; viribus bellū Romanū ſuſtinere: partim de muro preces porrigebant ſupplices, & præteritorum veniam poſcebant. Quum Imperator hāc ſupplicationem accepiſſet, eosq; bono animo eſſe iuſſiſſet: extra opidum effuſi, dona cum hoſtiis adducebant. Aurelianus, honore hoſtiis habito, donisq; ſuſceptis, illæſos dimiſit. Ciuitate ſuam in poteſtatem redacta, quum opibus eius & reliquo rerum adparatu, donariisq; potitus eſſet: Emiſam rediit, & Zenobiā cum ſuis complicibus, pro tribunali ſtitit. Illa, cauſas exponens, & culpa ſemet eximēs, multos alios in medium protulit, qui eam veluti feminam ſeduxiſſent: quorū in numero & Longinus erat; cuius exſtant ſcripta, magnam adferentia doctrinæ ſtudioſis vtilitatem. Huic conuicto de iis, quorum nomine accuſabatur, ſtatim pœnam mortis Imperator ſtatuit: quam adeo fortiter Longinus pertulit, vt illos etiam, qui hanc calamitatem eius indigno ferebant animo, cōſolaretur. Itidem alii, quos Zenobia detulerat, ſuppliciis adficiebantur. Fuerit autem pretium operæ, quę ante Palmyrenorum euerſionem accidere, narrari: licet hanc hiſtoriā velut in tranſcurſu texere videar, propter inſtitutū operis noſtri, quod in prooemio declarauimus. Quū enim Polybius expoſuerit, quo pacto imperiū perexiguo tempore Romani adquiſiuerint: ego, quo pacto temporis non magno ſpatio ſuis ſceleribus idē euerterint, indicaturus ſum. Sed hęc, vbi ad eam hiſtoriæ partē acceſſero. Palmyrenis ergo potitis imperii Romani non exigua parte, ſicuti recenſuimus, multa diuinitus denuntiata ſunt, quæ poſtea ſequutam euerſionem eis portendebant. Et quænam illa fuerint, dicam. Seleuciæ, quod eſt opidum Ciliciæ, templum Apollinis, quem Sarpedonium vocant, & in templo erat oraculum. De hoc quidem deo quæ perhibentur, & quod omnibus a locuſtarum lue vexatis Seleuciadas dare ſolitus fuerit, (eæ ſunt aues, quæ in locis propter fanum hoc ſitis degunt) & cum petentibus eas dimittere; quæ circum locuſtas vna volitantes, & roſtris eas capientes, infinitam earum multitudinem ſtatim momento quaſi temporis abſumebant;

Zoſimea hiſtoria ſcopus.

Dicuntur hæc a Zoſimo, qui paganus erat.

& homines ab illarum damno liberabant: hęc igitur eius temporis mortalium felicitati relinquo, quum genus hoc hominũ ætatis noſtræ diuinum illud beneficium repudiauerit. Ceterum Palmyrenis oraculum conſulentibus, an oriẽtis imperium obtenturi eſſent; in hæc verba deus ille reſpondit: *Fallaces hac ade mea diſcedite, diuûm A quibus inclyta progenies offenditur vſque.* Conſulentibus etiã nonnullis de Aureliani aduerſus Palmyrenos expeditione, deus idem oraculum hoc edidit: *Falco præit ſacro gemitu compluribus vnus, Quæ iugulas orem haud ceſſant horrere, columbis.* Præterea quid aliud tale Palmyrenis accidit. Aphaca locus eſt medio inter Heliopolim & Biblum itinere, vbi fanum eſt Veneris Aphacitidis Propter fanũ iſtud lacus quidam eſt, piſcinę manu factæ ſimilis. Iuxta fanum & vicina loca, ignis inſtar lampadis aut globi conſpicitur, quoties ſtatis temporibus ibi conuentus habentur; qui quidem ignis ad noſtram ætatem vſq; cõſpectus fuit. Ad lacũ dona, quotquot ibi conueniebant, in honorem deæ ferebant, ex auro & argento facta, itemq; telas lineas, & byſſinas, alteriusq; materiæ pretioſioris. Ac ſi quidẽ illa viderentur accepta, non aliter ac ponderoſa, telæ quoq; ſummergebantur: ſin eſſent inaccepta & reiicula, tum ipſas telas aquæ videre erat innatãtes: tum etiam quidquid ex auro & argẽto, & aliis factũ erat materiis; quarum eſt ea natura, vt ſupra aquam ſe non adtollant, ſed demergantur. Palmyreni ergo, quũ tempore celebritatis, anno ante ſuum interitum proximo, cum aliis huc conueniſſent; & in honorẽ deæ dona partim aurea, partim argentea, partim textilia coniecissent in lacum, eaq; omnia demergerentur in profundum: anno proximo, celebritatis eiuſdem tempore, conſpecta fuerunt omnia in ſuperficie fluitãtia: qua quidem re dea, quæ futura eſſent, ſignificauit. Ac numinis quidem Romanis propitii beneuolentia, quãdiu ſacrorum ritus ſeruabatur, huiuſmodi fuit. Verum poſtea, quam ad ea tempora peruenero, quibus temporibus Romanum imperium paullatim barbariam quamdam induit, ad exiguum quid redactum, quod ipſum quoq; corruptũ eſt; etiam cauſſas infelicitatis eius exponam, & oracula pro viribus adiiciã, quib oraculis ea, quæ contigere, fuerunt indicata. Nunc vero tẽpus fuerit, vt eo reuertar, vnde digreſſus ſum: ne hiſtoriæ ſeriẽ imperfectã relinquere videar. Igi-

καὶ τῆς ἐκ τούτων βλάβης τοὺς ἀνθρώπους ἀπήλλαττον. ταῦτα μὲν τῇ τηνικαῦτα τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονίᾳ παρίημι, οὐ καθ' ἡμᾶς γένους ἀποσεισαμένου τὴν θείαν εὐεργεσίαν. τοῖς δὲ Παλμυρηνοῖς χρωμένοις εἰ καθέξουσι τὴν τῆς ἑῴας ἡγεμονίαν, ἔχρησεν ὁ θεὸς οὕτως·

Ἔξιτ' ἐμῶν μεγάρων ἀπατήμονες οὔλιοι ἄνδρες,
Φύτλης ἀθανάτων ἐρικυδέος ἀλγυντῆρες.

πυνθανομένοις δέ τισι περὶ τῆς Αὐρηλιανοῦ κατὰ Παλμυρηνῶν στρατείας, ὁ θεὸς ἀνεῖλε· Κίρκος τρήρωσιν ἱερὸν γόον ἡγηλάζων Οἶος πολλῇσιν· ταὶ δὲ φρίσσουσι φονῆα. καὶ ἕτερον δὲ Παλμυρηνοῖς συνηνέχθη τοιοῦτον. Ἄφακα χωρίον ἐστὶ μέσον Ἡλιουπόλεώς τε καὶ Βίβλου, καθ' ὃ ναὸς Ἀφροδίτης Ἀφακίτιδος ἵδρυται. τούτου πλησίον λίμνη τις ἐστὶν ἐοικυῖα χειροποιήτῳ δεξαμενῇ. κατὰ μὲν οὖν τὸ ἱερὸν καὶ τοὺς πλησιάζοντας τόπους πῦρ ἐπὶ τοῦ ἀέρος λαμπάδος ἢ σφαίρας φαίνεται δίκην, συνόδων ἐν τῷ τόπῳ χρόνοις τακτοῖς γινομένων· ὅπερ καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς ἐφαίνετο χρόνων. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ εἰς τιμὴν τῆς θεοῦ δῶρα προσέφερον οἱ συνιόντες ἔκ τε χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένα. καὶ ὑφάσματα μέντοι λίνου τε καὶ βύσσου, καὶ ἄλλης ὕλης τιμιωτέρας· καὶ εἰ μὲν δεκτὰ ἐφάνη, παραπλησίως τοῖς βαρέσι καὶ τὰ ὑφάσματα κατεδύετο· εἰ δὲ ἄδεκτα καὶ ἀπόβλητα, αὐτά τε ἦν ἰδεῖν ἐπιπλέοντα τῷ ὕδατι τὰ ὑφάσματα, καὶ εἴ τι περ ἦν ἐν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ ἄλλαις ὕλαις, αἷς φύσις οὐκ αἰωρεῖσθαι ἐπὶ τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ καταδύεσθαι. τῶν Παλμυρηνῶν τοίνυν ἐν τῷ πρὸ τῆς καθαιρέσεως ἔτει συνελθόντων ἐν τῷ τῆς ἑορτῆς καιρῷ, καὶ εἰς τιμὴν τῆς θεοῦ δῶρα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ ὑφασμάτων κατὰ τῆς λίμνης ἀφέντων, πάντων τε τοῦ βάθους καταδυόντων, κατὰ τὸ ἐχόμενον ἔτος ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἑορτῆς ὤφθησαν αἰωρούμενα πάντα, τῆς θεοῦ διὰ τούτου τὰ ἐσόμενα δηλωσάσης. Ἡ μὲν οὖν εἰς Ῥωμαίους εὐμένεια τοῦ θείου, τῆς ἱερᾶς ἁγιστείας φυλαττομένης, τοιαύτη. ἐπειδὰν δὲ εἰς ἐκείνους ἀφίκωμαι τοὺς χρόνους, ἐν οἷς ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ κατὰ βραχὺ βαρβαρωθεῖσα, εἰς ὀλίγον τι, καὶ αὐτὸ διαφθαρέν, περιέστη, τηνικαῦτα καὶ τὰς αἰτίας παραστήσω τοῦ δυστυχήματος, καὶ τοὺς χρησμοὺς ὡς ἂν οἷός τε ὦ παραθήσομαι, τοὺς τὰ συνενεχθέντα μηνύσαντας. ἐπανελθεῖν δὲ τέως καιρὸς ὅθεν ἐξέβην, ἵνα μὴ τὴν τάξιν τῆς ἱστορίας ἀτελῆ δόξω καταλιμπάνειν. Αὐρηλια-

νοῦ τοίνυν ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἐλαύνοντος, καὶ συνεπάγοντος οἱ Ζηνοβίαν τε καὶ τὸν παῖδα τὸν ταύτης, καὶ πάντας ὅσοι τῆς ἐπαναστάσεως αὐτοῖς ἐκοινώνησαν, αὐτὴν μὲν Ζηνοβίαν φασὶν ἢ νόσῳ ληφθεῖσαν, ἢ τροφῆς μεταλαβεῖν οὐκ ἀνασχομένην, ἀποθανεῖν· τοὺς δὲ ἄλλους, πλὴν τοῦ Ζηνοβίας παιδὸς, ἐν μέσῳ τοῦ μεταξὺ Χαλκηδόνος καὶ Βυζαντίου πορθμοῦ καταποντωθῆναι. Ἐχομένου δὲ Αὐρηλιανοῦ τῆς ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ὁδοῦ, κατέλαβεν ἀγγελία τοιαύτη, ὡς τῶν ἐν Παλμύρᾳ καταλειφθέντων τινὲς Ἀψαῖον παραλαβόντες, ὃς καὶ τῶν προλαβόντων αὐτοῖς γέγονεν αἴτιος, ἀποπειρῶνται Μαρκελλίνου τοῦ καθεσταμένου τῆς μέσης τῶν ποταμῶν παρὰ βασιλέως ὑπάρχου, καὶ τὴν τῆς ἑῴας ἐγκεχειρισμένου διοίκησιν, εἴ πως ἀνέχοιτο σχῆμα βασίλειον ἑαυτῷ περιθεῖναι. τοῦ δὲ εἰς τὸ διασκέψασθαι τὸ πρακτέον ἀναβαλλομένου, τὰ παραπλήσια καὶ αὖθις καὶ πολλάκις ἠνώχλουν· ὁ δὲ, ἀποκρίσεσι χρώμενος ἀμφιβόλοις, αὐτὸς μὲν Αὐρηλιανῷ τὸ σκεφθὲν κατεμήνυσε· Παλμυρηνοὶ δὲ Ἀντιόχῳ περιθέντες ἁλουργὲς ἱμάτιον, κατὰ τὴν Παλμύραν εἶχον. Αὐρηλιανὸς δὲ ταῦτα ἀκηκοὼς, αὐτόθεν ὡς εἶχεν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐστέλλετο. καταλαβὼν δὲ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἵππων ἁμίλλης ἐπιτελουμένης τῷ δήμῳ φανεὶς, καὶ τῷ ἀδοκήτῳ πάντας ἐκπλήξας, ἐπὶ τὴν Παλμύραν ἤλαυνεν. ἀμαχητὶ δὲ τὴν πόλιν ἑλὼν, καὶ κατασκάψας, οὐδὲ τιμωρίας Ἀντίοχον ἄξιον διὰ τὴν εὐτέλειαν εἶναι νομίσας, ἀφίησι. σὺν τάχει δὲ καὶ Ἀλεξανδρέας στασιάσαντας καὶ πρὸς ἀπόστασιν ἰδόντας παραστησάμενος, θρίαμβον εἰς τὴν Ῥώμην εἰσαγαγὼν, μεγίστης ἀποδοχῆς ἐκ τοῦ δήμου καὶ τῆς γερουσίας ἐτύγχανεν. ἐν τούτῳ καὶ τὸ τοῦ Ἡλίου δειμάμενος ἱερὸν μεγαλοπρεπῶς, τοῖς ἀπὸ Παλμύρας ἐκόσμησεν ἀναθήμασιν, Ἡλίου τε καὶ Βήλου καθιδρύσας ἀγάλματα. Τούτων οὕτω διῳκημένων, Τέτρικόν τε καὶ ἄλλους ἐπαναστάντας οὐ σὺν πόνῳ καθελὼν, κατὰ τὴν ἀξίαν μετῆλθεν. ἤδη δὲ καὶ ἀργύριον νέον δημοσίᾳ διέδωκε, τὸ κίβδηλον ἀποδόσθαι τοὺς ἀπὸ τοῦ δήμου παρασκευάσας, τούτῳ τε τὰ συμβόλαια συγχύσεως ἀπαλλάξας. ἐπὶ τούτοις καὶ ἄρτων δωρεᾷ τὸν Ῥωμαίων ἐτίμησε δῆμον. διαθέμενος δὲ ἅπαντα, τῆς Ῥώμης ἐξώρμησε. Διατρίβοντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν Πέρινθον, ἣ νῦν Ἡράκλεια μετωνόμασται, συνίσταταί τις ἐπιβουλὴ τοιάδε. ἦν τις ἐν τοῖς βασιλείοις Ἔρως ὄνομα, τῶν ἔξωθεν

tur Aureliano verſus Europam mouente, Zenobiamq; cum filio, & ceteris omnibus, qui rebellionis participes fuerant, ſecum ducente: Zenobiam quidem ipſam aiunt, vel morbo correptam, vel a cibis abſtinentem, deceſſiſſe: reliquos autẽ, excepto Zenobiæ filio, in medio interiecti Chalcedoni Byzantioq; freti ſubmerſos. Eidem Aureliano iter in Europam ſuum perſequẽti, nuntius adlatus eſt huiuſmodi; quoſdam relictos apud *Palmyram*, nanctos Apſæum, qui & præteritorũ auctor eis extiterat, tentare Marcellinum, Meſopotamiæ ab Imperatore præfectum, cui & orientis adminiſtratio tradita fuerat, vt imperatoria veſte ſe circumdari pateretur. Illo deliberandi cauſſa, quid eſſet agendum, rem protrahente: conſimili modo rurſus, ac ſæpius quidem, ei moleſti erant. Verum ipſe, reſponſis ambiguis vtens, quid illi facere deliberaſsẽt, Aureliano ſignificabat. Palmyreni autem, quũ *Antiocho* veſtem purpuream iniecisſent, ad Palmyram ſe continebant. His auditis, mox Aurelianus, vt erat inſtructus, orientem verſus proficiſcitur. Vbi Antiochiam veniſſet, ac populo peragendis ludis equeſtribus intento ſemet exhibuiſſet: omnibus ob inopinatum eius aduentum perterritis, Palmyram copias duxit. Quumq; ſine prœlio cepiſſet opidum, & euertiſſet; Antiochum, propter condicionis humilitatem, ne ſupplicio quidem dignũ arbitratus, dimiſit. Alexandrinis etiam, qui ſeditiones excitauerant, & ad defectionẽ ſpectauerant, celeriter in ordinem redactis; cum triumpho Romã ingreſſus, maximo populi Senatusq; ſtudio exceptus fuit. Tunc & templum Solis magnifice conſtructum donariis, quę Palmyra ſecum aduexerat, ornauit: collocatis in eodem Solis & Beli ſimulacris. His rebus geſtis, *Tetricũ*, & alios perduelles, nullo labore victos, pro dignitate puniuit. Itidem nouam monetam publice diſtribuit, quum plebem, quidquid haberet adulterinæ monetæ, tradere iuſſiſſet; commerciis hoc modo ab omni confuſione vindicatis. Pręter hęc & panũ honorario munere populum Romanum donauit; omnibusq; rebus conſtitutis, Roma digreſſus eſt. Quum apud Perinthum hæreret, quæ mutato nomine iam Heraclea dicitur, huiuſmodi aduerſus eum ſtructæ ſunt inſidiæ. Erat quidam in aula, cui nomen Eros, ab Im-

peratore ad efferenda foras reſponſa ſua deſtinatus. Huic delicti cuiuſdam cauſſa minatus Imperator, metum iniecit; quo perculſus, ne forte minas haſce res ipſa comitaretur, cum ſatellitibus quibuſdam, quos cognouerat audaciſſimos, rem cõmunicat; monſtratisque litteris, quas ad formam litterarũ Imperatoris effinxerat; (quippe iam dudum ad hanc imitationem ſe ſtudioſe condocefecerat) mortem imminere ſibi ſuſpicantibus (id enim de litteris colligi certis argumentis poterat) perſuadet vt Imperatori cædem intentarent. Itaque quum egredientem obſeruaſſent ex vrbe, ſine ſatis magna cuſtodia corporis; in eũ irruunt, & omnes ſtrictis gladiis hominem interficiunt. Sepultus eſt ibidem ab exercitu magnifice, rerum geſtarum, periculorumq; cauſſa, quæ pro republica ſuſceperat.

Tacitus XXXVI.

TACITO autem Romanum imperium conſequuto, *Scythæ* tranſiecta palude Maeotide, per Pontum ad Ciliciam vſque ſita incurſionibus vexarunt: quos adgreſſus Tacitus, partim ipſe debellatos ad internecionem deleuit, partim Floriano deſignato prætorii præfecto debellandos tradidit, & in Europam contendit: vbi lapſus in inſidias, ex huiuſmodi cauſſa necatur. Maximinum, propinquum ſuũ, Syriæ cum poteſtate præfecerat. Is erga principes in republica viros aſperrime ſe gerens, inuidiam pariter & metum in eis excitauit: quę quum odium pepeiiſſent, in inſidias, quod reliquũ erat, deſiit: quarum in ſocietatem admiſſis illis, qui Aurelianum necauerãt; Maximinum adgreſſi trucidant; & perſequuti mouentem caſtra Tacitum, interficiunt. Hinc ad tumultum ciuilem res redierunt, aliis in oriente, PROBVM Imperatorem deligẽtibus; aliis Romæ conſtitutis, FLORIANVM. Ac Probus quidem obtinebat Syriã, & Phoenicen, & Palæſtinam, & Ægyptum vniuerſam: ſitas vero a Cilicia regiones ad Italiam vſque, Florianus. Eidem & tranſalpinæ nationes parebant, Galli & Hiſpani, cum inſula Britannica: prætereaque omnis Africa, cum Mauritanis gẽtibus. Ambobus ad bellum inſtructis, Tarſum Florianus veniens, ibidẽ caſtra locãda ſtatuit, victoria cõtra Scythas in Boſporo ſemiperfecta relicta: quo factum, vt iam circumſeſſis libere ad ſua redeundi copiam conceſſerit. Probo autem bellum terente, veluti qui

φερομένων ἀποκρίσεων μηνυτὴς τεταγμένος. τούτῳ πλάσματός τινος ἕνεκεν ὁ βασιλεὺς ἀπειλήσας, ἐς φόβον κατέστησε. καὶ δεδιὼς μὴ ταῖς ἀπειλαῖς ἔργον ἐπιτεθείη, τῶν δορυφόρων τισὶν, οὓς μάλιστα τολμηροτάτους ᾔδει, κοινολογεῖται· καὶ γράμματα δείξας ἅπερ ἦν εἰς τύπον τῶν βασιλέως γραμμάτων αὐτὸς μιμησάμενος, (ἐκ πολλοῦ γάρ οἱ τὰ τῆς μιμήσεως *ἐκμεμελέτητο) πείθει θάνατον ὑφορωμένοις, (τοῦτο γὰρ ἦν ἐκ τῶν γραμμάτων τεκμήρασθαι) πρὸς τὴν κατὰ τοῦ βασιλέως ὁρμῆσαι σφαγήν. ἐπιτηρήσαντες οὖν αὐτὸν ἐξιόντα τῆς πόλεως δίχα τῆς ἀρκούσης φυλακῆς, ἐπελαύνουσι· καὶ πάντες ἐπαγαγόντες τὰ ξίφη, διώλεσαν. αὐτὸς μὲν οὖν ἐτάφη μεγαλοπρεπῶς αὐτόθι παρὰ τοῦ στρατοπέδου, τῶν ἔργων ἕνεκα καὶ τῶν κινδύνων, οὓς ὑπὲρ τῶν κοινῶν *ἀπεδείξατο πραγμάτων. Τακίτου δὲ τῆς Ῥώμης ἀναδεξαμένου βασιλείαν, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος, Σκύθαι διὰ τῆς Μαιώτιδος λίμνης περαιωθέντες, διὰ τοῦ Πόντου τὰ μέχρι Κιλικίας ἐπέδραμον. οἷς ἐπεξελθὼν Τάκιτος, τοὺς μὲν αὐτὸς καταπολεμήσας ἐξέβαλε, τοὺς δὲ Φλωριανῷ προβεβλημένῳ τῆς αὐλῆς ὑπάρχῳ παραδοὺς, ἐπὶ τῆς Εὐρώπης ἐξώρμησεν. ἔνθα δὴ καὶ εἰς ἐπιβουλὴν ἐμπεσὼν, ἐξ αἰτίας ἀναιρεῖται τοιᾶσδε. Μαξιμίνῳ γένει προσήκοντι, τῆς Συρίας ἀρχὴν παραδέδωκεν. οὗτος τοῖς ἐν τέλει τραχύτατα προσφερόμενος, εἰς φθόνον ἅμα καὶ φόβον κατέστησε. τεχθέντων δὲ τούτων μῖσος, τὸ λειπόμενον εἰς ἐπιβουλὴν ἐτελεύτησεν. ἧς κοινωνοὺς ποιησάμενοι τοὺς Αὐρηλιανὸν ἀνελόντας, αὐτῷ μὲν ἐπιθέμενοι Μαξιμίνῳ, κατέσφαξαν· διώξαντες δὲ ἀναζευγνύντα Τάκιτον, ἀναιροῦσιν. Ἐντεῦθεν εἰς ἐμφύλιον κατέστη τὰ πράγματα ταραχήν· τῶν μὲν κατὰ τὴν ἑῴαν, βασιλέα Πρόβον ἑλομένων· τῶν δὲ κατὰ τὴν Ῥώμην, Φλωριανόν. καὶ Πρόβος μὲν εἶχε Συρίαν καὶ Φοινίκην καὶ Παλαιστίνην καὶ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν· τὰ δὲ ἀπὸ Κιλικίας μέχρις Ἰταλίας, Φλωριανός· ὑπήκουον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνη, Γαλάται καὶ Ἴβηρες, ἅμα τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ· καὶ προσέτι γε ἅπασα Λιβύη, καὶ τὰ Μαυρούσια φῦλα. Παρεσκευασμένων δὲ εἰς πόλεμον ἀμφοτέρων, εἰς τὴν Ταρσὸν ὁ Φλωριανὸς ἀφικόμενος, *αὐτῇ στρατόπεδον ἐνῴκει, τὴν κατὰ τῶν ἐν τῷ Βοσπόρῳ Σκυθῶν νίκην ἡμιτελῆ καταλιπούς· ταύτῃ τε καὶ τοῖς ἐγκεκλεισμένοις *ἐνδοὺς τὰ οἰκεῖα καταλαβεῖν. τρίβοντος δὲ Πρόβου τὸν πόλεμον, οἷα καὶ ἐξ

ἐλάττονος

ἐλάττονος πολλῷ δυνάμεως αὐτὸν ἀναδεξαμένου, κατὰ τὴν Ταρσὸν ἐν τῷ θέρει γινομένου καύματος, ἀηθήσαντες οἱ Φλωριανῷ συντεταγμένοι, διὰ τὸ ἐκ τῆς Εὐρώπης τὸ πλέον τοῦ στρατεύματος εἶναι, νόσῳ δεινῇ περιπίπτουσιν. ὅπερ μαθὼν ὁ Πρόβος, εἰς καιρὸν ἐπιθέσθαι διέγνω. τῶν δὲ Φλωριανοῦ στρατιωτῶν καὶ παρὰ δύναμιν ἐπεξελθόντων, ἐγένοντο μὲν ἀκροβολισμοὶ περὶ τῆς πόλεως· ἔργου δὲ οὐδενὸς ἀφηγήσεως ἀξίου πραχθέντος, ἀλλ' ἀποστάντων ἀλλήλων τῶν στρατοπέδων, ἐλθόντες μετὰ ταῦτα τινὲς τῶν ἅμα Πρόβῳ στρατευομένων, παραλύουσι Φλωριανὸν τῆς ἀρχῆς. οὗ γινομένου, χρόνον μὲν ἐφυλάχθη τινά· τῶν δὲ περὶ αὐτὸν οὐ κατὰ τὴν Πρόβου προαίρεσιν τοῦτο γεγενῆσθαι λεγόντων, ἀναλαβεῖν τὴν ἁλουργίδα Φλωριανὸς αὖθις ὑπέδεχετο· μέχρις ἐπανελθόντες οἱ τὰ Πρόβῳ τὴν ἀλήθειαν περὶ τούτου δοκιμάσαντα μηνύοντες, ἀναιρεθῆναι παρὰ τῶν οἰκείων Φλωριανὸν πεποιήκασι. Περιστάσης δὲ τῆς βασιλείας εἰς Πρόβον, ἐλαύνων ἐπὶ τὰ πρόσω, προοίμιον ἐποιήσατο τὴν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ πράξεων ἔργον ἐπαινετόν. τοὺς γὰρ τῶν ἀνελόντων Αὐρηλιανὸν καὶ ἐπιθεμένων Τακίτῳ, δίκην ἔγνω λαβεῖν· ἀλλὰ προφανῶς μὲν οὐ πράττει τὸ βουληθὲν, δέει τοῦ μὴ [τινὰ] ταραχὴν ἐκ τούτου συμβῆναι· λόχον δὲ στήσας ἀνδρῶν, οἷς τοῦτο τεθαρρηκὼς ἐτύγχανεν, ἐφ' ἑστίασιν τοὺς φονέας ἐκάλει. τῶν δὲ συνελθόντων, ἐλπίδι τοῦ βασιλικῇ κοινωνῆσαι τραπέζῃ, πρός τι τῶν ὑπερῴων ἀναχωρήσας ὁ Πρόβος, ἐξ οὗ τὸ γινόμενον ἄποπτον ἦν, σύνθημα τοῖς ἐπιτεταγμένοις τὸ δρᾶμα ἐδίδου. τῶν δὲ τοῖς συνεληλυθόσιν ἀφράκτοις οὖσιν ἐπιθεμένων, ἅπαντας πλὴν ἑνὸς κατέσφαξαν. ὃν μετ' οὐ πολὺ συλλαβὼν, ὡς αἴτιον σφίσι κινδύνου γεγονότα, παραδέδωκε ζῶντα τῷ πυρί. Ταῦτα διαπραξαμένῳ τῷ Πρόβῳ Σατουρνῖνος γένος Μαυρούσιος, ἐπιτήδειος ὢν ἐς τὰ μάλιστα τῷ βασιλεῖ, διὰ τοῦτό τε καὶ τὴν Συρίας ἀρχὴν ἐπιτετραμμένος, τῆς βασιλέως ἀποστὰς πίστεως, εἰς ἐπαναστάσεως ἔννοιαν ἦλθεν. ὅπερ ἀκούσαντι τῷ Πρόβῳ, καὶ διανοουμένῳ τὸ ἐγχείρημα μετελθεῖν, ἔφθησαν οἱ κατὰ τὴν ἕω στρατιῶται συγκατασβέσαντες τῇ τυραννίδι τὸν ἄνθρωπον. Ἔπαυσε καὶ ἄλλην ἐπανάστασιν ἐν τῇ Βρεττανίᾳ μελετηθεῖσαν, διὰ Βικτωρίνου Μαυρουσίου τὸ γένος. ὅπερ πεισθεὶς, ἔτυχε τὸν ἐπαναστάντα τῆς Βρεττανίας ἄρχοντα προστησάμενος. καλέσας γὰρ τὸν Βικτωρῖνον πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ἐπὶ τῇ συμβουλῇ

longe minoribus illud viribus ſuſceperat; quũ in æſtate ad Tarſum æſtus exſiſteret, qui erant a partibus Floriani milites, caloris inſueti, quod maior eſſet illius exercitus pars ex Europa, grauem in morbum incidebant. Quo cognito, in tempore Probus tentandum hoſtẽ ſtatuit. Floriani vero militibus etiam vltra vires egreſſis, velitationes quidem ante vrbem fiebãt: ſed quod nihil dignum commemoratione geſtum fuiſſet, diremtis a ſe inuicem exercitibus, acceſſere deinceps quidam, qui Probo militabant, & imperium Floriano abrogarunt. Quo facto, ad tẽpus aliquod cuſtoditus fuit. Sed quum ſui dicerent, non hoc de Probi factum ſententia, purpurã Florianus iterum ſumſit: donec reuerſi, qui ſignificarent, quid reapſe Probus de ipſo ſtatueret, a ſuis Florianum interficiurarunt. Probus imperio potitus, dũ mouet vlterius, exordium actionum pro republica ſuarũ dedit, facinus ſane laudabile. Nã de iis qui Aurelianũ occiderant, & Tacito manus ĩtulerãt, ſupplicium ſumere decreuit. Non tamen id palam molitur, quod deliberauerat; metuẽs, ne quid ea res turbę daret: ſed quodam alicubi cuneo militum cõſtituto, quorum fidei rem commiſerat, ad epulum cædis auctores inuitat. Poſteaquam hac illi ſpe conueniſſent, vt menſæ Imperatoris adhiberentur: in pergulã quãdam ſeceſſit Probus, de qua conſpici res peragenda poſſet; ac ſignum facinori perpetrando deſtinatis dedit. Hi vero inermes eos adorti, qui conuenerant; omnes, excepto dumtaxat vno, iugularunt: quem nõ multo poſt comprehẽſum, veluti qui periculum eis creaſſet, viuum igni tradidit. His a Probo peractis, *Saturninus* natione Maurus, Imperatori maxime familiaris, & cui propter hãc ipſam cauſſam adminiſtratio Syriæ credita fuerat, ab Imperatoris fide diſceſſit, & de rebellione cogitare cepit. Quod vbi Prob⁹ audiſſet, de conatu caſtigando cogitantem oriẽtales anteuertere milites, rebellione cũ ipſo Saturnino exſtincta. Sopiuit & aliam ſeditionem, in Britannia cõcitatam, per *Victorinum*, natione Maurum; cuius ſuaſu perduellem iſtum Britanniæ præſidem fecerat. Nam quum ad ſe Victorinum arceſſiuiſſet, eumq; de conſilio dato

reprehendiſſet; delictum illud correcturum ablegat. Victorinus in Britanniam ſtatim profectus, ſollerti commento perduellem interficit. His ita geſtis, vt diximus, etiam victoriis Probus aduerſus barbaros potitus eſt, duobus bellis confectis; quorum alteri ipſemet interfuit, alteri ducē præfecit. Et quoniam ciuitatibus Germanicis, quæ a vicinis Rheno barbaris infeſtabantur, neceſſario ſubueniendum erat: Rhenum verſus ipſemet cum copijs mouit. Occepto bello, quum fames in omnibus ijs locis ingrueret: immenſus imber delapſus, vna cum guttis frumentum quoque detulit; adeo quidem, vt eius acerui quibuſdam in locis, per ſe ſtructi, extiterint. Omnibus ad rem nouam & incredibilē obſtupefactis, initio quidem adtingere frumentum, eoq; famis vti remedio non audebant: ſed quum neceſſitas omni ſit metu valētior, panibus inde coctis veſcentes, ſimul & famem pepulerunt; & Imperatoris fortuna, nullo prope negotio, ſuperiores eo bello diſceſſerunt. Alia quoq; bella leui labore cōfecit. Acres etiam pugnas commiſit, primum cōtra Logiones, nationem Germanicam: quos quum viciſſet, ac ducem eorum Semnonem, cum filio, viuum in poteſtatem redegiſſet; ſupplices factos in fidem recepit: & captiuis, omniq; præda recuperata, quam habebant; certa quædam ſtipulatos dimiſit, ipſo quoque, cum filio, Semnone reddito. Alterum contra Francos prœlium pugnauit: quibus operâ ducum ſtrenue victis, ipſe cum Burgundorum Vandilorumq; copiis dimicauit. Quumq; militum numero ſuum deminui videret exercitum, partem quamdam ab hoſtibus auellere cogitabat, & cum ea prœlio decernere. qua in re cōſilio Imperatoris fortuna non defuit. Quippe quod exercitus ambo fluminis vtramq; ripam occupaſſent, barbaros in aduerſa ripa caſtra metatos ad pugnā Romani prouocabāt. Hac illi re quaſi per iracundiam perciti, quotquot ſane poterant, tranſiiciebant; ſignisq; collatis barbari partim cædebātur, partim viui Romanorum in poteſtatem veniebant. Reliqui, quum pacem ea lege petiiſſent, vt prædam cum captiuis, quos habebant, redderent: impetrato, quod poſtulauerant, non omnia reſtituerunt. Quamobrem indignatus Imperator, diſcedentes adortus, merito ſupplicio multauit; ipſis trucidatis, & †Igillo duce capto. Quotquot autem viuos in pote-

† al. Ingillo

μεμψάμενος, τὸ πταῖσμα ἐπανορθώσοντα πέμπει. ὁ δὲ, ἐπὶ τὴν Βρεττανίαν εὐθὺς ἐξορμήσας, περινοίᾳ τὸν ἄφρονα τὸν τύραννον ἀναιρεῖ. Ταῦτα δὲ διαθεὶς τὸν εἰρημένον μοι τρόπον, καὶ κατὰ τῶν βαρβάρων ἀνεδήσατο νίκας, δύο πολέμους ἀγωνισάμενος· καὶ τῷ μὲν αὐτὸς παραγεγονὼς, τῷ δὲ ἑτέρῳ στρατηγὸν ἐπιστησάμενος. ἐπεὶ δὲ ταῖς ἐν Γερμανίᾳ πόλεσιν ἐνοχλουμέναις ἐκ τῶν περὶ τὸν Ῥῆνον βαρβάρων ἠναγκάζετο βοηθεῖν, αὐτὸς μὲν ὡς ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἤλαυνεν· ἐνισταμένου δὲ τοῦ πολέμου, καὶ λιμοῦ πᾶσι τοῖς αὐτόθι τόποις ἐνσκήψαντος, ἄπλετος ὄμβρος καταρραγεὶς συγκατήγαγε ταῖς ψεκάσι καὶ σῖτον· ὥστε καὶ σωρεὺς αὐτομάτως ἐν τόποις τισὶ συντεθῆναι. πάντων δὲ ἐπὶ τῷ παραδόξῳ καταπλαγέντων, τὴν μὲν ἀρχὴν ἅψασθαι, καὶ τούτῳ θεραπεῦσαι τὸν λιμὸν οὐκ ἐθάρρουν· ἐπεὶ δὲ παντὸς δέους ἡ ἀνάγκη καρτερωτέρα, πέψαντες ἄρτους καὶ μεταλαβόντες, ἅμα καὶ τὸν λιμὸν ἀπεσείσαντο, καὶ τοῦ πολέμου ῥᾷστα τῇ τοῦ βασιλέως περιγεγόνασι τύχῃ. Κατώρθωσε δὲ καὶ ἄλλους πολέμους οὐ σὺν πόνῳ πολλῷ. μάχας δὲ καρτερὰς ἠγωνίσατο πρότερον μὲν πρὸς Λογίωνας, ἔθνος Γερμανικόν· οὓς καταγωνισάμενος, καὶ Σέμνωνα ζωγρήσας ἅμα τῷ παιδὶ τὸν τούτων ἡγούμενον, ἱκέτας ἐδέξατο, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τὴν λείαν πᾶσαν, ἣν εἶχον, ἀναλαβὼν, ἐπὶ ῥηταῖς ὁμολογίαις ἠφίει, καὶ αὐτὸν Σέμνωνα μετὰ τοῦ παιδὸς ἀπέδωκε. Καὶ δευτέρα γέγονεν αὐτῷ μάχη πρὸς Φράγγους· οὓς διὰ τῶν στρατηγῶν κατὰ κράτος νενικηκὼς, αὐτὸς Βουργούνδοις καὶ Βανδίλοις ἐμάχετο. πλήθει δὲ τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐλαττουμένην ὁρῶν, μερίδα τινὰ παρασπάσασθαι τῶν πολεμίων διενοεῖτο, καὶ ταύτῃ διαμάχεσθαι. καί πως συνέδραμε τῇ γνώμῃ τοῦ βασιλέως ἡ τύχη. τῶν γὰρ στρατοπέδων ὄντων παρ' ἑκάτερα ποταμοῦ, εἰς μάχην τοὺς πέραν βαρβάρους οἱ Ῥωμαῖοι προεκαλοῦντο. οἱ δὲ, ἐπὶ τούτῳ παροξυνθέντες, ὅσοι περ οἷοί τε ἦσαν, ἐπεραιοῦντο. καὶ συμπεσόντων σφίσι τῶν στρατοπέδων, οἱ μὲν ἀπεσφάττοντο τῶν βαρβάρων, οἱ δὲ καὶ ζῶντες ὑπὸ τοὺς Ῥωμαίους γεγόνασι. τῶν δὲ λειπομένων σπονδὰς αἰτησαμένων, ἐφ' ᾧτε καὶ τὴν λείαν καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, οὓς ἔτυχον ἔχοντες, ἀποδοῦναι, τυχόντες τῆς αἰτήσεως, οὐ πάντα ἀπέδοσαν. πρὸς ὃ βασιλεὺς ἀγανακτήσας, ἀναχωροῦσιν αὐτοῖς ἐπιθέμενος, ἀξίαν ἐπέθηκε δίκην, αὐτούς τε ἀποσφάξας, καὶ τὸν ἡγούμενον Ἴγιλλον ζωγρίᾳ ἑλών. ὅσους δὲ ζωγρῆσαι οἷός τε γέγονεν

γέγονεν ἑλεῖν, εἰς Βρεττανίαν παρέπεμψεν· οἳ τὴν νῆσον οἰκήσαντες, ἐπαναστάντος μετὰ ταῦτα τινός, γεγόνασι βασιλεῖ χρήσιμοι. Τούτων οὕτω περὶ τὸν Ῥῆνον αὐτῷ διαπολεμηθέντων, ἄξιον μηδὲ τὰ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ἰσαύροις τολμηθέντα παραδραμεῖν. Λύδιος, τὸ γένος Ἴσαυρος, ἐντεθραμμένος τῇ συνήθει λῃστείᾳ, στῖφος ὅμοιον ἑαυτῷ περιποιησάμενος, τὴν Παμφυλίαν ἅπασαν καὶ Λυκίαν ἐπῄει. συνελθόντων δὲ στρατιωτῶν ἐπὶ τῇ τῶν λῃστῶν καταλήψει, πρὸς Ῥωμαϊκὸν στρατόπεδον οὐχ οἷός τε ὢν ἀντιτάττεσθαι, *Κρῆμναν κατελάμβανε, πόλιν οὖσαν Λυκίας, ἐν ἀποκρήμνῳ τε κειμένην, καὶ κατὰ μέρος χαράδραις βαθυτάταις ὠχυρωμένην· ἐν ταύτῃ πολλοὺς ὡς ἐν ἀσφαλεῖ καὶ τειχήρει καταφυγόντας εὑρών. ἐπεὶ δὲ τοὺς Ῥωμαίους εἶδεν ἐγκειμένους τῇ πολιορκίᾳ, καὶ τὴν ἐν ταύτῃ τριβὴν γενναίως ὑφισταμένους, τὰ οἰκοδομήματα καθελών, ἀρόσιμον ἐποίησε τὴν γῆν· σπείρων τε σῖτον, παρεσκεύαζε τοῖς ἐν τῇ πόλει δαπάνην. Ὁρῶν δὲ τὸ πλῆθος πολλῆς δεόμενον χορηγίας, τὴν ἄχρηστον ἡλικίαν, ἄρρενά τε καὶ θήλεα, ἠφίει, τῆς πόλεως ἐκβαλών· ἐπεὶ δὲ οἱ πολέμιοι τὸ Λυδίου βούλευμα προϊδόμενοι, τοὺς ἐκβληθέντας αὖθις ἐπὶ τὴν πόλιν ἰέναι συνήλαυνον, ἐμβαλὼν εἰς τὰς περὶ τὴν πόλιν χαράδρας, διέφθειρεν. ὄρυγμα δέ τι, χρῆμα θαυμάσιον, ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὰ ἐκτὸς διορύξας, καὶ μέχρι τῶν ἐπέκεινα τοῦ πολεμίου στρατοπέδου τόπων ἐκτείνας, ἐξέπεμπε διὰ τούτου τινὰς ἐκ τῆς πόλεως ἐφ' ἁρπαγῇ θρεμμάτων καὶ ἄλλης τροφῆς· ἐκ τούτου τε χορηγία ἐν μέρει τοῖς πολιορκουμένοις εὐπόρει· μέχρις οἱ πολέμιοι τοῦτο, γυναικὸς αὐτοῖς μηνυσάσης, ἐξεῦρον. ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἀπεῖπεν ὁ Λύδιος, ἀλλ' οἴνου μὲν κατὰ βραχὺ τοὺς αὐτῷ συνόντας ἀπέστησε, καὶ σῖτον ἐμέτρει τοῦ συνήθους ἐλάττονα. τῶν δὲ σιτίων καὶ οὕτως ἐκλειπόντων, εἰς ἀνάγκην κατέστη τοῦ πάντας ἀπολέσαι τοὺς ἐν τῇ πόλει, πλὴν ἀνδρῶν αὐτῷ τε ἐπιτηδείων, καὶ πρὸς φυλακὴν ἀρκεῖν δοκούντων. κατέσχε δὲ καὶ [τὰς] γυναῖκας, ἃς ἐπὶ τῇ τῆς φύσεως ἀναγκαίᾳ χρείᾳ κοινὰς εἶναι πεποίηκε πᾶσιν. Ἐπεὶ δὲ πρὸς πάντα κίνδυνον ἐγνώκει διαπαλαῖσαι, συμβαίνει τι μετὰ πάντα ταῦτα τοιοῦτον. συνῆν τις αὐτῷ μηχανάς τε κατασκευάζειν εἰδώς, καὶ ἐκ μηχανῶν εὐστόχως ἀφιέναι βέλη δυνάμενος· ὥστε ὁσάκις ἐνεκελεύσατο ὁ Λύδιος αὐτῷ κατά τινος τῶν πολεμίων ἀφιέναι βέ-

ſtatem redigere potuerat, in Britanniam miſit: qui ſedes ea in inſula nanct., quum deinde ſeditionẽ aliquis molitus eſſet, vtiles Imperatori fuerunt. His ita propter Rhenum ab eo debellatis, operæ pretium fuerit, ne illa quidem ſilentio præteriri, quæ id temporis *Iſauri* patrarũt. *Lydius* quidam, natione Iſaurus, conſueto latrocinio innutritus, agmine ſibi ſimili comparato, totam Pamphyliam atq; Lyciam inuadebat. Quum autem milites, ad capiẽdos latrones, coiuiſſent: Lydius, qui exercitui Romano ſe non poſſet opponere, Cremnam occupauit, oppidum Lycię, ſitum in loco prerupto, & ex parte vallib. profundiſſimis munitum: cõpluribus in ea repertis, qui huc velut ad tutum, muriſq; clauſum opidum, confugerant. Poſteaquam vero Romanos intentos obſidioni, moram eius fortiter ferre conſpexit: ædificiis dirutis, ſolum arabile reddidit; & frumentum ſerens, iis, qui erãt in opido, victum parabat. Sed quod eam multitudinẽ ſuppeditatione copioſa videret egere, quidquid erat ætatis inutilis, tam mares, quam feminas, eiectos opido dimiſit. Quum hoſtes pręuiſo Lydii conſilio, rurſus eiectos in opidum ire cogerent: in ambientes opidum valles præcipitatos perdidit. Meatu autem operis admirandi ab opido verſus exteriora ducto, & perfodiendo vltra hoſtium caſtra porrecto; per eum ex opido quoſdam emittebat, qui pecora, ceteraq; alimenta raperent. Atque hinc commeatus obſeſſis ex parte ſatis copioſus ſuppetebat; donec id hoſtes mulieris indicio deprehẽderunt. Verum ne ſic quidem animum deſpõdit Lydius; ſed vinũ paullatim ſuis ademit, & frumenti eis ſolito minus admetiebatur. At hoc etiam modo deficientibus alimẽtis, ad eam neceſſitatem redactus eſt, vt omnes, quotquot erant in opido, perderet; exceptis idoneis ſibi viris, & qui ad opidi præſidium ſufficere viderentur. Retinuit & mulieres nonnullas: quas ad vſum naturæ neceſſarium communes omnibus eſſe iuſſit. Quumque luctari conſtanter aduerſus periculum quoduis conſtituiſſet, poſt iſtæc omnia tale quiddam accidit. Erat cum eo quidam, qui & machinas conficere nouerat, & machinis emittere tela ſingulari cum dexteritate poterat: adeo quidem, vt quoties Lydius aduerſus aliquẽ ex hoſtibus telum emittere

iuberet, a ſcopo non aberraret. Huic ergo quum imperaſſet, vt quemdam ex aduerſariis vulneraret, iſque telo emiſſo, vel caſu aberraſſet fortuito, vel data opera: veſte nudatum flagris miſere cęcidit, mortē præterea comminatus. Ille, tum propter verbera ſuccenſens, tum minis territus; oblata vſus occaſione, ſemet ex opido ſubducit. Quum quoſdam in milites e caſtris incidiſſet, & quidquid egiſſet, ac perpeſſus eſſet, iis expoſuiſſet: quamdam in muro feneſtram oſtendit, per quam Lydius, quidquid in caſtris gereretur, ſpeculari conſueuerat. Per eam more ſuo proſpectantem, telo ſe petiturum pollicetur. Ob hanc cauſſam, quum dux eius expeditionis hominem ad ſe recepiſſet; conſtituta machina, nonnulliſq; collocatis ante ſe, per quos occultaretur, ne ab hoſtibus conſpici poſſet; Lydium per foramen illud proſpectantem intuitus, emiſſo telo, vulnere letali percutit. Ille, quum etiam poſt acceptum vulnus in quoſdam ex ſuis crudeliter deſæuiiſſet, ac iureiurando ſuperſtites obſtrinxiſſet, obſidioni nullo modo ceſſuros; vix tamdem exſpirauit. Qui erant in opido, non ferentes amplius obſidionem, exercitui ſe dediderunt. Atque hunc finem latronum illud agmen habuit. Quum autem & *Ptolemais* in Thebaide ſita, defeciſſet ab Imperatore, bellumque perexiguum ad tempus duraturum ſuſcepiſſet: tam ipſam, quam ſocios belli *Blemmyas* Probus opera ducum ſuorum ad deditionem compulit. *Baſternas*, gentem Scythicam, quæ illi ſe ſubiecit, admittēs in Thracia, conceſſis agris, collocauit. Hi deinceps ſecundum leges & inſtituta Romanorum perpetuo vixerunt. Itidem quum *Franci* ad Imperatorem acceſſiſſent, & ab eo ſedes obtinuiſſent: pars eorum quædam defectionem molita, magnamq; nauium copiam nancta, totam Gręciam conturbauit. In Siciliam quoque delata, & vrbē Syracuſanam adorta, magnam in ea cædem edidit. Tamdem quum & in Africam adpuliſſet, ac reiecta fuiſſet, adductis Karthagine copiis: nihilo minus domum redire, nullum paſſa detrimentum potuit. Hoc quoq; Probo imperāte contigit. *Gladiatores* numero ad octoginta, conſpiratione facta, cuſtodibusq; ſuis interemtis, in vrbem progreſſi, quidquid offerretur, diripiebant: quum multi, ceu fieri ſolet, eis ſe permiſcuiſſent. Verum & illos Im-

λος, μὴ διαμαρτεῖν τοῦ σκοποῦ. τούτῳ τοίνυν ἐπιτάξας τρῶσαί τινα τῶν ἐναντίων, ἐπεὶ διήμαρτε βέλος ἐκπέμψας ἢ ἐκ τύχης ἢ ἐκ προνοίας, γυμνώσας τῆς ἐσθῆτος ἐσχάτως ἐμαστίγωσε, προσαπειλήσας καὶ θάνατον. ὁ δὲ, καὶ ἐπὶ ταῖς βασάνοις ἀγανακτῶν, καὶ ἐπὶ ταῖς ἀπειλαῖς δεδιὼς, καιροῦ δοθέντος ὑπεξάγει τῆς πόλεως ἑαυτόν. ἐντυχὼν δὲ τοῖς ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, καὶ ὅσα πέπραχέ τε καὶ ἔπαθε πρὸς τούτους ἐκφήνας, ἐπέδειξεν οὖσαν ἐν τῷ τείχει θυρίδα, δι' ἧς εἰώθει Λύδιος κατασκοπεῖν τὰ ἐν τῷ στρατοπέδῳ γινόμενα· ταύτης τε προκύπτοντα κατὰ τὸ σύνηθες ὑπισχνεῖτο τοξεύειν. ἀποδεξαμένου δὲ αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ τοῦ τῆς στρατείας ἡγουμένου, στήσας μηχανὴν, προστησάμενός τε τοὺς αὐτὸν ἀποκρύπτοντας, ὡς ἂν μὴ παρὰ τῶν ἐναντίων ὁρῷτο, προκύπτοντα τῆς ὀπῆς τὸν Λύδιον θεασάμενος, καὶ τὸ βέλος ἀφιεὶς, πλήττει καιρίαν. ὁ δὲ, πράξας καὶ μετὰ τὴν πληγὴν εἰς τινὰς τῶν συνόντων αὐτῷ τὰ ἀνήκεστα, καὶ τοῖς λελειμμένοις ὅρκους ἐπαγαγὼν περὶ τοῦ μὴ ἐνδοῦναι τῇ πολιορκίᾳ καθάπαξ, μόλις ἐξέλιπεν. οἱ δὲ κατὰ τὴν πόλιν, οὐκ ἐνέχοντες ἔτι τὴν πολιορκίαν, ἐξέδοσαν ἑαυτοὺς τῷ στρατοπέδῳ. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸ λῃστικὸν τέλος ἐδέξατο. Τῆς δὲ κατὰ Θηβαΐδα Πτολεμαΐδος ἀποστάσης βασιλέως, πόλεμον δὲ προσκόπτοντα ἐπὶ χρόνον βραχὺν ἀραμένης, αὐτήν τε καὶ τοὺς συμμαχήσαντας αὐτῇ Βλέμμυας παρεστήσατο Πρόβος διὰ τῶν τότε στρατηγησάντων. Βαστέρνας δὲ, Σκυθικὸν ἔθνος, ὑποπεσόντας αὐτῷ προσιέμενος, κατῴκισε Θρᾳκίοις χωρίοις· καὶ διετέλεσαν τοῖς Ῥωμαίων βιοτεύοντες νόμοις. Καὶ Φράγκων τῷ βασιλεῖ προσελθόντων, καὶ τυχόντων οἰκήσεως, μοῖρά τις ἀποστᾶσα, πλοίων εὐπορήσασα, τὴν Ἑλλάδα συνετάραξεν ἅπασαν· καὶ Σικελίᾳ προσσχοῦσα καὶ τῇ Συρακουσίων προσμίξασα, πολὺν κατὰ ταύτην εἰργάσατο φόνον. ἤδη δὲ καὶ Λιβύῃ προσορμισθεῖσα, καὶ ἀποκρουσθεῖσα, δυνάμεως ἐκ Καρχηδόνος ἐπενεχθείσης, οἵα τε γέγονεν ἀπαθὴς ἐπανελθεῖν οἴκαδε. Πρόβου δὲ βασιλεύοντος καὶ τόδε συνέβη. τῶν μονομάχων ἐς ὀγδοήκοντα συστάντες, διαχειρισάμενοι τοὺς φυλάττοντας, εἰς τὰ τῆς πόλεως ἐξελάσαντες, τὰ ἐν ποσὶν ἐλῄζοντο, πολλῶν (οἷα συμβαίνειν φιλεῖ) συναναμιχθέντων αὐτοῖς. ἀλλὰ καὶ τούτους βασι-

ἀλλὰ, δύναμιν ἐκπέμψας, ἐξέτεμε. Ταῦτα διαπραξαμένῳ τῷ Πρόβῳ, καλῶς δὲ καὶ δικαίως οἰκονομήσαντι τὴν ἀρχήν, ...

perator, miſſis copiis, excidit. His rebus a Probo geſtis, qui & præclare ac iuſte adminiſtrauit imperium,

Ἰσέον ὡς ἐνταῦθα λείπει τὸ τέλος τοῦ α΄ λόγου καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ β΄.

Sciendum, heic primi libri finem deſiderari, & ſecundi principium.

ΖΩΣΙΜΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ἐκ τοῦ τὸν μακρότατον ἀνθρώπου βίον τὸ μέσον διάστημα περιλαμβάνειν ταύτης τῆς ἑορτῆς. *σέκουλα γὰρ τὸν αἰῶνα Ῥωμαῖοι καλοῦσι. συντελεῖ δὲ πρὸς λοιμῶν καὶ φθορῶν καὶ νόσων *ἀκέσεις. ἔσχε δὲ τὴν ἀρχὴν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Οὐάλεσος Οὐαλέσιος, ἀφ' οὗ τὸ *Οὐαλεριανῶν κατάγεται γένος, ἦν ἐν τοῖς Σαβίνων ἔθνεσι περιφανής. τούτῳ πρὸ τῆς οἰκίας ἄλσος ἦν ἐκ δένδρων μεγίστων. τούτων πεσόντος κεραυνοῦ καταφλεχθέντων, ἠπόρει πρὸς τὸ *ἐκ τοῦ κεραυνοῦ καταφλεχθέντων σημαινόμενον. νόσου δὲ τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἐνσκηψάσης ὑπὲρ τὴν τῶν ἰατρῶν τέχνην, διὰ τῶν μάντεων ἤει. τῶν δὲ διὰ τοῦ τρόπου τῆς τοῦ πυρὸς πλώσεως ὅτι θεῶν ἐστι μῆνις τεκμηραμένων, εἰκότως δι' ἐκθυσιῶν ὁ Οὐαλέσιος τὸ θεῖον ἐξιλεοῦτο διὰ τῶν μάντεων. ὤν τε μετὰ τῆς γυναικὸς ἐν φόβῳ, καὶ τὸν τῶν παίδων θάνατον ἐλπίζων ὅσον οὐδέπω συμβήσεσθαι, προσπεσὼν τῇ Ἑστίᾳ, δύο τελείας ἀντὶ τῶν παίδων αὐτῇ δώσειν ὑπισχνεῖτο ψυχάς, ἑαυτοῦ τε καὶ τῆς τῶν παίδων μητρός. ἀποβλέπων δὲ εἰς τὸ κεραυνόβλητον ἄλσος, ἀκοῦσαι φωνῆς ἔδοξεν, ἀπάγειν εἰς Τάραντα ἐγκελευομένης τὰ τέκνα, κἀκεῖσε θερμήναντα τοῦ Τιβέρεως ὕδωρ ἐπὶ τῆς Ἅιδου καὶ Περσεφόνης ἐσχάρας, τοῖς παισὶ δοῦναι πιεῖν. ταῦτα ἀκούσας, τότε δὴ πλέον τὴν τῶν παίδων σωτηρίαν ἀπήλπισε. Τάραντά τε γὰρ πόρρω που τῆς Ἰταλίας εἶναι, καὶ οὐκ ἂν ἐν ταύτῃ τὸ Τιβέρεως ὕδωρ φανήσεσθαι. δεδοίκει δὲ αὐτῷ πονηρὰν ἐλπίδα καὶ τὸ θερμῆναι τὸ ὕδωρ ἐπὶ βωμοῦ χθονίων δαιμόνων ἀκοῦσαι. ἐπὶ τούτοις ἀπορησάντων καὶ τῶν τερατοσκόπων, αὖθις πυθόμενος, ἔγνω δεῖν τῷ θεῷ πείθεσθαι· καὶ ἐμβαλὼν πλοίῳ ποταμίῳ τὰ τέκνα, κατήγαγε τὸ πῦρ. *ἐκθανόντων δὲ αὐτῶν ὑπὸ καύματι,

ZOSIMI HISTORIARVM LIBER SECVNDVS.

ex eo, quod hominis vita longiſſima medium celebritatis huius interuallum complectitur. Nam ſæculū Romani vocant, quod αἰῶνα Græci dicūt; hoc eſt, ætatem. Conducit autem ad peſtes, & lues, & morbos curandos. Originem ex cauſſa quadā huiuſmodi habuit. Valeſus Valeſius, a quo Valerianorū familia deducitur, vir erat apud Sabinos illuſtris. Is ante domum ſuam lucū habebat, ex arboribus maxime proceris: quibus fulmine tactis, & exuſtis, quidnam arbores hæ vi fulminis abſumtæ portenderent, ambigebat. Quum autē ipſius liberi morbo correpti eſſent, medicorū artem ſuperante, haruſpices adibat: qui quū ex ignis delapſi modo conieciſſent, deûm hanc iram eſſe: non abs re cæſis hoſtiis numen Valeſius, haruſpicū opera, placabat. Et quoniam cum vxore in metu verſabatur, & liberûm mortem magis, quam antehac vmquam alias, exſpectabat: ad Veſtam prolapſus, duas ſe adultas ei, puerorū loco, policebatur oblaturum animas; ſuā videlicet, ac matris eorum. Quūq; reſpiceret ad lucum fulmine tactum, audire viſus eſt vocem, quæ iuberet, vt Tarentum pueros deportaret; atq; ibi calfactam aquam Tiberinam in Ditis patris & Proſerpinæ foco, pueris bibēdam daret. His auditis, magis etiam de ſalute liberûm deſperabat. Tarentum namq; remoto Italiæ loco ſitum eſſe, nec ibi Tiberinam aquam ſe reperturum. Præterea ſpem nō bonam & illud ſibi præbere, quod aquā in ara deûm inferorum calfaciēdam audiuiſſet. Et quum ob hęc incerti etiam haruſpices eſſent, iiſdem rurſus auditis, Deo parendum ſtatuit. Itaq; coniectis in fluuiale †nauigium liberis, ignem ſecundo flumine detulit. Ipſis autem ſe ſub æſtu exporrigētibus,

De ludis ſecularibus. Confer Valerii Maximi caput 4. lib. 2.

† lintrem dixit Valerius Max.

ad eam ripæ partẽ adnauigabat, qua parte motus fluminis tranquillior videretur. Quũq; paſtoriciam quãdam in caſam cũ pueris diuertiſſet, Tarenti capiendum eſſe hoſpitium, audiuit. Hæc enim loci eius erat adpellatio, Tarento propter Iapygium promontorium ſito, cognominis. Quapropter ob euentum felicem numine Valeſius adorato, gubernatori mandat, vt nauim ad terrã adpellat: & egreſſus, rem paſtoribus expoſuit. Quũq; hauſtam e Tiberi aquam in quodam foco, ab ſe id loci facto, calfeciſſet; eam pueris bibendam dedit. Qua illi pota, quiete ſopiti, conſanuerunt. Quumq; vidiſſent in ſomniis, Diti patri & Proſerpinæ nigras immolandas eſſe hoſtias, continuumq; trinoctium carminibus & tripudiis exigẽdum: patri ſomniũ hoc indicauerunt, quaſi vir magnus, & diuinam formam præferens, hæc in campo Martio fieri iuſſiſſet; in quo locus etiam vacuus eſt, ad equorum exercitium. Quum autem Valeſius aram ibi conſtruere vellet, eaque de cauſſa locum lapicidæ foderẽt: reperta eſt ara iam facta, in qua erãt hæ litteræ: DITIS PATRIS AC PROSERPINÆ. Itaq; tum clarius, quid agendum eſſet, edoctus; ad eam aram nigras hoſtias obtulit, & nocturnos ibidem ludos fecit. Hæc autem ara, & immolationis ritus, tali quadam ex cauſſa principium habuit. Bellum inter Romanos & Albanos erat; & quũ vtrimq; iam in armis eſſent, quidam prodigioſa facie conſpectus eſt, amictus pelle nigra, & clamans; Ditem patrem atq; Proſerpinã eis imperaſſe, rem ſacrã ſub terra prius ſibi facerent, quam ventum ad manus eſſet. atque his dictis, euanuit. Romani, ſpectro territi, & aram ſub terra ſtruxerunt, & facta re ſacra, rurſus aram humo, ad xx pedum altitudinẽ egeſta, obruerunt: vt præter Romanos, aliis omnibus de ea nihil conſtaret. Hac reperta Valeſius, & ſacro, nocturniſq; ludis peractis: adpellatus eſt *Manius Valerius Tarentinus*. Nã Deos inferos Romani *Manes* dicunt; & ſanum eſſe, *Valere*: *Tarentini* deniq; nomẽ ei datum, ob rem ſacram ad Tarentum factam. Sequentibus inde temporibus, peſtilẽtia in vrbe orta, primo poſt exactos reges anno, P. Valeri⁹ Poplicola, cæſo apud hanc aram Diti patri & Proſerpinæ boue nigro, nigraq; bucula, peſte liberauit vrbem,

τούτῳ προσέπλει τῷ μέρει, καθ' ὃ τὸ τοῦ ποταμοῦ ῥεῦμα ἠρεμαῖον ἐδόκει. καλύβῃ δὲ ποιμένος ἐναυλισθεὶς ἅμα τοῖς παισὶν, ἤκουε κατάγεσθαι δεῖν ἐν τῷ Τάραντι. ταύτην γὰρ εἶχεν ὁ τόπος προσηγορίαν, τῇ κατὰ τὴν ἄκραν Ιαπυγίαν ὁμώνυμος ὢν Τάραντι. προσκυνήσας οὖν ἐπὶ τῇ εὐτυχίᾳ τὸ θεῖον ὁ Οὐάλεσσος, ἐπὶ τὴν χέρσον ὀκεῖλαι τῷ κυβερνήτῃ προσέταξε· καὶ ἀποβὰς, τοῖς ποιμέσιν ἐξεῖπεν. ἀρυσάμενος δὲ ἐκ τοῦ Θύμβριδος ὕδωρ, καὶ τοῦτο θερμήνας ἐπί τινος κατὰ τὸν τόπον ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένης ἐσχάρας, ἔδωκε πιεῖν τοῖς παισίν. οἱ δὲ, ἅμα τῷ πιεῖν ὕπνου προσγενομένου, κατέστησαν ὑγιεῖς. ὄναρ δὲ θεασάμενοι, προσαγαγεῖν ἱερεῖα μέλανα Περσεφόνῃ καὶ Ἅιδῃ, καὶ τρεῖς ἐπαλλήλους ἄγειν παννυχίδας ᾠδῶν καὶ χορῶν, ἀφηγήσαντο πρὸς τὸν πατέρα τὸ ὄναρ, ὡς ἀνδρὸς μεγάλου καὶ θεοπρεποῦς ταῦτα ποιεῖν ἐπισκήψαντος ἐπὶ τοῦ Ἀρείου πεδίου, καθ' ὃ καὶ ἀνεῖται τόπος εἰς γυμνάσιον ἵππων. βουλομένου δὲ τοῦ Οὐαλεσίου βωμὸν αὐτόθι καθιδρῦσαι, καὶ τῶν λιθοξόων ὀρυττόντων ἐπὶ τούτῳ τὸν τόπον, βωμὸς εὑρέθη πεποιημένος, ἐν ᾧ γράμματα ἦν, ΑΔΟΥ ΚΑΙ ΠΕΡΣΕΦΟΝΗΣ. τότε τοίνυν σαφέστερον διδαχθεὶς τὸ πρακτέον, τούτῳ τῷ βωμῷ τὰ μέλανα προσῆγεν ἱερεῖα, καὶ τὰς παννυχίδας ἐν αὐτῷ διετέλει ποιῶν. Οὗτος δὲ ὁ βωμὸς καὶ ἡ τῆς ἱερουργίας κατάστασις, ἀρχὴν ἔλαβεν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Ῥωμαίοις καὶ Ἀλβανοῖς πόλεμος ἦν. ὄντων δὲ ἀμφοτέρων ἐν ὅπλοις, ἐπεφάνη τις τερατώδης τὴν ὄψιν, ἠμφιεσμένος δέρματι μέλανι, καὶ βοῶν, ὡς Ἅιδης καὶ Περσεφόνη, πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, θυσίαν ὑπὸ γῆν αὐτοῖς ποιῆσαι προσέταξαν. καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀφανὴς γέγονε. τότε τοίνυν οἱ Ῥωμαῖοι ταραχθέντες ἐπὶ τῷ φάσματι, καὶ τὸν βωμὸν ὑπὸ γῆς ἵδρυσαν, καὶ τὴν θυσίαν πεποιηκότες, χώματι βάθους εἴκοσι ποδῶν κατεκάλυψαν τὸν βωμὸν, ὡς ἂν πλὴν Ῥωμαίων ἅπασι τοῖς ἄλλοις ἄδηλον εἴη. τοῦτον ὁ Οὐαλέσιος εὑρὼν, καὶ τὴν θυσίαν καὶ τὰς παννυχίδας ἐπιτελέσας, ἐκλήθη Μάνιος Οὐαλέριος Ταραντῖνος. τούς τε γὰρ χθονίους θεοὺς, Μάνης καλοῦσι Ῥωμαῖοι, καὶ τὸ ὑγιαίνειν, Βαλῆρε· Ταραντῖνος δὲ, ἀπὸ τῆς ἐν τῷ Τάραντι θυσίας. χρόνοις δὲ ὕστερον λοιμοῦ συμβάντος τῇ πόλει, τῷ πρώτῳ μετὰ τοὺς βασιλέας ἔτει, Πόπλιος Βαλέριος Ποπλικόλας ἐν τούτῳ τῷ βωμῷ θύσας Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ μέλανα βοῦν καὶ δάμαλιν μέλαιναν, ἠλευθέρωσε τῆς νόσου τὴν πόλιν,

ἐπιγράψας

ἐπιγράψας τῷ βωμῷ ταῦτα· ΠΟΓΑΙΟΣ ΒΑΛΕΡΙΟΣ ΠΟΓΑΙΚΟΛΑΣ ΤΟ ΓΥΡ ΑΡΕΙΟΥ ΓΕΔΙΟΥ ΑΔΗι ΚΑΙ ΠΕΡΣΕΦΟΝΗι ΚΑΘΙΕΡΩΣΑ, ΚΑΙ ΘΕΩΡΙΑΣ ΗΓΑΓΟΝ ΑΔΗι ΚΑΙ ΠΕΡΣΕΦΟΝΗι ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ. Μετὰ δὲ ταῦτα νόσων καὶ πολέμων ἐνσκηψάντων, ἔτει μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἐπὶ τριακοσίοις πεντηκοστῷ καὶ δευτέρῳ, λύσιν εὑρεῖν ἡ γερουσία τῶν κακῶν ἐκ τῶν Σιβύλλης βουλομένη χρησμῶν, τοῖς εἰς τοῦτο τεταγμένοις ἀνδράσι τοὺς χρησμοὺς ἀνερευνῆσαι παρεκελεύσατο. τῶν δὲ λοιπὸν παύσεσθαι τὸ κακὸν, εἰ θύσαιεν Ἅδῃ καὶ Περσεφόνῃ, προαγορευσάντων, ἀναζητήσαντες τὸν τόπον, Ἅδῃ καὶ Περσεφόνῃ κατὰ τὸ προσταχθὲν καθήγισαν, Μάρκου Ποπλίου τὸ τέταρτον ὑπατεύοντος· καὶ τῆς ἱερουργίας συντελεσθείσης τῶν ἐπικειμένων ἀπαλλαγέντες, τὸν βωμὸν αὖθις ἐκάλυψαν, ἐν ἐσχάτῳ που κείμενον τοῦ Ἀρείου πεδίου.

Ταύτης ἐπὶ χρόνον τῆς θυσίας ἀμεληθείσης, αὖθις τινῶν συμπεσόντων ἀποθυμίων, ἀνενεώσατο τὴν ἑορτὴν Ὀκταβιανὸς ὁ Σεβαστὸς, προαχθεῖσαν μὲν ὑπάτων ὄντων Λουκίου Κενσωρίνου καὶ Μάρκου Μανλίου Πουηλίου, τότε δὲ Λουκίου Κενσωρίνου καὶ Γαΐου Σαβίνου, τὸν θεσμὸν Ἀτηίου Καπίτωνος ἐξηγησαμένου, τοὺς χρόνους καθ' οὓς ἔδει τὴν θυσίαν γενέσθαι καὶ τὴν θεωρίαν ἀχθῆναι, τῶν πεντεκαίδεκα ἀνδρῶν, οἳ τὰ Σιβύλλης θέσφατα φυλάττειν ἐτάχθησαν, ἀνερευνησάντων. μετὰ δὲ τὸν Σεβαστὸν Κλαύδιος ἤγαγε τὴν ἑορτὴν, οὐ φυλάξας τὸν τῶν ὡρισμένων ἐτῶν ἀριθμόν. μεθ' ὃν Δομετιανὸς, τὸν Κλαύδιον παραπεμψάμενος, καὶ τὴν περίοδον τῶν ἐτῶν, ἀφ' οὗ τὴν ἑορτὴν ὁ Σεβαστὸς ἐπετέλεσεν, ἀριθμήσας, ἔδοξε τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδοθέντα φυλάττειν θεσμόν. ἐπὶ τούτοις ὁ Σεβῆρος τῶν δέκα καὶ ἑκατὸν ἐνστάντων ἐτῶν, ἅμα τοῖς παισὶν Ἀντωνίνῳ καὶ Γέτᾳ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν κατεστήσατο, Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὄντων ὑπάτων. Τοιοῦτος δέ τις ὁ τρόπος ἀναγέγραπται τῆς ἑορτῆς. περιιόντες οἱ κήρυκες, εἰς τὴν ἑορτὴν συνιέναι πάντας ἐκέλευον ἐπὶ θέαν, ἣν οὔτε πρότερον εἶδον, οὔτε μετὰ ταῦτα θεάσονται. κατὰ δὲ τὴν ὥραν τοῦ θέρους, πρὸ ἡμερῶν ὀλίγων τοῦ τὴν θεωρίαν ἀχθῆναι, ἐν τῷ Καπετωλίῳ καὶ ἐν τῷ νεῷ τῷ κατὰ τὸ Παλάτιον, οἱ δεκαπέντε ἄνδρες ἐπὶ βήματος καθήμενοι, τῷ δήμῳ διανέμουσι τὰ καθάρσια. ταῦτα δέ ἐστι δᾷδες καὶ θεῖον καὶ ἄσφαλτον. δοῦλοι δὲ τούτων οὐ μετέχουσιν, ἀλλὰ ἐλεύθεροι μόνοι. συνελθόντος δὲ τοῦ δήμου παντὸς, ἔν τε τοῖς ῥηθεῖσι τόποις καὶ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος, ὃ ἐν τῷ Αὐεντίνῳ λόφῳ καθίδρυται, σῖτον καὶ κριθὴν ἕκαστος φέρει, καὶ

inſcriptis aræ verbis hiſce: P. VALERIVS POPLICOLA IGNEM CAMPI MARTII DITI PATRI ET PROSERPINÆ DEDICAVI; LVDOSQVE DITI PATRI ET PROSERPINÆ PRO LIBERTATE POP. ROM. FECI. Secundum hæc morbis & bellis exortis, anno ab vrbe condita ſupra trecenteſimũ, quinquageſimo ſecundo, Senatus, iis ſe malis liberare de Sibyllinis oraculis volens; eos, ad quos hæc cura pertinebat, oracula ſcrutari iuſſit. Illis mali finem fore nuntiantibus, ſi Diti patri & Proſerpinæ rẽ ſacram feciſſent: perquiſito loco, Diti patri & Proſerpinæ, ceu iuſſi fuerãt, M. †Poplio quartũ COS. vota nuncuparunt: & peracto ſacro, malis vrgentibus liberati, rurſus aram terra obruerunt, in extremo campo Martio alicubi ſitam. Eodem ſacrificio ad tempus neglecto, quũ rurſus aduerſi quidam caſus accidiſſent; Octauianus Auguſtus ludos inſtaurauit; factos illos quidem ante, L. Cenſorino, & M. Manlio Puelio COSS. tunc autem L. Cenſorino, & C. Sabino; quũ Ateius Capito leges ludorũ expoſuiſſet; ac tempus, quo rem ſacrã fieri, atq; edi ſpectacula oporteret, xvuiri, ad quos oraculorum Sibyllinorũ cuſtodia pertinebat, inueſtigaſſent. Poſt Auguſtũ, Claudius ludos celebrauit, numero præſtitutorum annorũ neglecto. Poſt eũ Domitianus, Claudio valere iuſſo, numeratoque ambitu annorum, ex quo ludos Auguſtus feciſſet; traditam ab initio legem ſeruare viſus eſt. Secundum hos Seuerus, quum anni cx iam adpetiiſſent; cũ filiis, Antonino & Geta, ludos eoſdẽ ordinauit, Chilone Liboneq; COSS. Modus ludorum huiuſmodi relatus eſt in litteras. Circumeuntes præcones, vniuerſos ludorum cauſſa conuenire iubebant ad ſpectaculum, quod neque vidiſſent antea, neque viſuri poſthac eſſent. Ipſo autem meſſis tempore, perpaucis diebus ante, quam ludi peragerentur; in Capitolio temploq; Palatino xvuiri ſedentes in ſuggeſtu, luſtralia populo diſtribuebãt. Ea ſunt faces, & ſulpur, & bitumen. Nec participes horum ſerui ſunt, ſed liberi dumtaxat homines. Poſteaquam populus vniuerſus & in locis iis quæ diximus, & in templo Dianæ, quod eſt in Auentino colle, conuenit; triticum, & hordeum, &

† rectius Poutio

& fabas quiſque ſecum fert, ac Parcis nocturnos ludos caſte pudiceq; faciunt. Vbi ludorum tempus adpetiit, quos tribus diebus, totidemq; noctibus in campo Martio faciunt; hoſtiæ propter ripam Tiberis ad Tarentum diis conſecrãtur. His autem diis rem ſacram faciunt; videlicet Ioui, Iunoni, Apollini, Latonæ, Dianæ: tum prçter hos, Parcis, & Lucinis, & Cereri, & Diti patri, & Proſerpinæ. Prima nocte ſpectaculorum, ad horam ſecundam, tribus aris in ripa fluminis conſtructis, Imperator cum xv viris tres agnos cædit; & aris ſanguine reſperſis ſolidas victimas adolet. Scena vero ſine theatro constructa, lumina cũ rogis accenduntur, & hymnus recẽs factus canitur; adeoq; ſpectacula conſentanea rebus diuinis eduntur. Et hæc qui peragunt, pro mercede primitias fructuum, tritici, hordei, fabarum, accipiunt. Nam illæ, ceu dictum eſt, ab vniuerſo populo distribuũtur. Poſtridie conſcenſo Capitolio, & cõſuetis ibidẽ immolatis hoſtiis, ad conſtructum inde theatrum progreſſi, Apollini & Dianæ ludos faciunt. Inſequẽti die matronæ nobiles ad horam ab oraculo conſtitutã in Capitolium conuenientes, Deo ſupplicant, & hymnis eum, ceu fas eſt, celebrant. Die tertio, in Apollinis æde Palatina, ter nouem illuſtres pueri, cum totidem virginibus, omnes † vtrimq; florentes, hoc eſt, qui ambos parẽtes adhuc ſuperſtites habent, hymnos & pæanes Grçca Romanaq; lingua canunt, quibus ſubiectæ Romanis vrbes ſeruantur. Itidem alia ſecundum traditum a numine ritum fiebant. quç ſane quamdiu peracta fuerũt, nullum reſpublica Romana detrimẽtum cepit. Vt autem & reapſe vera iſtæc eſſe credamus, ipſum Sibyllæ oraculum adponam; quod ante nos etiam ab aliis eſt relatum:

† Patrimos & Matrimos Cicero, cum aliis, vocat.

Aſt vbi mortalis longiſſima venerit ætas
Vita, centenis denis redeuntibus annis;
Sis Romane memor, nec te vlla obliuia fallãt:
Sis memor, vt facias Diis immortalibus illo
Rem ſacram in campo, quem Thybridis adluit vnda;
Nox breuior tenebris terras vbi texerit atris,
Solque ſuum iubar abdiderit. tum victima Parcis
Caprarum atq; ouiũ pariter cadat Oceaninis.
Poſtea cæruleæ placantor & Ilithyiæ,
Lucinæ, quibus hæc ſacris decet. inde feraci

κύαμον· καὶ ταῖς Μοίραις ἄγουσι παννυχίδας μετὰ σεμνότητος ἐν νυξίν. ἐνστάντος δὲ τοῦ χρόνου τῆς ἑορτῆς, ἣν ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐν τῷ τοῦ Ἄρεως ἐπιτελοῦσι πεδίῳ, καὶ ταῖς ἴσαις νυξὶ, καθιεροῦτο τὰ τελούμενα παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ Θύμβριδος ἐν τῷ Τάραντι. θύουσι δὲ θεοῖς, Διὶ καὶ Ἥρᾳ καὶ Ἀπόλλωνι καὶ Λητοῖ καὶ Ἀρτέμιδι· καὶ προσέτι γε Μοίραις καὶ Εἰλεθύαις καὶ Δήμητρι καὶ Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ. τῇ δὲ προτέρᾳ τῶν θεωριῶν νυκτὶ δευτέρας ὥρας ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ τριῶν παρασκευασθέντων βωμῶν τρεῖς ἄρνας θύει, μετὰ τῶν δεκαπέντε ἀνδρῶν· καὶ τοὺς βωμοὺς καθαιμάξας, ὁλοκαυτοῖ τὰ θύματα. κατασκευασθείσης δὲ σκηνῆς δίχα θεάτρου, φῶτα ἀνάπτεται καὶ πυρὰ, καὶ ὕμνος ᾄδεται νεωστὶ πεποιημένος, θεωρίαι τε ἱεροπρεπεῖς ἄγονται. κομίζονται δὲ οἱ ταῦτα ποιοῦντες μισθὸν τὰς ἀπαρχὰς τῶν καρπῶν σίτου καὶ κριθῆς καὶ κυάμων. αὗται γὰρ, ὡς εἴρηταί μοι, καὶ τῷ δήμῳ παντὶ διανέμονται). τῇ δὲ μετὰ ταύτην ἡμέρᾳ εἰς τὸ Καπετώλιον ἀναβάντες, κἀνταῦθα τὰς νενομισμένας θυσίας προσαγαγόντες, ἐνθένδε ἐπὶ τὸ κατεσκευασμένον θέατρον ἐλθόντες, τὰς θεωρίας ἐπιτελοῦσιν Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι. τῇ δὲ μετὰ ταύτην ἡμέρᾳ γυναῖκες ἐπίσημοι, κατὰ τὴν ὥραν ἣν ὁ χρησμὸς ὑπηγόρευσεν, εἰς τὸ Καπετώλιον συνελθοῦσαι, λιτανεύουσι τὸν θεὸν, καὶ ὑμνοῦσιν ὡς θέμις. ἡμέρᾳ δὲ τρίτῃ ἐν τῷ κατὰ τὸ παλάτιον Ἀπόλλωνος ἱερῷ, τρὶς ἐννέα παῖδες ἐπιφανεῖς μετὰ παρθένων τοσούτων, οἱ πάντες ἀμφιθαλεῖς, ὅπερ ἐστὶν, ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντες περιόντας, ὕμνους ᾄδουσι τῇ τε Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων φωνῇ, καὶ παιᾶνας, δι' ὧν αἱ ὑπὸ Ῥωμαίους σώζονται πόλεις. ἄλλα τε κατὰ τὸν ὑφηγημένον παρὰ τοῦ θείου τρόπον ἐπράττετο· ὧν ἐπιτελουμένων διέμενεν ἡ ἀρχὴ Ῥωμαίων ἀλώβητος. ὡς ἂν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἀληθῆ ταῦτα εἶναι πιστεύσωμεν, αὐτὸν παραθήσομαι τῆς Σιβύλλης χρησμὸν, ἤδη πρὸ ἡμῶν παρ' ἑτέρων ἀνενηνεγμένον·

Ἀλλ' ὁπόταν μήκιστος ἵκῃ χρόνος ἀνθρώποισι
Ζωῆς, εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύων,
Μεμνῆσθαι Ῥωμαῖε, καὶ οὐ μάλα λῆσαι *ἑαυτοὺς,
Μεμνῆσθαι τάδε πάντα· θεοῖσι μὲν ἀθανάτοισι
Ῥέζειν ἐν πεδίῳ παρὰ Θύμβριδος ἄπλετον ὕδωρ,
*Ῥοπῇ στεινότατον νὺξ ἡνίκα γαῖαν ἐπέλθῃ,
Ἠελίου κρύψαντος ἑὸν φάος. ἔνθα σὲ ῥέζειν
Ἱερὰ παντογόνοις Μοίραις ἄρνας τε καὶ αἶγας.
Κυανέας ἐπὶ ταῖσδ' Εἰλεθύας ἀρέσασθαι
Παιδοτόκους θυέεσσιν, ὅπῃ θέμις. αὖθι δὲ Γαίῃ

Πληθομένῃ

Πληθομένη χοῖρός τε καὶ ὗς ἱερεῖτο μέλαινα.
Ζάλευκοι ταῦροι δὲ Διὸς παρὰ βωμὸν ἀγέσθων
Ἤματι, μὴ δ' ἐπὶ νυκτί. θεοῖσι γὰρ οὐρανίοισι
Ἡμέριος πέλεται θυέων τρόπος. ὡς δὲ καὶ αὔτως
Ἱρεύειν δαμάλης τε. βοὸς δέμας ἀγλαὸν Ἥρης
Δεξάσθω νηὸς παρὰ σοῦ. καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων,
Ὅς τε καὶ Ἥλιος κικλήσκεται, ἶσα δεδέχθω
Θύματα Λητοΐδης. ἀειδόμενοί τε Λατῖνοι
Παιᾶνας, κούροις κούραισί τε νηὸν ἔχοιεν
Ἀθανάτων· χωρὶς δὲ κόραι χορὸν αὐταὶ ἔχοιεν,
Καὶ χωρὶς παίδων ἄρσην στάχυς· ἀλλὰ γονήων
Πάντων ζωόντων, οἷς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη.
Αἱ δὲ γάμου ζεύγλαις δεδμημέναι, ἤματι κείνῳ
Γνὺξ Ἥρης παρὰ βωμὸν ἀοίδιμον ἑδριόωσαι,
Δαίμονα λισσέσθωσαν, ἅπασι θελήματα δοῦναι
Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξί, μάλιστα δὲ θηλυτέρῃσι.
Πάντες δ' ἐξ οἴκοιο φερέσθων ὅσσα κομίζειν
Ἔστι θέμις θνητοῖσιν, ἀπαρχομένοις βιότοιο,
Δαίμοσι μειλιχίοισιν ἱλάσματα, καὶ μακάρεσσιν
Οὐρανίδαις. τάδε πάντα τεθησαυρισμένα κείσθω,
Ὄφρα τε θηλυτέρῃσι καὶ ἀνδράσιν ἑδριόωσιν
Ἔνθεν πορσύνῃς μεμνημένος. ἤμασι δ' ἔστω
Νυξί τ' ἐπασσυτέρῃσι θεοπρέπτοις κατὰ θώκους
Παμπληθὴς ἄγυρις. σπουδὴ δὲ γέλως τε μεμίχθω.
Ταῦτά τοι ἐν φρεσὶν ᾗσιν ἀεὶ μεμνημένος εἶη.
Καί σοι πᾶσα χθὼν Ἰταλή, καὶ πᾶσα Λατίνη,
Αἰὲν ὑπὸ σκήπτροισιν ὑπαυχένιον ζυγὸν ἕξει.

Εἰ τοίνυν, ὡς ὁ θεοπρόπιον φησὶ καὶ ὁ ἀληθὲς ἔχει, τούτων ἁπάντων κατὰ θεσμὸν ἐπιτελουμένων, ἐφυλάττετο μὲν ἡ Ῥωμαίων ἀρχή, καὶ διετέλεσαν τὴν καθ' ἡμᾶς πᾶσαν ὡς εἰπεῖν οἰκουμένην ὑφ' ἑαυτοῖς ἔχοντες· ἀμεληθείσης δὲ τῆς ἑορτῆς, ἀποθεμένου Διοκλητιανοῦ τὴν βασιλείαν, ὑπερρύη κατὰ βραχύ, καὶ ἔλαθε κατὰ τὸ πλέον βαρβαρωθεῖσα, ὡς αὐτὰ ἡμῖν τὰ πράγματα ἔδειξε. Βούλομαι δὲ καὶ ἐκ τῶν χρόνων ἀληθῆ δεῖξαι τὸν λόγον. ἀπὸ γὰρ τῆς Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὑπατείας, καθ' ἣν Σεβῆρος τὴν τῶν Σεκουλαρίων ἤγαγεν ἑορτήν, ἄχρις ὅτε Διοκλητιανὸς ἐννάκις, ὀκτάκις δὲ Μαξιμιανός, γεγόνασιν ὕπατοι, διέδραμεν εἰς ἐνιαυτοὺς πρὸς τοῖς ἑκατόν. καὶ τότε Διοκλητιανὸς ἰδιώτης ἐκ βασιλέως ἐγένετο· καὶ Μαξιμιανὸς ταὐτὸ τοῦτο πεποίηκε. τρὶς δὲ ἤδη γεγονότων ὑπάτων Κωνσταντίνου καὶ Λικιννίου, τῶν δέκα καὶ ἑκατὸν ἐνιαυτῶν ὁ χρόνος συνεπληροῦτο· καθ' ὃν ἔδει τὴν ἑορτὴν κατὰ τὸ νενομισμένον ἀχθῆναι. τούτου δὲ μὴ φυλαχθέντος, ἔδει εἰς τὴν νῦν συνέχουσαν ἡμᾶς ἐλθεῖν τὰ πράγματα δυσκληρείαν.

Telluri porcus mactator cum ſue nigra.
Inde boues niuei Iouis adducuntor ad aram;
Idq; die, haud noctu. nam diis caeleſtibus vna
Sacra diurna placent. Similes his ſunto iuuenca:
Iunonis nitidam capiant altaria vaccam.
Hinc & ſacra feret paria abs te Phoebus Apollo,
Latona genitus, quem Solem nomine dicunt.
Peanaſque canent ſublata voce Latini
Aedibus in ſacris pueri, innuptaque puella:
Sic tamen, ex alia vt conſiſtant parte puella,
Ex alia pueri dicant ſua carmina; quorum
Saluus vterq; parens fruitur vitalibus auris.
At quae nuptarum fuerint numeroque locoque,
Adſideant flexis genibus Iunonis ad aram,
Diuam exorantes, cunctorum vt vota ſecundet;
Vota quidem & marium, magis at muliebria vota.
Quilibet eque domo ſecum ferat omnia, quae fas
Mortales ſuperis, cen primitias epularum,
Mitibus & diuis, diuis offerre beatis
Caelitibus. Sint haec omnes cumulata per aras,
Ex his ſuppedites vt femellis maribusque,
Qui ſacris aderunt. etenim noctesque diesque
Vis hominum preſens ad puluinaria diuum
Ingens ſit numero, ludicra & ſeria tractans.
Haec adeo tibi ſint memori bene condita mente.
Itala ſic tellus omnis, tellusque Latina
Aeternum tua ſceptra colet, tua iuſſa capeſſet.

Quum igitur recte, ſicut oraculum tradit, & ipſa res exigit, haec omnia ſuo modo ac ritu peragerentur: ſaluum erat Romanorum imperium, & vniuerſum (prope dixerim) orbem noſtrum perpetuo ſibi ſubiectum habebant. Iisdem vero ludis neglectis, quũ imperio ſe DIOCLETIANVS abdicaſſet: paullatim quaſi deliquit, taciteque redactum eſt ad barbariam maiori ex parte; ſicuti res ipſae teſtantur. Libet autem eius, quod dico, veritatem de temporibus ipſis probare. Nam a conſulatu Chilonis & Libonis, quo Seuerus ludos ſaeculares exhibuit, vſque ad Diocletiani nonum, Maximiani octauum conſulatum, centum & vnus annus elapſi fuerunt. ac tum quidem priuatus ex Imperatore Diocletianus factus eſt; cuius exemplum Maximianus eſt ſequutus. Verum Conſtantino & Licinnio tertiũ COSS. centum & decem annorũ tempus integrum aderat, quo iam ludos conſueto more celebratos oportuit. Eo vero non obſeruato, ad infelicitatem illam res prolabi neceſſe fuit, quae hoc tempore nos vrget.

Ac Diocletianus quidē annis tribus poſtea mortuus eſt. Qui vero iam facti erant Imperatores, CONSTANTIVS & MAXIMIANVS GALLERIVS; Cæſares adpellauere, *Seuerum* & *Maximinum*, qui nati erant ex ſorore Gallerii: & Italiam Seuero, Maximino prouincias ad ſolem orientem ſitas adtribuerūt. Quum autem in bono res eſſent ſtatu, & vbiq; locorum barbari perlubenter, ob res ſuperiorum temporum feliciter in eos geſtas, quieſcerent: CONSTANTINVS, natus ex conſuetudine mulieris, quæ materfamilias non eſſet, nec in manum Imperatori Conſtantio legitime cōueniſſet, iam dudum cum animo ſuo de imperio cogitans, & cupiditate maiori accenſus, ex quo Seuerus & Maximinus dignitatem Cæſareā conſequuti fuerant; ea loca relinquenda ſtatuit, quibus in locis agebat, & ad Cōſtantium patrem proficiſcendum, qui apud nationes tranſalpinas erat, & in Britannia plerumq; viuebat. Veritus autem, ne forte fugiens adprehenderetur, quod compluribus iam notiſſimus eſſet amor imperii, quo flagrabat; equos ſtabularios, quos alebat reſpublica, quū primum aliquod ſtabulum adtigiſſet, mutilans & inutiles relinquēs, quotquot vlterius ſtabāt, iis vtebatur. Quod quum de loco in locum pergens faceret; excluſit ab vlteriori progreſſione perſequentes; & ipſe propius ad eos populos acceſſit, apud quos degebat pater. Quumque contingeret, vt Conſtantius Imperator eodem tempore de vita decederet; neminem prætoriani milites ex legitimis ipſius liberis idoneum regno iudicarunt; ſed Conſtantinum ad hoc aptum videntes, ſimulque ſpe magnificarum largitionū erecti, Cæſaris ei dignitatem tribuerunt. cuius imagine Romæ, pro more, exhibita: MAXENTIVS, Maximiani Herculii filius, non tolerandū ratus, Conſtantino quidem ex animi ſentētia conatum ſuum ſuccedere, qui muliere nō matrona genitus eſſet; ſe vero talis Imperatoris filium, neglectū iacere, paternum imperium obtinentibus aliis: adiunctis ſibi adminiſtris inſtituti Marcelliano & Marcello tribunis militū, & Luciano, ſuillæ carnis præbitore, quam fiſcus populo Romano largiebatur; & aulicis præterea militibus, quos prætorianos vocant; in regium ab his ſolium collocatus eſt, magnis ſe viciſſim muneribus adfecturum policitus eos, a quibus hoc conſequutus eſſet.

Διοκλητιανὸς μὲν τελευτᾷ τρισὶν ἐνιαυτοῖς ὕστερον· ἤδη δὲ καταστάντες αὐτοκράτορες Κωνστάντιος καὶ Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος, ἀνέδειξαν καίσαρας Σεβῆρον καὶ Μαξιμῖνον, ἀδελφῆς ὄντα παῖδα τοῦ Γαλλερίου· Σεβήρῳ μὲν τὴν Ἰταλίαν, Μαξιμίνῳ δὲ τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον παραδόντες. τῶν δὲ πραγμάτων εὖ διακειμένων, καὶ τῶν πανταχοῦ βαρβάρων ἐκ τῶν προλαβόντων κατορθωμάτων ἀσμένως ἡσυχαζόντων, Κωνσταντῖνος, ἐξ ὁμιλίας γυναικὸς οὐ σεμνῆς οὐδὲ κατὰ νόμον συνελθούσης Κωνσταντίῳ τῷ βασιλεῖ γεγεννημένος, ἤδη μὲν ἔχων ἔννοιαν ἐν ἑαυτῷ βασιλείας, εἰς μείζονα δὲ καταστὰς ἐπιθυμίαν ἀφ' οὗ Σεβῆρος καὶ Μαξιμῖνος τῆς τοῦ καίσαρος τιμῆς ἔτυχον, ἔγνω τοὺς τόπους λιπεῖν ἐν οἷς ἔτυχε διατρίβων, ἐξορμῆσαι δὲ πρὸς τὸν πατέρα Κωνστάντιον, ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν ὄντα, καὶ τῇ Βρεττανίᾳ συνεχέστερον ἐνδημοῦντα. δεδιὼς δὲ μή ποτε φεύγων καταληφθείη, (περιφανὴς γὰρ ἦν ἤδη πολλοῖς ὁ κατέχων αὐτὸν ἔρως τῆς βασιλείας) τοὺς ἐν τοῖς σταθμοῖς ἵππους, οὓς τὸ δημόσιον ἔτρεφεν, ἅμα τῷ φθάσαι τὸν σταθμὸν, κολούων καὶ ἀχρείους ἐῶν, τοῖς ἑξῆς ἑστῶσιν ἐχρῆτο· καὶ ἑξῆς τοῦτο ποιῶν, τοῖς μὲν διώκουσιν ἀπέκλειε τὴν ἐπὶ τὸ πρόσω πορείαν, αὐτὸς δὲ προσήγγιζε τοῖς ἔθνεσιν ἐν οἷς ἦν ὁ πατήρ.

Συμβὰν δὲ τὸν αὐτοκράτορα Κωνστάντιον ἐν αὐτῷ τελευτῆσαι τῷ χρόνῳ, τῶν μὲν ὄντων αὐτῷ γνησίων παίδων οὐδένα πρὸς βασιλείαν ἔκριναν ἀξιόχρεων· ὁρῶντες δὲ Κωνσταντῖνον εὖ ἔχοντα οἱ περὶ τὴν αὐλὴν στρατιῶται, καὶ ἅμα δωρεῶν μεγαλοπρεπῶν ἐπαρθέντες ἐλπίσι, τὴν τοῦ καίσαρος ἀξίαν αὐτῷ περιέθεσαν. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ δειχθείσης κατὰ τὸ σύνηθες, οὐκ ἀνασχετὸν εἶναι νομίσας Μαξέντιος, ὁ Μαξιμιανοῦ τοῦ Ἑρκουλίου παῖς, εἰ Κωνσταντίνῳ μὲν ἐκβαίη τὸ σπουδαθὲν, ἐξ ἀσέμνου μητρὸς γεγονότι, βασιλέως δὲ τοιούτου παῖς αὐτὸς γεγονὼς, οἴκοι κείμενος μένοι, τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἑτέρων ἐχόντων· προσλαβὼν ὑπηρέτας τῆς ἐγχειρήσεως Μαρκελλιανὸν καὶ Μάρκελλον ταξιάρχους, καὶ Λουκιανὸν, (ὃς τοῦ χοιρείου κρέως ἦν χορηγὸς, ὃ τὸ δημόσιον ἐπεδίδου τῷ Ῥωμαίων δήμῳ) καὶ προσέτι γε τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν στρατιώτας, οὓς πραιτωριανοὺς καλοῦσιν· εἰς τὸν βασίλειον θρόνον παρὰ τούτων ἀνεβιβάσθη, μεγάλαις ἀμείβεσθαι δωρεαῖς τοὺς τοῦτο δόντας αὐτῷ κατεπαγγελλόμενος.

ὥρμησαν

ὥρμησαν δὲ ἐπὶ τὴν πρᾶξιν Ἀβελλίου πρότερον ἀναιρεθέντος, ὃς ἐπὶ τοῦ τῆς πόλεως ὑπάρχου τόπον ἐπέχων, ἔδοξε τοῖς ἐγχειρουμένοις ἐναντιοῦσθαι. Ταῦτα μαθὼν Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος, ἐκπέμπει τὸν Καίσαρα Σεβῆρον πολεμήσοντα Μαξεντίῳ. *ἐξορμήσαντα δὲ αὐτὸν τοῦ Μεδιολάνου, καὶ διὰ τῶν Μαυρουσίων ἐλθόντα ταγμάτων, χρήμασι δὲ πολὺ μέρος τῶν σὺν αὐτῷ στρατιωτῶν διαφθείρας Μαξέντιος, ἤδη δὲ καὶ τὸν τῆς αὐλῆς ὕπαρχον προσποιησάμενος Ἀνυλλῖνον, ἐκράτησε ῥᾷστα. Σεβήρου συμφυγόντος εἰς τὴν Ῥάβενναν, πόλιν *ὀχυρὰν τε καὶ πολυάνθρωπον, καὶ τροφῶν ἔχουσαν πλῆθος αὐτῷ τε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ στρατιώταις ἀρκοῦν. Ταῦτα γνοὺς Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος, καὶ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς εἰκότως ἀγωνιῶν Μαξεντίου, τῆς Λουκανίας, ἐν ᾗ τότε ἦν, ἐξορμήσας, ἐπὶ τὴν Ῥάβενναν ἧκε. συνιδὼν δὲ ὡς οὐκ ἂν ἄκων ταύτης ἐκβληθείη Σεβῆρος, ἀσφαλοῦς τε οὔσης καὶ τροφὰς ἐχούσης ἀρκούσας, ὅρκοις ἀπατήσας, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλθεῖν ἔπεισε. διιόντα δὲ τοῦτον, καὶ εἴς τι χωρίον ἐλθόντα, ᾧ Τρία καπηλεῖα προσηγορία, λόχος ἐγκαθίσας αὐτόθι παρὰ *Μαξεντίου συλλαβὼν καὶ βρόχῳ τὸν τράχηλον ἀρτήσας, ἀνεῖλεν. οὐκ ἐνεγκὼν δὲ μετρίως τὰ ἐπὶ τῷ Καίσαρι Σεβήρῳ γενόμενα Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος, ἐκ τῆς ἑῴας ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἔγνω παραγενέσθαι, δίκην τε Μαξεντίῳ τῶν ἡμαρτημένων ἐπιθεῖναι. γενόμενος δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, καὶ τοὺς στρατιώτας οὐ πιστῶς περὶ αὐτὸν ἔχειν αἰσθόμενος, ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἀνέζευξε, μάχης οὐδεμιᾶς γενομένης. Ἐν τούτῳ καὶ Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος, δυσαναχετῶν ἐπὶ τῇ κατεχούσῃ τὴν πολιτείαν ταραχῇ, πρὸς Διοκλητιανὸν ἀφικνεῖται, τηνικαῦτα ἐν Καρνούτῳ πόλει Κελτικῇ διατρίβοντα, καὶ πείθειν ἐπιχειρεῖ τὴν βασιλείαν ἀναλαβεῖν, καὶ μὴ περιιδεῖν τὴν τοσούτῳ χρόνῳ καὶ πόνοις αὐτῶν φυλαχθεῖσαν, ἐκδοθῆναι παραφρονούσῃ νεότητι καὶ παρανοίᾳ τῶν εἰσφρησάντων ἑαυτοὺς τῇ βασιλείᾳ, συλλυομένην. Διοκλητιανοῦ δὲ μὴ *πειθομένου τοῖς αἰτουμένοις, ἀλλὰ τὴν ἡσυχίαν ἔμπροσθεν ποιησαμένου τοῦ πράγματα ἔχειν, (ἴσως γὰρ καὶ προείδετο τὴν καθέξουσαν τὰ πράγματα σύγχυσιν, οἷα καὶ τῇ περὶ τὸ θεῖον ἀεὶ προσκείμενος ἀγχιστείᾳ) διαμαρτὼν τῆς πείρας ὁ Ἑρκούλιος, καὶ μέχρι Ῥαβέννης ἐλθὼν, αὖθις ἐπὶ τὰς Ἄλπεις ἤλαυνεν, συνδιαλεξόμενος ἐκεῖσε διατρίβοντι Κωνσταντίνῳ. φύσει δὲ ὢν φιλοπράγμων καὶ ἄπιστος, δώσειν ὑποσχόμενος τὴν θυγα-

Facinus quidẽ ipſum auſpicati ſunt, Abellio prius interfecto, quod is præfecti vrbis locum obtinens, horũ molitionibus aduerſari viſus eſſet. His cognitis, *Seuerum* Cæſarem Maximianus Gallerius ablegat, bellum Maxentio facturum. Eũ Mediolano profectum, & cum Maurorum ordinibus accedẽtem, Maxentius, militum animis maiori ex parte pecunia corruptis, atq; etiam præfecto prætorii Anullino ſibi conciliato, nullo negotio vicit. Seuerus fuga Rauẽnam ſe contulit, vrbem munitam & populoſam, quæq; copiam alimentorum tantam haberet, quanta tum ipſi, tum militibus eius ſufficeret. Hęc quum *Maximianus Herculius* intellexiſſet, ac de filio Maxentio non abs re ſollicitus eſſet; Lucania relicta, in qua id temporis degebat, Rauennam contendit. Quumq; vidiſſet, Seuerum hac inuitum eiici non poſſe, quod munita eſſet, & annonis idoneis abundaret: ſacramentis circumuento, Romam vt veniret, perſuaſit. Quo quidem pergens, vbi quemdam ad locum veniſſet, quem Tres tabernas vocant, ab inſidiis, quas eo loco † Maxentius collocauerat, adprehẽſus necatur, inſerta laqueo ceruice. Quum autem Maximianus Gallerius haud æquo tuliſſet animo, quæ in Seuerum Cæſarem deſignata fuerãt: ab oriente Romam eũdum ſtatuit, & admiſſorum nomine meritas Maxentio pœnas irrogandas. Vt in Italiam adpulerat, parum fidos erga ſe militum animos ſentiẽs, ad oriẽtem, nullo commiſſo prœlio, rediit. Interim Maximianus etiam Herculius eas turbas, quæ rempublicam vexarent, indigne ferẽs; ad Diocletianum, id temporis † Carnuti (opidum hoc Celticum eſt) degentem, venit; eique perſuadere nititur, vt imperium reſumeret, nec id pateretur tam diuturno tempore, tantiſq; laboribus ipſorum conſeruatum, inſanienti iuuentæ, ac illorum dementiæ, a quibus occupatum eſſet, expoſitum quaſſari. Verum Diocletiano poſtulatis eius non adſentiente, ſed negotiorum occupationi quietem anteferente; (nam fortaſſis etiam rerum perturbationem ſequuturam proſpiciebat, vt erat vir religionis obſeruãtiſſimus) Herculius eo conatu fruſtratus, & Rauennã vſq; progreſſus, rurſum verſus Alpes contendit, vt cõmorantẽ ibi Conſtantinũ cõueniret. Quũq; natura inquietus & infidus eſſet, promiſſa illi Fau-

† al. Maximianus

Sigonius Carnunti ſcripſit, & in Pannonia collocat.

ſta filia, eoque promiſſo impleto; fallere conabatur hominem, & perſuadere, diſcedētem ex Italia Gallerium Maximianum perſequeretur, & inſidias Maxētio strueret. Ad hæc quum illum obſequentem nanctus eſſet, a Conſtantino diſcedēs, imperium recuperare nitebatur: quod ſperaret, ſe Conſtantinum generum, & filiū Maxentium, in mutua concitaturū odia. Dum hæc ille molitur, Maximianus Gallerius ex ſocietate ſuperiorū temporum familiarē ſibi LICINNIVM, Imperatorem creat; quod huius opera bello Maxentium perſequi cogitaret. Poſteaquā Gallerius hæc agitans conſilia, ex incurabili vulnere vitam cum morte commutaſſet; imperium Licinnius quoq; ſibi vindicabat. Eidem recuperādo, ceu diximus, intentus Maximianus Herculius, vt milites a beneuolētia & ſtudiis erga Maxentium alienaret, operam dabat. At quū is largitionibus, & miſeris ſupplicationibus, ſuas in partes eos pertraxiſſet: etiam Conſtantino ſtruere nitebatur inſidias eorum opera militum, quos ille penes ſe habebat. Verum quod Fauſta conatum illius anteuertiſſet, ac rem totam Cōſtantino indicaſſet: in deſperationem rerum omnium adductus Herculius, apud †Tarſum morbo exſtinguitur. Maxentius, inſidiis hiſce liberatus, ſeq; iam conſtabilitum habere putans imperium; in Africam & Karthaginem mittebat, qui eius imaginem circumferrent. Quod quum fieri prohibuiſſent eorum locorū milites, ob ſuam erga Gallerium Maximianum beneuolentiam, eiusque memoriam; cognito, Maxētium eius aduerſationis cauſa ſuſcepturum expeditionem, Alexandriam diſceſſere. Quumq; ſatis magnas in copias incidiſſent, quibus obſiſtere non poterant; nauigiis Karthaginem reuerſi ſunt. Quamobrem commotus Maxentius, in Africā nauigare cōſtituit, & auctores horū facinorum punire. Sed quū haruſpices rē ſacrā feciſſent, nec perlitatum dicerēt: nauigare veritus, partim quod exta ſe nō offerrēt bona, partim quod metueret ne Alexāder aduerſaretur, qui p̄fecti prætorii Africæ munere fungebatur; adeoq; traniectionis in Africā ex Italia viam ſibi muniens, omni ſuſpicione liberā: ad Alexandrum ſe conuertit, & ab eo filiū ſibi obſidē dari petit. Habebat enim filium Alexander ætatis adultæ, facie quā honeſta.

† Sigonius ex aliis tradit, Maſſiliæ strāgulatum, iuſſu Cōſtantini

τέρα Φαῦσαν αὐτῷ, καὶ τὴν ὑπόσχεσιν αὐτῷ πληρώσας, παρήγαγεν ἐπεχείρει καὶ πείθειν, ὡς ἂν διώκοι μὲν ἐκ τῆς Ἰταλίας ἀναχωροῦντα Γαλλέριον Μαξιμιανὸν, ἐπιβουλεύοι δὲ Μαξεντίῳ. ὡς εἶχεν δὲ πρὸς ταῦτα πειθόμενον, ἀνεχώρει μὲν τοῦ Κωνσταντίνου, τὴν δὲ βασιλείαν ἀναλαβεῖν αὖθις ἐσπούδαζεν, ἐλπίδι τοῦ [καὶ] Κωνσταντῖνον τὸν κηδεστὴν καὶ τὸν υἱὸν Μαξέντιον κακῶς διαθήσειν. Ἀλλὰ τούτων ὄντων ἐν ἐγχειρήσεσιν ἔτι, Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος ἐκ παραλαβούσης *ἑταιρείας ἐπιτήδειον ὄντα αὐτῷ Λικίννιον, βασιλέα καθίστησιν, ἐπιστρατεῦσαι τοῦτον Μαξεντίῳ διανοούμενος. ἐπεὶ δὲ ταῦτα βουλευομένῳ τραῦμα δεινὸν ἐνσκῆψαι αὐτῷ, τοῦ βίου μετέστησεν, εἴχετο μὲν καὶ Λικίννιος τῆς βασιλείας· Ἑρκούλιος δὲ Μαξιμιανὸς ἀναλαβεῖν, ὡς εἴρηταί μοι, τὴν βασιλείαν ἐπιχειρήσας, ἀλλοτριῶσαι μὲν τῆς πρὸς Μαξέντιον εὐνοίας τοὺς στρατιώτας ἐσπούδασε· τοῖς δὲ δωρεαῖς καὶ ἐλεειναῖς ἱκεσίαις αὐτοὺς ἐπισπασαμένου, καὶ τῆς κατὰ Κωνσταντίνου διὰ τῶν σὺν αὐτῷ στρατιωτῶν ἐπιβουλῆς ἐπειρᾶτο. παρακαταλαβούσης δὲ Φαύστης τὸ ἐγχειρούμενον, καὶ τῷ Κωνσταντίνῳ τοῦτο μηνυσάσης, ἀπορούμενος ἐπὶ τῷ πάντων ἐκπεσεῖν ὁ Ἑρκούλιος, νόσῳ κατὰ τὴν Ταρσὸν ἐτελεύτησε. Ταύτην δὲ διαφυγὼν ὁ Μαξέντιος τὴν ἐπιβουλὴν, ἔχειν τε ἤδη βεβαίως οἰόμενος τὴν ἀρχὴν, ἐν Λιβύῃ καὶ Καρχηδόνι τοὺς τὴν εἰκόνα τὴν αὐτοῦ περιοίσοντας ἔπεμπεν. ὅπερ γενέσθαι κωλύσαντες οἱ αὐτόθι στρατιῶται, τῇ περὶ Γαλλέριον Μαξιμιανὸν εὐνοίᾳ καὶ μνήμῃ, ἐπεὶ Μαξέντιον ἐπιστρατεύσειν αὐτοῖς ἔγνωσαν ταύτης ἕνεκα τῆς ἀντιστάσεως, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀνεχώρησαν· ἱκαναῖς δὲ δυνάμεσι περιπεσόντες, αἷς ἀντιστῆναι οὐχ οἷοί τε ἦσαν, ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα πάλιν ἀπέπλευσαν. ἐφ᾽ οἷς κινηθεὶς ὁ Μαξέντιος, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Λιβύην ἐκπλεῦσαι, καὶ τῶν ταῦτα τολμησάντων ἁμαρτήματα μετελθεῖν. τῶν δὲ μάντεων ἐκθυσαμένων, αἴσιά τε οὐκ εἶναι τὰ ἱερὰ λεγόντων, ὀκνήσας τὸν ἔκπλουν διά τε τὸ μὴ καλὰ φανῆναι τὰ ἱερὰ, καὶ διὰ τὸ δεδιέναι μήποτε Ἀλέξανδρος αὐτῷ στῇ, τόπον ἐπέχων τοῦ ὑπάρχου τῆς αὐλῆς ἐν Λιβύῃ καθεστάμενος, καταστρατηγόμενος *ἑαυτῷ τῆς αὐτῶν ὑπονοίας ἀπηλλαγμένην τὴν ἐπὶ Λιβύην ἐκ τῆς Ἰταλίας διάβασιν, ἐκπέμπει πρὸς Ἀλέξανδρον, ὅμηρον αἰτῶν αὐτῷ τὸν ἐκείνου παῖδα δοθῆναι. ἦν γὰρ παῖς τῷ Ἀλεξάνδρῳ τήν τε ἡλικίαν ἀκμάζων, καὶ τὴν ὄψιν ὡραῖος. ὁ δὲ,

ὁ δὲ ὑποπτεύσας ὡς οὐχ ὁμηρείας ἕνεκεν αἰτοίη τὸν παῖδα δοθῆναι Μαξέντιος, ἀλλ' ἐπὶ πράξεσιν ἀπίστοις, ἀπωθεῖται τὴν ἐπὶ τούτῳ πρεσβείαν. ἐπεὶ δὲ καὶ τοὺς δόλῳ διαχρησομένους αὐτὸν ὁ Μαξέντιος ἐξαπέστειλε, καὶ προδοσίᾳ τὸ σκευωρηθὲν ἐφωράθη· τότε δὴ καιρὸν εὑρόντες οἱ στρατιῶται πρὸς ἀπόστασιν ἐπιτήδειον, τὴν ἁλουργίδα περιέθεσαν Ἀλεξάνδρῳ, Φρυγί τε ὄντι τὸ γένος, καὶ δειλῷ καὶ ἀτόλμῳ, καὶ πρὸς πάντα πόνον ὀκνοῦντι, καὶ προσέτι γεγηρακότι.

ſe connexis, ſtrauit; ita vt pontem pro arbitrio ſolueret, & eumdē nullo rurſus negotio iungeret. Heic & tabernacula militum vulgo fixit, & regium loco maxime medio tentorium conſtruxit; adeoque vt hæc caſtra opidis eximia magnitudine atque elegantia ornatis, nulla ſui parte cederent, effecit. Quum autem ſuis epulum daret Imperator, & ordinum duces, atque cohortium, cenæ adhiberentur: ſoli Latinus & Thalaſſus, qui principem locum apud Imperatorē obtinebant, conuiuio non intererant, de Philippo ſolliciti, quem Magnentius legationis miſſum nomine, ſecum habebat. Dum illi de hoc conſultant, venit Titianus, e patrum Romæ conſcriptorum numero, ſuperbas a Magnentio voces perferens: ac multis contumelioſis in Conſtantinum & filios eius congeſtis, & vrbium interitu ad horum in gubernatione ſecordiam relato; Conſtantiū imperio cedere Magnentio iuſſit, & æqui bonique facere, ſi vel de vitæ ſecuritate ei cauiſſet. At ille, precatus Deum atque Vindictam, interemti Cōſtantis vltores eſſent, iis ſe ſociis bellum geſturum ait. Atq; ita Titiano poteſtas ad Magnentium redeundi facta fuit: licet Philippus apud illum detentus hæreret. Magnentius, eductis copiis, Sciſciam primo captā impetu deleuit. Quumque loca propter Sauum omnia inuaſiſſet, maximamque prædam egiſſet; Sirmium duxit, eo quoque citra pugnam potiturum ſemet exiſtimans. Sed hoc conatu fruſtratus, (quippe tam ab incolarū multitudine repulſus fuit, quam a militibus, quibus datum fuerat vrbis tuendæ negotium) Murſam vniuerſis cum copiis cōtendit. Quum autem ii, qui erant in vrbe, portas occluſiſſent, & in ꝓpugnacula ſucceſſiſſent: Magnentius, quo pacto rē adgrederetur, animi dubius hærebat; qui neq; machinas vllas haberet, nec alia ratione murum ſubire poſſet. Telis enim, ſaxiſque petebatur ab iis, qui de pinnis pugnabāt. Itidem fama obſidionis ad Cōſtantium perlata, vniuerſis ille cum copiis, opem vrbi periclitanti laturus, acceſſit; quū & Cibalim, & vniuerſam regionem, per quā Drauus amnis labitur, a tergo reliquiſſet. Interim Magnentius, ſuis Murſæ propius admotis, ignem portis intulit; vt ferro conſumto, quod ligna tegeret, exercitui

κείσαις ἀλλήλαις ἐγεφύρωσε· διαλύων τὴν γέφυραν, ὁπότε δοκοίη, καὶ πάλιν ῥᾷστα συνάπτων. ἐν τούτῳ σκηνὰς τῷ πλήθει πηξάμενος, καὶ βασιλικὴν ἐν τῷ μεσαιτάτῳ κατασκευάσας σκηνήν, τῶν εἰς μέγεθος καὶ κάλλος ἐξησκημένων πόλεων κατ' οὐδὲν διαλλάττουσαν ἀνέδειξε. τῶν δὲ ταξιάρχων καὶ λοχαγῶν βασιλέως δειπνοποιοῦντος εὐωχουμένων, μόνοι Λατῖνος καὶ Θαλάσσιος, τὰ πρῶτα παρὰ βασιλεῖ φέροντες, τῆς θοίνης οὐ μετεῖχον, Φιλίππου πεφροντικότες, ὃν ἐπὶ πρεσβείᾳ πρὸς αὐτὸν σταλέντα Μαγνέντιος εἶχεν. Ἀλλὰ τούτων βουλευομένων αὐτῶν, ἧκε Τιτιανός, εἷς τῶν ἀπὸ τῆς ἐν Ῥώμῃ συγκλήτου βουλῆς, λόγους ἀπὸ Μαγνεντίου φέρων ὑπερηφανεῖς· ὃς κατὰ Κωνσταντίνου καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ γεγονότων ἄτοπα πολλὰ συμφορήσας, καὶ τὴν τῶν πόλεων ἀπώλειαν τῇ περὶ τὴν ἀρχὴν ἀναθεὶς ἐκμελείᾳ, τῆς ἀρχῆς ἐκέλευεν ἐκστῆναι Μαγνεντίῳ Κωνστάντιον, εἰ ζῆν αὐτῷ μετ' ἀσφαλείας συγχωρήσειεν ἀγαπῶντα. τοῦ δὲ θεόν τε καὶ δίκην αἰτήσαντος γενέσθαι τιμωροὺς τοῦ Κώνσταντος φόνου, σὺν αὐτοῖς τε πολεμήσειν εἰπόντος, Τιτιανὸς μὲν πρὸς Μαγνέντιον ἐπανιέναι συνεχωρεῖτο, καὶ ταῦτα Φιλίππου παρ' ἐκείνῳ μεμενηκότος· Μαγνέντιος δέ, προαγαγὼν τὸν στρατόν, Σισκίαν ἑλὼν ἐξ ἐφόδου κατέσκαψεν. ἐπελθὼν δὲ πάντα τὰ περὶ τὸν Σάον χωρία, καὶ λείαν πλείστην ἀπαγαγών, ἐπὶ τὸ Σίρμιον ἤλαυνεν, ἀμαχητὶ καὶ ταύτην αἱρήσειν οἰόμενος. διαμαρτὼν δὲ τῆς ἐγχειρήσεως, (ἀπεκρούσθη γὰρ ὑπό τε τοῦ πλήθους τῶν οἰκητόρων, καὶ τῶν ἐπιτεταγμένων τὴν πόλιν φυλάττειν στρατιωτῶν) ἐπὶ τὴν Μοῦρσαν ἐχώρει ἅμα τῇ δυνάμει πάσῃ. τῶν δὲ κατὰ τὴν πόλιν ἀποκλεισάντων αὐτῷ τὰς πύλας, καὶ εἰς τὰς ἐπάλξεις ἀναβάντων, ἠπόρει περὶ τὸ πρακτέον ὁ Μαγνέντιος, οὔτε μηχανὰς ἔχων, οὔτε ἄλλως πλησιάσαι τῷ τείχει δυνάμενος· κατηκοντίζετο γὰρ βέλεσί τε καὶ λίθοις ὑπὸ τῶν ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων μαχομένων. ἐπεὶ δὲ καὶ Κωνσταντίῳ τὰ περὶ τῆς πολιορκίας ἠγγέλθη, μετὰ πάσης ἐξαναστὰς τῆς δυνάμεως παρεγένετο, βοηθήσων τῇ πόλει κινδυνευούσῃ, παραμείψας Κίβαλιν, καὶ τὴν ἅπασαν ὅσην ὁ Δράος παραρρεῖ ποταμός.

Μούρσῃ δὲ πλησιάσας ὁ Μαγνέντιος, πῦρ προσῆγε ταῖς πύλαις, ὡς ἂν τοῦ καλύπτοντος τὰ ξύλα σιδήρου δαπανηθέντος, εἴξαντα ῥᾷον τῷ στρατῷ, τὴν εἰς πόλιν

εἴσοδον

εἴσοδον *ἀναπετάσειεν τῷ στρατῷ. τοῦτο μὲν οὖν αὐτῷ πρὸς ἔργον οὐκ ἤχθη, τῶν ἐπὶ τοῦ τείχους ὕδατι πολλῷ κατασβεννύντων τὸ πῦρ. τὸν δὲ Κωνστάντιον προσαγαγόντα τῇ Μύρσῃ πυθόμενος, ἕτερόν τι μηχανᾶται τοιόνδε· στάδιον ἦν τι πρὸ τῆς πόλεως, τῶν ἀφορισθέντων πάλαι τῇ τῶν ὁπλομάχων ἁμίλλῃ, πανταχόθεν ὕλαις ἀμφηρεφές. τούτῳ Κελτῶν φάλαγγας τέσσαρας ἐναπέκρυψεν, ἐγκελευσάμενος, ἐπειδὰν ἐφισταμένου Κωνσταντίου μέλλοι [τοῖς] πρὸ τῆς πόλεως συνάπτεσθαι μάχη, τοῖς ἐναντίοις ἐπελθεῖν ἀδοκήτοις, ὥστε αὐτοὺς ἐν μέσῳ ληφθέντας, πανωλεθρίᾳ διαφθαρῆναι. τούτου δὲ τοῖς ἐφεστῶσι τῷ τείχει γνωσθέντος, εὐθὺς ὁ Κωνστάντιος Σκολιδόαν καὶ Μαναδὸν τοὺς ταξιάρχους ἐξέπεμπεν. οἱ δὲ, τοὺς ὑπ' αὐτοῖς τεταγμένους ὁπλίτας τε καὶ τοξότας ἀριστίνδην ἑλόμενοι, τὰς θύρας τοῦ σταδίου πάσας ἀπέκλεισαν. ἀπολαβόντες δὲ τοὺς ὑπερκειμένους τόπου βαθμοὺς, πανταχόθεν τε τοὺς ἐν τῷ σταδίῳ κυκλώσαντες, κατετόξευσαν. ἐπεὶ δέ τινες αὐτῶν ἐπιθέντες τὰ σάκη ταῖς κεφαλαῖς, ἐπεχείρησαν τοῦ σταδίου διαρρῆξαι τὰς θύρας, ὁμοῦ συμπεσόντες, καὶ τούτους βέλεσί τε βάλλοντες, καὶ *κτείνοντες ξίφεσι διέμειναν, ἄχρις ὅτε διέφθειραν ἅπαντας. Τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς Μαγνεντίου διαπεσούσης ἐπιβουλῆς, καὶ τῆς ἐνέδρας εἰς τοὐναντίον αὐτῷ περιστάσης, εἰς ταὐτὸν ἀμφότερα γενόμενα τὰ στρατεύματα, συνέπεσεν ἀλλήλοις ἐν τῷ πρὸ τῆς Μύρσης πεδίῳ. μάχης τε γενομένης οἵα σχεδὸν οὔπω πρότερον ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ φαίνεται γεγονυῖα, πίπτουσι μὲν ἐξ ἑκατέρου πλεῖστοι. Κωνστάντιος δὲ, θεασάμενος ὡς ἐμφυλίου τῆς μάχης οὔσης, οὐδὲ τὰ τῆς νίκης ἐκβήσεται κατὰ νοῦν αὐτῷ, τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων τοσοῦτον ἐλαττουμένων, καὶ τοῖς πανταχόθεν ἐπικειμένοις βαρβάροις μετὰ τοσαύτην φθορὰν ἀντέχειν οὐ δυναμένων· εἰς ἔννοιαν ἦλθε τοῦ σπονδαῖς τισι καὶ συμβάσεσι καταλῦσαι τὸν πόλεμον. ταῦτα δὲ αὐτοῦ, τῶν στρατοπέδων ἔτι συμπεπλεγμένων ἀλλήλοις, λογιζομένου, πρὸς μείζονα λύτταν ἐπαρθέντες οἱ Μαγνεντίῳ συναγωνιζόμενοι, οὐδὲ νυκτὸς μαχομένοις αὐτοῖς ἐπελθούσης ἐπαύσαντο· ἐπέμειναν τε αὐτοί γε οἱ στρατηγοὶ στρατιωτῶν ἔργα πληροῦντες, καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον στρατιώταις ἐπικεῖσθαι τοῖς ἐναντίοις ἐγκελευόμενοι. καὶ τῶν Κωνσταντίου δὲ στρατηγῶν εἰς ἀνάμνησιν τῆς

aditum in vrbem, igni patefactum, aperiret. Verum hoc ei non ſucceſſit, quum ii qui conſiſtebant in mœnibus, ignem magna vi aquæ reſtinguerent. At vbi Conſtantium propius a Murſa iam abeſſe comperiſſet, aliud quiddã huiuſmodi molitur. Erat ante vrbem † ſtadium quoddam, adtributum ſuperiore memoria eorũ certamini, qui ſe armati exercerent; ab omni parte ſiluis opacũ. In eo quum quatuor Celtarum cohortes abdidiſſet, iuſſit, vt poſtea quam adductis a Conſtantio copiis, ante opidũ pugna conſereretur; hoſtes inopinatos adorirentur: ita vt intercepti, ad internecionem vſque delerentur. Ea re ab iis cognita, qui ſtabant in opidi muris: ſtatim Conſtantius Scolidoam & Manadum tribunos ablegauit. Hi ſelectiſſimis quibuſque tam grauis armaturæ militibus, quam ſagittariis, ex toto militum numero, qui ſub illorum erat imperio, ſec[um] ſumtis, omnes ſtadii portas obſederũt. Quumque ſtadii gradus ſuperiores occupaſſent, & vndique milites, qui erant in ſtadio, cinxiſſent; ſagittis eos conficiebant. Illorum vero nonnullis, ſublatis in capita ſcutis, ſtadii portas perfringere conatis; impetu pariter in eos facto, tela coniicere, gladiiſque ferire non deſinebant, donec vniuerſos interemiſſent. Hoc modo quum irrita cecidiſſet Magnentii fraus, & inſidiæ diuerſum ab opinione ipſius euentum habuiſſent; congreſſi exercitus, in planicie, quæ ante Murſam eſt, manus conſeruere. Quumque prœlium eiuſmodi committeretur, quale nullum fere prius hoc bello pugnatum fuiſſe videtur; vtrimque plurimi ceciderunt. Conſtantius autem, conſpicatus ſe, quod ciuile bellum hoc eſſet, ex animi voto ne victoria quidem potiturum, tantopere deminutis Romanis exercitibus, qui poſt talem ac tantam ſtragem, vrgentibus vndique barbaris non amplius reſiſtere poſſent: cogitare de bello certis fœderibus & conuentionibus ſepiẽdo cepit. Quæ dum ille ſuo cum animo volueret; exercitibus necdum a ſe inuicem diremtis: maiorem ad furorem elati Magnentianarum partiũ milites, ne quidẽ vbi nox pugnantes oppreſſiſſet, finẽ dimicandi faciebant; ſed ipſi etiã duces in obeundis militum muneribus, & ſingulorum animis excitandis perſeuerabant, vt hoſtibus incumberẽt. Itidem Cõſtantii duces virtutem

† circũ reddidit Sigon.

priſtinam, Romanumque decus ad animũ ſibi reuocabant. Alta iam nox erat, & nihilo ſe minus inuicem feriebant haſtis, gladiis, armis ceteris, quæ ſemet offerrent, & ad manum eſſent. Nec iam vel ipſæ tenebræ, vel aliud quid earum rerum, quæ res laxamentum quaſi quoddã belli efficere conſueuerunt, inhibere poterat exercitus, quo minus in ſe mutuis deſæuirent cædibus, & in maxima felicitatis parte ponerẽt, ſi omnes funditus vna perirent. Ipſi duces maximis hac pugna tam fortitudinis, quã virtutis facinoribus editis, quum alii cecidere; tum Arcadius, tribunus Abulcorum; & Menelaus, cui datum erat in equites ex Armenia ſagittarios imperiũ. Fuerit autem pretium operæ, quæ de Menelao perhibẽtur, ſilentio minime præferiri. Memoriæ proditum eſt, hunc arcui tria ſimul aptantẽ eodem tempore tela, & vna dumtaxat vtentem eiaculatione, non in vnum ea corpus, ſed tria defixiſſe: quo ſagittandi modo quum vteretur, nec hoſtium exiguum numerũ telis eius confectum, & eoſdem propemodum ab vno in fugam actos aiunt. Sed tamen & ipſe cecidit, a Romulo, totius exercitus Magnentiani duce, interemtus; & cecidit etiam cum eo Romulus, quũ telo prius a Menelao petitus, ne plaga quidem accepta pugnare deſiiſſet; donec interfeciſſet eum, qui telum in ſe contorſerat.

Itaque quum Conſtantius hoc proelio ſuperior euaſiſſet, iamq; Magnentiani exercitus aperte terga darent: ingens ſtrages & hominum, & equorum, & reliquorum iumentorum eſt edita. Magnentius, omni ſpe deſtitutus, veritusque, ne a reliquiis ſuorum Conſtantio dederetur: iis Pannoniæ locis relictis, in Italiam excurrere ſtatuit; aliiſque collectis inde copiis, aleam pugnę denuo tentare. Sed quod Romanos a Conſtantio ſtare cognouiſſet, vel odio ſui, vel quod intellectum eſſet de proelii euentu; Alpes transſcendendas decreuit, deque nationibus iſtic degentibus aliquid interim præſidii ſibi cõparandum. Verum, quod inaudiſſet, Conſtantium maximis munerib. etiã vicinos Rheno barbaros, infeſtos ei reddidiſſe: tũ ad Gallicas nationes, opera quorumdam Conſtantio fauorem conciliantium ducum, præcluſum eſſe aditum; quũ nec per occidẽtales Hiſpanos ad Mauros tranſiicere poſſet, ꝙ iſtis etiã in locis cõfœderati Romanis populi beneuolẽtiam

ἀνδρείας καὶ τῆς Ῥωμαίων δόξης ἐπιλυσθόντων, νυκτός τε βαθείας οὔσης, ἔπαιον ἀλλήλους δόρασί τε καὶ ξίφεσι, καὶ παντὶ τῷ προσπίπτοντι καὶ εἰς χεῖρας ἰόντι· καὶ οὔτε τὸ σκότος, οὔτε ἕτερόν τι τῶν εἰωθότων ἀνακωχὴν πολέμου ποιεῖν, ἔπαυσε τὰ στρατόπεδα τοῦ φονᾶν κατ' ἀλλήλων, καὶ ἐν εὐτυχήματι μεγίστῳ ποιεῖσθαι τὸ σὺν ἀλλήλοις ἅπαντας ἄρδην ἀποθανεῖν. τῶν δὲ στρατηγῶν ἀνδρείας καὶ ἀρετῆς ἔργα κατὰ τὴν μάχην ἐπιδεξαμένων μέγιστα, πίπτουσιν ἄλλοι τε, καὶ Ἀρκάδιος ὁ τοῦ τάγματος τῶν Ἀβούλκων ἡγούμενος, καὶ Μενέλαος ὁ τῶν ἐξ Ἀρμενίας ἱπποτοξοτῶν ἀρχῇ τεταγμένος. Ἄξιον δὲ τὰ περὶ Μενελάου λεγόμενα μὴ παραδραμεῖν σιωπῇ. τοῦτον φασὶ τρία κατὰ ταυτὸν ἐναρμόζοντα τῷ τόξῳ βέλη, καὶ χρώμενον ἀφέσει μιᾷ, μὴ καθ' ἑνὸς σώματος, ἀλλὰ τριῶν ἐμπηγνύναι τὰ βέλη. τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ τῆς τοξείας χρησάμενον, πλῆθος μὲν οὐκ ὀλίγον κατατοξεῦσαι τῶν πολεμίων, αἴτιόν τε ὡς εἰπεῖν γενέσθαι τῆς τῶν ἐναντίων φυγῆς. ἀλλ' ἔπεσε μὲν καὶ οὗτος, τοῦ πάσης ἐξηγουμένου τῆς Μαγνεντίου στρατιᾶς αὐτὸν ἀνελόντος. ἔπεσε δὲ ἅμα τούτῳ καὶ Ῥωμύλος, βέλει μὲν πρότερον παρὰ Μενελάου πεμφθέντι βληθεὶς, οὐδὲ μετὰ τὴν πληγὴν δὲ τοῦ πολεμεῖν ἀποστὰς, ἕως ὅτε καὶ αὐτὸν τὸν βαλόντα ἀνεῖλεν. Ὑστέρου δὲ τοίνυν κατὰ τὴν μάχην τοῦ Κωνσταντίου γενομένου, καὶ τῶν Μαγνεντίου στρατευμάτων λαμπρῶς ἤδη φευγόντων, φόνος μὲν παμπληθὴς ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων καὶ τῶν ἄλλων ὑποζυγίων ἐγίνετο· πάσαις δὲ ταῖς ἐλπίσιν ἀπογνοὺς ὁ Μαγνέντιος, δεδιὼς μήποτε παρὰ τῶν ἔτι λελειμμένων ἐκδοθείη τῷ Κωνσταντίῳ, διενοεῖτο, τοὺς περὶ Παιονίαν τόπους καταλιπὼν, ἐκδραμεῖν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, κἀκεῖθεν συναγαγὼν δύναμιν ἑτέραν, *ἀναμαχέσασθαι. ἐπεὶ δὲ τοὺς κατὰ τὴν Ῥώμην ἔγνω τὰ Κωνσταντίου φρονοῦντας, ἢ τῷ μίσει τῷ πρὸς αὐτὸν, ἢ [τῷ] τὰ κατὰ τὴν μάχην γεγενημένα μαθεῖν· τὰς Ἄλπεις ὑπεραναβῆναι διέγνω, καὶ ἐκ τῶν ἐκεῖσε βιοτευόντων ἐθνῶν ἀσφάλειαν τέως αὐτῷ περιποιῆσαι. πυθόμενος δὲ ὡς καὶ τοὺς περὶ τὸν Ῥῆνον βαρβάρους χρημάτων πλήθει δεξιωσάμενος αὐτῷ πεποίηκεν ὁ Κωνστάντιος, καὶ τὰ τῶν Γαλατῶν ἔθνη διά τινων εὔνοιαν εἰσφερόντων αὐτῷ στρατηγῶν, ἄβατα πεποίηκεν αὐτῷ, μήτε δὲ διὰ τῶν ἑσπερίων Ἰβήρων εἰς Μαυρουσίους οἷός τε γενόμενος διαβῆναι, τῷ καὶ τοὺς ταύτῃ Ῥωμαίων συμμάχους εἰς εὔνοιαν

τοῦ Κων-

τὸν Κωνστάντιον ἐπισπάσασθαι· πανταχόθεν ἀπορούμενος, θάνατον ἑκούσιον σωτηρίας αἰσχρᾶς ἔμπροσθεν ἐποιήσατο· μᾶλλον δὲ οἰκείαις χερσίν, ἢ ταῖς τῶν πολεμίων εἵλετο τὸν βίον ἀπολιπεῖν. Μαγνέντιος μὲν οὖν τοῦτον ἀνῃρέθη τὸν τρόπον, ἔτη βασιλεύσας τρία, καὶ μῆνας ἔτι πρὸς τούτοις ἕξ· γένος μὲν ἕλκων ἀπὸ βαρβάρων, μετοικήσας δὲ εἰς Λετοὺς ἔθνος Γαλατικόν, παιδείας τε τῆς Λατίνων μεταλαχών· ἐν μὲν τοῖς πλεονεκτήμασι τῆς τύχης θρασύς, δειλὸς δὲ ἐν ταῖς περιστάσεσι· τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ φύσει κακοήθειαν κρύψαι δεινός, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι τὸν αὐτοῦ τρόπον εὐήθης εἶναι καὶ χρηστὸς νομιζόμενος. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ Μαγνεντίου προήχθην εἰπεῖν, ἐπειδή τισιν ἔδοξεν ἀγαθῶν αἴτιος γεγενῆσθαι κατὰ τὸν χρόνον τῆς αὐτοῦ βασιλείας τοῖς πράγμασιν· ὥστε γνωσθῆναι περὶ αὐτοῦ τἀληθῆ, καὶ ὡς οὐδὲν ἐξ ἀγαθῆς αὐτῷ πεποίηται προαιρέσεως. Δεκέντιος δὲ παρὰ Μαγνεντίου μεταπεμφθεὶς εἰς βοήθειαν, καὶ τῆς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ὁδοιπορίας ἐχόμενος, ἅμα τῷ πυθέσθαι τὰ τούτῳ συμβάντα, στρατιωτικοῖς τάγμασι καὶ ἴλαις περιπεσών, οὐδεμίαν τε ὁρῶν σωτηρίας ἐλπίδα, βρόχῳ περιστρέψας τὸν τράχηλον, ἀπηλλάγη. Ἐπὶ τούτοις τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς εἰς μόνον Κωνστάντιον περιστάσης, ἀλαζονεία μὲν αὐτῷ προσεγένετο, τὴν τύχην ἐνεγκεῖν μετρίως οὐ δυνηθέντι. προσεπετίθετο δὲ καὶ τὰ περὶ τοὺς τοιούτους εἰωθότα συνίστασθαι τῶν συκοφαντιῶν ἐργαστήρια, τοῖς δοκοῦσιν εὖ ἔχειν τύχης ἐπιβουλεύοντα. τῷ γὰρ καταγαγεῖν ἐκείνους τῆς εὐπραγίας, αὐτοὶ τὰς τούτων ἀξίας ἕξειν ἐλπίζοντες, [εἰκότως] εἰς τὰς κατ' αὐτῶν ἐτράποντο διαβολάς. οὗτοι κοινωνοὺς τῆς κακοηθείας εὐνούχους τῶν περὶ τὴν αὐλὴν τινὰς ποιησάμενοι, περιστάντες, πείθουσι τὸν Κωνστάντιον, ὡς Γάλλος, ὢν ἀνεψιὸς αὐτοῦ, τῆς τοῦ Καίσαρος ἠξιωμένος τιμῆς, οὐκ ἀρκούμενος ταύτῃ, πειρᾶται τὴν βασιλείαν ἑαυτῷ περιθέσθαι. καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθὲς ἦν πείσαντες, εἰς τὴν κατὰ τοῦ Γάλλου σφαγὴν ἐπαίρουσι τὸν Κωνστάντιον. ἦσαν δὲ οἱ ταύτην πλέξαντες τὴν ἐπιβουλὴν Δυνάμιος καὶ Πικέντιος, εὐτελεῖς ἄνδρες, καὶ διὰ τῶν τοιούτων κακῶν ἐπὶ μείζονα ἐλθεῖν τύχης σπουδάζοντες. ἐκοινώνει δὲ αὐτοῖς τῆς πράξεως καὶ Λαμπάδιος, ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἀνὴρ δύνασθαι παρὰ τῷ βασιλεῖ πάντων ἀεὶ πλέον ἐπιθυμῶν. τοῦ τοίνυν Κωνσταντίου ταῖς τοιαύταις θεμένου διαβολαῖς, μετάπεμπτος μὲν ὁ Γάλλος ἐγίνετο, τὸ κατ' αὐτοῦ σπουδαζόμενον

Conſtantii captaſſent: inops ab omni parte conſilii, mortem voluntariam turpi ſaluti prætulit; manibusq; ſuis, quam hoſtium, vitã eripi ſibi maluit. Ac Magnentius quidem hoc modo periit, quum tribus annis, & ſex præterea mẽſibus imperaſſet. Originem generis a barbaris trahebat: quumq; commigraſſet ad Letos, quæ Gallica natio eſt, litteras Latinas didicerat. Audax fortuna proſpera, timidus aduerſa. Occultãdę natura inſitę malitię mirus artifex; qui mores & ingenium ipſius perſpectũ non habentibus, ſimplex & bonus eſſe putaretur. Hæc de Magnẽtio propterea libuit adiicere, quod aliquibus viſus fuerit imperii ſui tempore reipublicæ bono fuiſſe: vt vera de eo cognoſcantur, qui nihil inſtituto bono geſſit. Decentius aũt, quum ad opem ferendam arceſſitus eſſet a Magnentio, iamque in Italiam contendens intellexiſſet ea quæ Magnentio acciderant: in ordines quoſdam, turmasq; militũ lapſus, vbi nullam ſalutis ſpem videret, obtorta laqueo ceruice, rebus humanis exceſſit. Secũdum hæc, quum vniuerſa rerum ſumma ſoli Conſtantio ceſſiſſet, adrogantior eſſe cepit; quod eam fortunæ proſperitatẽ moderate ferre non poſſet. Sumebant etiã incrementum officinæ calumniarum, quæ circũ eiuſmodi homines exſiſtere conſueuerunt; & iis potiſſimum inſidiantur, quorum fortunæ bene conſtitutę videtur. Quippe dũ illos felicitate ſua deturbãdo, dignitates eorum ſe conſequuturos ſperabant: non abs re ad calumnias aduerſus eos ſtruendas ſe conuertebant. Atq; hi, quibuſdam ſibi ſociis improbitatis adiunctis, qui erant eunuchi aulici; Conſtãtium adgreſſi, Gallum patruelẽ ipſius, dignitate Cæſaris ornatum, hac non contentum, de occupando imperio cogitare perſuadent. Et eius quidem rei fide Conſtantio facta, tamquam verę, ad ſtruẽdam Gallo necem illum impellunt. Qui has texuerant inſidias, Dynamius & Picentius, homines erant condicionis humilis, & qui per huiuſmodi ſcelera fortunam ad ampliorem peruenire nitebantur. Particeps aũt facinoris & Lampadius erat, præfectus prætorii; qui vir apud Imperatorem plus aliis omnibus auctoritatis & potentiæ ſemper habere cupiebat. Itaq; Conſtantio talibus calumniis aures præbente, Gallus arceſſitur; ignarus eorum quæ in ipſum

cuderentur. Eum aduenientẽ Conſtantius honore Cæſaris primũ exuit: deinde priuatam ad fortunam redactum carnificibus necãdum tradidit: non illo primo cõtra cognatum ſanguinem admiſſo piaculo, ſed pluribus aliis adiecto.

ἀγνοῶν· ἀφικόμενον δὲ αὐτὸν ὁ Κωνστάντιος πρῶτον μὲν τῆς τοῦ καίσαρος ἐκδύει τιμῆς· ἐπεὶ δὲ πεποίηκεν ἰδιώτην, τοῖς δημίοις ἐκδίδωσιν εἰς σφαγήν· οὐ τοῦτο πρῶτον κατὰ συγγενοῦς αἵματος [ὁ μύσος] ἐξαμαρτών, ἀλλ᾽ ἑτέροις πλείοσι τοῦτο προσθείς.

ZOSIMI HISTORIARVM LIBER TERTIVS.

HIs in Gallum Cæſarem perpetratis, e Pannonia Conſtantius in Italiam tranſiit. Quum autem videret, omnes Romanis vbique ſubditas prouincias barbaricis incurſionib. interceptas; *Francos*, & *Alamanos*, & *Saxones* iam quadraginta ſitas ad Rhenum vrbes cepiſſe, prorſus eaſdem deuaſtaſſe, ciues & incolas infinitæ multitudinis, cum innumerabili ſpoliorum copia ſecum abduxiſſe; *Quados* cum Sarmatis magna licentia & ſecuritate per Pannoniam, perque Myſiam ſuperiorem graſſari; *Perſas* orienti moleſtos eſſe nõ deſinere, licet antea quieuiſſent, veriti, ne Gallus Cæſar eos adoriretur: his igitur omnibus ad animum reuocatis, & quid faceret, ambigens; ſolum quidem ſe minime ſufficere poſſe putabat, vt afflictis adeo rebus & laborantibus opem ferret: imperii vero conſortem deligere non audebat, quum ob imperandi libidinem nimiam, tum quod omnes ſuſpectos haberet, ac neminem prorſus ſibi fidum fore duceret. Has ob res admodum erat inops conſilii. Quũq; in maximo Romanum imperiũ periculo poſitum eſſet, Euſebia Conſtantii coniux, quæ ſumma prꝭſtabat eruditione doctrinæ, ſupraque muliebrem ſexum prudens erat, conſilium ei ſuggerit: hortata, tranſalpinis vt populis *Iulianum* Cæſarem præficeret, germanum Galli fratrem, & eius Conſtantii nepotẽ e filio, qui a Diocletiano Cæſar fuerat adpellatus. Et quoniam norat Euſebia, Conſtãtium Imperatorem cognatos omnes habere ſuſpectos: maritum hoc quodam modo circumuenit. Iuuenis eſt, inquit, & ſimplicis ingenii, ſtudiiſque doctrinæ per omnem vitam vacauit; &, rerum omnium plane rudis ac imperitus, quouis alio nobis aptior erit. Nam ſiue

ΖΩΣΙΜΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ.

ΤΑΥΤΑ ἐπὶ Γάλλῳ τῷ καίσαρι πεπραχὼς ὁ Κωνστάντιος, αὐτὸς μὲν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐκ Παιονίας διέβη· θεώμενος δὲ τὰ πανταχοῦ Ῥωμαίοις ὑπήκοα βαρβαρικαῖς ἐφόδοις ἀπειλημμένα, καὶ Φράγκους μὲν καὶ Ἀλαμανοὺς καὶ Σάξονας, ἤδη τετταράκοντα πόλεις ἐπικειμένας τῷ Ῥήνῳ καταλαβόντας, καὶ αὐτὰς μὲν ἀναστάτους πεποιηκότας, τοὺς δὲ ταύτας οἰκήτορας, ἄπειρον ὄντας πλῆθος, λῃσαμένους μετὰ πλούτου λαφύρων ἀναριθμήτου· Κουάδους δὲ καὶ Σαυρομάτας ἐπὶ πολλῆς ἀδείας Παιονίαν καταθέοντας, καὶ τὴν ἀνωτέρω Μυσίαν· Πέρσας δὲ τῆς τὴν ἑῴαν παρενοχλεῖν οὐκ ἀφισταμένους, εἰ καὶ πρότερον ἡσυχάζειν δέει τοῦ μὴ τὸν καίσαρα Γάλλον αὖθις ἐπελθεῖν· ταῦτα τοίνυν λαβὼν κατὰ νοῦν, καὶ ἀπορῶν ὅ τι πράξειε, μόνος μὲν ἀρκέσειν οὐκ ᾤετο διωκήσασθαι πεπονηκόσιν οὕτω τοῖς πράγμασι βοηθήσειν· ἑλέσθαι δὲ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς, οὐκ ἐθάρρει, διά τε φιλαρχίας ὑπερβολήν, καὶ ὅ πάντας εἶχεν ἐν ὑποψίᾳ, τοῦ μηδένα παντάπασιν εὐνοήσειν αὐτῷ· καὶ πολλὴ μὲν αὐτὸν ἐπὶ τούτοις εἶχεν ἀμηχανία· τῆς δὲ Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ κειμένης, Εὐσεβία ἡ Κωνσταντίου γαμετή, παιδείας τε εἰς ἄκρον ἥκουσα, καὶ φρονήσει τὴν γυναικείαν ὑπεραίρουσα φύσιν, εἰσηγεῖται γνώμην αὐτῷ, καταστῆσαι καίσαρα τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν Ἰουλιανὸν παραινέσασα, Γάλλου μὲν ἀδελφὸν ὁμοπάτριον ὄντα, παῖδα δὲ Κωνσταντίου παιδός, ὃς παρὰ Διοκλητιανοῦ καῖσαρ ἔτυχε γεγονώς. ἐπεὶ δὲ ἤδει τὸν βασιλέα Κωνστάντιον ἡ Εὐσεβία πρὸς πᾶν ὑπόπτως τὸ συγγενὲς διακείμενον, τόνδε τὸν τρόπον ὧδε τὸν ἄνδρα παρήγαγε· νέος ἐστί, φησί, καὶ τὸ ἦθος ἁπλοῦς, καὶ λόγων ἀσκήσει τὸν ἅπαντα βίον ἐσχολακώς, καὶ πραγμάτων παντάπασιν ἄπειρος· ἀμείνων τε ἔσται παντὸς ἑτέρου πρὸς ἡμᾶς. ἢ γὰρ

τύχη

τύχῃ δεξιᾷ περὶ τὰ πράγματα χρώμενος, ἐπιγράφεσθαι τὸν βασιλέα ποιήσει τὰ αἰσίως ἐκβαίνοντα, ἢ κατά τι πταίσας, τεθνήξεται· καὶ οὐδένα ἕξει τοῦ λοιποῦ Κωνστάντιος ὡς ἐκ γένους βασιλικοῦ πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν κληθησόμενον. Τούτων τῶν λόγων ἀνασχόμενος ὁ Κωνστάντιος, ἐκ τῶν Ἀθηνῶν Ἰουλιανὸν μεταπέμπεται, τοῖς αὐτόθι φιλοσοφοῦσι συνόντα, καὶ ἐν πάσῃ παιδεύσεως εἴδει, τοὺς ἑαυτοῦ καθηγεμόνας ὑπερβαλλόμενον. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ἰταλίαν ἐκ τῆς Ἑλλάδος μεταπεμπτὸς ἦλθεν, ἀναδείκνυσι μὲν αὐτὸν καίσαρα· κατεγγυᾷ δὲ τὴν ἀδελφὴν Ἑλένην αὐτῷ καὶ τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν ἐκπέμπει. ἄπιστος δὲ ὢν φύσει, καὶ ὡς εὔνους αὐτῷ καὶ πιστὸς ἔσεσθαι *μήπω τεθαρρηκώς, συνεκπέμπει Μάρκελλον αὐτῷ καὶ Σαλούστιον, αὐτοῖς, οὐ τῷ καίσαρι, τὴν αὐτόθι καταπιστεύσας διοίκησιν. Ταύτῃ τὰ κατὰ Ἰουλιανὸν διαθεὶς ὁ Κωνστάντιος, αὐτὸς μὲν ἐπὶ Παιονίας καὶ Μυσίας ἐχώρει· κἀνταῦθα τὰ περὶ Κουάδους καὶ Σαυρομάτας οἰκονομήσας, ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐτρέπετο, τῶν Περσικῶν ἐφόδων εἰς μάχην αὐτὸν ἑλκουσῶν.

Ἰουλιανοῦ δὲ τὰς Ἄλπεις ὑπερβάντος, τοῖς τεταγμένοις Γαλατικοῖς ἔθνεσιν ἐπιστάντος, καὶ τῶν βαρβάρων οὐδὲν ἧττον μετὰ πάσης ἀδείας ἐπιόντων· τοῖς αὐτοῖς λόγοις ἡ Εὐσεβία χρησαμένη, πείθει Κωνστάντιον ἐπιτρέψαι τὴν διοίκησιν αὐτῷ τῶν ἐκεῖσε πραγμάτων. Τὰ μὲν οὖν ἐνθένδε ἄχρι τέλους τοῦ βίου Ἰουλιανῷ πραχθέντα, συγγραφεῦσι καὶ ποιηταῖς ἐν πολυστίχοις γέγραπται βίβλοις· εἰ καὶ μηδεὶς τῶν συγγεγραφότων τῆς ἀξίας τῶν ἔργων ἐφίκετο. πάρεστι δὲ τῷ βουλομένῳ συλλαβεῖν ἅπαντα, τοῖς λόγοις ἐντυγχάνοντι τοῖς αὐτοῦ, καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς· ἀφ' ὧν ἔνεστι μάλιστα τὰ κατὰ πᾶσαν αὐτῷ πεπραγμένα τὴν οἰκουμένην περιλαβεῖν. ἐπεὶ δὲ προσήκει τὴν τάξιν ἡμᾶς μὴ διασπᾶσαι τῆς ἱστορίας, εἰρήσεται καὶ ἡμῖν συντόμως ἕκαστα κατὰ τοὺς οἰκείους καιρούς, καὶ μάλιστα ὅσα τοῖς ἄλλοις παραλελεῖφθαι δοκεῖ. Κωνστάντιος τοίνυν ἐπιτρέψας ἅπαντα τῷ καίσαρι πράττειν ὅσα συνοίσειν ἐδόκει τοῖς *ὑπ' αὐτῷ ἔθνεσιν, ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐχώρει, τὸν πρὸς Πέρσας πόλεμον διαθήσων. Ἰουλιανὸς δέ, τὰ μὲν ἐν Κελτοῖς στρατιωτικὰ διεφθαρμένα κατὰ τὸ πλέον εὑρών, τοὺς δὲ βαρβάρους ἀκώλυτον ἔχοντας τὴν τοῦ Ῥήνου διάβασιν, καὶ μέχρι σχεδὸν τῶν πρὸς θαλάττῃ πόλεων διήκοντας,

fortuna proſpera, rebus gerendis, vtetur; faciet, vt Imperatori felices illi ſucceſſus adſcribantur: ſiue qua parte impegerit, morietur; nec vllum poſtea Conſtantius habebit, qui velut ex imperatoria familia natus, ad ſummam rerum adminiſtrationem vocabitur. Has voces quum admiſiſſet Conſtātius, Iulianum Athenis arceſſit, cum philoſophantibus ibi familiariter viuentem, & in omni genere doctrinæ magiſtros ſuos excellentem. Poſteaquam in Italiam arceſſitus aduenisset, Cæſarem Conſtantius declarat, & Helenam ei ſororem in matrimonium tradit, & ad nationes tranſalpinas eum dimittit. Atque vti natura infidus erat, qui nullo modo ſibi perſuadere poſſet, Iulianum ſibi fidelem ac beneuolum fore, cum eo Marcellum & Salluſtium ablegat, illis ipſis, non Cæſari, tota iſtic adminiſtratione credita.

Rebus ad Iulianum ſpectantibus in hunc modum diſpoſitis, ipſe Conſtantius in Pannoniam Myſiamque proficiſcitur; & ibidem ſedatis *Quadorum Sarmatarumque* motibus, verſus orientem pergit, irruptionibus *Perſicis* eum ad bellum pertrahentibus. Iulianus autem, quum ſuperatis Alpibus, ad Gallicas nationes, adtributas ſibi, perueniſſet; ac nihilo barbari minus, omni cum licentia, graſſarentur: Euſebia, rationibus iisdem vſa, Conſtantio perſuadet, vt rerum in iis locis adminiſtrationem ei committeret. Enimuero quæ ab eo tempore per omnem deinceps vitam Iulianus geſſit, ab hiſtoriarum auctoribus, & a poetis, prolixis deſcripta libris leguntur: tametſi nullus eorum, qui hæc memoriæ prodiderunt, ipſorum facinorum dignitatem adtigerit. Poterit etiam, qui volet, omnia comprehendere pellegendis ipſiuſmet orationibus & epiſtolis; de quibus inprimis ab eo per vniuerſum orbem terrarum geſta colligere licet. Sed quando par eſt, vt ordinem hiſtoriæ non interrumpamus: a nobis quoq; ſingula, ratione quadam compēdiaria, ſuis temporibus exponētur, ea præſertim, quæ ab aliis omiſſa videntur. Quū ergo Conſtantius omnia Cæſari permiſiſſet agere, quæcumq; ſubiectis ei nationibus ex vſu futura putaret: in orientem contendit, bellum contra Perſas geſturus. Iulianus autem, quum totā apud Celtas rem militarē maiori ex parte labefactatam & perditam repeiſſet, & barbaros liberum, arcente nemine, Rheni tranſmiſſum habentes, ac propemodum ad vrbes vſque mari proximas graſſantes:

reliquiarum exercitus vires inſpiciebat;&, animaduerſo, eorum quidem locorum homines etiam ad barbarici nominis famam formidine percelli; ſibi vero datos a Conſtantio milites, qui numero trecenti & ſexaginta dumtaxat erant, nihil aliud ſcire, quemadmodum ipſe alicubi dicit, quam vt votis rem gererent: quotquot ſane poterat, ordinibus adſcripſit, ac multos etiam volones inauctorauit. Armorum quoq; cura ſuſcepta, vetera, quadam in vrbe condita, reperit; eaque conuenienti ſtudio refecta, militantibus distribuit. Quum autem nuntiaſſent exploratores, propter vrbem Argentoratum, quæ ad Rheni ripam ſita eſt, infinitam barbarorum multitudinem trāsiecisse: ſimul atque rem cognouiſſet, cum copiis opere tumultuario collectis, progreſſus eſt; & conſerta cum hoſte pugna, tropæum longe ampliſſimum ſtatuit, ſexaginta milibus hominum in ipſo prœlio deletis, & aliis totidem in Rhenum præcipitatis, atque in flumine exſtinctis. Ideoque ſi quis iſtam victoriam, cum Alexandri aduerſus Darium pugna conferre velit; hanc illa non inferiorem fuiſſe reperiet. Et quidem aliquid, poſt victoriam factum a Cæſare, ſilentio præteriri non conuenit. Habebat alam Cæſar ſexcentorum equitum, plurimum bellicis rebus exercitatorum. Quod horū tam robore, quam experientia niteretur; non exigua ſpei pars in eis poſita periclitabatur. Quum autem ventum ad manus eſſet, omnes alacritatem ſuam pro viribus declarantes, in aduerſos hoſtes ruebant: quibus quum Romanus exercitus longe ſuperior euaſiſſet, hi dumtaxat in fugam acti, tam fœde deſerebant ordines, vt, quum eos ipſe Cæſar cum paucis adequitans, & reuocaret, & vt in ſocietatem victoriæ venirent, hortaretur; tamen ne ſic quidem prœlii participes eſſe vellent. Itaque non immerito Cæſar indignatus, quod, quantum in ipſis fuiſſet, ciues ſuos barbaris prodidiſſent: legibus ille quidem conſtitutam pœnam eis non irrogauit, ſed amictos veſte muliebri, per caſtra duxit, in aliam prouinciam diſtrahendos; ratus militibus, qui viri eſſent, huiuſmodi pœnam & ſupplicium morte grauius futurum. quod quidem & ipſi, & militibus commode ceſſit. Nam ſecundo contra Germanos bello,

τὴν τῶν ἐκλελειμμένων στρατιωτικῶν δύναμιν ἀπεσκόπει. συνιδὼν δὲ ὡς οἱ μὲν κατὰ τὴν χώραν, καὶ πρὸς τὴν ἀκοὴν τοῦ τῶν βαρβάρων ὀνόματος πτώσσουσιν· οἱ δὲ παρὰ Κωνσταντίου δοθέντες αὐτῷ, τριακόσιοι καὶ ἑξήκοντα τὸν ἀριθμὸν ὄντες, μόνον εὔχεσθαι (καθάπερ αὐτός που φησὶν) ᾔδεσαν, ὅσους μὲν οἷός τε γέγονε τοῖς τάγμασιν ἐγκατέλεξε, πολλοὺς δὲ καὶ ἐθελοντὰς ἐδέξατο. ποιησάμενος δὲ καὶ ὅπλων φροντίδα, παλαιὰ μὲν κατά τινα πόλιν εὑρὼν ἀποκείμενα, τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας ἀξιώσας, τοῖς στρατευομένοις διένειμεν· ἀγγειλάντων δὲ τῶν κατασκόπων ὡς περὶ πόλιν Ἀργέντορα, τὴν πρὸς τῇ τοῦ Ῥήνου κειμένην ὄχθῃ, πλῆθος ἄπειρον ἐπεραιώθη βαρβάρων, ἅμα τῷ γνῶναι, μετὰ τοῦ σχεδιασθέντος αὐτῷ στρατοπέδου προῄει. συμμίξας δὲ τοῖς πολεμίοις, πάσης ὑπερβολῆς ἐπέκεινα τὸ τρόπαιον ἔστησεν, ἓξ μὲν ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ μυριάδων ἀπολομένων, ἑτέρων δὲ τοσούτων ἀλλομένων κατὰ τοῦ Ῥήνου, καὶ διαφθαρέντων ἐν τῷ ῥεύματι. ὥστε εἴ τις ἐθέλοι τῇ πρὸς Δαρεῖον Ἀλεξάνδρου μάχῃ ταύτην παραβαλεῖν τὴν νίκην, οὐκ ἂν εὕροι ταύτην ἐκείνης ἐλάττονα. παρελθεῖν δέ τι μετὰ τὴν νίκην τῷ καίσαρι, σιωπῇ παραδραμεῖν οὐ προσήκει. τῶν ἑξακοσίων ἱππέων ἴλη τῷ καίσαρι, σφόδρα τὰ πολέμια γεγυμνασμένων. τούτων τῇ ῥώμῃ καὶ τῇ πείρᾳ θαρρῶν, μέρος οὐ μικρὸν τῆς ἐλπίδος ἐν αὐτοῖς ἐσάλευεν. ἐπεὶ δὲ ἡ μάχη συνέστη, πάντες μὲν τὴν κατὰ δύναμιν ἐπιδεικνύμενοι προθυμίαν, τοῖς πολεμίοις ἐνέκειντο. ὑπερτέρου δὲ πολλῷ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ γινομένου στρατεύματος, οὗτοι μόνοι πρὸς φυγὴν τραπέντες, τὰς τάξεις ἀπέλιπον· ὥστε καὶ αὐτὸν τὸν καίσαρα σὺν ὀλίγοις ἐπελάσαντα, καλεῖν τε αὐτοὺς, καὶ κοινωνεῖν τῆς νίκης παρακελεύεσθαι· τοὺς δὲ μηδὲ οὕτω μετασχεῖν ἐθελῆσαι τῆς μάχης. εἰκότως τοίνυν ὁ καῖσαρ ἀχθόμενος ἐφ' οἷς [τε,] πόγε ἦκον εἰς αὐτοὺς, ἐκδεδώκασι τοῖς βαρβάροις τοὺς ὁμοφύλους, τὴν μὲν ἀπὸ τῶν νόμων ὡρισμένην τιμωρίαν αὐτοῖς οὐκ ἐπέθηκεν· ἀμφιέσας δὲ ἐσθῆτι γυναικείᾳ, διὰ τοῦ στρατοπέδου παρήγαγεν ἐπ' ἐξαγωγῇ· στρατιώταις ἀνδράσι χαλεπωτέραν θανάτου τὴν τοιαύτην τιμωρίαν καὶ ποινὴν ἡγησάμενος. καὶ ἀπέβη τοῦτο εἰς δέον αὐτῷ τε κἀκείνοις. ἐν γὰρ τῷ δευτέρῳ πρὸς Γερμανοὺς πολέμῳ, τὴν

τὴν ἐπιτεθεῖσαν αὐτοῖς αἰσχύνην ἔχοντες κατὰ νοῦν, μόνοι σχεδὸν παρὰ πάντας τοὺς ἄλλους ἠρίστευσαν. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα διεπεποίητο τῷ καίσαρι, κατὰ πολλὴν στρατιωτῶν συναγείρας πλῆθος, ἐπὶ τὸν κατὰ τοῦ Γερμανικοῦ παντὸς παρεσκευάζετο πόλεμον. ἀντιπαραταξαμένων δὲ τῶν βαρβάρων πλήθει παμπόλλῳ, τὴν τούτων ἔφοδον οὐκ ἀναμείνας ὁ καῖσαρ, αὐτὸς ἐπεραιοῦτο τὸν Ῥῆνον· ἄμεινον κρίνας, οὐκ ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων, ἀλλ᾽ ἐν τῇ τῶν βαρβάρων γῇ πολεμητέα εἶναι· τούτῳ τε μὴ τὰς πόλεις βαρύνεσθαι καὶ αὖθις τῇ τῶν βαρβάρων ἐπιστασίᾳ. γενομένης δὲ μάχης ἰσχυροτάτης, καὶ πλήθους ἀπείρου βαρβάρων ἐν ταύτῃ πεσόντος, ἄχρι τῶν Ἑρκυνίων δρυμῶν τοὺς φεύγοντας ὁ καῖσαρ ἐπιδιώξας, πολύν τε ἐργασάμενος φόνον, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ τῶν βαρβάρων ἡγουμένου Βαδομάριον *ζωγρείαν ἑλών, ἀπήγαγε τὸν στρατὸν ἐν τῇ οἰκείᾳ, παιωνίζοντα ἐπὶ τῇ νίκῃ, ἀνυμνοῦντά τε τὰ τοῦ καίσαρος στρατηγήματα. τὸν μὲν δὴ Βαδομάριον Ἰουλιανὸς ἐξέπεμπε Κωνσταντίῳ, τῇ τούτου τύχῃ τὴν νίκην ἀναθείς. οἱ δὲ βάρβαροι, πρὸς ἔσχατον ἐληλακότες κινδύνου, καὶ περὶ παίδων ἤδη καὶ γυναικῶν δεδιότες, μήποτε καὶ μέχρι τῶν τόπων ἐκείνων ἐν οἷς ἦσαν, ἐπεξελθὼν ὁ καῖσαρ, ἅπαν αὐτῶν τὸ γένος ἄρδην ληίσεται, στέλλουσι πρέσβεις περὶ φιλίας διαλεξομένους, καὶ περὶ τοῦ Ῥωμαίοις μηδεπώποτε πολεμήσειν. ὁ δὲ καῖσαρ, οὐκ ἄλλως ἔφη περὶ φιλίας αὐτοῖς ἐς λόγους ἰέναι, πρὶν τοὺς αἰχμαλώτους ἅπαντας, ὅσους ἐκ τῶν ἁλουσῶν πόλεων ἔτυχον ἐν τοῖς πρὸ τούτου χρόνοις ἀπαγαγόντες, ἀπολαβεῖν. τῶν δὲ καὶ τοῦτο ποιεῖν ὁμολογησάντων, καὶ πάντας ὅσοι *περίεισιν ἔτι διδόναι, πραγματευόμενος ὁ καῖσαρ τὸ μηδένα τῶν αἰχμαλώτων μείναντα παρὰ τοῖς βαρβάροις λαθεῖν, τοιόνδε τι μηχανᾶται. τοὺς ἀφ᾽ ἑκάστης πόλεώς τε καὶ κώμης διαφυγόντας μεταπεμψάμενος, ἀπῄτει λέγειν ὀνομαστὶ τινὰς ἀπὸ τῆς ἑκάστου πόλεως ἢ κώμης, ἀπήγαγον αἰχμαλώτους οἱ βάρβαροι. ἑκάστου δὲ τοὺς κατὰ συγγένειαν ἢ γειτνίασιν ἢ φιλίαν, ἢ ἄλλην τινὰ συντυχίαν, ἐγνωσμένους ἐξονομάσαντος, ἐκέλευε τοῖς βασιλικοῖς ὑπογραφεῦσιν ἅπαντας ἀπογράφεσθαι. τούτου δὲ γενομένου, καὶ τῶν πρέσβεων ἀγνοούντων τὸ βούλευμα, διαβὰς τὸν Ῥῆνον, ἐπέτρεπε τοῖς πρέσβεσι μετὰ τῶν αἰχμαλώτων ἐπανελθεῖν. τῶν δὲ μετ᾽ οὐ πολὺ τὸ προσταχθὲν πληρωσάντων,

ſuis in animis eius ignominiæ, qua fuiſſent adfecti, memoriã retinentes, ſoli prope, ſupra ceteros omnes, rem præclariſſime fortiſſimeq; geſſerunt. Hoc defunctus labore Cæſar, per otiũ collectis militũ copiis, ad inferendum vniuerſę Germanorum nationi bellũ ſe parabat. cui quũ numeroſas opponerẽt acies barbari, Cęſar, eorũ impreſſione nõ exſpectata, Rhenum ipſe tranſmiſit: præſtare ratus, vt non Romano, ſed barbarico bellũ in ſolo gereretur: quo ipſo fieret, vt etiã rurſus vrbes aduẽtu barbarorũ non grauarentur. Acerrimo prœlio cõmiſſo, quũ barbarorum innumerabilis in eo multitudo cecidiſſet: Cæſar fugientes ad ſaltus Hercynios vſq; perſequutus, ingenti hoſtium edita cæde, filioque ducis barbarorum Vadomario capto, ouantem ob has victorias exercitum, & imperatoria Cæſaris facinora celebrantem, ad ſua reduxit. Ac Vadomarium quidem Iulianus Conſtantio miſit, eius fortunæ victoriam acceptam ferens. Barbari vero, extremum in diſcrimen adducti, iamque de liberis & vxoribus ſuis ſolliciti, ne forte Cæſar ad illa loca progreſſus, quibus in locis ipſi degebant, totam gentem funditus exterminaret: legatos de pace colloquuturos, qua conſtituta, nullum aduerſus Romanos vmquam bellum geſturi eſſent, mittunt. Cæſar haud aliter ſe cum eis de pace dixit acturum, quam ſi captiuos omnes, quotquot ex occupatis opidis ſuperioribus annis abduxerant, recuperaſſet. Illis hoc quoque ſe facturos policitis, & omnes redituros, qui adhuc ſuperſtites eſſent: Cæſar, vt efficeret, ne quiſquam captiuorum, ſe ignorante, apud barbaros maneret, huiuſmodi quiddam molitur. Arceſſitis ad ſe omnibus, qui ſingulis ex opidis atque vicis fuga euaſerant, ab eis exigebat, vt nominatim dicerent, quoſnam ex vrbibus & vicis vniuſcuiuſque ipſorum barbari captiuos abduxiſſent. Quum quiſque vel ex coniunctione ſanguinis, vel ex vicinia, vel amicitia, vel alio quodam caſu ſibi cognitos nominatim edixiſſet: iuſſit, vt omnes a notariis imperatoriis deſcriberentur: quo facto, legatis hoc conſiliũ ignorãtibus, Rhenum ipſe tranſmiſit, & cum captiuis vt reuerterentur, imperauit. Illi quum nõ multo poſt, quod imperatum fuerat, cõpleſſent,

omneſque ſe captiuos habere, dixiſſent: ſublimi quodam in ſolio conſedit Cæſar; & conſtitutis poſt id tribunal notariis, a barbaris, vti cōuenerat, adeſſe captiuos iuſſit. Illis ſingillatim ingredientibus, & nomina ſua ſignificantibus; notarii, qui propter Cæſarem ſtabāt, ex libellis ſuis eorum nomina quærebant; & collatis inter ſe tum iis quos antea conſignauerant, tum Cæſari repræſentatis; ac deprehēſo, longe plures eſſe, qui ſuis a municipibus & vicanis nominatim indicati fuerant: accedentes a tergo, de hoc ipſo Cæſarem certiorem reddebant. Cæſare vero barbarorum legatis bellum comminato, qui captiuos omnes non reddidiſſent; eorumque nomina, qui quolibet ex opido vicoq; deeſſent, ſuggerentibus notariis, proloquuto: rati barbari, diuino quodam nutu vel abditiſſima, & ignota quæque, Cæſari ſignificari; omnes, quoſcumque viuos reperiſſent, tradituros ſe policiti, patrium eo nomine iuſiurandum præſtiterunt. Quod vbi factum fuiſſet, tantaque captiuorum multitudo reddita, quantam erat veriſimile de quadraginta per vim captis vrbibus fuiſſe coactā: Cæſar, quid ageret, ambigebat; qui & opida funditus deleta cerneret, & relictā non exiguo tempore terrā prorſus incultam, & reſtitutos a barbaris egentes annonæ non exiguæ; quæ vicinis ab vrbibus ſuppeditari propterea non poterat, quod & ipſæ barbarorum graſſationis expertes non fuiſſent, & annonæ ſatis magnam copiam non haberent. Itaque quum ignoraret, quo pacto præſenti rerum ſtatui conſuleret: huiuſmodi quiddā machinatur. Ad extremos Germaniæ limites, vbi Gallicæ cuiuſdā nationis ſedes ſunt, Rhenus in Atlanticum mare ſemet exonerat. Ab eo litore nongentis inſula Britannica ſtadiis diſtat. Itaque collectis lignis ex iis ſiluis, quę ſiluæ flumini adiacent, octingentas naues lembis maiores ſtruxit. His in Britanniā miſſis, frumentum adferri curat, eiusque fluuialibus nauigiis aduerſo Rheno ſubuehendi rationem inuenit. Quo ſæpius iterato, quod nauigatio breuis eſſet, abūnde præbuit iis, quos opidis ſuis reſtituerat, vnde partim victitarent, partim ſementem facerent, partim ad meſſem vſque commeatum haberent. Atq; has res geſſit, quum prope necdum vigeſimum & quintum ætatis annum adtigiſſet.

φησάντων τὲ πάντας ἔχειν τοὺς αἰχμαλώτους, ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ καθίσας ὁ Καῖσαρ, στήσας τὲ τοῦ βήματος ὄπισθεν τοὺς ὑπογραφέας, παρὰ μὲν τῶν βαρβάρων κατὰ τὸ συγκείμενον παράγεσθαι τοὺς αἰχμαλώτους ἐκέλευε. τῶν δὲ καθ' ἕνα παριόντων, καὶ τὰς ἑαυτῶν λεγόντων προσηγορίας, οἱ τῷ Καίσαρι παρεστῶτες ὑπογραφεῖς, ἐκ τῶν ὄντων παρ' αὐτοῖς γραμματείων ἀνεζήτουν τὰ τούτων ὀνόματα· καὶ παραβάλλοντες οὕς τε πρότερον ἀπεσημειώσαντο, καὶ τοὺς φανέντας τῷ Καίσαρι· καὶ πολλῷ πλείους τοὺς παρὰ τῶν οἰκείων πολιτῶν καὶ κωμητῶν ὀνομασθέντας εὑρίσκοντες, ὄπισθεν παρεστῶτες, ἐμήνυον τοῦτο τῷ Καίσαρι. τοῦ δὲ τοῖς τῶν βαρβάρων πρέσβεσιν ἀπειλήσαντος πόλεμον, ὡς οὐ πάντας ἀποδοῦσι τοὺς αἰχμαλώτους· εἶτα καὶ λείποντας ἐξ ἑκάστης πόλεώς τε καὶ κώμης ὑποβαλλόντων τῶν ὑπογραφέων ἐξονομάσαντος, οἰηθέντες οἱ βάρβαροι θείᾳ τινὶ ῥοπῇ καὶ τὰ σφόδρα κεκρυμμένα καὶ ἄδηλα δηλοῦσθαι τῷ Καίσαρι, πάντας ὅσους ἂν εὕρωσι ζῶντας, παραδώσειν ὁμολογήσαντες, τοὺς πατρίους ὅρκους ἐπὶ τούτῳ δεδώκασιν. Οὗ δὴ γενομένου, καὶ πλήθους αἰχμαλώτων ἀποδοθέντος ὅσον εἰκὸς ἦν ἐκ τεσσαράκοντα πόλεων κατὰ κράτος ἁλουσῶν συλλέξασθαι, ἠπόρει περὶ τοῦ πρακτέον ὁ Καῖσαρ, τὰς πόλεις ἄρδην ἀπολλυμένας ὁρῶν, τὴν δὲ γῆν χρόνον οὐκ ὀλίγον μείνασαν ἀγεώργητον, τροφῆς τε οὐκ ὀλίγης δεομένους, τοὺς ἐκ τῶν βαρβάρων ἀποδοθέντας, ἥτις οὐδὲ ἀπὸ τῶν πλησίον πόλεων εὔπορος ἦν, διὰ τὸ μηδὲ ταύτας ἀπειράτους γενομένας τῆς τῶν βαρβάρων ἐφόδου, τροφῆς ἀρκούσης οὐκ εὐπορεῖν. οὐκ ἔχων οὖν ὅ τι χρήσεται τοῖς παροῦσι, τοιόνδε τι μηχανᾶται. τοῦ Ῥήνου πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς Γερμανίας, (ὅπερ ἐστὶν ἔθνος Γαλατικὸν) εἰς τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος ἐκδιδόντος, οὗ τῆς ἠιόνος ἡ Βρεττανικὴ νῆσος ἐνακοσίοις σταδίοις διέστηκεν, ἐκ τῶν περὶ τὸν ποταμὸν ὑλῶν ξύλα συναγαγών, ὀκτακόσια κατεσκεύασε πλοῖα, μείζονα λέμβων. ταῦτά τε εἰς τὴν Βρεττανίαν ἐκπέμψας, κομίζεσθαι σῖτον ἐποίει· καὶ τοῦτον τοῖς ποταμίοις πλοίοις ἀνάγεσθαι διὰ τοῦ Ῥήνου παρασκευάζων, τοῦτό τε ποιῶν συνεχέστερον, διὰ τὸ βραχὺ εἶναι τὸν πλοῦν, ἤρκεσε τοῖς ἀποδοθεῖσι ταῖς οἰκείαις πόλεσιν, εἰς τὸ καὶ τροφῇ χρήσασθαι, καὶ σπεῖραι τὴν γῆν, καὶ ἄχρις ἀμητοῦ τὰ ἐπιτήδεια ἔχειν. Ταῦτα δὲ ἔπραξεν οὔπω σχεδὸν εἰς πέμπτον καὶ εἰκοστὸν τῆς ἡλικίας ἐνιαυτὸν παρελθών.

Ἐχόντων δὲ τῶν στρατιωτῶν πρὸς αὐτὸν εὐμενῶς διά τε τὴν τοῦ βίου λιτότητα, καὶ τὸ περὶ τοὺς πολέμους ἀνδρεῖον, καὶ *περὶ χρηματισμὸν ἐγκρατὲς, καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς, ἐν αἷς πάντας ὡς εἰπεῖν τοὺς καθ' αὐτὸν ἀνθρώπους ὑπερεβάλλετο* φθόνῳ βληθεὶς ὁ Κωνστάντιος ἐπὶ τοῖς Ἰουλιανοῦ κατορθώμασιν, οἰηθεὶς δὲ τὴν Σαλουστίου, τῶν δεδομένων αὐτῷ συμβούλων ἑνὸς, ἀγχίνοιαν αἰτίαν αὐτῷ τῆς τοσαύτης εἶναι περὶ τὰ πολέμια καὶ τὴν ἄλλην διοίκησιν δόξης, μεταπέμπεται τοῦτον, ὡς ἤδη τοῖς κατὰ τὴν ἑῴαν αὐτὸν ἐπιστήσων. ἑτοίμως δὲ τοῦ Ἰουλιανοῦ τοῦτον ἀφέντος, (ἐγνώκει γὰρ ἐν ἅπασι Κωνσταντίῳ πειθήνιος εἶναι) τὰ μὲν ἐπιτετραμμένα πάντα τῷ Καίσαρι καθεκάστην (ὡς εἰπεῖν) ἐλάμβανεν οὐκ ὀλίγην ἐπίδοσιν, τῶν στρατιωτῶν αὐξανομένων πλήθει καὶ πολεμικαῖς ἐμπειρίαις, τῶν πόλεων ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀπολαύσει τῶν ἀπὸ ταύτης οὐσῶν ἀγαθῶν. Πάντων δὲ (ὡς εἰπεῖν) τῶν αὐτόθι βαρβάρων ἀπεγνωκότων ἐλπίδι πάσῃ, καὶ ὅσοι οὐδέπω τοὺς ἔτι περιλελειμμένους ἀπολεῖσθαι πανωλεθρίᾳ προσδοκησάντων, Σάξονες, οἱ πάντων δὴ καρτερώτατοι τῶν ἐκεῖσε νεμομένων βαρβάρων, θυμῷ καὶ ῥώμῃ καὶ καρτερίᾳ τῇ περὶ τὰς μάχας, εἶναι νομίζοντες, Κουάδους, μοῖραν σφῶν ὄντας, εἰς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων κατεχομένην ἐκπέμπουσι γῆν. οἱ δὲ, ὑπὸ Φράγκων ὁμόρων αὐτοῖς ὄντων κωλυόμενοι διαβῆναι, δέει τοῦ μὴ τῷ Καίσαρι δοῦναι δικαίαν αἰτίαν τῆς κατ' αὐτῶν αὖθις ἐφόδου, πλοῖα ναυπηγησάμενοι, καὶ διὰ τοῦ Ῥήνου τὴν ὑπὸ Φράγκων ἐχομένην ὑπερβαλλόμενοι γῆν, ἐπὶ τὴν ὑπήκοον Ῥωμαίοις *ὡρμήθησαν· καὶ τῇ Βαταβίᾳ προσορμίσαντες, ἣν δίχα σχιζόμενος ὁ Ῥῆνος νῆσον ποιεῖ, πάσης ποταμίας μείζονα νήσου, τὸ Σαλίων ἔθνος, Φράγκων ἀπόμοιρον, ἐκ τῆς οἰκείας χώρας ὑπὸ Σαξόνων εἰς ταύτην τὴν νῆσον ἀπελαθέντας, ἐξέβαλλον. αὕτη δὲ ἡ νῆσος, οὖσα πρότερον πᾶσα Ῥωμαίων, τότε ὑπὸ Σαλίων κατείχετο. τοῦτο μαθὼν ὁ Καῖσαρ, *ἀντεπιοίει μὲν τοῖς Κουάδοις· παρεγγύα δὲ τῷ στρατῷ, τούτοις μὲν κατὰ τὸ *καρτερὸν διαμάχεσθαι, Σαλίων δὲ μηδένα κτείνειν, ἢ κωλύειν ἐπὶ τὰ Ῥωμαίων ὅρια διαβαίνειν, οἷα μὴ ὡς πολεμίους ἐφισταμένους τῇ χώρᾳ, ἀνάγκῃ δὲ τῇ παρὰ Κουάδων ἐλαυνομένους. Ταύτης αἰσθόμενοι τοῦ Καίσαρος τῆς φιλανθρωπίας οἱ Σάλιοι, οἱ μὲν, ἀπὸ

Quumque milites animis in eum beneuolis eſſent, propter frugalitatem in victu, & virilem in bellis animum, & captandis lucris continentiam, & propter virtutes deniq; ceteras, quibus omnes, prope dixerim, ſui ſæculi homines ſuperabat: inuidia Conſtantius, ob res præclare geſtas a Iuliano, tactus; ratusque, ſagacitatem Salluſtii, qui vnus ex adtributis ei conſiliariis erat, tantam illi bellicis in rebus, & adminiſtratione reliqua, gloriam conciliare; hunc ipſum arceſſit, velut orientalibus præficiendum. Dimiſit hominem non inuite Iulianus, quod omnibus in rebus obſequi Conſtantio decreuiſſet: nihiloque minus omnia Cæſari commiſſa cottidie, prope dixerim, non exiguum quoddam incrementum ſumebant, dum numero milites, & vſu rerum bellicarum augeſcerent; opidaque pace pariter, ac bonis e pace prouenientibus, fruerentur. Omnes iam propemodum in iis locis barbari ſpem omnem abiecerant, tantumque non ad internecionem perituras exiſtimabant ſuorum reliquias; quum *Saxones*, omnium eas regiones incolentium barbarorum, & animis, & corporum viribus, & laborum in prœliis tolerantia, fortiſſimi habiti; *Quados*, nationis ſuæ partem, in ſolum ab Romanis occupatum emittūt. At finitimis *Francis* eos tranſitu prohibentibus, qui metuerent, ne iuſtam Cæſari cauſſam præberent, ſe rurſus inuadendi: nauibus conſtructis, Rheno præteruecti parentem Francorum imperio regionem, in Romani iuris ſolum contenderunt: & adpulſis ad Batauiā nauibus, quam diuiſus Rhenus inſulam efficit, quauis inſula fluminea maiorem, *Saliorum* nationem, Francorum a parte profectam, & vi Saxonum in hanc inſulam ſuis e ſedibus reiectam, expulerunt. Hæc inſula prius Romanis in vniuerſum parēs, a Saliis hoc tempore poſſidebatur. Cæſar, ea re cognita, Quados ille quidem viciſſim adgrediebatur: ſed iuſſo prius exercitu cum Quadis acriter dimicare, Saliorum neminē occidere, nec prohibere, quo minus in Romanorum fines illi tranſirent; quod non vt hoſtes Romanam regionem peterent, ſed per vim & coactionem a Quadis pellerentur. Hac animaduerſa Cæſaris humanitate Salii, partim ex

inſula cum rege ſuo Romanum in ſolum tranſiiciebant, partim ad limites inita fuga ſe conferebant; omnes Cęſari ſupplices facti, ſponte ſua ſe, cum rebus ſuis, eius fidei permittebāt. Cęſar, non iam ad bellum gerendum promtos & audentes amplius barbaros videns, ſed clandeſtinis incurſionibus & latrociniis intentos, haud leuibus inde malis ac detrimētis regionē adficere: quid ageret dubius, hanc artem barbarorum prudenti ſtrategemate viciſſim vltus eſt. Erat quidā, vaſto ſupra ceteros omnes corpore; cui corporis magnitudini virilis animus reſpondebat. Huic natione barbaro, ceteriſq; cum barbaris latrociniis adſueto, viſum eſt, relictis ſedibus patriis, ad ſubiectos Romanis Celtas migrare. Quūq; Treuiris ad aliquod tempus hæreret, quæ vrbs tranſalpinarum gentium maxima eſt, ac tranſrhenanos barbaros videret vrbes in aduerſa Rheni ripa ſitas incurſionib. vexare, omniumque fortunas nullo prohibente rapere; quod ſane tū temporis accidit, quum necdum Iulianus Cæſaris poteſtatē nanctus eſſet: de tuendis quidem opidis cogitabat; ſed, quod eiuſmodi quid ipſe moliri non auderet, cui nulla lex, vt id faceret, permiſiſſet; initio ſolus in denſiſſimas ſiluas abditus, barbarorum impreſſiones opperiebatur; eoſq; noctu adgreſſus, vbi temulentia & ſomno iam conſopiti iacebant, capita quotquot poterat, barbaris abſcindebat; & in vrbem adlata, ciuibus oſtendebat. Id inſtitutum continuans, metum & cunctationem barbaris non exiguam iniiciebat; ignorantibus quidem illis id, quod fieret; ſed ipſum tamen detrimentum ex eo deprehendentibus, quod in ſingulos prope dies eorum copiæ deminuerentur. Quum autem & alii latrones cum eo ſe coniunxiſſent, & ſingillatim collecti, quādam ad multitudinem excreuiſſent: tum vero Charietto (nam hoc nomen erat ei, qui primus inſidias haſce contra barbaros excogitauerat) idito Cęſare, rem ei, non multis antea cognitam, aperit. Cęſar, cui facile non eſſet, cum exercitu nocturnas & clandeſtinas barbarorū incurſiones coercere; (nā exiguo numero, multiſq; locis diſperſi, latrocinabantur: & vbi dies illuxiſſet, neminem omnino videre erat, quod in ſaltus agris vicinos ſemet abderent, ex iis victitātes quæ hoc latrocinio adquirerent) quum ad animum reuocaſſet, quā difficulter hoſtes domiturus eſſet:

τῆς νήσου μετὰ τοῦ σφῶν βασιλέως εἰς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐπεραιοῦντο γῆν· οἱ δὲ συμφυγόντες εἰς τὰ ὄρη κατέστησαν, ἱκέται τοῦ Καίσαρος ἅπαντες καθιστάμενοι, καὶ ἐθελοντὶ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐκδιδόντες. ὁ δὲ, πρὸς μὲν πόλεμον οὐδένα θαῤῥοῦντας ἔτι τοὺς βαρβάρους ὁρῶν, ἐφόδοις δὲ λαθραίαις καὶ λῃστείαις προσέχοντας, οὐ μικρὰ τε οὐδὲ τὰ τυχόντα ἐκ τούτου τὴν χώραν ἐργαζομένους κακὰ καὶ ἀπορῶν ὅ τι πράξειεν, ἔμφρονι στρατηγήματι ταύτην μετῆλθε τῶν βαρβάρων τὴν τέχνην. ἀνήρ τις ἦν, μέγεθος σώματος ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἔχων, καὶ τὴν ἀνδρείαν ἀνάλογον τῷ σώματι. τούτῳ βαρβάρῳ τὸ γένος ὄντι, καὶ λῃστεύειν σὺν αὐτοῖς εἰωθότι, παρέστη τὰ οἰκεῖα ἤθη καταλιπόντι, πρὸς τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίοις Κελτοὺς μεταστῆναι. διατρίβων οὖν ἀπὸ χρόνου τινὸς ἐν Τριβέροις, (ἔστι δὲ αὕτη πόλις μεγίστη τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν) ἐπεὶ τοὺς ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον βαρβάρους ἑώρα τὰς τῇδε καταστρέχοντας πόλεις, καὶ τὰ πάντων ἀκωλύτως λῃζομένους, ὅτε τὴν τοῦ Καίσαρος οὔπω Ἰουλιανὸς εἶχεν ἀρχὴν, ἀμύνειν μὲν διενοεῖτο ταῖς πόλεσιν· οὐκ ἔχων δὲ παῤῥησίαν, οἷα νόμου μηδενὸς αὐτῷ τοῦτο ποιεῖν ἐπιτρέψαντος, τὴν μὲν ἀρχὴν μόνος εἰς τὰ δασύτατα κρυπτόμενος τῶν ὑλῶν, ἐκαραδόκει τὰς τῶν βαρβάρων ἐφόδους· καὶ νυκτὸς ἐπιὼν ἤδη παρειμένοις μέθῃ καὶ ὕπνῳ, κεφαλὰς ὅσων οἷός τε ἦν βαρβάρων ἀπέτεμε, καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει φέρων, ἐδείκνυ. συνεχῶς δὲ τοῦτο ποιῶν, ὄκνον οὐκ ὀλίγον ἐποίησε τοῖς βαρβάροις, ἀγνοοῦσι μὲν τὸ γινόμενον, τῷ δὲ καθ' ἑκάστην (ὡς εἰπεῖν) ἐλαττοῦσθαι, τοῦ κακοῦ συναισθανομένοις. ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλοι συνεμίγησαν τούτῳ λῃσταὶ, καὶ καθ' ἕνα συνιόντες, πλῆθος γεγόνασι, τότε δὴ τῷ Καίσαρι προσελθὼν ὁ Χαριέττων, (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ ταύτην εὑρόντι πρώτῳ κατὰ τῶν βαρβάρων ἐπιβουλὴν) ἀναφαίνει τὸ πρότερον οὔπω πολλοῖς ἐγνωσμένον. ὁ δὲ Καῖσαρ, ἐπεὶ μὴ ῥᾴδιον ἦν αὐτῷ διὰ τοῦ στρατοπέδου ταῖς ἐν νυκτὶ τῶν βαρβάρων λαθραίαις ἐφόδοις ἐπεξιέναι, (κατ' ὀλίγους γὰρ, καὶ ἐν πολλοῖς ἑαυτοὺς διασπείραντες, ἐλῄστευον· ἡμέρας δὲ γενομένης, οὐδένα θεάσασθαι παντάπασιν ἦν· ἐν γὰρ τοῖς περὶ τοὺς ἀγροὺς δρυμοῖς ἀπεκρύπτοντο, σιτούμενοι τὰ ἐκ τῆς λῃστείας αὐτοῖς προσγινόμενα) τὸ δυσχείρωτον τῶν πολεμίων λαβὼν κατὰ νοῦν, εἰς

ἀνάγκην

ἀνάγκην κατέστη τοῦ μὴ στρατοπέδῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ λῃστικῷ συστήματι τοὺς λῃστὰς μετελθεῖν. ἀποδεξάμενος οὖν τὸν Χαριέττωνα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, συνάψας τε αὐτοῖς τῶν Σαλίων πολλούς, νυκτὸς μὲν αὐτοὺς λῃστεύουσι τοῖς Κουάδοις, οἷα μεμελετημένους λῃστείαις, ἔπεμπεν· ἡμέρας δὲ οὔσης, ἐν τοῖς ὑπαίθροις ἔταττε τὰ στρατόπεδα, καὶ πάντας, ὅσοι δὲ λῃστικὸν οἷοί τε ἐγίνοντο διαφυγεῖν, ἔκτεινε. τοῦτό τε ποιῶν διετέλεσεν, ἕως ὅτε καταστάντες εἰς ἐσχάτην στενοχωρίαν οἱ Κουάδοι, καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγοι γενόμενοι, προσεχώρησαν, ἅμα τῷ σφῶν ἡγουμένῳ, τῷ καίσαρι, πλῆθός τε αἰχμαλώτων ἤδη συλλαβόντι κατὰ τὰς προτέρας ἐφόδους, καὶ τὸν τοῦ βασιλέως παῖδα, παρὰ Χαριέττωνος εἰλημμένον. ἐπεὶ δὲ ἱκετηρίας αὐτοὺς ἐλεεινῶς προτεινομένους, ὁμήρους ἀπῄτει τῶν ἐπισήμων τινάς, καὶ τούτοις ἅμα τὸν τοῦ βασιλέως υἱόν, εἰς θρῆνον οἰκτρότατον καταστὰς ὁ τῶν βαρβάρων ἡγούμενος, ὤμνυε δακρύων, ὡς ἀπόλοιτο μετὰ τῶν ἄλλων αὐτῷ καὶ ὁ υἱός. τότε τοίνυν ἐλεήσας ὁ καῖσαρ δάκρυα πατρός, τόν τε παῖδα αὐτῷ δείκνυσιν ἐν εὐπαθείᾳ τρεφόμενον· καὶ φήσας ἔχειν ἐν ὁμήρου τάξει, καὶ σὺν αὐτῷ τῶν εὖ γεγονότων ἄλλους ὁμήρους λαβών, ἐφιλοτιμήσατο τὴν εἰρήνην, ἐφ' ᾧ μηδέποτε κατὰ Ῥωμαίων χεῖρας ἆραι. Ταῦτα οὕτω διαθεὶς ὁ καῖσαρ, Σαλίους τε καὶ Κουάδων μοίρας, καὶ τῶν ἐν τῇ *Βατανίᾳ νήσῳ τινάς, τάγμασιν ἐγκατέλεξεν, ἃ καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν ἔτι δοκεῖ περισώζεσθαι. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, Κωνστάντιος ὁ βασιλεὺς ἦν κατὰ τὴν ἑῴαν τὰ Περσῶν ἔχων ἐν φροντίδι μόνα, καὶ τοῖς ἐκεῖσε πολέμοις ἐγκαρτερῶν. τά τε γὰρ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνη καλῶς εἶχεν αὐτῷ, τῇ τοῦ καίσαρος κυβερνώμενα προνοίᾳ· καὶ Ἰταλία πᾶσα καὶ Ἰλλυριοὶ κίνδυνον εἶχον οὐδένα, τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον βαρβάρων, δέει τοῦ μὴ διὰ Γαλατίας τὸν καίσαρα διαβάντα τὸν Ἴστρον, αὐτοῖς ἐπελθεῖν, σωφρονούντων. Κωνσταντίου τοίνυν ἐν τούτοις ὄντος, οἱ Πέρσαι, Σαπώρην ἔχοντες βασιλέα, τὰ περὶ τὴν μέσην ἐληίζοντο τῶν ποταμῶν· καὶ τὰ περὶ τὴν Νίσιβιν ἅπαντα καταστρεψάμενοι, καὶ αὐτὴν ἤδη πάσῃ δυνάμει τὴν πόλιν ἐπολιόρκουν. τοῦ δὲ στρατηγοῦ Λουκιλλιανοῦ πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀρκέσαντος, καὶ νῦν μὲν τοῖς ἀπὸ τῆς τύχης ὀρθῶς χρησαμένου, νῦν δὲ καὶ στρατηγήμασιν, ἡ μὲν πόλις τὰ περιστάντα διέφυγεν, εἰς ἔσχατον ἐλθοῦσα κίνδυνον. τὸ δὲ ὅπως, περιττὸν ἡγησάμην

ad eã redactus eſt neceſſitatem, vt nõ exercitu tantum, ſed etiam latronum globo quodam latrones perſequendos ſtatueret. Quamobrem Chariettone cum ſuis recepto, & iiſdem Saliorum numero compluribus adiunctis: hos noctu, velut exercitos latrociniis, in latrocinantes Quados emittebat: interdiu diſpoſitas ſub dio militum ſtationes habebat, & omnes, qui latronum manus euadere potuerant, trucidabat. Id facere nõ deſinebat, donec Quadi maximas ad anguſtias redacti, deque multis pauci facti, cum duce ſuo Cæſari ſe dederent: qui & magnam ſuperioribus impreſſionibus captiuorum multitudinem adeptus fuerat, & inter alios, ipſum quoque regis filium, a Chariettone captum, habebat. Quum miſerabilem in modum ſupplices factos, obſides dare iuberet, homines quoſdam nobiles, & in his ipſum regis filium: dux barbarorum, lamentatione maxime miſerabili ſublata, cum lacrumis deierabat: inter alios, & filium ſibi periiſſe. Quamobrem paternas miſeratus lacrumas Cæſar, filium ei commonſtrat, qui delicate alebatur: ſimulque profeſſus, eum ſe obſidis habere loco, deq; numero nobilium aliis quoque præter hunc obſidibus acceptis, pacẽ ipſis ea largitus eſt lege, ne contra Romanos vmquam arma caperent. His rebus ita conſtitutis, & Salios Cæſar, & Quadorum partem, & quoſdam incolentes inſulam †Batauniam, legionibus adſcripſit: quorum ordines noſtro quoq; tempore ſuperſtites eſſe videtur. Per eadem tempora Conſtantius Imperator in oriente de ſolis rebus Perſicis ſollicitus, eorum locorum bellis intentus erat. Nam & bene trãſalpinarum conſtitutæ res erant gentium, quæ prouidentia Cæſaris adminiſtrarentur; & Italia tota, cũ Illyriis, extra omne poſita erat periculum, propterea quod trans Iſtrum habitantes barbari præ metu, ne per Galliam profectus Cæſar, Iſtrum tranſiiceret, & ipſos adoriretur, intra modeſtiæ fines ſe cõtinebant. Quum igitur in his occupatus eſſet Conſtantius, *Perſæ*, qui Saporem habebant regẽ, Meſopotamiã infeſtis graſſationibus vexabant. & vaſtatis omnibus ad Niſibim ſitis, vrbem ipſam totis viribus obſidebant. Sed quũ dux Lucillianus obſidioni ſuſtinẽdę idoneus, partim oblatis forte fortuna occaſionib⁹, partim ſtrategematis recte fuiſſet vſus: vrbs imminẽtibus malis eſt erepta, licet extremum in diſcrimen adducta fuiſſet. Id aũt quo modo factũ ſit, a me cõmemorari, ſuperuacaneum

† Batauiam

duxi: quum ipſe Cæſar omnia, tum temporis geſta, peculiari ſcripto quodam expoſuerit. Ea vero ſi quis in manus ſumſerit, huius viri ſummam in dicendo vim perſpiciet. Ceterum vbi iam in tranquillo res orientis poſitæ viderentur, & præclara facta Cęſaris omnib. eſſent in ore: graui quadam inuidia correptus eſt Conſtantius. Ideoq; propter rerum omnium proſperos apud Celtas & Hiſpanos ſucceſſus, quoſdã animi morſus ſentiens, occaſiones captabat; quibus occaſionib. paullatim, & animaduertẽte nemine, Cæſaris vires imminuere poſſet, & hoc modo dignitatem ei ſuã adimere. Quapropter ad eum mittit, & ad ſe legiones duas Celticorũ militum ablegari mandat; quaſi eorum auxiliis ipſe indigeret. Huic mãdato quũ ſtatim Iulianus ſatisfeciſſet, partim quod inſtitutum ipſius ignoraret, partim ne quam occaſionem ei ſuccenſendi præberet: nihilo minus omnem curam ac diligentiam rebus Celticis adhibebat, in dies augeſcentibus militum copiis, & habitantibus ad extremos limites barbaris perterrefactis, deq; bello inferendo ne per ſomnium quidem cogitãtibus. Conſtantius autem & alios militum ordines a Cæſare ſibi mitti poſtulabat: & impetrato, quod petierat, non multo poſt alias quatuor alas ad ſe trãſmitti iubebat. Statim militib. ſignificat Cęſar, ad profectionem ſe compararent. Hærente vero Iuliano Pariſii, quod opidulum eſt Germaniæ, quũ milites ad iter inſtructi, propter eius loci prętorium multam in noctem cenarent, nihil de iis conſiliis omnino cogitantes, quæ aduerſus Cæſarem inirẽtur: tribuni quidam, qui reapſe verum comperiſſent id, quod iam olim in eũ cuderetur, libellos quoſdã ab incertis ꝓfectos auctoribus, inter milites clãculum hinc inde reiiciunt; iiſq; futurum ſignificant, vt Cæſar, qui ſtrategematis ſuis efficeret, vt propemodũ omnes ipſi tropæa de barbaris ſtatuerẽt, & qui nihil a priuato milite, quoties dimicãdum eſſet, differret, extremum in periculum cõiiciatur, Imperatore paullatim copias eius ſuffurante; niſi omnes, concurſu facto, militum profectionem impedirent. Hos ita ſparſos libellos vbi militum plerique legiſſent, & de re tota, quæ tractaretur, ad multitudinem retuliſſent; vniuerſos ad iram concitarũt. Quũq; non ſine magno tumultu de loco ſurrexiſſent, ipſosq; calices manib. adhuc tenerẽt,

διεξελθεῖν, αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος ἐν ἰδίᾳ συγγραφῇ πάντα ἀφηγησαμένου τὰ τότε πραχθέντα· ἅπερ ἔστιν εἰς χεῖρας λαβόντα, τὴν ἐν λόγοις ἄκραν τοῦ ἀνδρὸς συνιδεῖν ἀρετήν. Δοκούντων δὲ εἶναι τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν ἐν ἡσυχίᾳ, καὶ τῶν τοῦ Καίσαρος κατορθωμάτων [ἐν] τοῖς ἁπάντων στόμασιν ὄντων, δεινῶς ὁ Κωνστάντιος συνεστάλη τῷ φθόνῳ. τῇ δὲ τῶν ἐν Κελτοῖς τε καὶ Ἴβηρσι πραγμάτων εὐημερίᾳ δακνόμενος, ἐμηχανᾶτο προφάσεις, δι' ὧν ἂν δυνηθείη κατὰ βραχὺ καὶ ἀνεπαισθήτως τὰς τοῦ Καίσαρος ἐλαττῶσαι δυνάμεις, οὕτω τε τῆς ἀξίας αὐτὸν παραλῦσαι. πέμπει τοίνυν ὡς αὐτὸν, τάγματα δύο τῶν ἐν Κελτοῖς στρατιωτῶν ἐκπεμφθῆναι κελεύων, ὡς δὴ τῆς ἀπὸ τούτων δεόμενος βοηθείας. Ἰουλιανοῦ δὲ, ἀγνοίᾳ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως, καὶ ἅμα διὰ τὸ μὴ πρόφασιν ὀργῆς αὐτῷ δοῦναι, τὸ ἐπίταγμα παραχρῆμα πληρώσαντος, τὰ μὲν ἐν Κελτοῖς ἠξιοῦτο πάσης ἐπιμελείας, τοῦ στρατιωτικοῦ κατὰ τὸ συνεχὲς *αὐξουμένου, καὶ τῶν παροικούντων ταῖς ἐσχατιαῖς βαρβάρων καταπεπληχότων, καὶ πόλεμον μὲν οὐδὲ ὄναρ ἐνθυμουμένων. Κωνστάντιος δὲ καὶ ἕτερα τάγματα στρατιωτικὰ πεμφθῆναί οἱ παρὰ τοῦ Καίσαρος ᾔτει. καὶ τυχὼν τῆς αἰτήσεως, ἄλλας μετ' οὐ πολὺ τέσσαρας ἴλας ὡς αὐτὸν ἐκέλευεν ἐκπεμφθῆναι. καὶ παραχρῆμα παρασκευάζεσθαι πρὸς ἐκδημίαν ὁ Καῖσαρ τοῖς στρατιώταις ἐσήμαινεν. Ἰουλιανοῦ δὲ ἐν τῷ Παρισίῳ (Γερμανίας δὲ αὕτη πολίχνη) διατρίβοντος, ὡς δὴ πρὸς ἐκδημίαν εὐτρεπεῖς ὄντες οἱ στρατιῶται, νυκτὸς ἄχρι βαθείας ἐδείπνουν περὶ τὰ αὐτόθι βασίλεια, τῶν βουλευομένων κατὰ τοῦ Καίσαρος οὐδὲ ἓν λογιζόμενοι. τῶν δὲ ταξιαρχῶν τινὲς, τὸ πάλαι κατ' αὐτοῦ μηχανώμενον, ἐπὶ τῶν πραγμάτων εὗρον ἀληθές· καὶ ἀνώνυμα γραμμάτια τῶν στρατιωτῶν ἐν μέσῳ κατὰ τὸ λεληθὸς διαρρίψαντες, ἐδήλουν διὰ τούτων ὡς ὁ Καῖσαρ, ὁ δοὺς ἅπασιν (ὡς εἰπεῖν) τὸ κατὰ βαρβάρων τρόπαια στῆσαι διὰ τῶν οἰκείων στρατηγημάτων, καὶ μηδέν τι τῶν καθ' ἕκαστον ἐν τῷ μάχεσθαι διαλλάττων, εἰς ἔσχατον ἥξει κινδύνου, κατὰ βραχὺ τοῦ βασιλέως τὴν αὐτοῦ δύναμιν *ὑποκλέπτοντος, εἰ μὴ συνδραμόντες ἅπαντες ὁμοῦ τὴν τῶν στρατιωτῶν κωλύσαιεν ἐκδημίαν. Ταῦτα τὰ *γραμμάτια διεσπαρμένα τινὲς τῶν στρατιωτῶν ἀναγνόντες, καὶ εἰς τὸ πλῆθος τὸ μελετώμενον ἐνεγκόντες, ἐξηρέθισαν ἅπαντας εἰς ὀργήν. καὶ ἀναστάντες ἐκ τοῦ τόπου σὺν θορύβῳ πολλῷ, τῶν κυλίκων ἐν ταῖς χερσὶν ἔτι κειμένων,

ὁρμῇ ἐπὶ τὰ βασίλεια· διαρρήξαντές τε τὰς θύρας σὺν οὐδενὶ κόσμῳ, καὶ ἄγουσι δημοσίᾳ τὸν Καίσαρα, καὶ ἐπί τινος ἀσπίδος μετέωρον ἄραντες, ἀνεῖπόν τε σεβαστὸν αὐτοκράτορα, καὶ ἐπέθεσαν σὺν βίᾳ τὸ διάδημα τῇ κεφαλῇ. Ὁ δὲ, δυσανασχετῶν μὲν ἐπὶ τῷ γεγονότι, τὸ δὲ ἀνακαλέσασθαι τὸ πραχθὲν οὐδεμίαν οἰηθεὶς ἔχειν ἀσφάλειαν, Κωνσταντίου μήτε ὅρκοις ἐμμένοντος μήτε συνθήκαις, ἢ ἄλλην τινὰ τῶν ἐν ἀνθρώποις πίστιν φυλάττοντος, ὅμως ἐπειρᾶτο τῆς αὐτοῦ *γνώμης· καὶ πρέσβεις ἐκπέμψας, παρὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσίν τε καὶ γνώμην ἔφη προβεβῆσθαι τὰ τῆς ἀναρρήσεως. οἷς εἰ παράσχοι γνώμην, ἕτοιμος ἔφασκεν εἶναι τὴν τοῦ Καίσαρος ἔχειν ἀξίαν, ἀποθέμενος τὸ διάδημα. Κωνστάντιος δὲ εἰς τοσοῦτον ὀργῆς τε καὶ ἀλαζονείας ἀνέβη, ὥστε πρὸς τοὺς πρέσβεις εἰπεῖν, ὡς προσήκει Ἰουλιανὸν τοῦ ζῆν ἀντεχόμενον, ἀποθέσθαι πρὸς τῇ βασιλείᾳ καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος σχῆμα· καταστάντα δὲ ἰδιώτην, ἑαυτὸν τῇ προαιρέσει τοῦ βασιλέως ἐκδοῦναι. μηδὲν γὰρ πείσεσθαί τι δεινὸν, μηδὲ ἄξιον ὧν ἐτόλμησε. Ταῦτα ἀκηκοὼς Ἰουλιανὸς παρὰ τῶν πρέσβεων, εἰς τὸ ἐμφανὲς ἔδειξεν ἣν εἶχε περὶ τὸ θεῖον προαίρεσιν, ἄντικρυς εἰς ἐπήκοον πάντων εἰπὼν, ὡς τοῖς θεοῖς ἄμεινον, ἢ τοῖς Κωνσταντίου λόγοις ἑαυτόν τε καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον ἐκδοῦναι. Ἐντεῦθεν ἅπασι φανερὰ γέγονεν ἡ πρὸς Ἰουλιανὸν Κωνσταντίου δυσμένεια. καὶ Κωνστάντιος μὲν πρὸς ἐμφύλιον παρεσκευάζετο πόλεμον· Ἰουλιανῷ δὲ, δυσχεραίνειν ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν, ἐπῄει, ὡς, εἰ μέλλοι τῷ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ δεδωκότι τοῦ Καίσαρος, πολεμεῖν, ἀχαρίστου παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀποίσεται δόξαν. Ὄντι δὲ περὶ ταῦτα, καὶ πᾶσαν γνώμην ἀνακυκλοῦντι, σφόδρα τε ὀκνηρῶς ἔχοντι πρὸς ἐμφύλιον πόλεμον, ἔδειξε δι' ἐνυπνίου τὸ θεῖον αὐτῷ τὸ ἐσόμενον. ἐν Βιέννῃ γὰρ διατρίβοντι κατ' ὄναρ ὁ ἥλιος ἔδοξε δεικνύναι τοὺς ἀστέρας αὐτῷ, λέγειν τε ταῦτα τὰ ἔπη·

Ζεὺς ὅταν εἰς πλατὺ τέρμα πέλῃ κλυτοῦ ὑδροχόοιο,
Παρθενικῆς δὲ Κρόνος μοίρῃ βαίνῃ ἐπὶ πέντε
Εἰκοστῇ, βασιλεὺς Κωνστάντιος Ἀσίδος αἴης,
Τέρμα φίλου βιότου στυγερὸν καὶ ἐπώδυνον ἕξει.

Τούτῳ τῷ ἐνυπνίῳ θαρρήσας, εἴχετο μὲν, κατὰ τὸ σύνηθες αὐτῷ, τῆς τῶν κοινῶν πραγμάτων ἐπιμελείας. ἐπεὶ δὲ ἦν ἔτι χειμὼν, τὰ μὲν ὅσα περὶ τοὺς βαρβάρους, τῆς δεούσης ἠξιοῦτο προνοίας· ὥστε, εἰ δέοι καὶ τῶν ἄλλων αὐτὸν ἀντιλαβέσθαι πραγμάτων, ἐν ἀσφαλείᾳ πάσῃ τὰ ἐν Κελτοῖς πράγματα μένειν. παρεσκευάζετο δὲ Κωνσταντίου κατὰ τὴν ἑῴαν ὄντος,

ad prætorium contenderunt: perruptiſque nullo ordine foribus, Cæſarem in publicum deducunt; & ſublimem in ſcutum quoddam elatum, Imperatorem auguſtum adpellant, & vi diadema capiti eius imponunt. Cæſar, ægre quidem, quod accidiſſet, ferens; reuocari tamen, quod actũ fuerat, tuto non poſſe ratus; quando Conſtantius nec ſacramentis vllis, nec pactis conuentis ſtaret, aut vllam aliam fidei religionem, inter homines ſacram, ſeruaret; nihilominus animum eius tentandum putabat. Ideoque miſſis legatis, præter voluntatem, & ſententiam animi ſui, ſe declaratum Imperatorem aiebat. Ac, ſi quidem ita Conſtantio videretur, paratum ſe dicebat eſſe, vt diademate poſito, Cæſaris dignitatem retineret. Sed Conſtantius tantam ad iracundiam & adrogantiam prouectus eſt, vt legatis diceret: par eſſe, Iulianum, ſi vitam ſibi caram duceret, vna cum imperio, Cæſaris etiam habitum ponere; priuatæque vitę reſtitutum, Imperatoris ſe volũtati permittere. Nec enim vel graue quidquam perpeſſurum, vel iis dignum, quę tentare fuiſſet auſus. Quum hæc Iulianus ex legatis audiſſet, palam animi ſui de numine ſententiam oſtendit; aperte proloquutus, audientibus vniuerſis: potius ſe diis, quam Conſtantii verbis, ſeque vitamque ſuam permiſſurum. Hinc iam omnibus infeſtus Cõſtãtii erga Iulianum animus paruit. Et Conſtantius quidem ad ciuile bellum ſe comparabat. Iuliani vero mentẽ, propter ea quæ acciderant, hoc potiſſimum cruciabat; quod bellum cum eo geſturus, qui Cæſaris ei poteſtatem tribuerat, apud multos opinionem hominis ingrati de ſe concitaturus eſſet. Dum hæc ſecũ expẽdit, & animum hinc inde torquet, ac vehementer in ſuſcipiendo ciuili bello cunctatur: numen ei per ſomnium, quid futurum eſſet, oſtẽdit. Nam dum Viennæ commoratur, ſol in ſomniis ſidera monſtrare viſus eſt, & hoſce verſus pronuntiare:

Parte Iouem feret extrema profuſor vt vnde,
Parīq; a Saturno fuerit vigeſima quinta
Virginis vt iam tacta; Aſiæ Conſtantius omnis
Vitam morte graui mox finiet Induperator.

Hoc ſomnio fretus, publica, pro more ſuo, negotia diligẽter procurat. Et quoniã adhuc hiems erat, reb. ad barbaros pertinẽtibus ita proſpicit, vti par erat adeo quidẽ, vt ſi res ei ſuſcipiẽdę eſſent aliæ, prorſus in tuto Celticæ manerent. Simul, hęrente per orientẽ adhuc Cõſtantio,

conatum vt eius anteuerteret, ſeſe parabat. Adulta iam æſtate, compoſitis barbarorum trãs Rhenum rebus, quũ partim eos bello coegiſſet modeſte ſe gerere; partim experientia præteritorum perſuaſiſſet, vt pacẽ, quam bellum, amplecti mallent: velut ad profectionem longinquam, omnem exercitum inſtruit. Quumque ciuiles & militares duces opidis atq; limitibus præfeciſſet, verſus Alpes cum copiis pergit. Ad Rhætos vbi veniſſet, vnde fluuius Iſter ortus, Noricos, & vniuerſam Pannoniam permeat, itidẽq; Dacas, & Thraciæ Myſos, & Scythas, atq; ita ſemet in pontum Euxinum exonerat: conſtructis nauigiis fluuialibus, ipſe cum tribus milibus Iſtro ſecundo deuectus, viginti milia Sirmiũ itinere terreſtri petere iuſſit. Et quia remigium continuum, cum ſecundo fluminis impetu, coniungebatur; iis etiam ventis adiuuantibus, quos Eteſias, velut anniuerſarios, vocant: vndecimo die Sirmium adpulit. Quũq; nuntiatum fuiſſet, Imperatorem adeſſe: propemodũ omnes arbitrabantur eſſe Cõſtantium, qui veniſſet. Sed vbi Iulianum excepiſſent, præ admiratione cuncti ſtupebãt: & inſtar portenti habebant id, quod eueniſſet. Nõ multo poſt, quum & exercitus ille, qui ex Celtis ſubſequebatur, præſto eſſet: ad Senatum populi Romani, & Italicos exercitus, litteras dedit; quib. in litteris perſcriptum erat, præſidiis munitas vrbes tenerent, quando iam ipſe nanctus eſſet imperium. Et quia Taurus ac Florentius, eius anni cõnſules, qui a Conſtantio ſtabant, ſimul atque cognouiſſent, Iulianum Alpes tranſgreſſum, in Pannoniam perueniſſe, fuga ſemet ex vrbe ſubduxerãt: Conſules fugitiuos, in perſcribendis publicis inſtrumentis, eos adpellari iuſſit. Omnes autem vrbes, quas curſim iam tranſierat, blande demulcebat; vniuerſis ſpem de ſe bonam præbens. Scripſit & Athenienſibus, & Lacedæmoniis, & Corinthiis itineris ſui cauſſas oſtendens. Sirmii quum eſſet, ex omni prope Græcia legati ad eum miſſi aderant; quibus vbi reſpõdiſſet, quæ par erat; eaq; fuiſſet largitus, quę iuſta viderentur: cum Celticis, & aliis præterea copiis, quas de præſidiariis cohortibus Sirmii, Pannoniorum, Myſorumque collegit, vlterius caſtra mouit. Vbi Naiſum adtigiſſet, ibidem cum hauriſpicibus, quid agendum eſſet, diſpiciebat. Significantibus extis, vt iſtic aliquamdiu ſubſiſteret, parebat: obſeruãs ſimul indicatum ſomnio tempus. quod vbi cum

τὴν αὐτοῦ προκαταλαβεῖν ἐπιχείρησιν. ἀκμάζοντος δὲ ἤδη τοῦ θέρους, διαθεὶς τὰ περὶ τοὺς ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον βαρβάρους, καὶ τοὺς μὲν πολέμῳ σωφρονεῖν ἀναγκάσας, τοὺς δὲ τῇ πείρᾳ τῶν προλαβόντων, εἰρήνην ἀγαπᾶν μᾶλλον ἢ πόλεμον πείσας, ὡς ἐς μακρὰν ἀποδημίαν διέταττε τὸ στρατόπεδον. καταστήσας δὲ ταῖς πόλεσι καὶ ταῖς ἐσχατιαῖς πολιτικούς τε καὶ στρατιωτικοὺς ἡγεμόνας, ἅμα τῇ δυνάμει ᾔει εἰς τὰς Ἄλπεις. ἐλθὼν δὲ εἰς Ῥαιτούς, (ὅθεν ὁ Ἴστρος ἀρχόμενος, Νωρικούς τε καὶ Παιονίαν πᾶσαν παραμείβει, καὶ προσέτι γε Δάκας, καὶ τοὺς ἐν Θρᾴκῃ Μυσοὺς καὶ Σκύθας, οὕτω τε εἰς τὸν Εὔξεινον ἐξίησι πόντον) πλοῖα ποτάμια κατασκευάσας, αὐτὸς μὲν ἅμα τρισχιλίοις, εἰς τὸ πρόσω διὰ τοῦ Ἴστρου παρῄει· δισμυρίοις δὲ πεζῇ τὸ Σίρμιον καταλαμβάνειν διέταττεν. ἐπεὶ δὲ τὴν συνεχῆ εἰρεσίαν μετὰ τῆς τοῦ ῥοῦ φορᾶς, καὶ τῶν ἐτησίων ἀνέμων αὐτῷ συντελεσάντων, ἑνδεκάτῃ μὲν ἡμέρᾳ περὶ τὸ Σίρμιον ἦλθε. φοιτησάσης δὲ ἀγγελίας ὡς ὁ βασιλεὺς παρεγένετο, πάντες μὲν (ὡς εἰπεῖν) Κωνστάντιον ᾤοντο εἶναι τὸν ἐπιστάντα· δεξάμενοι δὲ Ἰουλιανόν, ἐν ἐκπλήξει πάντες ἦσαν, φάσματι τὸ συμβὰν ἀπεικάζοντες. φθασάσης δὲ μετ᾿ οὐ πολὺ καὶ τῆς ἀπὸ Κελτῶν αὐτῷ παρακολουθησάσης δυνάμεως, τῇ Ῥωμαίων γερουσίᾳ καὶ ταῖς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ δυνάμεσιν ἔγραφεν, ἔχειν ἐν ἀσφαλείᾳ τὰς πόλεις, ὡς αὐτοῦ βασιλεύοντος. ἐπεὶ δὲ Ταῦρος καὶ Φλωρέντιος, οἱ κατ᾿ ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν ὕπατοι, τῆς Κωνσταντίου μερίδος ὄντες, ἅμα τῷ μαθεῖν ὅτι Ἰουλιανὸς ὑπερβὰς τὰς Ἄλπεις, εἰς Παιονίαν ἀφίκετο, φυγῇ τὴν Ῥωμαίων ἀπέλιπον· φυγάδας μὲν αὐτοὺς ὑπάτους ἐν τοῖς συμβολαίοις ἐκέλευε γράφεσθαι· πάσας δὲ τὰς πόλεις ἃς ἔτυχεν ἤδη διαδραμών, ἐφιλοφρονεῖτο, χρηστὰς ἐναποτιθέμενος πᾶσιν ἐλπίδας. ἔγραφε δὲ καὶ Ἀθηναίοις, καὶ Λακεδαιμονίοις, καὶ Κορινθίοις, τὰς αἰτίας τῆς σφετέρας ἐμφαίνων ἀφίξεως. ὄντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὸ Σίρμιον, ἐξ ἁπάσης (ὡς εἰπεῖν) τῆς Ἑλλάδος ἐστέλλοντο πρέσβεις. οἷς ἀποκρινόμενος τὰ προσήκοντα, καὶ ὅσα ἦν δίκαια φιλοτιμησάμενος, σὺν τῷ περὶ Κελτῶν στρατοπέδῳ καὶ ἕτερον ἔκ τε αὐτοῦ τοῦ Σιρμίου καὶ τῶν Παίοσι καὶ Μυσοῖς ἐνιδρυμένων ταγμάτων συναγαγών, ἐπὶ τὰ πρόσω παρῄει. καταλαβὼν δὲ τὴν Ναϊσσόν, αὐτόθι μετὰ τῶν μάντεων τὸ πρακτέον ἐσκόπει. ὡς δὲ μένειν αὐτῷ τέως κατὰ χώραν ἐδήλου τὰ ἱερά, τοῦτο [δὲ] ἐποίει, παρατηρῶν ἅμα καὶ τὸν τῷ ἐνυπνίῳ δηλούμενον χρόνον. ὡς δὲ καὶ τὰ

τῶν ἀστρῴων

τῇ ἀστρῴων συμβαίνειν ἐδόκει κινήσεων, ὄντι κατὰ τὴν * Ναΐσον, ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως αὐτῷ πλῆθος ἱππέων ἀπήγγελεν, ὡς Κωνστάντιος μὲν ἐτελεύτησε, καλοίη δὲ Ἰουλιανὸν ἐπὶ τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν τὰ στρατόπεδα. Δεξάμενος δὲ τὸ παρὰ τοῦ θείου δεδωρημένον, εἴχετο τῆς ἐπὶ τὰ πρόσω πορείας. ἐπεὶ δὲ εἰς τὸ Βυζάντιον παρεγένετο, πάντες μὲν αὐτὸν σὺν εὐφημίαις ἐδέχοντο, πολίτην καὶ θρέμμα * ἑαυτῶν ὀνομάζοντες, (οἷα δὴ ἐν ταύτῃ τεχθέντα τε καὶ τραφέντα τῇ πόλει) καὶ τὰ ἄλλα θεραπεύοντες ὡς μεγίστων τοῖς ἀνθρώποις αἴτιον ἐσόμενον ἀγαθῶν.

Ἐν ταύτῃ τῆς πόλεως ἅμα καὶ τῶν στρατοπέδων ἐπιμελούμενος, ἔδωκε μὲν τῇ πόλει γερουσίαν ἔχειν ὥσπερ ἐν τῇ [πόλει] Ῥώμῃ. λιμένα δὲ μέγιστον αὐτῇ δειμάμενος, τῶν ἀπὸ τοῦ νότου * κινδυνευόντων ἀλεξητήριον πλοίων, καὶ στοὰν σιγματοειδῆ μᾶλλον ἢ εὐθεῖαν, ἐπὶ τὸν λιμένα κατάγουσαν· ἔτι δὲ βιβλιοθήκην ἐν τῇ βασιλέως οἰκοδομήσας στοᾷ, καὶ ταύτῃ βίβλους ὅσας εἶχεν ἐναποθέμενος, ἐπὶ τὸν κατὰ Περσῶν παρεσκευάζετο πόλεμον. δέκα δὲ διατρίψας ἐν τῷ Βυζαντίῳ μῆνας, καὶ ἐστρατηγοὺς Ὁρμίσδην καὶ Βίκτορα· καὶ τοὺς ταξι[illegible]ς αὐτοῖς καὶ τὰ στρατόπεδα παραδοὺς, ἐπὶ τὴ[illegible]ιόχειαν ἤλαυνε. Μεθ᾽ ὅσης μὲν οὖν ἡσυχίας καὶ εὐλαβείας τὴν ὁδὸν ἅπασαν οἱ στρατιῶται διήνυσαν, λέγειν οὐκ ἀναγκαῖον. οὐδὲ γὰρ ἦν εἰκὸς ἀπηχές τι πρᾶξαι τούτους, ὑπὸ Ἰουλιανῷ βασιλεῖ τεταγμένους. ἐπιδημήσαντα δὲ αὐτὸν τῇ Ἀντιοχείᾳ, δέχεται φιλοφρόνως ὁ δῆμος· φιλοθεάμων δὲ ὢν φύσει, καὶ τρυφῇ μᾶλλον ἢ πράξεσι σπουδαίαις ἐκδεδομένος, εἰκότως τὴν περὶ τὰ πάντα τοῦ βασιλέως ἐδυσχέραινε φρόνησιν καὶ σωφροσύνην, εἰργομένου τε θεάτρων ἑαυτὸν, σπανίως τε καὶ οὐδὲ διὰ πάσης θεωρουμένου τῆς ἡμέρας. ἀφέντες τοίνυν φωνὰς ἀλλοκότους, ἐλύπησαν· ὁ δὲ, ἠμύνατο, τιμωρίαν μὲν οὐδεμίαν ἔργῳ αὐτοῖς ἐπιθεὶς, * λόγον δὲ ἀστειότατον εἰς αὐτούς τε καὶ τὴν πόλιν συνθεὶς· ὃς τοσαύτην ἐν ἑαυτῷ μετ᾽ εἰρωνείας ἔχει πικρίαν, ὥστε πανταχοῦ γῆς ἤρκεσε τὰ Ἀντιοχέων ὀνείδη διενεγκεῖν. ἀλλ᾽ ἐκείνοις μὲν ὑπὲρ ὧν ἔπταισαν μεταμεμέληκεν· ὁ δὲ βασιλεὺς, βοηθήσας τὰ εἰκότα τῇ πόλει, καὶ πλῆθος πολὺ παραδοὺς βουλευτῶν, ἐκ πατέρων εἰς τὸ τοιοῦτο καταγομένων καὶ ἐπὶ ὅσοις ἔτυχον τεκοῦσαι

ſiderum motibus concurrere videretur, adhuc apud Naiſum hærenti multitudo quædam equitum, Conſtantinopoli veniēs, nuntiabat; Conſtantium eſſe mortuum, & ipſos exercitus IVLIANVM ad ſummam rerum depoſcere. Quapropter accepto, quod a numine donatum eſſet: inceptum iter proſequitur. Vbi Byzantium acceſſiſſet, vniuerſi fauſtis acclamationibus eum excipiebāt, ciuem & alumnum adpellantes, velut ea in vrbe natum & educatum; & omni præterea cultu proſequētes, quaſi futurum mortalibus maximorum bonorum auctorem. Heic dum & vrbi, & exercitui reficiendo daret operam: poteſtatem vrbi fecit habendi Senatus, vt in vrbe Roma. Simul portum ei maximum ſtruxit, qui naues ab auſtro periclitantes ab iniuriis defenderet; vna cum porticu, quæ ſigma litteram potius, quam rectam formam refert, & ad portum deducit. Itidem constructa in regia porticu bibliotheca, & libris, quotquot habebat, in ea collocatis; ad gerendum bellū Perſicum ſe parabat. Vbi decem menſes Byzantii commoratus, Hormiſdam Victoremque duces declaraſſet, eisque tribunos & exercitus tradidiſſet: Antiochiam profectus eſt. Quanta quidem cum tranquillitate, ac religione, totum hoc iter confecerint milites, non eſt neceſſe dicere. Nec enim cōſentaneum erat, eos inſolentius ac præter rationem decori quidquā admittere, qui ſub Imperatore Iuliano militabant. Antiochiam ingreſſum blande populus excepit. ſed quod idē natura ſpectandorum ludorum cupidus eſſet, magisque voluptatibus, quam ſeriis negotiis deditus: non abs re prudentiam & modeſtiam Imperatoris in rebus omnibus ægre ferebat, qui & de theatris ſe ſubduceret, & raro ludos, nec toto die ſpectaret. Quapropter portentoſis quibuſdam vocibus emiſſis, eum pungebant. Imperator ſemet vlciſci; non facto poena eis vlla irrogata; ſed oratione quadam vrbaniſſima tam in ipſos, quam vrbem compoſita: quæ tantam in ſe, cum irriſione, continet acerbitatem; vt vbique terrarum didendis Antiochenorum probris ſuffecerit. Sed hos quidem delictorum ſuorum paenituit. Imperator autem, vrbe ſubleuata, vbi quidem hoc poſceret æquitas, eique magno decurionum conceſſo numero, qui paterna ſucceſſione munus hoc conſequerentur; admiſſis & illis, quotquot decurionum

filiæ progenuiſſent; quod ſane perpaucis municipiis datum ſcimus: aliis denique multis præclare iuſteque conſtitutis, ad bellum Perſicum ſemet accingebat. Hieme iam exacta, collecto exercitu, eoque decenti ordine præmiſſo, egreſſus eſt Antiochiam, quum ne perlitare quidē potuiſſet. † Id autem quo pacto acciderit, quamuis cognitum habeam, ſilentio præterire malo. Quū die quinto perueniſſet Hierapolim, vbi cunctas naues, tam militares, quam onerarias, conuenire iuſſerat Samoſatis, & aliis ex locis, quæ in Euphrate fluuio nauigatione vtuntur: præfectum eis Hierium quemdam, cohortium militarium ducem, præmiſit; ipſe tres dumtaxat Hierapoli dies commoratus, Barnas verſus, opidulum quoddam Oſdroënæ, progreſſus eſt. vbi populus Edeſenorum vniuerſus ei factus obuiam, & coronam offerebat, & fauſtis acclamationibus in vrbem ſuam inuitabat. Imperator, accepto dono, ciuitatem ingreſſus, & decretis ei, quæ par erat; Carras perrexit. Hinc iā duobus propoſitis itineribus, quorum alterum per flumen Tigrim, & vrbem Niſibim, Adiabenicas ad ſatrapias ducit; alterū per Euphratem, † & Circeſium; (caſtelli hoc nomen eſt, quod † Aboras fluuius, & Euphrates ipſe circumfluit, Aſſyriorum finibus cōtiguum) & Imperatore deliberante, quonam horum itinerum ad tranſiectionem vtendum eſſet: Perſarum irruptio nunciata fuit, qui per loca dicionis Romanæ graſſari perhiberentur. Ea res fecit, vt perturbatio quædam in caſtris exoriretur. Sed Imperator, cognito, latrones hos potius eſſe, qui raptis reb. obuiis, abſceſſiſſent: ſatis magnum præſidiū ſatis ad Tigrim flumē agris relinquendum ſtatuit, ne copiis vniuerſis ſecum per alterum illud iter, Perſicum territorium ingreſſis, clanculū Perſæ Niſibim, & omnia Niſibi vicina loca, præſidiis & ope deſtituta, diuexarent. Itaque placuit, vt decem & octo milia grauis armaturæ militū ibi relinqueret, quorū duces Sebaſtianus & Procopius eſſent: ipſe cum vniuerſis copiis iter per Euphratem faceret, exercitu duas in partes diuiſo; vt ab omni parte cōſpectis hoſtibus reſiſti poſſet, nec in quæuis obuia per ſummam illi licentiā excurſitarent. His apud Carras cōſtitutis,

† Cauſſam eccleſiaſtici ſcriptores exponunt, vt Socrates lib. 3 cap. 18.

† al. Cercuſium

† al. Aſboras

βουλευτῶν θυγατέρες· (ὅπερ ὀλίγαις δεδομένον ἔγνωμεν πόλεσιν) ἄλλά τε πολλὰ καλῶς καὶ δικαίως οἰκονομήσας, ἐπὶ τὸν κατὰ Περσῶν παρεσκευάζετο πόλεμον. Λήγοντος δὲ ἤδη τοῦ χειμῶνος, τὴν στρατείαν συναγαγὼν, καὶ κατὰ τάξιν ἐν κόσμῳ προπέμψας, ἐξώρμησε τῆς Ἀντιοχείας, οὐδὲ τῶν ἱερείων αἰσίων αὐτῷ γινομένων. ὃ δὲ ὅπως, εἰδὼς ὑπερβήσομαι. πέμπτῃ δὲ τὴν Ἱεράπολιν ἡμέρᾳ καταλαβὼν, ἔνθα ἔδει τὰ πλοῖα πάντα συνδραμεῖν στρατιωτικά τε καὶ φορτικὰ, ἔκ τε Σαμοσάτων καὶ ἐξ ἄλλων τὸν Εὐφράτην καταπλέοντα τόπων· τούτοις ἐπιστήσας Ἱέριον, τῶν ἡγουμένων τινὰ στρατιωτικῶν ταγμάτων, προέπεμπεν. αὐτὸς δὲ τρεῖς ἐπιμείνας τῇ Ἱεραπόλει μόνας ἡμέρας, ἐπὶ Βάτνας, τῆς Ὀσδροηνῆς πολίχνιόν τι, προῄει. οὗ δὴ ὑπαντήσαντες Ἐδεσσηνοὶ πανδημεὶ, στέφανόν τε προσέφερον, καὶ μετ' εὐφημίας εἰς τὴν σφῶν πόλιν ἐκάλουν. ὁ δὲ, ἀποδεξάμενος, καὶ ἐπιστὰς τῇ πόλει, καὶ ὅσα ἔδει χρηματίσας, ἐπὶ Κάῤῥας ἐβάδιζε. δυοῖν τοίνυν ἐντεῦθεν ὁδοῖν προκειμέναιν, τῆς μὲν, διὰ τοῦ ποταμοῦ Τίγρητος καὶ πό[...] Νισίβιος ταῖς Ἀδιαβηνῆς σατραπείαις ἐκ[...]σης· τῆς δὲ, διὰ τοῦ Εὐφράτου, καὶ τοῦ * Κιρκησίου· (φρούριον δὲ τοῦτο κυκλούμενον ὑπό τε [τοῦ] Ἀβώρα ποταμοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ Εὐφράτου, τοῖς δὲ Ἀσσυρίων ὁρίοις συναπτόμενον) σκεπτομένου τε τοῦ βασιλέως, ποτέρᾳ τούτων χρήσασθαι δέοι πρὸς τὴν διάβασιν, ἔφοδος ἀπηγγέλθη Περσῶν, ὡς καταδραμόντων τόπους Ῥωμαίοις ὑποχειρίους. καὶ συνταραχθῆναι μὲν ἐκ τούτου τῷ στρατοπέδῳ συνέβη· μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς, λῃστὰς εἶναι μᾶλλον, οἳ διαρπάσαντες τὰ ἐν ποσὶν, ἀνεχώρησαν, ἔγνω φυλακὴν ἀρκοῦσαν τοῖς ἐπὶ τὸν Τίγρητα χωρίοις καταλιπεῖν· ὡς μὴ, τῆς δυνάμεως ἁπάσης σὺν αὐτῷ διὰ τῆς ἑτέρας ὁδοῦ τῇ Περσῶν ἐπιούσης ἐπικρατείᾳ, λαθόντες οἱ Πέρσαι, Νίσιβιν καὶ τὰ ταύτῃ προσκείμενα πάντα κακώσαιεν, εὑρόντες ἔρημα βοηθείας. ἔδοξεν οὖν ὀκτακισχιλίους καὶ μυρίους ὁπλίτας αὐτόθι καταλειφθῆναι, στρατηγεῖν δὲ τούτων Σεβαστιανὸν καὶ Προκόπιον· αὐτὸν δὲ ἅμα τῇ πάσῃ δυνάμει διὰ τοῦ Εὐφράτου χωρῆσαι, διχῇ διελόντα τὴν σὺν αὐτῷ στρατιάν· ὥστε πανταχόθεν, εἴτινες τῶν πολεμίων ὀφθεῖεν, εἶναι αὖθις τούτοις ἀνθισταμένους, καὶ μὴ ἐπ' ἀδείας τὰ προσπεσόντα καταδραμεῖν. Ταῦτα ἐν Κάῤῥαις διαθεὶς,

(ἡ δὲ πόλις διείργει Ῥωμαίους καὶ Ἀσσυρίους) ἠβουλήθη τὸ στρατόπεδον ἐξ ἀπόπτου τινὸς θεωρῆσαι χωρίου, ἀγάσθαι δὲ τὰ πεζικὰ τάγματα, καὶ τὰς τῶν ἱππέων ἴλας· ἦσαν δὲ ἅπαντες, ἄνδρες πεντακισχίλιοι καὶ ἑξακισμύριοι. ἐξορμήσας * δὲ ἐκ Καρρῶν, καὶ τὰ ἐν μέσῳ διαδραμὼν φρούρια μέχρι Καλλινίκου, κἀκεῖθεν ἐλθὼν ἐπὶ τὸ Κιρκήσιον, περὶ οὗ προτέρον εἴρηται· διαβὰς τὸν Ἀσβώραν ποταμὸν, ἔπλει διὰ τοῦ Εὐφράτου, νεὼς ἐπιβάς. ἠκολούθουν δὲ καὶ οἱ στρατιῶται, τὰς σιτήσεις δὴ κεκομισμένοι. καὶ ἀνέβαινον εἰς τὰ πλοῖα, ὅσοις ἐπετέτακτο τοῦτο. ἤδη γὰρ ὁ στόλος ἀπαντήσας ἐτετυχήκει, φέρων ἀριθμὸν πλοίων, ἐκ μὲν ξύλων πεποιημένων ἑξακοσίων, ἀπὸ δερμάτων δὲ, πεντακοσίων. ἦσαν δὲ παρὰ τούτοις καὶ στρατιωτικαὶ νῆες πεντήκοντα· καὶ ἕτερα * πλατέα συνηκολούθουν δι᾽ ὧν, εἴ που δεήσειεν, ἔδει γίνεσθαι ζεύγματα, πεζῇ διδόντα τῷ στρατοπέδῳ τοὺς ποταμοὺς διαβαίνειν. ἠκολούθει δὲ καὶ ἄλλα πάμπολλα πλοῖα· τὰ μὲν, τροφὰς φέροντα τῷ στρατῷ· τὰ δὲ, ξύλα πρὸς μηχανὰς ἐπιτήδεια· τὰ δὲ, καὶ τὰ ἤδη κατεσκευασμένα πολιορκητικὰ μηχανήματα. κατέστησαν δὲ ναύαρχοι, Λουκιανὸς, καὶ Κωνστάντιος. οὔσης δὲ τοιαύτης τοῦ στρατοῦ τάξεως, ἀπό τινος βήματος ὁ βασιλεὺς πᾶσιν ὁμοῦ τὰ καθήκοντα προσφωνήσας, ἀργυρῶν τε νομισμάτων τριάκοντα καὶ ἑκατὸν τῶν στρατιωτῶν ἕκαστον δοὺς τιμήσας, τὴν ἐπὶ Πέρσας εἰσβολὴν ἐποιήσατο· τοῦ μὲν πεζοῦ, Βίκτορα στρατηγὸν καταστησάμενος· Ὁρμίσδην δὲ, τῆς ἵππου, καὶ * Ἀρινθαῖον σὺν τούτῳ. περὶ δὲ Ὁρμίσδου καὶ προτέρον εἴρηται, ὅτι Πέρσης τε ἦν, καὶ βασιλέως υἱός· ὑπὸ δὲ ἀδελφοῦ ἀδικηθεὶς, καὶ φυγὼν, πρὸς Κωνσταντῖνόν τε ἦλθε τὸν βασιλέα· καὶ εὐνοίας δοκίμια παρασχόμενος, τιμῶν καὶ ἀρχῶν ἠξιώθη μεγίστων. Εἰσβαλόντι τοίνυν εἰς τὰ Περσῶν ὅρια τῷ βασιλεῖ, τὸ μὲν εὐώνυμον εἶχεν ἡ ἵππος, συμπαραθέουσα τῇ ἠιόνι τοῦ ποταμοῦ· τῶν δὲ πεζῶν μοῖρα * τῷ δεξιῷ ἠκολούθει· τὸ δὲ λοιπὸν ἡ στρατιὰ, σταδίοις διεστῶσα ἑβδομήκοντα. τοῦτο δὲ τὸ μέσον εἶχε τά τε νωτοφόρα ζῶα, τὰ βαρέα τῶν ὅπλων καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν φέροντα, καὶ ὅσον ἦν ὑπηρετικόν· ὡς ἂν ἐν ἀσφαλεῖ εἶεν καὶ οὗτοι, τοῦ στρατοῦ πανταχόθεν αὐτοὺς περιέχοντος. οὕτω διαθεὶς

quod opidum Romanos & Aſſyrios diſterminat, exercitum de ſublimiore quodã loco ſpectare voluit, & tam legiones pedeſtres, quam alas equitum admirari. Erat autem numerus omnium, ſexaginta quinque hominum milia. Carris profectus, caſtellis interiectis ad Callinicum vſq; curſim tranſitis, ac delatus inde Çirceſium, de quo ſupra dictum eſt, † Aſbora flumine tranſiecto, per Euphratem naui conſcenſa vehebatur. Sequebantur & milites, qui annonas ſecum portauerant; in naues conſcendentibus iis, quibus hoc iniunctum erat. Iam enim claſſis ad Imperatorem venerat: in qua claſſe numerus erat nauium ſexcentarum, quæ de lignis erant factæ; de corio, quingentarum. Præter has aderant & quinquaginta naues militares, aliaque nauigia comitabantur: quibus, ſi vſus ita poſceret, iungendi pontes eſſent, per quos exercitus pedes trãſiret flumina. Sequebantur & alia complura nauigia; quæ partim annonam exercitui vehebãt, partim ligna fabricandis machinis idonea, partim iam fabricata tormenta obſidionalia. Nauarchi facti ſunt Lucianus & Conſtantius. Talis quum eſſet exercitus ordo, de tribunali quodam Imperator ad vniuerſos ea, quæ ex officio requirerentur, proloquutus; & militibus congiario centũ & triginta nummorum argenteorum viritim dato: contra Perſas mouere cepit, Victore pedeſtribus copiis duce dato, equeſtribus Hormiſda, cui Arinthæũ adiunxit. De Hormiſda prius etiam diximus, fuiſſe natione Perſam, & filium regis; qui a fratre adfectus iniuriis aufugerit, & ad Conſtantinum Imperatorem peruenerit; editiſque fidei ac beneuolentiæ documentis, honores & magiſtratus ampliſſimos promeruerit. Quum ergo Perſarum in fines irruiſſet Imperator, læuum quidẽ cornu tenebat equitatus, qui propter ripã fluminis progrediebatur; pars autem peditatus, ad dextrum latus comitabatur; reliquũ agmine continebatur maximo, quod ſeptuaginta ſtadiis aberat. Hoc interiectũ ſpatium cõplectebatur partim iumenta ſarcinas geſtantia, quæ grauiora ſcilicet arma, cũ adparatu reliquo, ferebant; partim quidquid calonũ erat; vt & illi tuto eſſent loco, vndiq; ab exercitu concluſi. Sic vlterius

† Abora.

progrediendum ratus, mille quingentos præmittendos ſtatuit, Lucilliano duce; qui explorarent, an hoſtile quoddam agmen vel palam, vel per inſidias irrueret. Sexaginta progreſſus ſtadiis, quemdam ad locum venit, cui Zautha nomen. inde Dura; cuius, vt vrbis quondam, veſtigia quædam reſtabant, ſed id temporis deſertæ: *vbi ſepulcrū Imperatoris Gordiani oſtēdebatur. Ibidem milites ingentem ceruorum multitudinē conſpicati, telis conficiebant, & ad ſatietatem carnibus eorum veſcebantur. Inde ſtationibus quatuor emenſis, quemdam ad vicum peruenit, Phathuſas dictum. Erat autem ex aduerſo inſula in flumine, quæ caſtellū habebat, a plurimis inhabitatum. Huc miſſo Lucilliano, cū exploratoribus mille, quibus præerat, caſtellum obſidione cingebat. Et quam quidem diu nox erat, obſeſſores a nemine deprehendebantur. Vbi vero dies illuxiſſet, a quodam incola caſtelli, qui aquationis cauſſa prodierat, cōſpecti; magnopere perturbarunt eos, qui erant in caſtello. Quum autem in murum conſcendiſſent omnes, Imperator in inſulam cum tormentis & ceteris copiis transportatus, caſtelſo clauſis futurum denuntiabat; vt, ſi ſeipſos cum caſtello dedidiſſent, manifeſto & certo interitu liberarentur. Quo quidem ab eis facto, viros cum liberis & vxoribus, in dicionem Romanam, cum præſidio militari miſit: ducem vero ipſorum Puſæum, tribunatus officio donatum, deinceps inter familiares, fidelem expertus, habuit. Secundum hæc confecto quodam itinere, peruentum eſt ad aliam fluminis inſulam, qua in inſula munitiſſimū caſtellum erat: quod Imperator adortus, quum ab omni parte reperiſſet inexpugnabile, deditionem vt facerēt, poſtulabat; neue periculū expugnationis exſpectarent. Illis id ſe facturos policitis, quod & alios facere vidiſſent; ad vlteriora perrexit, itidemque caſtella quædam alia poſt ſe reliquit, ſimilibus promiſſis adquieſcēs. Nam circa minuta nequaquam terendum tempus exiſtimabat, ſed ipſum belli caput petendū. Stationibus nonnullis emenſis, Dacira venit, opidum nauigantibus Euphratem ad dextram ſitum: quod vbi deſertum ab incolis reperiſſent milites, tum vim frumenti magnam in eo repoſitam diripiebant, tum rerum aliarum copiam non exiguam; & relictis ibi mulieribus trucidatis,

τὴν ἐπὶ τὸ πρόσω πορείαν, χιλίους ἔγνω καὶ πεντακοσίους προπέμψαι, κατασκεψομένους εἴ τι πολέμιον ἢ προφανῶς, ἢ δι' ἐνέδρας *ἐπίῃ, Λουκιλλιανὸν αὐτοῖς ἐπιστήσας. ἑξήκοντα δὲ προελθὼν σταδίους, εἴς τι χωρίον *Ζαυθὰ προσαγορευόμενον, ἦλθε. καὶ ἐντεῦθεν εἰς Δοῦρα, ἴχνος μὲν, ὡς ἄρα ποτὲ πόλις ἦν, φέρουσαν, τότε δὲ ἔρημον· οὗ Γορδιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐδείκνυτο τάφος. ἔνθα καὶ πλῆθος ἐλάφων φανὲν, οἱ στρατιῶται κατατοξεύσαντες, ἅλις ἐχρήσαντο τῇ ἐκ τούτων τροφῇ. σταθμοὺς δὲ ἐντεῦθεν διελθὼν τέσσαρας, εἴς τι χωρίον ἀφίκετο· Φαθούσας ὄνομα τούτῳ. ἦν δὲ ἀντικρὺ ἐν τῷ ποταμῷ νῆσος, ἔχουσα φρούριον ὑπὸ πλείστων οἰκούμενον. τούτῳ Λουκιλλιανὸν ἐπιπέμψας ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτῷ κατασκόποις χιλίοις, ἐπολιόρκει τὸ φρούριον. καὶ ἕως μὲν ἦν νὺξ, ἐλάνθανον οἱ πολιορκοῦντες· ἡμέρας δὲ γινομένης, ὑπό τινος τῶν ἐν τῷ φρουρίῳ τινὸς ὑδρείας ἕνεκα προελθόντος, ὀφθέντες, εἰς θόρυβον τοὺς ἔνδον κατέστησαν. πάντων τε εἰς τὸ τεῖχος ἀναβάντων, ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν νῆσον μηχαναῖς ἅμα καὶ ἑτέραις δυνάμεσι περαιωθεὶς, *παρεγγύησε τοῖς ἔνδον, ἑαυτούς τε καὶ τὸ φρούριον *παραδοῦσι, πρόδηλον ἐκφυγεῖν ὄλεθρον. ἐπεὶ δὲ τοῦτο πεποιήκασιν, ἄνδρας μὲν σὺν παισὶ καὶ γυναιξὶν εἰς τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων ἐχομένην γῆν, ἅμα φυλακῇ στρατιωτῶν παρέπεμψε· Πουσαίῳ δὲ τῷ τούτων ἡγουμένῳ, δοὺς ταξιάρχου φροντίδα, τὸ λοιπὸν ἐν τοῖς ἐπιτηδείοις εἶχε, πιστοῦ πειραθείς. Ἐντεῦθεν ὁδὸν τινὰ διαμείψας, ἐνέτυχεν ἑτέρᾳ τοῦ ποταμοῦ νήσῳ· καθ' ἣν φρούριον ὀχυρώτατον ἦν. ᾧ προσβαλὼν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἀνάλωτον πανταχόθεν εὑρὼν, *ἐκδοῦναι σφᾶς αὐτοὺς ἀπῄτει, καὶ μὴ ἀναμεῖναι τὸν ἐκ τῆς ἁλώσεως κίνδυνον. τῶν δὲ, τοῦτο ποιήσειν ὅπερ ἂν καὶ τοὺς ἄλλους δρῶντας θεάσαιντο, ὑποσχομένων, ἐπὶ τὰ πρόσω διῄει. καὶ ἕτερα δὲ φρούρια κατέλιπε, τῇ ὁμοίᾳ πειραθεὶς ὑποσχέσει. ᾤετο γὰρ μὴ περὶ μικρὰ διατρίβειν τὸν χρόνον, ἀλλ' εἰς τὸ κεφάλαιον ἑαυτὸν *ἐμβαλεῖν τοῦ πολέμου. Σταθμοὺς δέ τινας διαμείψας, εἰς Δάκιρα παρεγένετο, πόλιν ἐν δεξιᾷ πλέοντι τὸν Εὐφράτην κειμένην. ἥν τινα τῶν οἰκούντων ἔρημον εὑρόντες οἱ στρατιῶται, σῖτόν τε πολὺν ἐναποκείμενον ἥρπασαν, καὶ ἁλῶν πλῆθος οὐ μέτριον· γυναῖκάς τε τὰς ἐγκαταλειφθείσας ἀποσφάξαντες,

ὕτωγε

οὕτω κατέσκαψαν, ὥστε οἴεσθαι τοὺς ὁρῶντας, μηδὲ γεγενῆσθαι πόλιν αὐτόθι. ἐπὶ δὲ τῆς ἀντιπέρας ἠϊόνος, δι' ἧς ὁ στρατὸς ἐποιεῖτο τὴν πορείαν, πηγή τις ἦν ἄσφαλτον ἀνιεῖσα. μεθ' ἣν εἰς Σίθα, εἶτα εἰς Μηγίαν ἀφικόμενος, μετ' ἐκείνην εἰς Ζαραγαρδίαν πόλιν ἦλθεν· ἐν ᾗ βῆμα ἦν ὑψηλόν, ἐκ λίθου πεποιημένον· ὃ Τραϊανοῦ καλεῖν εἰώθασιν οἱ ἐγχώριοι. ταύτην ῥᾷστα τὴν πόλιν οἱ στρατιῶται διαρπάσαντες καὶ ἐμπρήσαντες, *αὐτήν τε τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὑστεραίαν ἡσυχίαν ἦγον. θαυμάσας δὲ ὁ βασιλεύς, ὅτι τοσαύτην τοῦ στρατοῦ διαδραμόντος ὁδόν, οὐδεὶς ἐκ Περσῶν οὔτε λόχος ἐξ ἐνέδρας, οὔτε ἐκ τοῦ προφανοῦς ἀπήντησέ τι πολέμιον, Ὁρμίσδην εἰς κατασκοπὴν ἐκπέμπει μετὰ δυνάμεως, οἷα τὰ Περσῶν διὰ πάσης ἀκριβείας εἰδότα. ὃς μικροῦ πρὸς ἔσχατον ἐληλύθει μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ κίνδυνον, εἰ μὴ τύχη τις αὐτοὺς ἐκ παραδόξου διέσωσεν. ὁ γὰρ Συρήνας (ἀρχῆς δὲ τοῦτο παρὰ Πέρσαις ὄνομα) λόχον ἔν τινι τόπῳ καθίσας, Ὁρμίσδην καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ στρατιώτας ἐκαραδόκει, παριοῦσιν ἐθέλων ἐπελθεῖν, οὐδὲν τοιοῦτον προσδεχομένοις· καὶ δὴ τὰ τῆς ἐλπίδος αὐτοῖς εἰς ἔργον ἐξέβαινεν, εἰ μὴ διῶρυξ ἐν μέσῳ ἐκ τοῦ Εὐφράτου πέρα τοῦ συνήθους ῥυεῖσα, τὴν περὶ τὸν Ὁρμίσδην ἐκώλυσε τὴν διάβασιν. καὶ διὰ τοῦτο ἀναβληθείσης τῆς παρόδου, τῇ ὑστεραίᾳ φανέντι τῷ Συρήνᾳ, καὶ τοῖς κοινωνήσασιν αὐτῷ τῆς ἐνέδρας, συστραφέντες, ἐπέθεντο· καὶ τοὺς μὲν ἀνελόντες, τοὺς δὲ τρέψαντες εἰς φυγήν, τῇ λοιπῇ στρατιᾷ συνέμιξαν. προελθόντες δὲ εἰς τὰ πρόσω, εἴς τινα τοῦ Εὐφράτου διώρυχα διῆλθον, ἐκτεινομένην μὲν εἰς μῆκος ἄχρι τῆς Ἀσσυρίων, συμπαρατεινομένην δὲ πάσῃ τῇ μέχρι τοῦ Τίγρητος χώρᾳ. ἐνταῦθα πηλῷ κολλώδει καὶ τέλμασιν ἐμπεσόντες οἱ στρατιῶται, καὶ τοὺς ἵππους μάλιστα τῇ δυσχωρίᾳ θεώμενοι δυσχεραίνοντας, καὶ οὐδὲ σὺν τοῖς ὅπλοις οἷοί τε ὄντες διανήξασθαι τὴν διώρυχα, τοῦ τε βάθους οὐκ ἐνδιδόντος, καὶ τοῦ πηλοῦ διὰ τὸ *δύσεργον ὑποβολὴν μὴ συγχωροῦντος, ἐν ἐσχάτῃ τοῦ πράγματος κατέστησαν ἀπορίᾳ. καθίστη δὲ αὐτοῖς τὸν κίνδυνον μείζονα, τὸ τοὺς πολεμίους ἐπὶ τῆς ἀντιπέραν ὄχθης ὁρᾶσθαι βέλεσί τε καὶ λίθων ἐκ σφενδονῶν ἀφέσει, τὴν διάβασιν εἴργοντας. οὐδενὸς δὲ λύσιν εὑρεῖν δυναμένου τῶν περιεστώτων κινδύνων, ἀγχινοίᾳ τῇ περὶ πάντα καὶ

vſque adeo diruebant vrbem, vt locum intuentes exiſtimarent, nullum iſtic opidum vnquam extitiſſe. In aduerſa ripa, qua iter faciebat exercitus, fons quidam erat, bitumine ſcatens. Hinc Sitha perueniens, inde Megiam, poſt ad opidum Zaragardiā acceſſit: in quo ſublime tribunal erat, ex lapide factum, quod incolæ Traiani vocare cōſueuerunt. Eo milites opido nullo negotio direpto & exuſto, diem illum cum poſtero corporum refectioni dederunt. Imperator autem, miratus quod, quum tantum itineris iam cōfeciſſet exercitus, nullus adhuc nec ex inſidiis, nec aperte glob⁹ hoſtilis occurriſſet: Hormiſdam cum copiis ſpeculatū emittit, veluti rerum Perſicarum accuratiſſime gnarum. Is parum abfuit, quin extremum cū iis, quos ſecum habebat, periculū adiret; ni caſus quidam eos inopinato ſeruaſſet. Nam Surenas, (magiſtratus hoc apud Perſas nomen eſt) inſidiis quodam loco poſitis, Hormiſdam cū militibus ſuis opperiebatur; & prætereuntes, ac nihil eiuſmodi exſpectantes adgredi cogitabat. Et quidem res eis ex voto ceſſiſſet, niſi quidam interiectus vtriſq; alueus ex Euphrate, præter morem excreuiſſet, & impedimento militibus Hormiſdæ fuiſſet, quo minus tranſiicerent. Propterea trāſmiſſu dilato, poſtridie conſpectum Surenam, & eos, quos ille participes inſidiarum habebat, conuerſis agminibus adorti ſunt: eiſque partim interfectis, partim terga dare coactis, cum exercitu reliquo ſe coniunxerunt. Progreſſi vlterius, ad quemdam ex Euphrate deriuatum alueum peruenerunt, qui pertinet in lōgitudinem ad Aſſyriam vſque, ſimulque ſe per totam ad Tigridem vſq; regionem extendit. Heic milites in lutum quoddam tenax, & paluſtria loca delati, præſertimque videntes hac difficultate potiſſimum equos adfligi, ſeque cum armis alueum tranſnare nullo modo poſſe, quod id fieri altitudo aquæ non permitteret; & per lutum, propter eius vliginem, tranſitus non pateret: ad extremam quamdam inopiam conſilii redacti ſunt. Et periculū ea quoque re maius erat, quod hoſtes in aduerſa ripa conſpicari liceret, telis & eiaculatione ſaxorum e fundis, tranſiectionem impedituros. Quum nemo reperire modum poſſet, quo modo de periculis obiectis euaderent: Imperator, qui tum ſagacitate rebus in omnibus, tum

experiẽtia rei militaris præſtaret, ſtatuit mille quingentis illis, qui ſub Lucilliano militabant, & explorabãt itinera, ſignificãdum eſſe; hoſtes a tergo adorirentur, & eorum impetum in ſe conuerterent; vt hoc modo exercitus alueum tranſmittere, nemine prohibente, poſſet. Itaque Victorem ducem ſatis magnis cum copiis ad hoc ablegat. Is obſeruata nocte, ne conſpiceretur a Perſis ipſius ab exercitu diſceſſio, tantumque ſpatii progreſſus, quantum ad id ſatis eſſet, vt hoſtes ne quidem interdiu, quid ageretur, animaduerterẽt: alueo tranſiecto, Lucilliani militem quærebat. Itinere aliquãto longius facto, quum hoſtem omnino neminem deprehẽderet; clamoribus & tubarum ſonis populares ſuos vocabat, & ad ſe vti propius accederẽt, ſignificabat. quos ex animi ſententia ſibi datos obuiam nanctus, quum quid accidiſſet, coniecturis Lucillianus fuiſſet aſſequutus; iunctis cum Victore copiis, hoſtes a tergo præter opinionem adoritur. Illi vero, qui & alias obruerentur imparati, vel contrucidabantur; vel quacumque liceret, aufugiebant. Imperator, cui feliciter hoc ſtrategema ceſſerat, alueum nemine prohibente trãſmittebat: & equitatu nauigiis obuiis, peditatu nauib. aliis, quas multis in partibus aluei reperit, tranſportato; nihil amplius hoſtile veritus, ad vrbem acceſſit, cui Berſabora nomen erat: eiusque tum magnitudinem, tum ſitus opportunitatẽ, ac munitionem, inſpexit. Nam duplici muro in orbem claudebatur, & arx medio erat in opido, muro & ipſa munita, ſegmẽto circuli quodã modo ſimili; ad quam via quædã ab interiore ciuitatis muro ducebat, cuius haud facilis erat adſcenſus. Ad occidẽtalem opidi partem, ac meridiẽ verſus, tortuoſus & obliquus exitus erat. Pars ſeptemtriones ſpectans, munita erat ab eis lato quodã alueo fluminis, eo deducto: per quẽ & aquam ad vſum incolarum deriuabant. Orientẽ verſus, alta foſſa, & aggere lignis validis cancellato, cingebatur. Propter foſſam turres magnæ ſtabant, ad mediũ vſq; a terra, de coctilibus laterculis, bitumine conglutinatis; ſupra medium, de ſimilibus laterculis & gypſo fabricatæ. Hanc vrbem quum expugnare decreuiſſet Imperator, milites ad capeſſendum opus

ἐμπειρίᾳ πολεμικῇ προέχων ὁ βασιλεύς, ἔγνω τοῖς ἀπολειφθεῖσιν ἐπὶ κατασκοπὴν χιλίοις καὶ πεντακοσίοις ἀνδράσιν ὑπὸ Λουκιλλιανῷ τεταγμένοις, σημῆναι κατὰ νώτου χωρῆσαι τῶν πολεμίων, ἐπισπάσασθαί τε τὴν τούτων ὁρμὴν, τούτῳ τε τῷ τρόπῳ δοῦναι σφίσιν ἀκώλυτον τὸν διώρυχος ἔκπλουν. ἐκπέμπει τε πρὸς τοῦτο Βίκτορα [τὸν] στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως ἀρκούσης. ὁ δὲ, νύκτα ἐπιτηρήσας, ὡς ἂν μὴ ὀφθείη παρὰ τῶν Περσῶν ἀποχωρῶν τοῦ στρατεύματος, καὶ οὕτω δὲ προελθὼν ὁδὸν τοσαύτην ὅσον τὸ γιγνόμενον, οὐδὲ ἡμέρας οὔσης, ὁρᾶν ἐδίδου τοῖς ἐναντίοις· περαιωθεὶς τὴν διώρυχα, τοὺς ὑπὸ Λουκιλλιανῷ τεταγμένους ἐζήτει. προελθὼν δὲ περαιτέρω, πολεμίου παντάπασιν οὐδενὸς αἰσθόμενος, ἐκβοήσεσί τε ἀνεκάλει τοὺς ὁμοφύλους, καὶ σαλπίγγων ἤχοις, πλησιάσαι σφίσιν ἐσήμαινεν. ἀπαντησάντων δὲ κατὰ νοῦν αὐτῷ, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς τύχης συμβάντων ὁ Λουκιλλιανὸς τεκμηράμενος, τῇ μετὰ Βίκτορος οὔσῃ δυνάμει συμμίξας, ἐπῄει κατὰ νώτου τοῖς πολεμίοις ἀπροσδοκήτως. οἱ δὲ, ἀπαράσκευοι πρὸς τοῦτο ληφθέντες, ἐκτείνοντό τε καὶ ἔφευγον ὅπῃ παρήκοι· καὶ ὁ βασιλεὺς, ἐκβάντος αὐτῷ εἰς ἔργον τοῦ στρατηγήματος, ἐπεραιοῦτο τὴν διώρυχα, κωλύοντος οὐδενός. καὶ τὴν μὲν ἵππον, τοῖς παρατυχοῦσι πλοίοις, τὸν δὲ πεζὸν, ναυσὶν, ἃς ἐν πολλοῖς μέρεσι τῆς διώρυχος εὗρε, διαβιβάσας, εἴχετο τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας, πολέμιον τέως οὐδὲν ὑφορώμενος. ἐλθὼν δὲ εἰς πόλιν, ᾗ Βηρσαβῶρα ἦν ὄνομα, τὸ μέγεθος ἐσκόπει τῆς πόλεως καὶ τὸ τῆς θέσεως ὀχυρόν. δύο μὲν γὰρ κυκλοτερέσι περιείληπτο τείχεσιν. ἀκρόπολις δὲ ἦν ἐν μέσῳ, τεῖχος ἔχουσα καὶ αὐτὴ, τμήματι κύκλου, τρόπον τινὰ ἐμφερές. πρὸς ἣν ὁδός τις ἦν ἀπὸ τοῦ ἐνδοτέρου τῆς πόλεως τείχους, οὐδὲ αὐτὴ ῥᾳδίαν ἔχουσα τὴν ἀνάβασιν. καὶ τὰ μὲν πρὸς δυσμὰς τῆς πόλεως καὶ μεσημβρίαν, περιφερής τις καὶ σκολιὰ διέξοδος εἶχε· τοῦ δὲ πρὸς ἄρκτον μέρους, *παρασπασάμενοι τοῦ ποταμοῦ διώρυχα πλατεῖαν προὐβάλοντο, δι᾽ ἧς καὶ ὕδωρ εἰς χρῆσιν τῶν ἐνοικούντων ὠχέτευον. τὰ δὲ πρὸς ἕω, τάφρῳ βαθείᾳ καὶ χάρακι διὰ σταυρωμάτων ἐκ ξύλων ἰσχυρῶν ἐναπείληπτο. πύργοι δὲ εἱστήκεσαν περὶ τὴν τάφρον μεγάλοι, τὰ μὲν ἀπὸ γῆς μέχρι μέσου, δι᾽ ὀπτῆς πλίνθου δεδεμένης ἀσφάλτῳ· τὰ δὲ μετὰ τὸ μέσον, πλίνθῳ τε ὁμοίᾳ καὶ γύψῳ δεδομημένα. ταύτην πολιορκίᾳ τὴν πόλιν ὁ βασιλεὺς ἑλεῖν ἐγνωκὼς, εἰς τὸ ἔργον παρεκάλει

τοὺς στρα-

τοὺς στρατιώτας. τῶν δὲ τὸ κέλευσμα σὺν πάσῃ προθυμίᾳ πληρῶσαι ὡρμηκότων, οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες, εἰς φιλίαν ἠξίουν ἐλθεῖν τῷ βασιλεῖ, καὶ ποτὲ μὲν Ὁρμίσδην αὖθις πεμφθῆναι διαλεχθησόμενον περὶ σπονδῶν ἐξῄτουν, ποτὲ δὲ ὕβρεσιν αὐτὸν περιέβαλλον, ὡς αὐτόμολον καὶ φυγάδα καὶ τῆς πατρίδος προδότην. ἐφ' οἷς εἰς ὀργὴν εἰκότως ὁ βασιλεὺς ἀναστὰς, ἔργου πάντας ἔχεσθαι καὶ ἐγκεῖσθαι τῇ πολιορκίᾳ προθύμως ἐκέλευε. τῶν δὲ ἐφ' ᾧ τεταγμένος ἕκαστος ἦν, ὁρμησάντων, οἱ κατὰ τὴν πόλιν, ὄντας οὐκ ἀξιόχρεως ἑαυτοὺς εἰς φυλακὴν τῶν τῆς πόλεως τειχῶν θεασάμενοι, συνέφυγον ἅπαντες ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν. ὅπερ ἰδὼν ὁ βασιλεὺς, ἐπαφῆκε τῇ πόλει τῶν οἰκούντων ἐρημωθείσῃ τὴν δύναμιν. ἡ δὲ, τὰ τείχη καθελοῦσα, καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσασα, μηχανάς τε ἐπὶ τῶν ἐρειπίων τῆς πόλεως ἵστη, καὶ ἀπὸ τούτων τοὺς ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως ἔβαλλε, βελῶν καὶ λίθων ἀφέσει. ἐπεὶ δὲ οἱ ἀπὸ τῆς * πόλεως λίθοις τε καὶ βέλεσι συνεχέσιν ἠμύνοντο τοὺς πολιορκοῦντας, ἐγίνετό τε πολὺς ἑκατέρωθεν φόνος· τότε * δὴ ὁ βασιλεὺς, εἴτε ἐξ οἰκείας ἐννοίας τῇ τῶν τόπων ἁρμοσάμενος θέσει, εἴτε καὶ τοῦτο ἐκ πολυμαθείας λαβὼν, μηχάνημά τι κατεσκεύασε τοιόνδε. ξύλα μέγιστα πρὸς ἄλληλα συνδήσας σιδήρῳ, καὶ πύργου σχῆμα τετραγώνου διὰ τούτων ἀπεργασάμενος, ἀντιστήσας τε τῷ τῆς ἀκροπόλεως τείχει, τῇ τε κατὰ βραχὺ τοῦ ὕψους προσθήκῃ τῷ μήκει τῶν τειχῶν ἴσον ἀποτελέσας, εἰς τοῦτον ἀνεβίβασε τοξότας τε, καὶ τοὺς ἀπὸ μηχανῶν ἀφιέντας λίθους καὶ βέλη. τότε τοίνυν ἔκ τε τῶν πολιορκούντων οἱ Πέρσαι καὶ ἐκ τῶν ἐφεστηκότων τῇ μηχανῇ πανταχόθεν καταβαλλόμενοι, μέχρι μὲν τινὸς ἀντεῖχον· τελευτῶντες δὲ, ὁμολογίᾳ τὴν ἀκρόπολιν ὑπέσχοντο παραδώσειν, εἰ μέτριόν τι παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῖς ὑπαρχθείη. καὶ συνεδόκει, τῶν ἔνδον Περσῶν ἕκαστον διὰ μέσου τοῦ στρατεύματος ἀσφαλῶς διαβῆναι, ῥητὸν ἀργύριον καὶ ἱμάτιον ἔχοντα, παραδοθῆναι δὲ τῷ βασιλεῖ τὴν ἀκρόπολιν. οὗ δὴ γεγονότος, ἄνδρες ἀφείθησαν πεντακισχίλιοι περί που τὸν ἀριθμὸν, δίχα τῶν πλοίοις * μακροῖς διὰ τῆς διώρυχος οἷόν τε γενομένων διαφυγεῖν. συνεξῆλθε δὲ τῷ πλήθει καὶ Μομόσειρος, τούτων ἡγούμενος. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον καὶ τῆς ἀκροπόλεως αἱρεθείσης, ἔρευναν οἱ στρατιῶται τῶν ἐναποκειμένων ποιούμενοι, σῖτόν τε ἄπλετον εὗρον, καὶ ὅπλα παντοῖα καὶ μηχανήματα, καὶ

exhortabatur. Illis cum omni alacritate progreſſis, vt imperata facerent; vrbis incolæ petebant, vt ab Imperatore in fidem reciperentur; modo mitti ad ſe poſtulantes Hormiſdam, de condicionibus pacis colloquuturum; modo probris & contumeliis eumdem inceſſentes, vt transfugam, & exſulem, & proditorem patriæ. Quibus rebus Imperator non immerito concitatus ad iram, vniuerſos operi intentos eſſe, atque oppugnationem alacriter vrgere iuſſit. Illis, vti iuſſus ac diſpoſitus quiſque fuerat, cū impetu progreſſis; defenſores vrbis, nequaquam ſe pares tuēdis mœnibus eſſe conſpicati, ad arcem vniuerſi ſe recipiebant. Quo conſpecto, milites Imperator in vrbem, habitatoribus vacuam, immiſit: qui muris deiectis, & incenſis ædificiis, machinas in oppidi parietinis conſtituere; telorumq; ac lapidum iactu eos petiere, qui in arcem commigrauerāt. Sed quod propugnatores arcis lapidibus continuis, ac telis, oppugnātes repellerent, & ingens vtrimque clades acciperetur: Imperator, ſiue quadā ingenii ſollertia, locorum ſitus habita ratione, ſiue magna rerum edoctus experientia; tormētum quoddam tale conſtruxit. Tignis maximis inter ſe ferro colligatis, & per illa quadratæ turris effecta forma, eaque mœnibus arcis oppoſita, & paullatim ſublimitate creſcente tantam ad altitudinem excitata, murorum vt altitudinem æquaret: in eam turrim ſagittarios impoſuit, cum iis, qui de machinis ſaxa telaque conicerent. Itaq; Perſæ, qui tunc & ab oppugnantibus, & a ſtantibus in machina vndiq; deturbarentur, aliquamdiu quidē illi reſiſtebant; ſed ad extremū deditionis lege ſe tradituros arcē ſpondebant, ſi condiciones Imperator moderatas obtuliſſet. Cōuentum vtrimq;, vt, quotquot intus erant Perſæ, ſinguli per mediū exercitum Romanū tuto tranſirēt, certa pecunia & veſte accepta, & Imperatori arcem traderent. Quo facto, virorū ad quinq; milia dimiſſi ſunt, exceptis illis, qui † longis nauigiis per alueum e flumine deriuatū euadere potuerāt. Inter ceteros, & dux eorum Momoſirus exibat. Arce in hūc modum capta, milites ea perquirentes, quæ eſſent in arce condita; infinitā frumenti copiā, & omnis generis arma, & machinas, &

† paruis rectius ex Marcellino, μικροῖς pro μακροῖς legendum.

immenſam vim ſupellectilis, adparatusq; reliqui, repererunt. Maior frumenti pars, ad exercitus alimenta, nauibus impoſita fuit: partem & ipſi milites, præter annonam publicā, quam habebant, inter ſe diuidebant. Arma, quæ Romanis ad bellum idonea viderentur, exercitui diſtributa ſunt: apta vero Perſico tantum vſui, nō Romanis militibus, partim igni tradita, partim ab amne rapi demergiue permiſſa. Hinc non exigua maieſtati Romani nominis acceſſit gloria, qđ ampla ciuitas, & ſecundum Cteſiphontem, omnium in Aſſyria maxima, tamque munita, ſolo biduo per vim capta fuiſſet. Quas ob res Imperator exercitum blande demulcens, & oratione conuenienti laudabat, & ſingulis cētenos nummos argenteos donabat. Et hæc quidē ita geſta ſunt. Surenas autem, non exiguis cum copiis ex opido quodam, in Aſſyria ſito, Romani exercitus exploratores, qui ceteros antecedebant, imprudentes adgreſſus; vnum de tribunis tribus, cum nōnullis ſub eo militibus, interemit; & ceteris in fugam actis, vexillo militari potitus eſt, draconis imaginem referente; qualia in bellis Romani geſtare cōſueuerunt. Eam rem vbi cognouiſſet Imperator, non moderato tulit animo; ſed ira concitus, in Surenæ milites, vti forte inſtructus erat, irruptione facta; terga dare coëgit eos, qui elabi fuga poterant: & ſigno recepto, quod hoſtes abſtulerant, mox ad vrbem acceſſit, in qua Surenas collocatis inſidiis exploratores adortus fuerat. Eam vi cepit, & incendit. Duci vero exploratorum, propterea quod hoſti vexillum reliquiſſet, ſalute magnanimitati Romanæ antepoſita; cingulum ademit, & deinceps vna cum iis, quos fugæ ſocios habuerat, pro infami duxit. Vlterius autem progreſſus, quum per amnem iter faceret, ad caſtellū quoddam venit, cui vicinum erat opidum. eius nomen erat Fiſſenia. Secundum murum illius erat acta foſſa, quam ſane altiſſimā Perſæ repleuerāt aqua, parte non exigua proximi fluminis in eam deriuata. Flumen ipſum, † *Regis amnis* adpellabatur. Hoc opido prætérito, a quo nihil eſſet hoſtile metuēdum: iter fecere per locū facticia palude ſtagnantem. Nā & alueo, & ipſo

† *Marcellino, diuerſa lingua*, Narmalaches: a Nar. & Melech.

ἐπίπλων πλῆθος οὐ μέτριον, καὶ τῆς ἄλλης ἀποσκευῆς. τοῦ μὲν οὖν σίτου τὸ πλέον, ἐναπετέθη τοῖς πλοίοις εἰς ἀποτροφὴν τοῦ στρατοῦ· μέρος δὲ τούτου καὶ αὐτοὶ πρὸς ἑαυτοὺς διενείμαντο, καὶ δίχα τῆς δημοσίας σιτήσεως ἧς εἶχον. τῶν δὲ ὅπλων ὅσα μὲν ἐπιτήδεια Ῥωμαίοις ἐδόκει πρὸς πόλεμον εἶναι, ταῦτα τῷ στρατοπέδῳ διεδόθη· τὰ δὲ Περσικῇ μόνον ἁρμόδια χρήσει, αὐτοῖς δὲ οὐκέτι, τὰ μὲν πυρὶ παρεδόθησαν, τὰ δὲ τῷ ποταμῷ φέρεσθαι καὶ καταδύεσθαι * συνεχωρήθησαν. Ἐντεῦθεν οὐχ ἡ τυχοῦσα τῷ Ῥωμαίων ἀξιώματι προσεγένετο δόξα, πόλεως μεγάλης καὶ τῆς ἐν Ἀσσυρίᾳ μετὰ Κτησιφῶντα μεγίστης, οὕτω τε ὠχυρωμένης, ἐν δύο μόναις ἡμέραις κατὰ κράτος ἁλούσης. ἐφ' οἷς ὁ βασιλεὺς φιλοφρονούμενος τὸ στράτευμα, λόγοις τε καθήκουσιν ἐτίμα, καὶ ἕκαστον ἀργυροῖς ἑκατὸν νομίσμασιν ἐδωρεῖτο.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὧδε ἐπεπράχθη· ὁ Σουρήνας δὲ μετὰ δυνάμεως οὐκ ὀλίγης ἔκ τινος τῶν ἐν Ἀσσυρίᾳ πόλεων τοῖς προηγουμένοις τοῦ Ῥωμαίων στρατοπέδου κατασκοπῆς ἕνεκεν ἐπελθὼν, οὐ προειδομένοις τὸ ἐσόμενον, ἕνα [μὲν] τῶν ἡγουμένων, τριῶν ὄντων, ἀνεῖλεν ἅμα τισὶ τῶν ὑπ' αὐτῷ τεταγμένων. τρέψας δὲ * τοὺς ἄλλους, ἐγκρατὴς ἐγένετο στρατιωτικοῦ σημείου, δράκοντος ἐκτύπωμα φέροντος· οἷα φέρειν εἰώθασιν ἐν ταῖς μάχαις Ῥωμαῖοι. τοῦτο μαθὼν, οὐκ ἤνεγκε μετρίως ὁ βασιλεύς· ἀλλὰ μετὰ θυμοῦ τοῖς ἀμφὶ τὸν Σουρήναν ὡς εἶχεν ἐπιπεσὼν, τούτων μὲν εἰς φυγὴν ἔτρεψεν ὅσοι διαφυγεῖν ἠδυνήθησαν· τὸ δὲ σημεῖον ἀναλαβὼν, τὸ παρὰ τῶν πολεμίων ἀφαιρεθὲν, ἐπῆλθε παραχρῆμα τῇ πόλει, καθ' ἣν ὁ Σουρήνας ἀποκρύπτων τὸν λόχον τοῖς κατασκόποις ἐπῆλθεν· εἷλέ τε κατὰ κράτος, καὶ ἐπυρπόλησε· τὸν δὲ τῶν κατασκόπων ἡγεμόνα, διότι τοῖς πολεμίοις τὸ σημεῖον ἀπέλιπε, τῆς σωτηρίας τῆς Ῥωμαϊκῆς μεγαλοφροσύνης ἔμπροσθεν ποιησάμενος, παρέλυσέ τε τῆς ζώνης, καὶ ἐν ἀτιμίᾳ τὸ λοιπὸν εἶχεν ἅμα τοῖς κοινωνήσασιν αὐτῷ τῆς φυγῆς. Προελθὼν δὲ ἐπέκεινα, διά τε τοῦ ποταμοῦ τὴν πορείαν ποιούμενος, ἦλθεν * εἴς τι χωρίον, ᾧ πόλις ἐπλησίαζε Φιασηνία προσαγορευομένη. ταύτης τῷ τείχει συμπαρέθεε τάφρος· ἣν βαθυτάτην οὖσαν, ἐπλήρωσαν ὕδατος οἱ Πέρσαι, μέρος εἰς ταύτην οὐκ ὀλίγον τοῦ πλησιάζοντος μεταχετεύσαντες ποταμοῦ. Βασιλέως ποταμὸς, ἦν ὄνομα τούτῳ. ταύτην διαδραμόντες τὴν πόλιν, (οὐδὲν γὰρ ἦν ἐκ ταύτης ὑπολαβέσθαι πολέμιον) ὁδὸν διῄεσαν τέλματι χειροποιήτῳ διάβροχον. οἱ γὰρ Πέρσαι, τήν τε

διώρυχα

συγγραφῆς προϊούσης, ἐπὶ τῶν πραγμάτων δειχθήσεται. τῆς δὲ πρὸς Πέρσας γενομένης εἰρήνης, ὃν διεξήλθομεν τρόπον, Ἰοβιανὸς ὁ βασιλεὺς μετ' ἀδείας ἐπανιὼν ἅμα τῷ στρατοπέδῳ, καὶ πολλαῖς περιπεσὼν* δυσχωρίαις καὶ τόποις ἀνύδροις, πολλούς τε τῆς στρατιᾶς ἀποβαλὼν ἐν τῇ διὰ τῆς πολεμίας παρόδῳ, Μαυρίκιον μὲν, τῶν λοχαγῶν ἕνα, τροφὴν ἐκ Νισίβιος ἀγαγεῖν ἐκέλευε τῷ στρατοπέδῳ, ἀπαντῆσαι δὲ μετὰ ταύτης, ὡς ἂν οἷός τε ᾖ, πορρωτάτω. κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν, ἄλλους ἐξέπεμπε, τὴν Ἰουλιανοῦ τελευτὴν, καὶ τὴν ἀνάρρησιν τὴν οἰκείαν ἀπαγγελοῦντας. μόλις δὲ σὺν πολλῇ κακοπαθείᾳ τῇ Νισίβει πλησιάσας, ἐπιστῆναι μὲν οὐκ ἤθελε τῇ πόλει, τοῖς πολεμίοις ἐκδεδομένῃ· καταλύσας δὲ ἔν τινι πρὸ τῆς πύλης ὑπαίθρῳ, τῇ ὑστεραίᾳ στεφάνους ἅμα καὶ ἱκεσίας ἐδέχετο, πάντων ὅσοι κατὰ τὴν πόλιν ἦσαν, ἐκλιπαρούντων μὴ προέσθαι σφᾶς, μηδὲ εἰς πεῖραν καταστῆσαι βαρβάρων ἠθῶν, *τοσαύτας ἐτῶν ἑκατοντάδας, τοῖς Ῥωμαίων νόμοις ἐντεθραμμένους. αἰσχρὸν δὲ καὶ ἄλλως εἶναι, Κωνστάντιον μὲν, τρεῖς Περσικοὺς πολέμους ἀναδεξάμενον, καὶ ἐν πᾶσιν ἐλαττωθέντα, Νισίβιος ἀντιλαβέσθαι, καὶ πολιορκουμένην αὐτὴν, καὶ εἰς ἔσχατον ἐλθοῦσαν κινδύνου, διὰ πάσης περισῶσαι σπουδῆς· αὐτὸν δὲ, μηδεμιᾶς τοιαύτης ἐπικειμένης ἀνάγκης, τοῖς πολεμίοις τὴν πόλιν ἐκδοῦναι, καὶ δεῖξαι Ῥωμαίοις ἡμέραν, ἣν οὔπω τεθέανται, περιιδεῖν ἀναγκαζομένοις πόλιν τοσαύτην καὶ χώραν πολεμίοις ἐκδιδομένην. ἐπεὶ δὲ τούτων ὁ βασιλεὺς ἀκούων, τὰ συντεθειμένα προΐσχετο, Σαβῖνος τοῦ βουλευτικοῦ προεστὼς καταλόγου, προσετίθει τοῖς παρὰ τοῦ πλήθους εἰς ἱκεσίαν προσενεχθεῖσιν, ὡς οὔτε δαπάνης εἰς τὴν πρὸς Πέρσας δεήσονται μάχην, οὔτε ἐπικουρείας ἐπεισάκτου· δυνήσονται δὲ αὐτοὶ σώμασιν οἰκείοις καὶ δαπανήμασι, τὸν ἐπαχθησόμενον αὐτοῖς ἀποκρούσασθαι πόλεμον· κρατήσαντές τε, ἔσονται πάλιν ὑπήκοοι Ῥωμαίοις, τὰ προσταττόμενα πληροῦντες ὃν τρόπον καὶ πρότερον. τοῦ δὲ εἰπόντος, οὐδὲν οἷόν τε τῶν συντεθειμένων παραβαθῆναι, πολλάκις οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐδεήθησαν ἱκετεύοντες μὴ στερηθῆναι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν τοῦ προτειχίσματος. ἐπεὶ δὲ ἤνυον πλέον οὐδὲν, ἀναχωρήσαντος σὺν ὀργῇ τοῦ βασιλέως, καὶ Περσῶν παραλαβεῖν κατὰ τὰς σπονδὰς ἐθελόντων τά τε ἔθνη, καὶ τὰ φρούρια, καὶ τὴν πόλιν, οἱ μὲν τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν φρουρίων οἰκήτορες, εἰ μὴ λάθρα φυγεῖν ἠδυνήθησαν, ἐνεδίδοσαν

τοῖς Πέρ-

τοῖς Πέρσαις, παρῆλθεν εἰς αὐτὴν ὅ τι βούλοιντο· Νισιβηνοὶ δὲ, ἀναχωρήσεως εἰς τὸ μεταστῆναι τυχόντες, οἱ μὲν πολλοὶ, καὶ σχεδὸν ἅπαντες, εἰς τὴν Ἄμιδαν ἀπανέστησαν· ὀλίγοι δὲ ἑτέρας κατῴκησαν πόλεις· πάντα δὲ ἦν οἰμωγῆς καὶ θρήνων μεστά· πόλεως ἑκάστης ἐκκεῖσθαι ταῖς Περσῶν ἐφόδοις, Νισίβιος ἐκδοθείσης αὐτοῖς, οἰομένων. Καῤῥηνοῖς δὲ τοσοῦτον ἐπῆλθε πένθος τῆς Ἰουλιανοῦ τελευτῆς μηνυθείσης, ὥστε τὸν ἀπαγγείλαντα καταλεῦσαι, σωρόν τε λίθων μέγιστον ἐπ' αὐτῷ ἀνεγεῖραι. τοσαύτην ἴσχυσεν ἀνδρὸς ἑνὸς τελευτὴ τοῖς κοινοῖς πράγμασιν ἐμποιῆσαι μεταβολήν. Ἰοβιανοῦ δὲ σπουδῇ τὰς πόλεις διαδραμόντος, οἷα δὴ πένθει καὶ συννότητι τῶν πόλεων ἐχομένων, καὶ ἱλαρὸν οὐδὲν ἢ χάριεν ἐνδείξασθαι (καθάπερ ἦν ἔθος τοῖς αὐτόθι δήμοις) ὑφισταμένων, παρεπέμποντο μὲν τῶν στρατιωτῶν ὅσοι τὴν δορυφορίαν εἶχον εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἅμα τῷ βασιλεῖ· εἵπετο δὲ καὶ ὁ στρατὸς ἅπας τῷ Ἰουλιανοῦ σώματι. καὶ τοῦτο μὲν εἰς Κιλικίαν ἀπενεχθὲν, ἔν τινι Ταρσοῦ προαστείῳ βασιλικῇ ταφῇ παρεδίδοτο, καὶ ἐπίγραμμα προσεγράφετο τῷ τάφῳ τοιόνδε· Ἰουλιανὸς μετὰ Τίγριν ἀγάρροον ἐνθάδε κεῖται, Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. Ἐχόμενος δὲ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς Ἰοβιανὸς, ἄλλα τε διετίθει, καὶ τοῖς ἐν Παιονίᾳ στρατοπέδοις Λουκιλλιανὸν, ὄντα κηδεστὴν αὐτῷ, καὶ Προκόπιον, καὶ Οὐαλεντινιανὸν, ὃς μετὰ ταῦτα γέγονε βασιλεὺς, ἐξαπέστελλε, τήν τε Ἰουλιανοῦ τελευτὴν ἀπαγγελοῦντας, καὶ ὅτιπερ εἴη μετ' αὐτὸν αὐτοκράτωρ προβεβλημένος. ἀλλ' οἱ ἐν τῷ Σιρμίῳ Βάταβοι, πρὸς φυλακὴν ἀπολελειμμένοι τῆς πόλεως, ἅμα τῇ ἀκοῇ, τὸν μὲν Λουκιλλιανὸν, ὡς τηλικούτων κακῶν ἄγγελον, διεχρήσαντο, ἐν οὐδενὶ τὸ πρὸς τὸν βασιλέα θέμενοι κῆδος· Προκόπιον δὲ, τῆς πρὸς Ἰουλιανὸν συγγενείας αἰδοῖ, διαφῆκαν ἀθῷον· Οὐαλεντινιανὸς δὲ διαδρὰς, τὸν ἐξ ἐκείνων διέφυγε θάνατον. Ἐξορμήσαντι δὲ τῆς Ἀντιοχείας Ἰοβιανῷ, καὶ ἐχομένῳ τῆς ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ὁδοῦ, νόσος αἰφνιδίως ἐνσκήψασα, τῆς Βιθυνίας ἐν Δαδαστάνοις, ἐπήγαγε τοῦ βίου τὸ τέλος αὐτῷ, μῆνας μὲν ὀκτὼ βασιλεύσαντι, διαθεῖναι δέ τι τῶν κοινῶν πραγμάτων ἐς δέον οὐ δυνηθέντι. Βουλῆς δὲ ὑπὲρ τοῦ τίνα δέον προστῆναι τοῦ πολιτεύματος, προτεθείσης, πολλοὶ μὲν καὶ περὶ πολλῶν ἐγίνοντο λόγοι τῷ στρατοπέδῳ,

Perſis ſecum, quidquid vellēt, agendi: Niſibini autem, induciis ad migrandum impetratis, maiori ex parte, ac propemodum omnes, Amidam diſceſſere; pauci ad inhabitandum alia ſe contulerunt opida. Cuncta vero lamentis & vlulatibus erant plena; quod ciuitas quælibet, Niſibi tradita, Perſarum ſe graſſationib. expoſitam putaret. Carreni vero tantum percepere dolorem, morte Iuliani nunciata; vt eum, qui nuntium hunc adtulerat, lapidibus obruerent, ingentemque lapidum aceruum ſuper eum excitarent. Tantam vnius viri mors publicis in rebus efficere mutationem potuit. Ceterum Iouiano celeriter opida percurrente, quod ea luctus atque mæror occupaſſent, nec læti iucundive quidquā exhibere, pro iſtorum more populorum, poſſent: quotquot erant ſatellitio Imperatoris deputati milites, Antiochiam cum Imperatore profecti ſunt, vniuerſo exercitu Iuliani cadauer comitante: quod in Ciliciam deportatum, quodam in ſuburbio Tarſi regiæ ſepulturæ mandatum fuit, ad tumulum huiuſmodi epigrammate adſcripto: *Tigride Iulianus iacet heic poſt fata relicto, Rex pariter bonus, & bellator acerrimus idem.* Iouianus, ſummo intentus imperio, quum alia diſponebat, tum ad exercitus in Pannonia Lucillianū ſocerum ſuum, & Procopium, & Valentinianum, qui ſecundum hæc factus eſt Imperator, ablegauit; vt & Iuliani mortem eis nuntiarent, & ſe, poſt illum, principem lectum exponerent. Sed apud Sirmium Bataui, qui ad opidi præſidium relicti fuerant, quum primū hæc audiuiſſent: Lucillianum, veluti tantorum malorum nuntium, interfecerunt, adfinitatis imperatoriæ nulla ratione habita: Procopium, cognationis cum Iuliano reuerentia tacti, dimiſerunt illæſum. Valentinianus autem fuga elapſus, morti ab eis imminenti ſemet eripuit. Quum autem Iouianus Antiochia diſceſſiſſet, Conſtantinopolim pergens; ſubitus eū morbus in Dadaſtanis Bithyniæ corripiēs, vitæ finem adtulit: quū octo menſes imperaſſet, nec publicis in rebus quidquam ex vſu cōſtituere potuiſſet. Conſultatione propoſita, quisnam reipublicæ præficiēdus eſſet: varii quidem, & de variis ſermones tam ab exercitu,

quam a ducibus habebantur: ſed omnium ſuffragia in vnũ Salluſtium, præfectum prætorii, concurrebant. Illo ſenectutem prætendente, ac propterea rebus laborantibus ſe ſuffecturum negante; filium ſummæ rerum præfici poſtulabant. At quum iuuenem eſſe, nec alioquin ad tanti imperii molem ſatis idoneum diceret: in hoc quidem tẽpore, quo minus præſtantiſſimum ſui ſæculi virum eligerent, aberrarunt. Hinc in VALENTINIANVM collata ſuffragia; qui Cibali oriundus erat, (id opidum eſt Pannoniæ) vir bellis haud paucis exercitus, at eruditionis omnis expers. Nihilo minus abſentem arceſſebant; nec multi dies abiere, dum reſpublica principe carebat. Quum autem ad exercitũ Nicææ, quæ vrbs eſt Bithyniæ, veniſſet; inito ibidem imperio, ceptum iter proſequebatur.

καὶ τοῖς τὰς ἡγεμονίας ἔχουσι· πάντων δὲ ἡ ψῆφος, εἰς ἕνα συνῄει Σαλούστιον τὸν τῆς αὐλῆς ὕπαρχον. τοῦ δὲ τὸ γῆρας προϊσχομένου, καὶ διὰ τοῦτο φήσαντος οὐχ οἷός τε ἔσεσθαι πεπονηκόσιν ἀρκέσαι τοῖς πράγμασι, τὸν παῖδα γοῦν ᾔτουν εἰς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἐλθεῖν. τοῦ δὲ καὶ νέον εἶναι, καὶ οὐδὲ ἄλλως ἐπιτήδειον πρὸς τοσαύτης ἀρχῆς ὄγκον εἰπόντος, τῆς τοῦ πάντων ἀμείνονος τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνδρὸς αἱρέσεως τότε διήμαρτον· ἤνεγκαν δὲ τὴν ψῆφον ἐπὶ Βαλεντινιανόν, ὃς ἐκ μὲν Κιβάλεως ὥρμητο, (πόλις δὲ αὕτη Παιονική) πολέμων δὲ μετασχὼν οὐκ ὀλίγων, παιδεύσεως οὐδεμιᾶς μετεσχήκει· μετεπέμποντο δὲ αὐτὸν ὅμως, οὐ παρόντα. καὶ ἡμερῶν οὐ πολλῶν ἐτρίβετο χρόνος, ἐν ἀναρχίᾳ τοῦ πολιτεύματος ὄντος. ἐπεὶ δὲ κατέλαβε τὸ στρατόπεδον ἐν Νικαίᾳ πόλει τῆς Βιθυνίας, ἐκεῖσε παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, εἴχετο τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας.

ZOSIMI HISTORIARVM LIBER QVARTVS.

QVÆ igitur geſta fuerunt ad obitum vſq; Iouiani, poſt quem Valẽtinianus lectus fuit, vti rebus Romanis præeſſet; libro ſuperiore complexi ſumus. Quum autem morbus in itinere Valẽtinianum inuaſiſſet, atque hominem ad iram natura procliuem, maiorẽ ad crudelitatem, & extremam inſaniam impuliſſet; ſuſpicionem falſam cõcipiebat, quaſi ex veneficio quodam, Iuliani amicorum fraude parato, ægrotaret. Et accuſationes aduerſus quoſdã illuſtres inſtituebantur; quas ſagacitate prudentiaque ſua præfectus prętorii diſcutiebat. Eo munere Salluſtius adhuc fungebatur. Quum morbus remiſiſſet, Nicæa relicta, Conſtantinopolim acceſſit. Exercitu, ceteriſq; neceſſariis hortantibus, imperii conſortem ſibi deligeret, vt, ſi quis caſus accideret, non deeſſet, qui rebus opem ferret; nec eadem perpeterentur, quæ morte Iuliani perpeſſi fuiſſent: huic admonitioni obtemperat; animoque ſecum hinc inde verſato, de cunctis, quos mente conceperat, VALENTEM fratrem deligit; ratus hunc omnium ſibi fidiſſimum fore. Illum igitur imperii conſortem adpellat. Dum autem vterque Conſtantinopoli degeret, qui Iuliani familiaribus inſidiabantur, non

ΖΩΣΙΜΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ΤΑ μὲν οὖν ἄχρι τῆς [περὶ] Ἰοβιανοῦ τελευτῆς, μεθ' ὃν Οὐαλεντινιανὸς ᾑρέθη τῶν Ῥωμαϊκῶν προεστάναι πραγμάτων, ἐν τῇ πρὸ ταύτης ἀνείληπται βίβλῳ. νόσου δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ἐνσκηψάσης αὐτῷ, καὶ τὸ φύσει πρὸς ὀργὴν τοῦ ἀνδρὸς ἕτοιμον, εἰς ὠμότητα μείζονα, καὶ παραφορὰν ἄκραν ἀναστησάσης, ὑποψία μὲν αὐτὸν εἰσῄει ψευδής, ὡς ἔκ τινος γοητείας ὑπὸ τῶν Ἰουλιανοῦ φίλων αὐτῷ σκαιωρηθείσης νοσοίη· κατηγορίαι δὲ κατά τινων ἦσαν ἐπιφανῶν, ἃς ἀγχινοίᾳ τε καὶ φρονήσει διέλυεν ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος· ἦν δὲ ἔτι Σαλούστιος. Ἐνδούσης δὲ αὐτῷ τῆς νόσου, τῆς Νικαίας ἀπαναστὰς, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν παρεγένετο, τοῦ δὲ στρατοπέδου, καὶ τῶν ἄλλως πρὸς αὐτὸν ἐπιτηδείως ἐχόντων, ἑλέσθαι κοινωνὸν τῆς βασιλείας παρακαλούντων, ὅπως, εἴ τις τοῖς πράγμασι συμβαίη περίστασις, ἔχοιεν τὸν ἀντιληψόμενον, καὶ μὴ ταὐτὰ πάθοιεν οἷς ἐπὶ τῆς Ἰουλιανοῦ πεπόνθασι τελευτῆς· πείθεται τῇ παραινέσει· καὶ στρέψας ἐν αὑτῷ γνώμην, ἐκ πάντων ὧν ἔλαβε κατὰ νοῦν, Οὐάλεντα τὸν ἀδελφὸν αἱρεῖται, πιστότατον αὐτῷ πάντων ἡγησάμενος ἔσεσθαι. τοῦτον γοῦν ἀναδείκνυσι κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς. Ἀμφοτέρων δὲ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν ὄντων, οἱ τοῖς Ἰουλιανοῦ γνωρίμοις ἐπιβουλεύοντες, οὐ

διέλειπον

διέλεγον περί τε τῶν * βασιλείων κατασπείροντες λόγους, ὡς ἐπιβουλεύοιεν οὗτοι τοῖς βασιλεῦσι, καὶ τὸ ἄλογον πλῆθος εἰς τοιαύτας ἐρεθίζοντες ἐκβοήσεις. οἱ δὲ βασιλεῖς, καὶ ἄλλως πρὸς τοὺς Ἰουλιανοῦ γνωρίμους ἀπεχθῶς ἔχοντες, τότε δὴ μᾶλλον εἰς τὸ κατ' αὐτῶν ἐξανίσταντο μῖσος· καὶ κρίσεις ἐπενόουν, λόγον οὐδαμόθεν ἐχούσας. ἐμνησικάκει δὲ Οὐαλεντινιανὸς Μαξίμῳ κατεξαίρετον τῷ φιλοσόφῳ, διαβολήν τινα κατὰ νοῦν ἔχων, ἣν ἔτυχεν ἐπὶ τῶν Ἰουλιανοῦ χρόνων κατ' αὐτοῦ ποιησάμενος, ὡς διὰ τὴν τῶν Χριστιανῶν θρησκείαν περὶ τοὺς θείους θεσμοὺς ἀσεβήσαντος. ἀλλὰ τούτων ἀφέλκουσιν αὐτοὺς τέως ἡ περὶ τὰ πολιτικὰ καὶ στρατιωτικὰ κηδεμονία τε καὶ φροντίς. ἐτράποντο τοίνυν ἐπὶ τὸ διανεῖμαι τὰ ἔθνη τοῖς ἄρχουσι, καὶ τίνας δέοι τῆς βασιλικῆς αὐλῆς ἐπιτραπῆναι τὴν φυλακήν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες, ὅσοι παρὰ Ἰουλιανοῦ διοικήσεις ἐθνῶν ἢ ἄλλας ἀρχὰς ἔτυχον ἐπιτετραμμένοι, παρελύοντο τούτων· ἐν οἷς καὶ Σαλούστιος ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἦν· μόνου δὲ Ἀρινθαίου καὶ Βίκτορος, αἷς εἶχον πρότερον στρατιωτικαῖς ἀρχαῖς ἐπιμεινάντων ἡγεμονίαις, παρῄεσαν ἐπὶ τὰς ἀρχάς, ὡς ἔτυχον, οἱ τούτων ἐπιθυμοῦντες τυχεῖν· ἑνὸς τούτου δόξαντος γίνεσθαι κατὰ λόγον. εἰ γάρ τις αὐτῶν ἐπὶ δικαίαις μέμψεσιν ἥλω, δίκην ὑπεῖχε, συγγνώμης οὐδεμιᾶς ἀξιούμενος. Τούτων αὖθις οὕτω διακειμένων, ἔδοξε τῷ Οὐαλεντινιανῷ, διελομένῳ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὴν ἀρχήν, ἐπιτρέψαι μὲν αὐτῷ τὴν ἑῴαν, ἄχρις Αἰγύπτου καὶ Βιθυνίας καὶ Θρᾴκης· λαβόντα δὲ τὰς ἐν Ἰλλυριοῖς πόλεις αὐτόν, εἰς τὴν Ἰταλίαν διαβῆναι, καὶ τὰς ἐν ταύτῃ πόλεις ἔχειν ὑφ' ἑαυτῷ, μετὰ τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν, Ἰβηρίας τε, καὶ τῆς Βρεττανικῆς νήσου, καὶ Λιβύης ἁπάσης. Τῆς τοίνυν ἀρχῆς οὕτω διαιρεθείσης, ὁ Οὐαλεντινιανὸς ἐμβριθέστερον τῇ ἀρχῇ προσῆλθεν, ἄρχοντάς τε ἐν κόσμῳ προῆγεν, καὶ περὶ τὰς εἰσπράξεις τῶν εἰσφορῶν, καὶ τὰς ἐκ τούτων χορηγουμένας στρατιωτικὰς σιτήσεις, * ἀκριβέστατος ἦν. ἐπεὶ δὲ καὶ νόμων εἰσφορὰς ἔγνωκε ποιήσασθαι, ἀφ' ἑστίας ὥσπερ ἀρξάμενος, τὰς νυκτερινὰς ἐκώλυε θυσίας ἐπιτελεῖσθαι· τοῖς μυσαρῶς μὲν οὖν πραττομένοις ἐμποδὼν διὰ τοῦ τοιοῦδε νόμου γενέσθαι βουλόμενος. ἐπεὶ δὲ Πραιτεξτᾶτος, ὁ τῆς Ἑλλάδος τὴν ἀνθύπατον ἔχων ἀρχήν, ἀνὴρ ἐν πάσαις διαπρέπων ταῖς ἀρεταῖς, τοῦτον ἔφη τὸν νόμον ἀβίωτον τοῖς Ἕλλησι καταστήσειν τὸν βίον,

intermittebant tum coram Imperatoribus ſermones ſerere, quaſi principibus illi ſtruerēt inſidias; tum brutam plebē concitare, vt eiuſmodi voces iactaret. Imperatores autem, qui ceteroqui Iuliani familiaribus infeſti eſſent, tunc etiam magis ad illos odio perſequendos inſurgunt, ac lites excogitant, nulla ratione ſubnixas. Et grauiſſime Valentinianus Maximo philoſopho ſuccenſebat, criminationis cuiuſdam memor, qua Iuliani temporibus Valentinianum detulerat; quaſi propter religionem Chriſtianam ille ſacros in ritus impie deliquiſſet. Sed ab his eos id temporis ciuilium militariumque rerum cura reuocabat. Quapropter ad diſtribuendos præſidibus populos ſe conuertebant, & quibus aulæ imperatoriæ cuſtodia committenda eſſet. Itaque ceteri omnes, quibuſcumque a Iuliano gentium adminiſtrationes, aliive magiſtratus crediti fuerant, abdicabantur; quorū in numero præfectus etiam prætorii Salluſtius erat: ſolo autem Arintheo & Victore, quæ prius habebant ceu duces imperia militaria, retinentibus; ad magiſtratus reliquos fortuito perueniebant, qui eos adfectabant: quum quidem vnū hoc ex rationis præſcripto fieri videretur. Nam ſi quis eorū iuſtis querelis conuictus fuiſſet, nullam impetrans veniam, poenas luebat. His ita conſtitutis, viſum eſt Valentiniano, diuiſo cum fratre imperio, curæ quidem illius orientem ad Ægyptum vſq;, Bithyniamq; ac Thraciam, permittere: ſe vero, ſortitū Illyricas vrbes, in Italiā tranſire, atque vrbes in ea ſitas, vna cū tranſalpinis nationibus, & Hiſpania, & inſula Britannia, totaque Africa, iuri ſuo reſeruare. Diuiſo in hūc modum imperio, Valentinianus occepta ſeuerius gubernatione, magiſtratus recte atq; ordine conſtituebat; & in exactionibus tributorum, ac militaribus annonis, quæ inde ſuppeditabantur, rigidiſſimus erat. Et quia legum quoq; promulgationes inſtituere decreuerat, exorſus ab ipſo lare, quod aiunt, nocturna ſacra fieri prohibuit: qua lege coërcere volebat ea, quę ſcelerate deſignarentur. Sed quū Prætextatus, qui proconſule Græciam adminiſtrabat, vir omni virtute præſtans, hanc legem diceret vitam iniucundam & acerbam victu Græcis parituram,

ſi futurum eſſet, vt myſteria ſanctiſſima, quæ genus humanum continerent, prohiberentur: peragi ea rite, vi legis ſuæ ceſſante, permiſit; ita tamẽ, vt omnia ſecundum patritas conſuetudines, quales ab initio fuiſſent, perficerentur. Transrhenani vero barbari, qui quam diu Iulianus ſuperſtes erat, nomen Romanum metuebant, & ſat habebant, ſi nemo quid eis in ſolo ſuo quieſcentibus exhiberet moleſtiæ; morte Iuliani nuntiata, ſuis continuo ſedibus egreſſi, ad gerendum contra Romanos bellum ſeſe parabant. Quo Valentinianus animaduerſo, copias & pedeſtres, & equeſtres, & armaturæ leuis, vti par erat, diſponebat; ſitaque ad Rhenum opida neceſſario præſidio muniebat. Atque hæc Valentinianus, rei bellicæ non omnino rudis, in hunc modũ ordinabat. Valentem vero multæ perturbationes vndique circumſtabant, qui deſidem prius egiſſet vitam, & ſubito conſequutus imperium fuiſſet, nec rerum molem ſuſtineret. Nam & *Perſæ*, quod potior ipſorum eſſet cõdicio per indutias ſub Iouiano factas, animis elati; ſummaque cum licentia, Niſibi ſuam in poteſtatem redacta, graſſantes; orientis opida conturbando, Imperatorem ad ſe trahebant: & quum is egreſſus Conſtantinopoli fuiſſet, auctore *Procopio* ſuſcitata rebellio contigit. Huic enim Iulianus, vt ſanguine ſibi iuncto, parte copiarũ credita, mandarat, vt cum Sebaſtiano per Adiabenen itinere facto, ſibi per aliam viam in hoſtẽ eunti occurreret: conceſſo eidem, vt amictum Imperatorium haberet, ob cauſſam ceteris omnibus ignotam. Poſtea vero quam Deus alio rerum fortunam trãſtulerat, ac poſt obitum Iuliani Iouianus imperatorium illud ſolium conſcenderat: confeſtim aduolauit Procopius, ac datam ſibi veſtem imperatoriam Iouiano tradidit, & quamobrem hanc accepiſſet, faſſus eſt: enixe rogans Imperatorem, vt militari ſe ſacramento liberaret, & agriculturæ ac rei familiaris ſtudio incumbentem, in otio viuere permitteret. Quo impetrato, Cæſareã, quæ Cappadociæ vrbs eſt, vna cum † vxoribus & liberis eſt profectus: quod iſtic habitare decreuiſſet, vbi & prædia magni pretii poſſidebat. Heic eo commorante, Valentinianus & Valens Imperatores lecti, prius etiam ſuſpectum habentes, confeſtim mittunt, qui hominem comprehenderent. Ille ſe his

† paullo poſt. vxore

εἰ μέλλοιεν κωλύεσθαι τὰ συνέχοντα τὸ ἀνθρώπειον γένος ἁγιώτατα μυστήρια κατὰ θεσμὸν ἐκτελεῖσθαι, ἐπέτρεψεν, ἀργοῦντος τοῦ νόμου· πράττεσθαι δὲ πάντα κατὰ τὰ ἐξ ἀρχῆς πάτρια. Τῶν δὲ ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον βαρβάρων, ἕως μὲν Ἰουλιανὸς περιῆν, τὸ Ῥωμαίων ὄνομα δεδιότων, ἀγαπώντων τε εἰ μηδεὶς αὐτοῖς κατὰ χώραν μένουσιν ἐνοχλοίη, τῆς τούτου τελευτῆς ἀγγελθείσης, ἀπανέστησαν αὐτίκα τῶν οἰκείων ἠθῶν, καὶ πρὸς τὸν κατὰ Ῥωμαίων παρεσκευάζοντο πόλεμον. οὗπερ αἰσθόμενος Οὐαλεντινιανὸς, διέταττεν, ὡς προσῆκεν ἦν, τὰ στρατόπεδα, πεζά τε, καὶ ἱππικὰ, καὶ ψιλά· καὶ τῶν ἐπικειμένων τῷ Ῥήνῳ πόλεων ἐποιεῖτο τὴν δέουσαν φυλακήν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, οὐκ ἔξω παντάπασιν ὢν πολεμικῆς πείρας, Οὐαλεντινιανὸς διετύπου. Οὐάλεντα δὲ πολλαὶ πανταχόθεν περιέστησαν ταραχαὶ, πρότερον μὲν ἀπράγμονα τετριφότα βίον, ἄφνω δὲ βασιλείαν περιλαβόντα, καὶ τὸν τῶν πραγμάτων ὄγκον οὐ φέροντα. οἵ τε γὰρ Πέρσαι, τῇ διὰ τὰς ἐπὶ Ἰοβιανοῦ σπονδὰς ἐπαρθέντες πλεονεξίᾳ, καὶ [τὰς] ἐφόδους ἐπ' ἀδείας ποιούμενοι, Νισίβιος ὑπ' αὐτοῖς γενομένης, εἷλκον πρὸς ἑαυτοὺς τὸν βασιλέα, ταῖς τῆς ἑώας συνταράττοντες πόλεις. καὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐξορμήσαντος, συμβέβηκεν ἡ κατὰ Προκόπιον ἐπανάστασις. τούτῳ γὰρ Ἰουλιανὸς, ὡς γένει * συνῳκειωμένῳ, μέρος τι τῆς δυνάμεως ἐμπιστεύσας, ἐκέλευσεν ἅμα Σεβαστιανῷ διὰ τῆς Ἀδιαβηνῆς χωροῦντι, ἀπαντῆσαι οἱ δι' ἑτέρας ὁδοῦ κατὰ τῶν πολεμίων ἰόντι, δοὺς αὐτῷ καὶ βασιλικὴν στολὴν ἔχειν, δι' αἰτίαν πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἠγνοημένην. ἐπεὶ δὲ ὁ δαίμων εἰς ἕτερόν τι τὴν τῶν πραγμάτων ἤγαγε τύχην, καὶ μετὰ τὴν Ἰουλιανοῦ τελευτὴν Ἰοβιανὸς εἰς τὸν βασίλειον ἀναβέβηκε θρόνον, δραμὼν εὐθὺς ὁ Προκόπιος, τὴν δεδομένην αὐτῷ βασιλικὴν ἐσθῆτα, Ἰοβιανῷ παρέδωκεν· ὑπό τινός τε εἴη λαβὼν, ὡμολόγει, καὶ ἐξελιπάρει τὸν βασιλέα, τῆς τε στρατείας αὐτὸν ἀφεῖναι, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ συγχωρῆσαι βιῶναι, γεωργίᾳ καὶ ἐπιμελείᾳ τῶν οἰκείων ἐγκαρτεροῦντα. καὶ τούτου τυχὼν, ἐπὶ τὴν Καισάρειαν, ἣ Καππαδοκίας ἐστὶν, ἅμα * γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἐχώρει, ταύτην οἰκεῖν ἐγνωκὼς, οἷα ἐν αὐτῇ τὰ τίμια κτήματα ἔχων. διατρίβοντος δὲ αὐτοῦ κατ' αὐτὴν, αἱρεθέντες αὐτοκράτορες Οὐαλεντινιανὸς καὶ Οὐάλης, ἐπεὶ καὶ πρότερον ὑπόπτως πρὸς αὐτὸν ἔχοντες, ἔστελλον παραχρῆμα τοὺς συλληψομένους· ὁ δὲ παρεδίδου

τούτοις

τούτοις ἑαυτόν, καὶ ἄλλως ἐπέτρεπεν ὅποι βούλοιντο, πρότερον τῇ γυναικὶ διαλεχθῆναι καὶ τὰ τέκνα θεάσασθαι συγχωρούμενον. ἐπεὶ δὲ ἐνδεδώκασιν, ἑστίασιν αὐτοῖς παρεσκεύαζε· καὶ οἰνωθέντας ἰδών, ἅμα τοῖς οἰκείοις ἅπασιν ἐπὶ τὸν Εὔξεινον ἔδραμε πόντον· ἐκεῖθεν τε νεὼς ἐπιβὰς, ἐπὶ τὴν Ταυριανὴν διῆρε Χερρόνησον. χρόνον δέ τινα διατρίψας αὐτόθι, καὶ τοὺς οἰκήτορας θεασάμενος οὐδεμίαν ἐν αὐτοῖς ἔχοντας πίστιν, δεδιὼς μή ποτε τοῖς ἐπιζητήσασιν ἀφικνουμένοις αὐτὸν παραδοθείη, παραπλέουσαν ἰδὼν ὁλκάδα, καὶ ταύτῃ παραδοὺς ἑαυτὸν καὶ τοὺς οἰκείους, τὴν Κωνσταντινούπολιν καταλαμβάνει, νυκτὸς ἔτι οὔσης. καταλύσας δὲ πρός τινα τῶν ἐκ παλαιᾶς συνηθείας ὄντων αὐτῷ γνωρίμων, καὶ κατασκεψάμενός τε ὅπως ἔχει τὰ τῆς πόλεως μετὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἀποδημίαν, ἐπιθέσθαι τυραννίδι διενοεῖτο, ταύτην ἀρχὴν ποιησάμενος τῆς ἐπιθέσεως. ἦν τις εὐνοῦχος, Εὐγένιος ὄνομα, τῆς βασιλικῆς ἄρτι ἐκβεβλημένος αὐλῆς, ὑγιῶς δὲ πρὸς τοὺς κρατοῦντας οὐκ ἔχων. τοῦτον οἰκειωσάμενος ὁ Προκόπιος, ἐπειδὴ καὶ κύριον εὗρεν ὄντα πλούτου παμπόλλου, φράζει τέως τίς εἴη, καὶ κατὰ τίνα ἥκοι χρείαν, καὶ ὅπως δέοι τοῖς πράγμασιν ἐπιθέσθαι. τοῦ δὲ κοινωνεῖν ἅπασι τοῖς ἐγχειρουμένοις ὁμολογήσαντος, καὶ ἔνθα δὴ αὖ δεήσειε χρήματα χορηγεῖν, προοίμιον ἐποιήσατο τῆς πράξεως, τὸ διαφθεῖραι χρήμασι τὴν ἐν τῇ πόλει καθισταμένην φρουράν, ἣν τάγματα στρατιωτῶν δύο ἐπλήρου. δούλους δὲ πρὸς τούτοις ὁπλίσαντες, καὶ σὺν οὐ πολλῷ πόνῳ πλῆθος οὐκ ὀλίγον συναγαγόντες, οἷα πολλῶν ἐν τούτοις ἑαυτοὺς ἑκόντας ἐπιδιδόντων, νυκτὸς ἀωρεὶ τὸ πλῆθος ἐπαφέντες τῇ πόλει, συνετάραξαν ἅπαντας· καὶ οἴκοθεν ἕκαστοι προϊόντες, ἐθεῶντο Προκόπιον ὥσπερ ἀπὸ σκηνῆς βασιλέα σχεδιασθέντα. θορύβου δὲ μεγίστου τὴν πόλιν ἅπασαν ἔχοντος, οὐδενός τε ὄντος ἐν ἑαυτῷ τὸ φρονεῖν τὰ δέοντα δυναμένου, διὰ τὸ τῆς ἐγχειρήσεως ἀπροσδόκητον, ἔτι τοὺς πολλοὺς ὁ Προκόπιος λανθάνειν ἐδόκει, βεβαιώσειν ἑαυτῷ τὸ κράτος, εἰ λάθοι τέως, οἰόμενος. καὶ συλλαβὼν Καισάριον, ὃν ἔτυχον οἱ βασιλεῖς πόλεως ὕπαρχον καταστήσαντες· ἔτι δὲ καὶ Νεβρίδιον, ᾧ τῆς αὐλῆς μετὰ Σαλούστιον παρέδωκαν τὴν ἀρχήν· γράφειν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα τοῖς ὑπηκόοις ἠνάγκαζεν. ἐφύλαττε δὲ ἰδίᾳ ἕκαστον, τὸ μὴ κοινωνῆσαι σκέμματος αὐτοὺς ἀποκλείων. τούτων δὲ αὐτῷ βεβουλευμένων, εἰς τὰ βασίλεια πρόεισι λαμπρῶς. ἀνελθὼν δὲ

dedere, poteſtatemque facere perducendi, quo vellēt: ſaltem petere, prius vt cum vxore colloqui, liberosq; ſuos videre ſibi permitterent. Quo conceſſo, epulum eis parat: & obrutos vino conſpicatus, cum omnibus ſuis ad Pontum Euxinum curſu contendit. Inde, nauim ingreſſus, ad Taurianam Cherroneſum pergit: vbi commoratus ad aliquod tempus, & animaduerſo, nullam in incolis eſſe fidem; veritus ne aliquando aduentantibus iis, qui ſe iſtic perquirerent, dederetur; onerariam præternauigantem vidēs, eique ſe cum ſuis committens, Conſtantinopolim noctu peruenit. Quūque diuertiſſet ad quemdam, ex conſuetudine priſtina ſibi familiarem, & ſtatum vrbis poſt Imperatoris profectionem conſideraſſet: regnum adfectare cogitat; hoc eius inuaſionis initio facto. Erat eunuchus quidam, cui nomen Eugenius, ex aula imperatoria non ita pridem eiectus, qui parum bene adfectus erga principes eſſet. Hoc ſibi familiariter conciliato Procopius, quem & magnas opes poſſidere compererat; quinam eſſet, & quamobrem adueniſſet, quove pacto res adgredi oporteret, indicat. Illo policito, ſe venturum in ſocietatem omnium, quæ tentarentur; atque etiam pecunias, vbi vſus poſceret, ſuppeditaturum: ab hoc exorſi ſunt principio, vt conſtitutum in vrbe præſidium, quod duobus militum numeris conſtabat, pecunia corrumperent. Præter hos ſeruis armatis, nec magno labore non exigua multitudine coacta, pluribus ad huiuſmodi ſpōte ſua ſemet offerentibus; intempeſta nocte copiis in vrbem immiſſis, vniuerſos perturbarunt: quod quiſque ſuis ex ædibus egreſſi, Procopium, veluti regem ſcenicum, ſubito factum conſpicerent. Quum vrbs tota maximo in tumultu verſaretur, nec apud ſe quiſquam illorum eſſet, qui poterant intelligere quid opus eſſet facto, propter conatus huiuſce caſum inexſpectatum: complures adhuc latere ſe Procopius exiſtimans, imperium ſibi ſe conſtabiliturum, modo res eatenus occulta foret, exiſtimabat. Quumq; †Cæſarium, quem Imperatores præfectum vrbis conſtituerant; itemq; Nebridium, quem poſt Salluſtium præfectum prætorii fecerant, adprehendiſſet: hos, quæcumque ſibi viderentur, ad ſubditos ſcribere coegit. Et ſeorſum cuſtodiebat ſingulos, a communicandis conſiliis eos excludens. His ita deliberatis, ad prætorium ſplendide proceſſit: adſcenſoque

† is Gregorii Nazianzeni frater fuiſſe videtur.

tribunali, quod ante prætorium eſt, quum ſpebus omnes, largiſque promiſſis impleſſet: prætorium ingreſſus eſt, cetera procuraturus. Et quoniam recēs Imperatores inter ſe partiti fuerant exercitus, ad milites, qui nullo adhuc ordine, iuſſu Imperatorum, hinc inde vagabātur, mittendos quoſdam cenſuit Procopius; qui, quoſcumque poſſent, ad ſe traducerent. Quod ſane perfacile confiebat, pecuniis in eos, eorumque duces diſtributis. Adeoque copiæ non contemnendæ ad eum confluebant: ac palam ad inuadendum hoſtem ſe parabat. Itaque Marcellum cum exercitu in Bithyniam ablegat, ad comprehēdendū Serenianum, & imperatorios equites, quos ille ſecum habebat: ſperans, eos ſe deleturū. At quum illi fuga Cyzicum ſe recepiſſent, opidum illud Marcellus, nauali prœlio, copiiſque terreſtribus ſuperior, occupauit: Serenianum fuga elapſum, & in Lydiam digreſſum, adprehendit, & occidit. Hoc elatus ſucceſſu victoriaque Procopius, paullatim & copias ſibi adiungebat, & iam opinione multorum, bello cum principibus gerendo par erat. Nam & Romanæ legiones, & copiæ barbarorum ad eum confluebant. Præterea cognationis cum Imperatore Iuliano ſplendor, homines in partes ipſius trahebat, & quod omnibus in bellis, quæ ille geſſerat, expeditionum ſocius fuiſſet. Quin & illuſtres quoſdam viros ad Scytharum transiſtrianorum principem ablegabat, qui decem ei milia robuſtorum militum in belli ſocietatem miſit. Itidem ad eum & aliæ nationes barbaræ ſe conferebant, vt expeditionis participes eſſent. Quum autem ei, non cum ambobus Imperatoribus ſimul eſſe dimicandum, ad animum accidiſſet: præſtare iudicabat, vt id temporis dumtaxat aduerſus proximum pugnaret; ac deinde, quid porro agendum eſſet, diſpiceret. Ac Procopius quidem hæc agebat.

Valens autem Imperator, accepto rebellionis huius ad Phrygiæ Galatiam nuntio, territus ad eius famam, totus perturbationis plenus erat. Sed quum eum † Arbitio bono eſſe animo iuſſiſſet, ad bellum inſtruebat eas copias, quæ ad manum erant: ſimulque mittebat ad fratrem, qui nuntiarent, quantas res Procopius molitus fuiſſet. Valentinianus ei, qui ad defenſionem & cuſtodiam imperii, ſibi traditi, ſatis idoneus non fuiſſet, minime ferendum auxilium cenſebat:

† al. Arbetio

εἰς τὸ πρὸ τῆς αὐλῆς βῆμα, καὶ πληρώσας ἐλπίδων καὶ ἁδρῶν ὑποσχέσεων ἅπαντας, εἰσῄει, τῶν λοιπῶν ἐπιμελησόμενος. τῶν βασιλέων τοίνυν ἔτι τὰ στρατόπεδα διελομένων, ᾠήθη δεῖν ὁ Προκόπιος ἐπὶ τοῖς στρατιώταις οὖσιν ἀτάκτοις, κατὰ κέλευσίν τινα τῶν βασιλέων, τόποις ἐκ τόπων ἀμείβουσιν, ἐπιπέμψαι τινὰς, οἳ δυνήσονται πάντας, οὓς ἂν οἷοί τε ὦσιν, ὡς αὐτὸν μεταστῆσαι. καὶ τοῦτο ῥᾳδίως ἠνύετο, χρημάτων αὐτοῖς τε καὶ τοῖς τούτων ἡγουμένοις διαδοθέντων· συνῄει τε πλῆθος οὐκ εὐκαταφρόνητον αὐτῷ, καὶ πρὸς ἐπίθεσιν ἀνέδην παρεσκευάζετο. πέμπει μὲν οὖν εἰς τὴν Βιθυνίαν μετὰ δυνάμεως Μάρκελλον, ἐπὶ συλλήψει Σερηνιανοῦ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βασιλικῶν ἱππέων, ἐκ καραδοκίας τοῦ διαφθεῖραι. συμφυγόντων δὲ αὐτῶν εἰς τὴν Κύζικον, τὴν μὲν πόλιν εἷλε Μάρκελλος, ναυμαχίᾳ καὶ πεζῇ δυνάμει κρατήσας· Σερηνιανὸν δὲ, διαφυγόντα, καὶ εἰς τὴν Λυδίαν ἀναχωρήσαντα, συλλαβὼν, διεχρήσατο. τούτῳ τῷ προτερήματι Προκόπιος ἐπαρθεὶς, δυνάμεις τε κατὰ βραχὺ περιεποιεῖτο· καὶ ἦν ἤδη, κατὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, ἀξιόμαχος τοῖς βασιλεῦσι. Ῥωμαίων τε γὰρ τάγματα καὶ βαρβάρων αὐτῷ πλῆθος προσετίθετο. πρὸς τοῦτο δὲ αὐτοὺς ἐπεσπᾶτο, τῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως συγγενείας τὸ κλέος, καὶ τὸ συνεστρατεῦσθαι καθ' ἅπαντας τοὺς διαπονηθέντας ἐκείνῳ πολέμους. ἤδη δὲ τῶν ἐπιφανῶν τινὰς ἔστελλε πρὸς τὸν ἔχοντα τὴν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Σκυθῶν ἐπικράτειαν. ὁ δὲ, μυρίους ἀκμάζοντας ἔπεμπε συμμάχους αὐτῷ. καὶ ἄλλα δὲ βάρβαρα ἔθνη συνῄει, μεθέξοντα τῆς ἐγχειρήσεως. λαβὼν δὲ εἰς ἔννοιαν, ὡς οὐ πρὸς ἄμφω δή οἱ τοὺς βασιλέας ἀγωνιστέον, ἄμεινον ἔκρινεν εἶναι τῷ πλησιάζοντι διαμάχεσθαι τέως, εἶτα σκέψασθαι τὸ πρακτέον.

Ἀλλὰ Προκόπιος μὲν ἐν τούτοις ἦν· ὁ δὲ βασιλεὺς Οὐάλης, τὴν ἐπανάστασιν ἐν τῇ κατὰ Φρυγίαν Γαλατίᾳ πυθόμενος, κατεπλάγη μὲν ἅμα τῇ ἀκοῇ, καὶ ἐπίμπλατο ταραχῆς. Ἀρβιτίωνος δὲ θαρρεῖν κελεύσαντος, ἔταττε μὲν ὡς εἰς πόλεμον τὰς οὔσας δυνάμεις. ἔστελλε δὲ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τοὺς ἀπαγγελοῦντας ὅσοις ὁ Προκόπιος ἐνεχείρησεν. ἀλλὰ Οὐαλεντινιανὸς μὲν ἀπέγνω μὴ βοηθεῖν ἀνδρὶ, πρὸς φυλακὴν οὐκ ἀρκέσαντι τῆς αὐτῷ παραδεδομένης ἀρχῆς.

ὁ δὲ

ὁ δὲ Οὐάλης, εἰς μάχην παρεσκευάζετο, τὴν στρατηγίαν Ἀρβιτίωνος, εἰς τὸν κατὰ Προκοπίου προχειρισάμενος πόλεμον. μελλόντων δὲ ὅσον οὐδέπω τῶν στρατοπέδων εἰς χεῖρας ἰέναι, κατεστρατήγει τὴν τούτου προπέτειαν Ἀρβιτίων, ὑπαγόμενος ὅτι πλείστους τῶν συστρατευομένων, καὶ παρὰ τούτων ὅσα Προκόπιος ἐβούλετο προμανθάνων. ἐπεὶ δὲ ἤλαυνον ἐπ' ἀλλήλους ὅ τε βασιλεὺς καὶ Προκόπιος, συναντῶσί πως σφίσιν εἰς Θυάτειρα τὰ στρατεύματα· μικροῦ δὲ ἐδέησεν ἡ Προκοπίου μερὶς, ὑπερτέρα γενομένη, τὴν τῶν πραγμάτων εἰς αὐτὸν μεταθεῖναι ῥοπὴν, τοῦ Ὁρμίσδου, τοῦ Πέρσου παιδὸς, (ὁμώνυμος δὲ ἦν τῷ πατρὶ) δόξαντος ἐν τῇ μάχῃ πλεονεκτεῖν. ἀλλὰ Γομάριος, τῶν Προκοπίου στρατηγῶν ἅτερος, κοινωνῶν τῆς πράξεως ἅπασιν οἳ Προκοπίῳ συστρατευόμενοι, τὰ βασιλέως ἐφρόνουν, ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ τὴν Αὐγούστου προσηγορίαν ἀναβοήσας, ἅπαντας τοὺς σὺν αὐτῷ τὴν αὐτὴν ἀφιέναι φωνὴν ἔκ τινος ἐποίει συνθήματος. οὗ δὴ γενομένου, μετεχώρησαν ἅπαντες οἱ Προκοπίου στρατιῶται πρὸς Οὐάλεντα. Ὁ δὲ, μετὰ τὴν νίκην ταῖς Σάρδεσιν ἐπιδημήσας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Φρυγίαν ἐλάσας, εὑρὼν δὲ τὸν Προκόπιον ἐν Νακολείᾳ τῇ πόλει· καὶ ταύτῃ πάλιν Ἄπλωνος τοῦ Προκοπίου στρατηγοῦ τὸ πρᾶγμα πρὸς τὸ τῷ βασιλεῖ λυσιτελοῦν διαθέντος, ἐνίκα κατὰ κράτος ὁ Οὐάλης, ὥστε καὶ αὐτοῦ κυριεῦσαι τοῦ τυραννήσαντος, οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον καὶ Μάρκελλον συλλαβεῖν. τούτους μὲν οὖν διεχειρίσατο· εὑρὼν δὲ βασιλικήν τινα παρὰ Μαρκέλλῳ στολὴν ὑπὸ Προκοπίου δεδομένην αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα κινηθεὶς, ἐπεξῄει πικρῶς ἅπασι, διερευνώμενος οὐ τοὺς συμπράξαντας τῇ τυραννίδι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς βουλῆς κοινωνήσαντας, ἢ ὅλως ἀκούσαντάς τι, καὶ μὴ παραχρῆμα τὸ μελετώμενον ἀπαγγείλαντας. πολὺς δὲ ἦν κατὰ πάντων σὺν οὐδεμιᾷ κρίσει δικαίᾳ χωρῶν· καὶ παρανάλωμα τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς, οἵ τε τοῦ νεωτερισμοῦ μετασχόντες, καὶ οἱ κατὰ μηδὲν αἴτιοι, διὰ συγγένειαν ἢ φιλίαν, ἐγίνοντο. Τῶν δὲ κατὰ τὴν Οὐάλεντι νενεμημένην ἐπικράτειαν ὄντων ἐν τούτοις, ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς, ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσι διατρίβων, μεγίστων καὶ ἀπροσδοκήτων ἐπειρᾶτο κινδύνων. τὸ γὰρ Γερμανικὸν ἅπαν, ὧν ἐπεπόνθει κατὰ τοὺς χρόνους ἐν οἷς Ἰουλιανὸς

Valens ad pugnam ſe comparabat, quum gerendo contra Procopium bello ducem Arbitionem cum imperio præfeciſſet: Vbi iam modo non manus conſerturi eſſent exercitus, imperatoria quadam ſollertia temeritatem Procopii circũueniebat Arbitio; quamplurimos ex iis, qui ei militabant, ad ſe pelliciẽs, & ex his Procopii conſilia pręcognoſcens. Quum vero copias Imperator, atque Procopius, contra ſe inuicem ducerent; accidit, vt ad Thyatira ſibi occurrerent exercitus: & paullũ abfuit, quin Procopii pars victoria potita, rerum ſummam in ipſum trãsferret: quum Hormiſdas, Perſę illius filius, patri cognominis, eo prœlio viſus fuiſſet hoſtibus exſiſtere ſuperior. Sed Gomarius, alter ducum Procopii, particeps facinoris eorum omnium, qui Procopio militantes, rebus Imperatoris ſtudebant; in ipſo prœlio, clara voce pronuntiato Auguſti nomine, fecit vt omnes ſui milites eamdem vocem, teſſera quadam data, emitterent. Quod vbi accidiſſet, omnes Procopii milites ad Valentem tranſibant. Is poſt victoriã Sardes ingreſſus, & illinc profectus in Phrygiam, reperto in opido Nacolia Procopio, quum rurſus ibi Procopii dux Haplo, rem ita compoſuiſſet, vt Imperatori expediebat: vi ſumma Valens victoria potitus eſt, ita quidem, vt perduellem ipſum in poteſtatem ſuam redigeret; nec multo poſt Marcellum quoque comprehẽderet: quos ambos interfecit. Quũ autem amictum quemdam imperatorium apud Marcellum inueniſſet, quẽ Procopius ei dederat: maximopere propterea commotus, in omnes acerbe graſſabatur, nõ eos modo perquirens, qui facto perduellionem adiuuerant, verumetiã qui conſilii participes fuerant, vel omnino inaudierant aliquid; nec quod inſtitueretur, continuo detulerãt. Nec vllo prorſus adhibito iuſto iudicio, grauiter in vniuerſos deſęuiebat: adeo quidem, vt ab Imperatoris ira tam rerũ nouarum participes, quam omnis expertes culpæ, propter cognationem, vel amicitiam, abſumerẽtur. Quum rerum in adtributo Valẽti imperio ſtatus hic eſſet, Imperator Valentinianus apud gentes tranſalpinas degẽs, maxima pariter, & inopinata pericula experiebatur. Quippe tota *Germanorũ* natio, reuocatis ad animos iis, quę perpeſſa tẽporibus illis fuiſſet, quibus Iulianus

Cæſaris auctoritatem habuerat: ſimul atq; de morte ipſius accepiſſent, excuſſo metu, qui animis eorum infixus erat, & innata genti audacia reſumta, pariter vniuerſi ſubiecta Romano imperio loca inuadebãt. Quibus Imperatore obuiam profecto, prœlium acre ceptum eſt; quo barbari Romanum exercitum vincebant, & citato curſu perſequebãtur. Valentinianus minime fuga periculũ declinare ſtatuit; ſed hoc caſu æquo animo tolerato, detrimenti accepti auctores perquirit, a quibus ſcilicet initium fugæ factum fuerat. Quæſtione peraccurate inſtituta, quum legionem Batauorum ream peregiſſet: iuſſit, vt vniuerſus exercitus ſumtis armis conueniret, velut audituris militibus ea verba, quæ publice cunctis eſſent vſui futura. Secundum hæc verbis vſus eſt, quæ auctoribus fugæ pudorem infamiamque per omnem vitam irrogarent: iuſſitque Batauos, armis exutos, pretium offerẽtibus, veluti mancipia fugitiua, publice abducẽdos alio, diſtrahi. Tum vero proni ad terram prolapſi omnes, vt exercitum penitus eiuſmodi dedecore liberaret, obſecrabant: ſimulq; futurum policebantur, vt viros ſe præſtarent, nomine Romano dignos. Quod quũ ille deinceps ipſa re declarari iuſſiſſet, vbi de terra ſurrexiſſent, ac ſemet ex vſu armaſſent: pugnam redintegrabant: & extra vallum progreſſi, tam eo ſe bello ſtrenue geſſerunt, vt de barbarorũ infinita multitudine, pauci domũ incolumes redierint. Ac bellum quidem aduerſus totam nationem Germanicam, huiuſmodi tunc exitum habuit. Imperator autem Valens, multis poſt obitum Procopii capite plexis, & plurium bonis in fiſcum illatis, in expeditione *Perſica* præpediebatur; parte quadam tranſiſtrianorũ *Scytharum* fines Romanos turbante. Aduerſus quos ſatis amplis emiſſis copiis, quo minus vlterius progrederentur, inhibuit; & arma tradere coactos, in opida ſua, propter Iſtrũ ſita, diſtribuit: cum mandato, vt in cuſtodia vinculorum experte adſeruarentur. Erant autem hi, quos Procopio Scytharum princeps ad belli ſocietatem miſerat. Quum igitur ille dimitti hos ab Imperatore peteret, quos rogatum ſe per legatos ab eo, qui tum rerum potiebatur, miſiſſe dicebat: nulla in re Valens Imperator ei morem gerebat. Nam nec ad

τὴν τοῦ καίσαρος εἶχεν ἀρχήν, μεμνημένοι, ἅμα τῷ γνῶναι τὴν αὐτοῦ τελευτήν, τὸ ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς ἐμπεπηγὸς δέος ἀποσεισάμενοι, καὶ τὸ φύσει προσπεφυκὸς αὖθις θάρσος ἀναλαβόντες, ὁμόσε πάντες τοῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν* ἐπῄεσαν χωρίοις. ὑπαντήσαντος δὲ αὐτοῖς τοῦ βασιλέως, μάχη συνέστατο καρτερά, καὶ ἐνίκων οἱ βάρβαροι, τὸ Ῥωμαίων προτροπάδην διώξαντες στράτευμα. Οὐαλεντινιανὸς δὲ οὐ φυγῇ δεῖν ἔγνω τὸν κίνδυνον ἀποκλῖναι· ἀλλ' ἐνεγκὼν τὴν τύχην, *διηρευνᾶτο τοὺς τῶν ἐλαττωμάτων αἰτίους, οἵτινες ἦσαν οἱ τῆς φυγῆς ἄρξαντες. ἀναζητήσας δὲ σὺν ἀκριβείᾳ, καὶ τὸ τάγμα τῶν Βατάων αἰτιασάμενος, ἐκέλευσε τὸ στρατόπεδον ἅπαν, ἀναλαβὸν τὴν πανοπλίαν, συνελθεῖν, ὡς ἀκουσόμενον λόγων ὄφελος ἅπασι φερόντων κοινόν. τότε δὴ λόγοις ἐχρήσατο τοῖς τῆς φυγῆς ἄρξασιν αἰσχύνην εἰς ἅπαντα τὸν βίον ἐπάγουσι· καὶ τοὺς Βατάους προσέταττεν, ἀποθεμένους τὰ ὅπλα, τοῖς τίμημα προσφέρουσιν, οἷα δραπέτας οἰκέτας ἐπ' ἐξαγωγῇ δημοσίᾳ πωλεῖσθαι. τότε τοίνυν ἅπαντες ἐπὶ γῆν ἀναπεσόντες πρηνεῖς, ἐλιπάρουν πάσης ἐλευθερῶσαι τὸ στρατόπεδον τοιαύτης αἰσχύνης, ἄνδρες ὑπισχνούμενοι φανήσεσθαι τοῦ *Ῥωμαϊκοῦ ὀνόματος ἄξιοι. οὗ δὲ [illegible] ἤδη τοῦτο ἔργῳ δειχθῆναι κελεύσαντος, τῆς γῆς ἀναστήσαντες ἑαυτούς, ὁπλισάμενοί τε ὃν ἔδει τρόπον, ἀνεμαχέσαντο· καὶ τοῦ χάρακος προελθόντες, τοσαύτην περὶ τὸν πόλεμον ἐπεδείξαντο προθυμίαν, ὥστε ἐξ ἀπείρου πλήθους, ὀλίγους εἰς τὰ οἰκεῖα τῶν βαρβάρων διασωθῆναι. Ἡ μὲν οὖν πρὸς τὸ Γερμανικὸν ἅπαν μάχη, τοιαύτης ἔτυχε τότε τῆς τελευτῆς. Οὐάλης δὲ ὁ βασιλεύς, πολλοὺς μετὰ τὴν Προκοπίου τελευτὴν ἀνελών, πλειόνων δὲ τὰς οὐσίας εἰς τὸ δημόσιον ἐνεγκών, ἀνεκόπτετο τῆς ἐπὶ Πέρσας ἐλάσεως, μοίρας τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Σκυθῶν τὰ Ῥωμαίων ὅρια ταραττούσης. ἐφ' οὓς δύναμιν ἀρκοῦσαν ἐκπέμψας, τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας εἶργε· καὶ τὰ ὅπλα παραδοῦναι συναναγκάσας, διένειμε ταῖς παρὰ τὸν Ἴστρον αὐτοῦ πόλεσιν, ἐν ἀδέσμῳ φρουρεῖσθαι παρακελευσάμενος φυλακῇ. οὗτοι δὲ ἦσαν οὓς ὁ τῶν Σκυθῶν ἡγούμενος ἔτυχε Προκοπίῳ συμμάχους ἐκπέμψας. ἐπεὶ οὖν τούτους ἀφεθῆναι παρὰ τοῦ βασιλέως ἀπῄτει, κατὰ πρεσβείαν τοῦ τότε κρατοῦντος αὖθις φήσας ἐκπεπομφέναι, πρὸς οὐδὲν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς Οὐάλης ὑπήκουε. μήτε γὰρ πρὸς αὐτὸν

αὐτὸν τούτοις ἐστάλθαι ἔλεγε· μήτε φιλίους ὄντας, ἀλλὰ πολεμίους, ἁλῶναι. αὕτη τὸν Σκυθικὸν πόλεμον ἀνερρίπισεν ἡ αἰτία. διανοουμένους δὲ αὐτοὺς ἐπιέναι τοῖς Ῥωμαίων ὁρίοις αἰσθόμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ πρὸς αὐτὸ ἤδη συνειλεγμένους ἅπαντας σὺν ὀξύτητι πάσῃ· τὸ μὲν στρατόπεδον τῇ ὄχθῃ τοῦ Ἴστρου συμπαρατείνας, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῆς Μαρκιανουπόλεως (ἣ μεγίστη τῶν ἐν Θρᾴκῃ πόλεών ἐστι) διατρίβων, τῆς τε τῶν στρατιωτῶν ἐν ὅπλοις ἀσκήσεως ἐπιμέλειαν ἐποιεῖτο, καὶ μάλιστα τοῦ μηδεμίαν αὐτοῖς ἐπιλείπειν τροφήν. ὕπαρχον μὲν οὖν τῆς αὐλῆς Αὐξόνιον ἀπεδείκνυ, Σαλούστιον ταύτης διὰ τὸ γῆρας ἀφεὶς, ἤδη δεύτερον ταύτην μεταχειρισάμενον τὴν ἀρχήν. Αὐξόνιος δὲ, καίπερ ἐνεστῶτος οὕτω μεγάλου πολέμου, περί τε τὴν τῶν εἰσφορῶν εἴσπραξιν δίκαιος ἦν, οὐδένα βαρύνεσθαι παρὰ τὸ καθῆκον καὶ ὀφειλόμενον ἀνεχόμενος· καὶ ὁλκάδων πλήθει τὴν στρατιωτικὴν σίτησιν διὰ τοῦ Εὐξείνου πόντου ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ἴστρου παραδιδοὺς, κἀντεῦθεν διὰ τῶν ποταμίων πλοίων ταῖς ἐπικειμέναις τῷ ποταμῷ πόλεσιν ἐναποτιθέμενος· ὥστε ἐξ ἑτοίμου γενέσθαι τῷ στρατοπέδῳ τὴν χορηγίαν. Τούτων δὲ οὕτω χειμῶνος ὄντος ἔτι διῳκημένων, ἔαρος ἀρχομένου τῆς Μαρκιανουπόλεως ὁ βασιλεὺς ἀναστὰς, ἅμα τοῖς εἰς τὸν Ἴστρον φυλάττουσι στρατιώταις περαιωθεὶς ἐν τῇ πολεμίᾳ, τοῖς βαρβάροις ἐπῄει. τῶν δὲ στῆναι πρὸς μάχην σταδίαν οὐ θαρρησάντων, ἐγκεκρυμμένων δὲ τοῖς ἕλεσι, καὶ ἐκ τούτων λαθραίας ποιουμένων ἐπιδρομὰς, τοῖς μὲν στρατιώταις κατὰ χώραν ἐπέταττε μένειν· ὅσον δὲ ἦν οἰκετικὸν συναγαγὼν, καὶ ὅσον μέντοι τὴν τῆς ἀποσκευῆς ἐπετέτραπτο φυλακὴν, ῥητόν τι χρυσίον ὑπισχνεῖτο δώσεσθαι, τῷ βαρβάρου φέροντι κεφαλήν. οἱ δὲ εὐθὺς ἅπαντες ἐπηρμένοι τῇ τοῦ κέρδους ἐλπίδι, ταῖς ὕλαις καὶ τοῖς ἕλεσιν εἰσδυόμενοι, τούς τε προσπίπτοντας ἀναιροῦντες, ἐπιδεικνύντες τε τῶν κατασφαττομένων τὰς κεφαλὰς, τὸ * τάχος ἐκομίζοντο. πολλοῦ δὲ πλήθους τοῦτον τὸν τρόπον ἀπολομένου, περὶ σπονδῶν οἱ λελειμμένοι τοῦ βασιλέως ἐδέοντο. τοῦ δὲ οὐκ ἀποσεισαμένου τὴν αἴτησιν, ἐγίνοντο σπονδαὶ, μὴ καταισχύνουσαι τὴν Ῥωμαίων ἀξίωσιν. ἐδόκει γὰρ Ῥωμαίους μὲν ἔχειν μετὰ πάσης ἀσφαλείας, ὅσα πρότερον εἶχον· βαρβάροις τε ἀπέγνωστο μὴ περαιοῦσθαι, μηδὲ ὅλως ποτὲ τοῖς Ῥωμαίων ἐπιβαίνειν ὁρίοις. Ταύτην ποιησάμενος τὴν εἰρήνην,

ſe miſſos illos aiebat, nec vt amicos, ſed hoſtes, captos. Hęc cauſſa bellum Scythicum ſuſcitauit. Quum autem ſenſiſſet Imperator, hoſtẽ de finibus Romanis inuadendis cogitare, atque hanc ob cauſſam vniuerſos iam magna celeritate collectos: exercitum propter Iſtri ripam porrigens, & ipſe Marcianopoli degens, quæ vrbium Thraciæ maxima eſt, tum vt in armis exercerentur milites, ſtudioſe curabat; tum vel maxime, ne vlla eis annona deeſſet. Præfectum quidẽ prætorii declarabat Auxonium, Salluſtio propter ſenectutẽm hoc munere liberato, qui iam ſecũdo magiſtratum hunc geſſerat. Auxonius vero, licet adeo magnum bellum immineret; tamen & in exigendis tributis iuſtus erat; neminem vltra, quam par eſſet, ac debiti poſceret ratio, grauari permittens: & onerariarum magna copia militarem annonam per pontum Euxinum ad Iſtri curans oſtia, fluuialibus inde nauigiis vectam in opida, propter amnem ſita, recondebat; ita quidem, vt eſſet, vnde ſuppeditari ea militibus expedite poſſet. His in hunc modum adhuc durante hieme procuratis, inito vere Marcianopoli ſoluens Imperator, vna cum pręſidiariis ad Iſtrum militibus in hoſticum tranſuectus, barbaros adoritur. Illis vero pugna ſtataria congredi non auſis, ſed intra paludes abditis, & ex iis clandeſtinos incurſus moliẽtibus: milites ſuo loco manere iuſſit, & omni calonum turba collecta, cum iis quibus erat impedimentorum commiſſa cuſtodia, certam auri ſummam ei ſe daturum policetur, qui barbari caput adtuliſſet. Mox igitur omnes erecti ſpe lucri, ſiluas atque paludes ingreſſi, obuios quoſque perimunt; & interfectorum capita monſtrantes, pecuniam cõſtitutam auferunt. Hoc modo quum ingẽs multitudo periiſſet, reliqui pacem ab Imperatore petebant ſupplices. Id poſtulatum ille quum non reieciſſet, pax facta fuit, quæ nullum maieſtati Romanæ dedecus adtulit. Nam vtrimque placuit, vt omnino Romani ſecure poſſiderẽt ea, quæcumq; prius erant in eorũ poteſtate: barbariſq; fuit interdictũ, ne trãſiicerẽt, neue prſus vmq̃ Romanos intra fines irruerẽt. Hac pace facta,

Conſtantinopolim proficiſcitur. Et quia præfectus prætorii diem ſuum in terris ſupremum clauſerat, Modeſto magiſtratum hunc tradit: atque his in hunc modum adminiſtratis, ad bellum contra *Perſas* gerendum properat. In eius adparatu dum occupatur, Valentinianus Imperator, rebus Germanicis recte conſtitutis, in futurum quoque tempus ſecuritati Celticarum nationum proſpicere ſe debere arbitratus eſt. Quapropter maxima iuuenum multitudine tum de barbaris Rheni adcolis, tum de ſubiectarum imperio Romano gentium agricolis collecta, numerisque militaribus adſcripta: ſic eos bellicis in rebus exercuit, vt horum militum exercitationis & experientiæ metu, totos nouem annos nemo tráſrhenanorum ſubiecta Romanis opida vexarit. In hoc tempore †*Valentinianus* quidam, delictorum quorumdam nomine relegatus in inſulam Britanniam, tyrannide adfectata, vitam cum eadem amiſit. Imperator autem Valentinianus, morbo correptus eſt; quo vita propemodum exceſſit. Eo quum liberatus eſſet, congreſſi proceres aulici, ſucceſſorem vt deſignaret imperii, cohortabantur; ne, ſi quid humanitus ipſi accidiſſet, detrimentum reſpublica caperet. Hac oratione permotus Imperator, GRATIANVM filium, Imperatorem, principatusque conſortem dixit; iuuenem adhuc, nec plenos pubertatis annos ingreſſum.

†al. Valentinus

Dum hic rerum ad occidentem ſtatus eſſet, Valens Imperator contra *Perſas* in orientem, quo tendebat initio, ſe parat: ac lente progreſſus, opidis legatos ad ſe mittentibus, vbi poſceret vſus, opitulatur; aliaque multa rite adminiſtrat, æqua petentibus facile poſtulata concedens. Antiochiam quũ perueniſſet, omnino caute res bellicas adminiſtrat. Et hieme quidem in Antiochena regia commoratus, Hierapolim verno tempore proficiſcitur: atq; inde contra Perſas ducens exercitus, inſtante rurſus hieme reuertitur Antiochiã. Ac bellum quidem Perſicum in hunc modum extrahebatur. Quum autem Antiochię degeret Imperator, ex huiuſmodi cauſſa rerum inuſitatarum materies cepit. Erat *Theodorus* quidam, inter notarios Imperatoris adſcriptus. Hunc nobili quidem genere prognatum, & educatum bene, ſed iuuenem adhuc, qui

εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀφικνεῖται. τελευτήσαντος δὲ τοῦ τῆς αὐλῆς ὑπάρχου, Μοδέστῳ ταύτην παραδίδωσι τὴν ἀρχήν. καὶ ταῦτα οὕτω διοικησάμενος, ἐπὶ τὸν κατὰ Περσῶν ἠπείγετο πόλεμον. Ὄντος δὲ ἐν παρασκευαῖς αὐτοῦ, Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς τὰ περὶ τοὺς Γερμανοὺς εὖ διαθέμενος, ᾤετο δεῖν καὶ τῆς εἰς τὸ μέλλον ἀσφαλείας τῶν Κελτικῶν ἐθνῶν ποιήσασθαι πρόνοιαν. νεολαίαν οὖν ὅτι πλείστην ἀθροίσας, ἔκ τε τῶν προσοικούντων τῷ Ῥήνῳ βαρβάρων, καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίους ἔθνεσι γεωργῶν, τοῖς στρατιωτικοῖς ἐγκαταλέξας τάγμασιν, οὕτως αὐτοὺς ἐξήσκησε τὰ πολέμια, ὥστε φόβῳ τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα τῶν στρατιωτῶν μελέτης καὶ πείρας, ἐννέα τοὺς πάντας ἐνιαυτοὺς μηδένα τῶν ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον, ταῖς ὑπὸ *Ῥωμαίων πόλεσιν ἐνοχλῆσαι. Κατὰ τόνδε τὸν χρόνον *Οὐαλεντινιανὸς, διά τινα πλημμελήματα τὴν Βρεττανικὴν νῆσον οἰκεῖν κελευσθεὶς, ἐπιθέμενος τυραννίδι, συναπέθετο ταύτῃ τὸν βίον. Βαλεντινιανῷ δὲ τῷ βασιλεῖ νόσος ἐνέσκηψεν, ἥτις αὐτὸν παρὰ βραχὺ τοῦ βίου μετέστησεν. ἐπεὶ δὲ ταύτην διέφυγε, συνελθόντες οἱ περὶ τὰ βασίλεια, λόγον αὐτὸν ποιήσασθαι παρεκάλουν τοῦ διαδεξομένου τὴν βασιλείαν, ὡς ἂν μή τινος αὐτῷ συμβαίνοντος, σφαλείη τὰ τῆς πολιτείας. πεισθεὶς δὲ τούτοις ὁ βασιλεὺς τοῖς λόγοις, ἀνεῖπε τὸν παῖδα Γρατιανὸν βασιλέα καὶ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς, ὄντα νέον ἔτι, καὶ οὔπω πρὸς ἥβην ἐλθόντα τελείαν. Τῶν δὲ κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐν τούτοις ὄντων, Οὐάλης ὁ βασιλεὺς, ἐφ᾽ ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ὥρμητο, κατὰ Περσῶν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐστέλλετο. προϊών τε σχολαίως, ἐβοήθει τὰ δέοντα πρεσβευομέναις ταῖς πόλεσι· καὶ ἄλλα πολλὰ κατὰ τὸ προσῆκον ᾠκονόμει, τοῖς δίκαια αἰτοῦσι ῥᾳδίως φιλοτιμούμενος τὰ αἰτούμενα. παρελθὼν δὲ εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, μετὰ πάσης ἀσφαλείας τὰ τοῦ πολέμου διῴκει, τὸν μὲν χειμῶνα διαβιβάζων ἐν τοῖς αὐτόθι βασιλείοις, ἦρος δὲ ἐπὶ τὴν Ἱερὰν πόλιν ἀπιὼν, κἀκεῖθεν τὰ στρατόπεδα τοῖς Πέρσαις ἐπάγων, καὶ αὖθις ἐνισταμένου τοῦ χειμῶνος ἐπανιὼν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν. Ἡ μὲν οὖν πρὸς Πέρσας οὕτως ἐτείνετο μάχη. τοῦ δὲ βασιλέως κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ὄντος, παραδόξων ἐξανίστατο πραγμάτων ὑπόθεσις, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. ἦν τις Θεόδωρος τοῖς βασιλικοῖς ὑπογραφεῦσιν ἐναριθμούμενος. τοῦτον εὖ μὲν γεγονότα τε καὶ τραφέντα, νέον δὲ ἔτι, καὶ

τοῦ τῆς ἡλικίας θερμοῦ ῥᾳδίως κολάκων θωπείαις ἐπὶ τὰ χείρονα σαλευόμενον, περιστάντες τινὲς τοιοῦτοί τινες, ἀναπείθουσιν ὡς περιττοί τινες εἶεν ἐν παιδείᾳ, καὶ τεκμήρασθαι τὸ μέλλον ἔκ τινος κατορθωμένης αὐτοῖς μαντείας δεινοί. πυνθανόμενοι δὲ τίς μετὰ Οὐάλεντα βασιλεύσειεν, ἔστησαν τρίποδα, ὃ τὸ μέλλον αὐτοῖς διά τινος σημαίνοντα τελετῆς· φαίνεσθαι δὲ ἐν τῷ τρίποδι γεγραμμένα, θῆτα καὶ ε, καὶ ο, καὶ ἐπὶ τούτοις, τὸ δέλτα. ταῦτα δὲ, μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέντα, δηλοῦν ὡς Θεόδωρος τὴν βασιλείαν μετὰ Οὐάλεντα διαδέξεται. τούτοις ἐπαρθεὶς τοῖς ὕθλοις, ὑπό τε τῆς ἄγαν ἐπιθυμίας ἀγύρταις συνεχῶς καὶ γόησιν ἐντυγχάνων, καὶ περὶ τοῦ πρακτέου κοινούμενος, βασιλεῖ κατάφωρος γίνεται. καὶ αὐτὸς μὲν ἀξίαν ἐδίδου τῆς ἐγχειρήσεως δίκην· συνέβαινε δὲ ἐπὶ τούτῳ καὶ ἕτερον. Φορτουνατιανὸς, τῇ τῶν βασιλικῶν ἐφεστὼς ταμιείων φροντίδι, τῶν ὑφ' ἑαυτὸν στρατευομένων τινὰ, γοητείας γραφὴν φεύγοντα κρίνων, ὑπέβαλεν αἰκισμοῖς. τοῦ δὲ τῇ τῶν βασάνων ἀνάγκῃ καὶ ἄλλους ἐξονομάσαντος, ὡς συνεπισταμένους αὐτῷ, τὰ μὲν τῆς ἐξετάσεως, εἰς Μόδεστον, ὃς τῆς αὐλῆς ὕπαρχος ἦν, μετεφέρετο, οἷα προσώπων ἀχθέντων εἰς μέσον, τῇ ἀρχῇ τοῦ δικάσαντος πρότερον οὐχ ὑποκειμένων· ἡ δὲ κρίσις διὰ πάντων ἐχώρει. πρὸς δὲ ὀργὴν ἀμέτρως ὁ βασιλεὺς διαναστὰς, ὑπόπτως εἶχε πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐπὶ φιλοσοφίᾳ διαβοήτους, ἢ ἄλλως λόγοις ἐντεθραμμένους· καὶ προσέτι τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τιμωμένων τινάς. καὶ οὗτοι γὰρ, ὡς ἐπιβουλεύοντες τῷ βασιλεῖ, προσηγγέλλοντο. καὶ δὴ ἐπέμποντο πανταχόθεν οἰμωγαί. καὶ ἁπάντων κοινὸς ὀδυρμός. ἦν γὰρ πλήρη τὰ μὲν δεσμωτήρια τῶν μάτην οἰκούντων αὐτά· διὰ δὲ τῶν ὁδῶν ἐφέρετο πλήθη πλείονα τῶν ἐν ταῖς πόλεσι καταλελειμμένων. αἱ δὲ τὰς φυλακὰς τῶν μάτην ἀγομένων ἐπιτεταγμέναι φυλαὶ, πρὸς ἀσφάλειαν τῶν φυλαττομένων οὐκ ἀρκεῖν ὡμολόγουν, δεδιέναι τε μήπου γε, πολλῷ πλείους ὄντες, ἐκβιασάμενοι φυγεῖν ἑαυτοῖς. καὶ οἱ μὲν συκοφάνται, δίχα παντὸς ἀνεχώρουν κινδύνου, κατηγορεῖν ἀναγκαζόμενοι μόνον· οἱ δὲ κρινόμενοι, νῦν μὲν ἐπειρῶντο θανάτου, δίχα νομίμων ἐλέγχων· οἱ δὲ, τὰς οὐσίας ἀπώλλυον, παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τὴν ἄλλην συγγένειαν ἐσχάτῃ τύχῃ καταλιπόντες. ἦν γὰρ τὸ σπουδαζόμενον, ἐκ πολυτρόπων ἀσεβημάτων συλλογὴν τῷ δημοσίῳ πολλῶν γενέσθαι χρημάτων. πρῶτος μὲν οὖν

ex ætatis feruore, non difficulter adſentatorum adulationibus ad peiora impelleretur, adorti eius generis homines, excellere ſe litteris, & ex diuinatione quadam, ab ſe præclare percepta, futura coniiciendi ſe peritos eſſe perſuadent. Inquirentes autem, quis poſt Valentem imperaturus eſſet, tripodē ſtatuiſſe; qui ritu quodam arcano ſignificaret eis, quod futurum eſſet. In hoc tripode ſcriptas literas Θ, & E, & O, & præter has Δ apparuiſſe: quæ quidem modo non vocem exprimentes indicent, Theodorum in imperio Valenti ſucceſſurum. His ille nugis elatus, dum præ cupiditate nimia circulatores & maleficos frequenter adit, & cum eis, quod agendum erat, communicat; Imperatori proditur, & dignas conatu pœnas luit. Secundum hoc & aliud accidit. Fortunatianus imperatorio fiſco præfectus, quemdam ex militantibus ſub ſe veneficii reum, de cauſſa cognoſcens, verberibus ſubiicit. Quum ille tormentis coactus & alios nominatim indicaſſet, tamquam ſibi conſcios: cauſſę quidem cognitio ad Modeſtum, præfectum prætorii, trāsfertur; quod in medium perſonæ productæ fuiſſent, quæ illius imperio, qui prius ius dixerat, non ſuberant: iudicium vero in vniuerſos exercetur; & princeps ad iram immodicam concitatus, omnes philoſophiæ nomine celebres, vel alias excultos litteris, & preterea quoſdam honoratos in aula, ſuſpectos habet. Nam & illi, velut inſidiatores, principi deferebantur. Vndique ploratus & lamentatio communis omnibus emittitur. Erāt enim pleni carceres illorū, qui præter meritum in eis degebant: & per itinera maiores hominum copiæ vagabantur, quam in opidis eſſent relictæ. Cohortes autem, quibus erat eorū mandata cuſtodia, quotquot in carceres abſque cauſſa ducebantur, non ſe ſufficere fatebantur adſeruandis iis, qui cuſtodiebantur: ſeq; vereri dicebant, ne longe numero plures, vi ſibi viam ad fugam aperirent. Et calumniatores quidem abſq; omni periculo diſcedebant, accuſare dumtaxat coacti: rei vero, partim morte multabātur, abſq; legitimis probationibus; partim facultates amittebant, liberis & coniugibus, ceteriſq; cognatis, extremæ fortunæ relictis. Hoc enim agebatur, vt per nefarias rationes multiplices magnā fiſcus pecunię copiam colligeret. Primus ex

nobilibus philoſophis interfectus eſt Maximus; & poſt illum oriundus e Phrygia Hilarius, qui ambiguũ quoddam oraculũ clarius fuiſſet interpretatus. Secundum hunc Simonides, & Patricius Lydus, & Andronicus e Caria: qui omnes ad ſummum doctrinę faſtigium peruenerant, & potius inuidia, quam iuſto calculo damnati fuerũt. Adeo vero plena confuſionis erant omnia, vt libere delatores cum multitudine quorumuis ſemet offerentium domos ingrederẽtur, & obuios raperent, atq; illis traderent, qui etiam inaudita cauſa quoslibet necare iuſſi fuerant. Et horum flagitiorum quidam quaſi colophon erat Feſtus; quem ad omne crudelitatis genus promtum, miſerat Imperator, vt Aſiã proconſule adminiſtraret; ne quis eruditione doctrinæ præditus ſuperaret, ſed initum conſilium reipſa ſuccederet. Nam quum omnes indagaſſet Feſtus, quos quidẽ reperiſſet, nulla cognitione adhibita interficiebat; reliquos exſilio ſemetipſos multare cogebat. Et calamitas quidem ea, quę culpa Theodori ciuitatibus accidit, hunc habuit finem. Valentinianus vero, qui viſus fuiſſet bellum aduerſus Germanos mediocriter adminiſtraſſe; grauiſſimus ſubditis erat, tributorum exactiones acrius vrgens, eaq; vltra conſuetum morem extorquẽs. Prætexebat autem militaris annonæ magnitudinem, quæ ipſum pecuniam fiſco ſeruatam coegiſſet expendere. Quapropter odio cunctorũ in ſe concitato, acerbior etiam, quam prius, erat: ac neque magiſtratus examinare volebat, an a captandis lucris abſtinerent; & gloriam ex inculpata vita nanctis inuidebat. Denique ſimpliciter vt rem aperiam, diuerſus erat ab iis moribus, quos initio regni præ ſe tulerat. Eam ob cauſſam & *Afri*, nõ ferẽtes auariciam Romani, qui apud Mauros magiſtri militum officio fungebatur, amictum purpura *Firmum*, Imperatorẽ crearũt. cuius rei nuntius adlatus, haud abs re Valentinianum perturbauit. Ideoq; confeſtim numeros quosdam militũ, relicta Pannonię Myſięq; ſuperioris cuſtodia, in Africã nauigare iuſſit. Quo facto, *Sarmatæ* & *Quadi*, iam pridem illi, cui credita erat horum locorum cuſtodia, (& erat is †Celeſtius) infenſi; poſt militum profectionem in Africam, Pannonios & Myſos inuadunt.

†alii Marcellinum vocant

τῶν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ γνωρίμων* ἀνῄρητο Μάξιμος· καὶ μετὰ τοῦτον ὁ ἐκ Φρυγίας Ἱλάριος, ὡς δὴ χρησμόν τινα λοξὸν, εἰς τὸ σαφέστερον ἑρμηνεύσας· καὶ Σιμωνίδης ἐπὶ τούτῳ, καὶ Πατρίκιος ὁ Λυδὸς, καὶ ὁ ἐκ Καρίας Ἀνδρόνικος. ἦσαν δὲ οὗτοι πάντες, εἰς ἄκρον παιδείας ἐληλυθότες, καὶ φθόνῳ μᾶλλον ἢ ψήφῳ δικαίᾳ καταχριθέντες. οὕτω δὲ ὁμοῦ πάντα συνεταράττετο, ὥστε καὶ τῶν περιτυχόντων τὰς οἰκίας ἐπεισιέναι μετὰ πλήθους ἀνέδην τοὺς συκοφάντας, καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἁρπάζειν, ἐκδιδόναι δὲ τοῖς φονεύειν ἅπαντας καὶ δίχα κρίσεως τεταγμένοις. τῶν δὲ ἀτοπημάτων ἦν κολοφὼν Φῆστος· ὃν εἰς *πᾶσαν εἰδὼς ὠμότητα προχειρότερον ὄντα, τῆς Ἀσίας ἀνθύπατον ὁ βασιλεὺς ἔστειλεν, ὡς ἂν μηδεὶς τῶν περὶ λόγους ἐσπουδακότων ἀπολειφθείη. καὶ εἰς ἔργον ἤει τὸ βούλευμα. πάντας γὰρ ὁ Φῆστος ἀναζητήσας, οὓς μὲν εὗρεν, ἀκρίτως ἀπέκτεινε· τοὺς δὲ λοιποὺς, ὑπερόριον ἑαυτοῖς φυγὴν ἠνάγκασεν ἐπιθεῖναι. Καὶ ἡ μὲν ἐκ τῆς κατὰ Θεόδωρον αἰτίας συμβᾶσα ταῖς πόλεσι συμφορὰ, ταύτην ἔσχε τὴν τελευτήν. Οὐαλεντινιανὸς δὲ, δόξας πως τὸν πρὸς τοὺς Γερμανοὺς πόλεμον διαθεῖναι μετρίως, βαρύτατος ἦν, ταῖς ἀπαιτήσεσι τῶν εἰσφορῶν σφοδρότερον ἐπικείμενος, καὶ ὑπὲρ τὸ συνήθες ταύτας εἰσπράττων. ἐποιεῖτο δὲ τούτου πρόφασιν τῆς στρατιωτικῆς δαπάνης τὸ πλῆθος· ὅπερ ἠνάγκασεν αὐτὸν ἐκδαπανῆσαι τὰ τῷ δημοσίῳ φυλαττόμενα χρήματα. εἰς μῖσος τοίνυν ἅπαντας ἐπὶ τούτῳ κινήσας, ἔτι μεῖζον ἢ πρότερον ἐπεχραίνετο· καὶ οὔτε τοὺς ἄρχοντας ἤθελεν ἐξετάζειν, εἰ κερδῶν ἀπέχοιντο· τοῖς τε ἐκ τοῦ ζῆν ἀμέμπτως ἔχουσι δόξαν, ἐφθόνει· καὶ (ἁπλῶς εἰπεῖν) ἕτερός τις ἦν παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐπιτηδευθέντα τρόπον αὐτῷ τῆς βασιλείας. διὰ ταῦτα καὶ Λίβυες, οὐκ ἐνεγκόντες τὴν Ῥωμανοῦ πλεονεξίαν, τοῦ τὴν στρατιωτικὴν ἔχοντος ἐν Μαυρουσίοις ἀρχὴν, Φίρμῳ τὴν ἁλουργίδα δόντες, ἀνέδειξαν βασιλέα. ὅπερ ἀπαγγελθὲν, εἰκότως Βαλεντινιανὸν συνετάραξε. καὶ παραχρῆμα τάγματά τινα στρατιωτικὰ τὴν ἐν Παιονίᾳ καὶ Μυσίᾳ τῇ ἄνω καταλιπόντα φυλακὴν, ἐπὶ Λιβύην ἐκπλεῦσαι προσέταξε. τούτου δὴ γινομένου, Σαυρομάται καὶ Κούαδοι, καὶ πρότερον ὄντες ἔχθιστοι τῷ τὴν ἐν τούτοις ἐπιτετραμμένῳ τοῖς τόποις φυλακὴν, (ἦν δὲ Κελέστιος) μετὰ τὴν τῶν στρατιωτῶν εἰς Λιβύην ἀποδημίαν, ἐπέθεντο Παίοσί τε καὶ Μυσοῖς.

τοῦ γὰρ

τοῦ γὰρ Κελεστίου τὸν τούτων ἄρχοντα πίστει ἐνόρκοις παραγαγόντος, ἀνελόντος τε δόλῳ τῆς τραπέζης ἔτι *προκειμένης, εἰκότως οἱ βάρβαροι τῆς ἐφόδου ταύτην ἔχοντες πρόφασιν, τοὺς περὶ τὸν *Ἴστρον ἐλῄζοντο, πᾶν, εἴ τι τὴν πόλεων ἦν ἐκτὸς, διαρπάζοντες. ἀλλὰ Παίονες μὲν εἰς ἁρπαγὴν τοῖς βαρβάροις προέκειντο, τῶν στρατιωτῶν ἐκμελῶς πρὸς τὸ φυλάττειν τὰς πόλεις ἐχόντων, καὶ τοῖς ἐνδοτέρω τοῦ ποταμοῦ *τόποις οὐχ ἧττον ἢ οἱ βάρβαροι παρενοχλούντων. Μυσία δὲ οὐδενὸς ἐπειράθη κακοῦ, Θεοδοσίου, τοῦ τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν ἔχοντος, ἀνδρείως *στάντος, καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀποδιώξαντος. ὅθεν ἐκ ταύτης τῆς νίκης δόξαν κτησάμενος, ἔτυχε μετὰ ταῦτα τῆς βασιλείας. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἐν τοῖς οἰκείοις ἀφηγηθήσεται χρόνοις. Οὐαλεντινιανὸς δὲ, τὴν ἀκοὴν τῶν ἀπαγγελθέντων οὐκ ἐνεγκὼν, ἐκ Κελτῶν ὁρμήσας, ἐπὶ τὴν Ἰλλυρίδα διέβαινε, βουλευόμενος περὶ τοῦ πρὸς Κουάδους καὶ Σαυρομάτας πολέμου· Μεροβαύδην δὲ, στρατιωτικῶν ἔργων ἐμπειρίαν ἔχειν παρὰ τοὺς ἄλλους δοκοῦντα, πάντος τοῦ στρατοπέδου προΐστησι. τοῦ δὲ χειμῶνος παρὰ τὸ εἰωθὸς ἐκταθέντος, ἔστελλον πρὸς αὐτὸν οἱ Κουάδοι πρεσβείας λόγους, ὑπὲρ τὸ μέτριον φέροντας. ἐφ' οἷς Οὐαλεντινιανὸς ἀγανακτήσας, καὶ ὑπὸ τῆς ἄγαν ὀργῆς, παραφορᾶς οὐ πόρρω γενόμενος, αἵματος κάτωθεν ἀναχθέντος ἐπὶ τὸ στόμα, συσχόντος τε τὰς τῆς φωνῆς ἀρτηρίας, ἐξέλιπεν, ἐν μὲν Ἰλλυριοῖς ἐννέα μῆνας, ἐλλειπουσῶν ὀλίγων ἡμερῶν, διατρίψας*, εἰς δωδέκατον δὲ ἐνιαυτὸν τῆς βασιλείας προελθών. Τούτου τελευτήσαντος, ἐμπεσὼν τῷ Σιρμίῳ σκηπτὸς, τὰ βασίλεια κατέφλεξε καὶ τὴν ἀγοράν· ἔδοξέ τε τοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν δεινοῖς, οὐκ αἴσιον τοῖς κοινοῖς πράγμασιν εἶναι τὸ *τέρας. καὶ σεισμοὶ δὲ ἔν τισι συνηνέχθησαν τόποις. ἐσείσθη δὲ καὶ Κρήτη σφοδρότερον, καὶ ἡ Πελοπόννησος μετὰ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος· ὥστε καὶ τὰς πολλὰς διαρρυῆναι τῶν πόλεων, πλὴν τῆς Ἀθηναίων πόλεως, καὶ τῆς Ἀττικῆς. ταύτην δὲ καὶ περισωθῆναι φασὶν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Νεστόριος, ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἱεροφαντεῖν τεταγμένος, ὄναρ ἐθεάσατο παρακελευόμενον χρῆναι τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἥρωα δημοσίαις τιμᾶσθαι τιμαῖς· ἔσεσθαι γὰρ τοῦτο τῇ πόλει σωτήριον. ἐπεὶ δὲ ἐκοινώσατο τοῖς ἐν τέλει τὴν ὄψιν,

Nam quod ipſorum principem Celeſtius interpoſita fide, ſacramento confirmata, circumuenerat; eumque fraude necauerat, necdum remota menſa: non abs re barbari, hanc expeditionis nancti occaſionē, in vicinos Iſtro graſſabantur; quidquid eſſet extra opida, diripientes. Itaque Pannonii barbarorum prædis erant expoſiti, dum milites ſegniter opida defenderent, & cis amnem poſita loca non minus, quam barbari, vexarent. Myſia vero propterea nihil mali perpeſſa fuit, quod magiſter militum Theodoſius viriliter obſtitiſſet, & inuadentes fuga ſibi conſulere coegiſſet. Vnde factum, vt ex hac victoria gloriam conſequutus, ad imperium deinceps peruenerit. Sed hæc ſuis temporibus & locis exponentur. Valentinianus autem, quæ nuntiata fuiſſent, audire non ſuſtinens; e Celtis profectus, in Illyricum tranſiit: de bello *Quadis* & *Sarmatis* inferendo, deliberās. Merobaudem, qui peritiam rei militaris habere ſupra ceteros videretur, toti exercitui præficit. Hieme præter morem durante longius, Quadi per legatos ei verba quædam modum excedentia denuntiant: ob quæ indignatus Valentinianus, præque nimia iracundia propemodum redactus ad inſaniam, ſanguine in os delapſo, qui vocis arterias obſtruebat, exſtinctus eſt: quum in Illyrico menſes nouem, paucis diebus demtis, commoratus fuiſſet; & imperii duodecimum annū attigiſſet. Eo defuncto, fulmen e cælo Sirmii delapſum, regiam cum foro concremauit: viſumque fuit iis, quorum acria de rebus huiuſmodi iudicia ſunt, parum proſperum publicis rebus hoc portentum eſſe. Terræmotus quoque nonnullis in locis acciderunt, Creta vehementius ſuccuſſa, cum Peloponeſo, reliquaque Græcia: ita vt opida complura collaberentur, exceptis Athenis, & Attica regione: quam ex huiuſmodi cauſſa conſeruatam perhibent. Neſtorius, id temporis ſacrorum antiſtes conſtitutus, ſomnium vidit, quod publicis honoribus Achillem heroa iuberet adfici. hoc enim vrbi ſalutare futurum. Quum autem viſum hoc cum magiſtratibus communicaſſet,

atque illi, rati eum delirare, qui iam ſenex decrepitus eſſet, nihili, quod dictum fuerat, feciſſent: ipſe ſecum ratiocinatus, quid agendum eſſet, diuiniſque cogitationibus edoctus; imaginem herois, exigua in domo fabricatam, ſub Mineruę ſimulacro, quod in virgineo conclaui collocatum eſt, poſuit. Quoties autem perageret conſueta huic deæ ſacra, pariter & illa, quæ ſciret heroi debita, rite faciebat. Atque hoc modo quum ipſa re ſomnii conſilio ſatisfactum eſſet, terræmotu paſſim graſſato, ſolos Athenienſes ſaluos euadere contigit, hiſce beneficiis herois tota pariter Attica fruente. Hoc autem verum eſſe, licet ex iis cognoſcere, quę Syrianus philoſophus, hymnum in hunc heroa ſcribens, cõmemorauit. Et hæc quidem, a propoſitis rebus haud aliena, libuit adiicere. Ceterum exſtincto Valentiniano, quum legionum tribuni, Merobaudes & Equitius, Valentem & Gratianum viderent in locis procul remotis degere; quod alter adhuc eſſet in oriente, alter apud occidentales Gallos a patre relictus fuiſſet; veriti, ne quando vſuueniret, vt tranſiſtriani barbari rebus principe deſtitutis irruerent: arceſſitum minorem Valẽtiniani filium, natum ei de coniuge, quæ Magnentii prius vxor fuerat, nec procul inde cum matre degentem, in regiam purpura veſtitum producunt, quum vix quintum ætatis annum ageret. Diuidentibus imperium inter ſe GRATIANO & VALENTINIANO minore, prout iis videbatur, qui apud eos res moderabantur: (nam principes ipſi propter ætatem ſui iuris non erant) Gratiano quidem Celticę nationes, & Hiſpania tota, cum inſula Britannia, adtribuebantur: Valentinianum vero placuit Italiam, & Illyrios, & totam Africam poſſidere. Ceterum Valentem Imperatorem plures e pluribus locis irruentes bellorum fluctus circumſtabant. Primum *Iſauri*, (quos alii *Piſidas*, alii *Solymos*, alii *Cilices montanos* vocant: nos quidem accuratius de his aliquid indicabimus, vbi ad eum locum peruenerimus, de iis vt dicendum ſit) opida Lyciæ Pamphyliæque vaſtabãt: quum mœnibus potiri non poſſent, ſed omnia ſub dio ſita diriperent. Imperatore vero, qui adhuc hærebat Antiochiæ, ſatis magnas, vt ipſe putabat, in eos mittente copias: Iſauri, cum vniuerſa præda, in montes

οἱ δὲ, λῆρον αὐτὸν, οἷα δὴ ὑπέργηρων ὄντα, νομίσαντες, ἐν οὐδενὶ τὸ ῥηθὲν ἐποιήσαντο, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν λογισάμενος τὸ πρακτέον, καὶ ταῖς θεοειδέσιν ἐννοίαις παιδαγωγούμενος, εἰκόνα τοῦ ἥρωος ἐν οἴκῳ μικρῷ δημιουργήσας, ὑπέθηκε τῷ ἐν Παρθενῶνι καθιδρυμένῳ τῆς Ἀθηνᾶς ἀγάλματι. τελῶν δὲ τῇ θεῷ τὰ συνήθη, κατὰ ταὐτὸν καὶ τῷ ἥρωι τὰ ἐγνωσμένα οἱ, κατὰ θεσμὸν ἔπραττε. τούτῳ τε τῷ τρόπῳ τῆς τοῦ ἐνυπνίου συμβουλῆς ἔργῳ πληρωθείσης, ἐπιβρίσαντος τοῦ σεισμοῦ, μόνοις Ἀθηναίοις περισωθῆναι συνέβη, μεταλαχούσης τῆς τοῦ ἥρωος εὐεργεσίας καὶ πάσης τῆς Ἀττικῆς. ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθές ἐστι, μαθεῖν ἔξεστι δι' ὧν ὁ φιλόσοφος Συριανὸς διεξῆλθεν, ὕμνον εἰς τοῦτον τὸν ἥρωα γράφων. Ἀλλὰ ταῦτα, οὐκ ἀνάρμοστα τοῖς προκειμένοις ὄντα, παρέθηκα. Οὐαλεντινιανοῦ δὲ τελευτήσαντος, ὁρῶντες οἱ ταξίαρχοι Μεροβαύδης καὶ Ἐκίτιος, Οὐάλεντα καὶ Γρατιανὸν πόρρω που διατρίβοντας, (ὁ μὲν γὰρ, ἐπὶ τῆς ἑῴας ἦν· ὁ δὲ, ἐν τοῖς ἑσπερίοις Γαλάταις παρὰ τοῦ πατρὸς ἀπολελειμμένος) ὑφορώμενοι μήποτε συμβῇ τοὺς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον βαρβάρους ἀνάρχοις ἐπιπεσεῖν τοῖς πράγμασι, παῖδα Οὐαλεντινιανοῦ νέον, ἐκ γαμετῆς αὐτῷ τεχθέντα τῆς πρότερον Μαγνεντίῳ συνοικησάσης, οὐ πόρρω που μετὰ τῆς μητρὸς ὄντα μεταπεμψάμενοι, παράγουσι μετὰ τῆς ἁλουργίδος εἰς τὰ βασίλεια, πέμπτον ἄγοντα μόλις ἐνιαυτόν. διελομένων δὲ πρὸς ἑαυτοὺς Γρατιανοῦ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ νέου τὴν βασιλείαν, ὡς ἐδόκει τοῖς περὶ αὐτοὺς τὰ πράγματα κρίνουσιν, (αὐτοὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς οὐκ ἦσαν κύριοι διὰ τὴν ἡλικίαν) Γρατιανῷ μὲν τὰ Κελτικὰ φῦλα καὶ Ἰβηρία πᾶσα καὶ ἡ Βρεττανικὴ νῆσος ἀπεκληρώθη· Οὐαλεντινιανὸς δὲ ἐδόκει τὴν Ἰταλίαν τε καὶ Ἰλλυριοὺς καὶ τὴν ὅλην ἔχειν Λιβύην. Οὐάλεντα δὲ τὸν βασιλέα, πολλαὶ πολλαχόθεν περιειστήκεσαν πολέμων ἐπιφοραί. καὶ πρῶτον μὲν Ἴσαυροι (καλοῦσι δὲ αὐτοὺς, οἱ μὲν Πισίδας, οἱ δὲ Σολύμους, ἄλλοι δὲ Κίλικας *ὀρείους· τὸ δὲ ἀκριβέστερον, ἡνίκα εἰς τοὺς περὶ αὐτῶν ἀφικώμεθα λόγους, δηλώσομεν) τὰς ἐν Λυκίᾳ καὶ Παμφυλίᾳ πόλεις ἐπόρθουν, τειχῶν μὲν κρατεῖν οὐ δυνάμενοι, τὰ δὲ ἐν τοῖς ὑπαίθροις ἅπαντα διαρπάζοντες. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς ἔτι κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν διατρίβων, ἔστελλεν ἐπ' αὐτοὺς ἀρκοῦσαν (ὡς ᾤετο) δύναμιν, οἱ μὲν Ἴσαυροι μετὰ τῆς λείας ἁπάσης εἰς τὰ τραχύτατα συνέ-

φυγεῖν τῶν ὀρῶν, οὔτε διῶξαι τῶν στρατιωτῶν δι' ἐκμέλειαν δυναμένων, οὔτε ἄλλως τὰ συμβάντα ταῖς πόλεσι δυστυχήματα θεραπεῦσαι. Τούτων δὲ ὄντων ἐν τούτοις, φῦλόν τι βάρβαρον τοῖς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Σκυθικοῖς ἔθνεσιν ἐπανέστη, πρότερον μὲν οὐκ ἐγνωσμένον, τότε δὲ ἐξαίφνης ἀναφανέν· Οὔννους δὲ τούτους ἐκάλουν· εἴτε βασιλείους αὐτοὺς ὀνομάζειν προσήκει Σκύθας, εἴτε οὓς Ἡρόδοτός φησι παροικεῖν τὸν Ἴστρον, σιμοὺς ἀσθενέας ἀνθρώπους· εἴτε ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην διέβησαν. καὶ τοῦτο γὰρ εὗρον ἱστορημένον, ὡς ἐκ τῆς ὑπὸ τοῦ Ταναΐδος καταφερομένης ἰλύος, ὁ Κιμμέριος ἀπογαιωθεὶς Βόσπορος, ἐνέδωκεν αὐτοῖς ἐκ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην πεζῇ διαβῆναι. παρελθόντες δὲ ὁμοῦ, τοῖς ἵπποις καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ, καὶ οἷς ἐπεφέροντο, τοῖς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον κατῳκημένοις ἐπέθεντο Σκύθαις, μάχην μὲν *σταδίαν οὔτε δυνάμενοι τὸ παράπαν, οὔτε εἰδότες ἐπάγειν· (πῶς γάρ; οἱ μήτε εἰς γῆν πῆξαι τοὺς πόδας οἷοί τε ὄντες ἑδραίως, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἵππων καὶ διαιτώμενοι καὶ καθεύδοντες) περιελάσεσι δὲ καὶ ἐκδρομαῖς καὶ εὐκαίροις ἀναχωρήσεσιν, ἐκ τῶν ἵππων κατατοξεύοντες, ἄπειρον τῶν Σκυθῶν εἰργάσαντο φόνον. τοῦτο συνεχῶς ποιοῦντες, εἰς τοῦτο τὸ Σκυθικὸν περιέστησαν τύχης, ὥστε τοὺς περιλελειμμένους, ὧν εἶχον ἐκστάντας οἰκήσεων, ἐκδοῦναι μὲν τοῖς Οὔννοις ταύτας οἰκεῖν· αὐτοὺς δὲ φυγόντας, ἐπὶ τὴν ἀντιπέρας ὄχθην διαβῆναι τοῦ Ἴστρου, καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείναντας, ἱκετεύειν δεχθῆναι παρὰ βασιλέως, ὑπισχνεῖσθαί τε πληρώσειν ἔργον αὐτῷ συμμάχων πιστῶν καὶ βεβαίων. τῶν δὲ ταῖς ἐπὶ τοῦ Ἴστρου πόλεσι φρουρῶν τεταγμένων, εἰς τὴν τοῦ βασιλεύοντος γνώμην ἀναβαλλομένων τὰ περὶ τούτου, δέχεσθαι τούτους Οὐάλης ἐπέτρεψε, πρότερον ἀποθεμένους τὰ ὅπλα. τῶν δὲ ταξιαρχῶν, καὶ ὅσοι στρατιωτῶν ἡγεμονίαν εἶχον, διαβαινόντων μὲν, *ἐφ' ᾧτε ὅπλων δίχα τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τὰ Ῥωμαίων ὅρια παραπέμψαι, μηδενὸς δ' ἀσχολουμένων ἑτέρου, πλὴν γυναικῶν εὐπροσώπων ἐπιλογῆς, καὶ παίδων ὡραίων εἰς αἰσχρότητα θήρας, ἢ οἰκετῶν ἢ γεωργῶν κτήσεως· (οἷς γε μόνοις προσέχοντες, τῶν ἄλλων ὅσα πρὸς κοινὸν ὄφελος ἔφερον, ὑπερεῖδον)

aſperrimos confugiebant; militibus, ob ſegnitiem, nec perſequi eos valentibus, nec alia ratione caſibus opidorum aduerſis mederi. Dum hæc ab illis ita gererentur, natio quædam barbara transiſtrianas gentes *Scythicas* eſt adorta; prius illa quidem incognita, ſed quæ ſubito tum temporis emerſit. Eos adpellabant *Hunnos*, ſiue adeo *regii Scythæ* nuncupandi ſunt, ſiue quos ait Herodotus Iſtri adcolas eſſe, homines ſimos & imbelles; ſiue denique in Europam ex Aſia transiecere. Nam & hoc memoriæ proditum in hiſtoriis reperi, e limo, quem Tanais deuehit, Cimmerium Boſporum, ad terræ formam redactum, facultatem eis præbuiſſe, terreſtri ex Aſia in Europam itinere transeundi. Vtut ſeſe res habeat, profecti cum equis, & vxoribus, & liberis, & iis rebus quas ſecum vehebant, habitantes ſuper Iſtrum Scythas inuaſerunt. Ac ſtataria quidem pugna prorſus neque poterant, neque norant hoſtem adgredi: (quo enim id pacto? qui ne quidem in terram firmiter pedes defigere poterant, ſed in equis & hærebant interdiu, & ſomnum capiebant) ſed partim circumèquitando, partim excurrendo, partim opportune retrocedendo, & ex equis iaculando, immenſam Scytharum cædem edebant. Quod quum frequenter facerent, nationem Scythicam ad eam fortunam redegerunt; vt ſuperſtites domiciliis ſuis relictis, Hunnis ea traderent incolenda; ipſi fugam capeſſentes, in aduerſam Iſtri ripam transiicerent, erectisque manibus, ſupplices ab Imperatore ſe recipi peterent; ſimulque policerentur, officio ſe fidorum & conſtantium ſociorum functuros. Eam rem quum præſidiis opidorum ad Iſtrum præfecti eo vſque differrent, dum de voluntate principis cognitum fuiſſet: Valens vti reciperentur, armis prius depoſitis, permiſit. Itaque tribuni legionum, militumque duces, transiiciebant illi quidem, vt abſque armis barbaros in fines Romanos deducerent: verum nihil agebant aliud, quam quod elegantis formæ mulieres deligerent, & pueros formoſos ad vſum obſcenum venarentur, aut calones agricolasve compararent: quibus ſolis intenti, cetera publicam ad vtilitatem ſpectātia negligebant.

Vnde fiebat, vt complures clam cum armis tranſuectos ignoraretur: qui ſimul atque ſolum Romanum ingreſſi fuiſſent, neque precum illarum ſupplicum, neque ſacramentorum recordabantur: ſed vniuerſam Thraciam, cum Pannonia, & pertinentibus ad Macedoniam & Theſſaliam vſq; regionibus, compleuere barbari, quęuis oblata ſibi diripientes. Quum autem rebus eorum locorũ maximum immineret periculum, principem adeuntes, quid accidiſſet, nuntiant. Ille, negotiis Perſicis, quemadmodum ſane poterat, cõpoſitis; Antiochia curſim iter emenſus, Conſtantinopolim abit: atque inde pergit in Thraciam, bellum aduerſus Scythas illos transfugas geſturus. Egreſſus autem exercitus, & ipſe princeps, huiuſmodi portentum cõſpexere. Corpus quoddam hominis in via iacens viſum fuit, cetera quidẽ prorſus immobile, verberibusque cæſo a capite ad pedes vſque conſimile: verum oculos tantum apertos habẽs, qui propius accedentes intuerentur. Quum autem interrogantibus, quis eſſet, & vnde, tum a quo iſtæc perpeſſus fuiſſet, nihil omnino reſpõderet; ꝓdigioſum quiddam rati, etiam prætereunti principi commonſtrant. Quum is de rebus iiſdem interrogaſſet, nihilo minus mutus erat: nec exiſtimatus viuere, quod vniuerſum corpus expers eſſet motus: nec integre mortuus, quando incolumes oculi eſſe viderentur. Tamdem ſubito portentum hoc euanuit. Itaq; quum ii, qui circumſtabãt, quid agendum eſſet, ambigerent: homines in exponendis talibus ingenioſi, ſtatum reipublicæ futurum portendi dicebant; quodque duratura rerum eſſet cæſarum & flagris confectarum facies, animam exhalantibus ſimilis, donec magiſtratuum & adminiſtrantium improbitate †prorſus interiiſſet. †al. ſubito Atque hoc nobis ſingula perluſtrantibus vere prædictum adparebit.

Valens autẽ Imperator, qui iam Scythas vniuerſam Thraciam agere, ferre cerneret; ſtatuit eos, quos ex oriente ſecum adduxerat, ex equis pugnandi peritiſſimos, in equitatum Scythicum prius immittere. Quapropter accepta illi a principe teſſera, exiguo numero alii poſt alios extra Conſtantinopolis portas egrediebantur; & remotos a ſuis Scythas contis transfigentes, multorum capita cottidie adferebant. Et quoniam equorum celeritas, ictusq;

ὥστε ἀμελείᾳ μετὰ τῶν ὅπλων ἔλαθον οἱ πλείους περαιωθέντες· καὶ ἅμα τῆς ὑπὸ Ῥωμαίοις γῆς ἐπιβάντες, οὔτε ἱκεσιῶν, οὔτε ὅρκων ἐμνήσθησαν· ἀλλ' ἡ Θρᾴκη τε ἅπασα, καὶ ἡ Παιονία, καὶ τὰ μέχρι Μακεδονίας καὶ Θετταλίας, ἐπληρῶντο βαρβάρων, τὰ παραπεσόντα ληιζομένων. κινδύνου δὲ τοῖς ταύτῃ πράγμασιν ἐπικειμένου μεγίστου, δραμόντες ἐπὶ βασιλέα, τὸ συμβὰν ἀπαγγέλλουσιν. ὁ δὲ, τὰ πρὸς Πέρσας ὡς ἐνῆν διαθέμενος, ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας διαδραμὼν, ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἦκε· κἀντεῦθεν ἐπὶ Θρᾴκης ἐχώρει, τὸν πρὸς τοὺς αὐτομόλους Σκύθας ἀγωνισόμενος πόλεμον. ἐξιόντι δὲ τῷ στρατοπέδῳ, καὶ αὐτῷ δὲ τῷ βασιλεῖ, τέρας ὤφθη τοιόνδε. ἀνθρώπου τι σκῆνος ἐφαίνετο κατὰ τὴν ὁδὸν κείμενον, τὸ μὲν ἄλλο ἅπαν ἀκίνητον, καὶ ἀπὸ κεφαλῆς μεμαστιγωμένῳ ἄχρι ποδῶν ἐοικὸς, μόνους δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνεῳγμένους ἔχον, ἐμβλέποντας τοῖς πλησιάζουσιν. ἐπεὶ δὲ τοῖς ἐρωτῶσι τίς τε εἴη, καὶ πόθεν, ἢ παρὰ τίνος ταῦτα πάθοι, παντάπασιν οὐδὲν ἀπεκρίνατο, τερατῶδες εἶναι νομίσαντες, ἐπέδειξαν καὶ τῷ βασιλεῖ *παριόντι. τοῦ δὲ τὰς αὐτὰς πεύσεις προσαγαγόντος, οὐδὲν ἧττον ἄφωνος ἦν· οὔτε ζῆν νομισθεὶς, διὰ τὸ πᾶν τὸ σῶμα ἀκίνητον εἶναι· οὔτε τεθνάναι τελέως, ἐπεὶ ἐρρῶσθαι τὸ βλέμμα ἐδόκει. καὶ γέγονεν ἀφανὲς ἄφνω τὸ τέρας. τῶν οὖν παρεστώτων περὶ τοῦ πρακτέου ἀπορουμένων, συνέβαλλον οἱ τὰ τοιαῦτα ἐξηγεῖσθαι δεινοὶ, τὴν ἐσομένην προσημαίνειν τῆς πολιτείας κατάστασιν, ὅτι τε πληττόμενα καὶ μαστιγούμενα διατελέσει τὰ πράγματα, ψυχορραγοῦσιν ἐοικότα, μέχρις ἂν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ ἐπιτροπευόντων κακίᾳ *τελέως φθαρείη. τοῦτο μὲν οὖν, ἐπιόντων ἡμῶν τὰ καθέκαστα, σὺν ἀληθείᾳ φανήσεται προαγορευθέν. ὁ δὲ βασιλεὺς Οὐάλης, ληιζομένους ἤδη τὴν Θρᾴκην πᾶσαν τοὺς Σκύθας θεώμενος, ἔγνω τοὺς ἐκ τῆς ἑῴας σὺν αὐτῷ παραγενομένους, καὶ μάχεσθαι μεθ' ἵππων ἐμπειροτάτους, τῇ τῶν Σκυθῶν ἵππῳ πρότερον ἐπιπέμψαι. λαβόντες οὖν παρὰ τοῦ βασιλέως τὸ σύνθημα, κατ' ὀλίγους τῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως πυλῶν *ἐξῄεσαν· καὶ τοὺς ἐκλείποντας Σκυθῶν τοῖς κοντοῖς περονῶντες, πολλῶν ἡμέρας ἑκάστης ἔφερον κεφαλάς. ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν ἵππων ταχυτὴς, καὶ ἡ τῶν

κοντῶν ἐπιφορᾷ, δυσμάχους εἶναι τοῖς Σκύθαις ἐδόκει, καταστρατηγῆσαι τὸ Σαρρακηνικὸν διενοήθησαν φῦλον. ἐνέδρας τινὰ κοίλοις ἐναποκρύψαντες τόποις, τρεῖς ἐνὶ Σκύθας ἐπιέναι συνέθεντο Σαρρακηνῷ· καὶ ταύτης διαμαρτόντες τῆς πείρας, τῶν Σαρρακηνῶν, διὰ τὸ τῶν σφετέρων ἵππων ταχὺ καὶ εὐάγωγον, κατ' ἐξουσίαν ἀποφευγόντων, ἡνίκα ἂν πλῆθος ἐπιὸν ἴδοιεν· ἐπελαυνόντων δὲ σχολαίοις, καὶ τοῖς κοντοῖς ἀναιρούντων, τοσοῦτος ἐγένετο Σκυθῶν φόνος, ὥστε ἀπαγορεύσαντας αὖθις ἐπελθεῖν περαιωθῆναι τὸν Ἴστρον, καὶ σφᾶς ἐκδοῦναι τοῖς Οὔννοις μᾶλλον, ἢ ὑπὸ Σαρρακηνῶν πανωλεθρίᾳ διαφθαρῆναι. καταλιπόντων δὲ αὐτῶν τοὺς περὶ Κωνσταντίνου τὴν πόλιν τόπους, καὶ πορρωτέρω προελθόντων, γέγονεν εὐρυχωρία τῷ βασιλεῖ παραγαγεῖν εἰς τὸ πρόσω τὸ στράτευμα. σκοπουμένου δὲ αὐτοῦ τίνι δέοι τρόπῳ διαθεῖναι τὸν πόλεμον, πλήθους ἐπικειμένου τοσούτου βαρβάρων, καὶ ἅμα τῇ τῶν ἀρχόντων βαρυνομένου κακίᾳ, καὶ παραλῦσαι μὲν αὖθις διὰ τὸν περιεστῶτα τὰ πράγματα σάλον ὀκνοῦντος, ἀποροῦντος δὲ τίσι τὰς ἡγεμονίας παραδοῦναι προσήκει, μηδενὸς ἀξιόχρεω φαινομένου, καταλιπὼν Σεβαστιανὸς τὴν ἑσπέραν, οἷα τῶν αὐτόθι βασιλέων, διὰ νεότητα ἔτι ταῦτα πρὸς ἑαυτοὺς οὐκ ἀνεχομένων, ἀλλὰ ἐκδόντων ἑαυτοὺς εὐνούχων ἐπὶ τῷ κοιτῶνι τεταγμένων διαβολαῖς, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν παρεγένετο. τοῦτο μαθὼν Οὐάλης, καὶ τὰς ἐν πολέμοις καὶ τῇ πάσῃ πολιτείᾳ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὰς ἐπιστάμενος, αἱρεῖται στρατηγὸν αὐτόν, καὶ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ παντὸς πιστεύει πολέμου. ὁ δὲ, πρὸς τὸ ἐκδεδιῃτημένον καὶ παντάπασιν ἐκμελὲς τῶν ταξιαρχῶν καὶ στρατιωτῶν ἀφορῶν, καὶ ὡς εἰς φυγὴν μόνον εἰσὶ γεγυμνασμένοι, καὶ γυναικώδεις καὶ ἀθλίας εὐχάς, δισχιλίους ᾔτησεν, οὓς ἂν ἕλοιτο, δοθῆναι στρατιώτας αὐτῷ. πλήθους γὰρ ἡγεῖσθαι χαύνως ἠγμένων ἀνθρώπων, μὴ ῥᾴδιον εἶναι· παιδαγωγῆσαι δὲ ὀλίγους, καὶ εἰς τὸ ἀρρενωπὸν ἐκ τοῦ θήλεος ἀναγαγεῖν, οὐ σφόδρα δύσκολον εἶναι· καὶ ἄλλως δὲ λυσιτελὲς μᾶλλον, ἐν ὀλίγοις, ἢ παντὶ κινδυνεύειν τῷ πλήθει. πείθει ταῦτα λέγων τὸν βασιλέα· καὶ λαβὼν αἵρεσιν, οὐκ ἐκ τῶν ἐντεταγμένων δειλίᾳ καὶ πρὸς τὸ φεύγειν γεγυμνασμένων, οὓς ᾔτησεν, εἵλετο, νεωστὶ δέ τινας ἐναριθμηθέντας τῷ

contorum, Scythis perquam difficulter poſſe ſuperari videbantur; aſtu nationem Sarracenicam circumuenire ſtatuerunt. Itaque depreſſis in locis abditis inſidiis, tres Scythas vnum Sarracenum adoriri placuit: qui ſane dolus eis non ſucceſſit, Sarracenis, ob equorum ſuorum velocitatem & agilitatem, pro lubitu aufugientibus, quoties multitudinem aliquam aduentare cernerent. Iidem ſi tardiores adactis equis inuaderent, eosq; contis interimerent: tanta Scytharum cędes edebatur, vt Iſtrum, re deſperata, tranſmittere mallent; & Hunnis ſe potius dedere, quam a Sarracenis ad internicionem deleri. Quumque vicina Conſtantinopoli loca deſeruiſſent, & vlterius eſſent progreſſi: ſpatium Imperatori datum eſt, copias ſuas longius promouendi. Conſiderante autem ipſo, quo pacto bellum hoc gerendum eſſet, tanta multitudine barbarorum imminente; quum pariter & improbitas magiſtratuum ei moleſtiam exhiberet, quibus imperium abrogare verebatur, propter eã tempeſtatem, qua tum res agitabantur; & quinam præficiendi muneribus eſſent, quibus parẽ & idoneum videre erat neminem, ambigeret: Sebaſtianus, occidente relicto, quod iſtic qui erant Imperatores, ob imbecillitatem ætatis hæc intelligere per ſe non poſſent, ſed eunuchorum cubiculis præfectorum calumniis totos ſe traderent, Conſtantinopolim venit. Ea re cognita, Valens, qui huius viri tam in bellis, quam adminiſtranda vniuerſa republica virtutes norat, Sebaſtianum prætorẽ copiarum deligit, eiusque fidei totius belli gerendi munus committit. Is ad mollitiem, ſummamq; ſecordiam tribunorum atque militum reſpiciens, & quod ad fugam, & muliebria miſeraque vota dumtaxat exercitati eſſent: duo milia militum, quos ipſe deligeret, ſibi dari petiit. Exiſtimabat enim, non eſſe facile, multitudini hominum præeſſe, qui diſſolute gubernati fuiſſent: at inſtituere paucos, & a moribus effeminatis ad viriles traducere, non admodum eſſe difficile. Magis & alioquin expedire, ſi fiat in paucis potius, quam in vniuerſa multitudine periculum. Hæc dicens, Imperatori perſuadet; electionemque nanctus, non eos ſibi ſumit, qui eſſent innutriti formidini, & ad capeſſendam fugam exercitati: ſed quoſdam recens adſcriptos exer-

citui, corporiſque dotibus egregiis a natura præditos; & qui præterea coniectandi perito viderentur, ad quodcumque facinus incitarentur, idonei futuri. Confeſtim igitur cuiuſque naturam explorat, & exercitatione frequenti, quod deerat, ſupplet: dicto audientes collaudans, ac muneribus adficiens; in alios inobœdientes ita ſe gerens, vt acerbus & inexorabilis eſſe videretur. Hoc modo ſuis ad omnem diſciplinam bellicam exercitis, in oppida mœnibus cincta ſe recipit; eius inprimis ratione habita, vt in tuto eſſet exercitus. Simul continuis inſidiis barbaros pabulatum egreſſos adoritur; ac modo copia ſpoliorum onuſtos inueniens, præda ſuam in poteſtatem redacta trucidat; modo temulentos, quoſdam & lauantes in flumine, iugulat. Quum magnā barbarorum partem huiusmodi ſtrategematis deleuiſſet, ac reliqui metu ducis a pabulando ſe continerent: maxima quædam aduerſus eum inuidia nata eſt. Ea vero peperit odium; vnde criminationes erga principem oriebantur; ab iis profectæ, quibus erant abrogata imperia, quiq; ſpadones aulicos ad hoc incitabant. Quum hoc modo Imperator ad abſurdam ſuſpicionem improbe fuiſſet impulſus, Sebaſtianus ei ſignificat, vt ſuo loco maneret, nec vlterius progrederetur. Non enim in procliui eſſe, tanta cum multitudine aperto Marte cōgredi: ſed per circuitus, & clandeſtinis adgreſſionibus tantisper extrahendum eſſe tempus, donec inopia commeatus deſperatis rebus, vel ſe dederent, vel ex dicione populi Romani abirent, atque Hunnis ſe potius permitterent, quam miſerrimis cladibus, quæ famem comitari ſoleant. Verum hæc illo monente, qui contrariarum partium erant, Imperatorem hortantur, ad bellum potius vniuerſo cum exercitu egrederetur; quaſi, barbaris iam maiori ex parte deletis, ſine labore princeps ad victoriam acceſſurus eſſet. Quum autem ſententia deterior viciſſet, fortuna res in peius agente, copias vniuerſas Imperator ad pugnam nullo producit ordine: quibus vbi barbari abſque tergiuerſatione occurriſſent, ac prælio longe ſuperiores eſſent; propemodum vniuerſos ad internecionem deleuerunt. Imperatore vero fuga cum paucis in vicum quemdam elapſo,

στρατοπέδῳ, καὶ σώματος ἀναβρέχοντας εὐφυΐᾳ, καὶ προσέτι γε τῇ φύσει τεκμαίρεσθαι δυναμένῳ φαινομένους, εἰς ὅπερ ᾑρέθησαν, ἱκανούς. αὐτόθεν οὖν ἑκάστου τῆς φύσεως ἐπειρᾶτο, καὶ τῇ συνεχεῖ γυμνασίᾳ τὸ ἐνδέον ἐπλήρου· πειθομένους μὲν ἐπαίνων καὶ δωρεαῖς ἀμειβόμενος, ἀπειθοῦσι δὲ σφοδρὸς καὶ ἀπαραίτητος εἶναι δοκῶν. οὕτω δὲ τοὺς σὺν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν πολεμικὴν ἐπιστήμην ἀσκήσας, τὰς μὲν τειχήρεις κατελάμβανε πόλεις, τῆς ἀσφαλείας ὅτι μάλιστα τοῦ στρατοπέδου ποιούμενος λόγον· ἐνέδραις δὲ συνεχέσι τοῖς προνομεύουσι τῶν βαρβάρων ἐπῄει· καὶ νῦν μὲν τῷ πλήθει τῶν λαφύρων εὑρίσκων βαρυνομένους, ᾕρει, τῆς λείας γινόμενος κύριος· νῦν δὲ μεθύοντας, ἄλλους δὲ τῷ ποταμῷ λουομένους, ἀπέσφαζεν. Ὡς δὲ τὸ πολὺ τῶν βαρβάρων τοῖς τοιούτοις στρατηγήμασιν ἐδαπάνησε μέρος, καὶ τὸ λειπόμενον, δέει τοῦ στρατηγοῦ, τοῦ προνομεύειν ἀπείχετο, φθόνος ἐξανίσταται κατ' αὐτοῦ μέγιστος. τοῦτον δὲ ἔτικτε μῖσος. ἐντεῦθεν τε διαβολαὶ πρὸς τὸν βασιλέα, τῶν τοῦ ἄρχειν ἐκπεπτωκότων, τοὺς κατὰ τὴν αὐλὴν εὐνούχους παρορμώντων εἰς τοῦτο. οὕτω δὴ τοῦ βασιλέως εἰς ἄλογον ὑποψίαν παρασπασθέντος, Σεβαστιανὸς μὲν ἐδήλου κατὰ χώραν μένειν τῷ βασιλεῖ, καὶ μὴ περαιτέρω προβαίνειν· οὐδὲ γὰρ εἶναι ῥᾴδιον, πλήθει τοσούτῳ πόλεμον ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐπάγειν, ἀλλ' ἐκ περιδρομῆς καὶ λαθραίαις ἐπιθέσεσι τρίβειν τὸν χρόνον, ἕως ἂν σπάνει τῶν ἐπιτηδείων ἀπειπόντες, ἢ παραδοῖεν αὑτούς, ἢ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίοις χώρας ἀναχωρήσαιεν, τοῖς Οὔννοις ἐκδιδόντες τὸ καθ' ἑαυτοὺς μᾶλλον, ἢ τοῖς ἐκ τοῦ λιμοῦ συμβαίνειν εἰωθόσιν οἰκτροτάτοις ὀλέθροις. ἀλλ' ἐκείνου ταῦτα παραινοῦντος, οἱ τἀναντία σπουδάζοντες, ἐξιέναι μᾶλλον τὸν βασιλέα πανστρατιᾷ παρεκάλουν ἐπὶ τὸν πόλεμον, ὡς ἤδη τῶν βαρβάρων ὡς ἐπίπαν ἀπολωλότων, καὶ ἀκονιτὶ τοῦ βασιλέως τῇ νίκῃ παρισταμένου. κρατησάσης δὲ τῆς χείρονος γνώμης, ἐπεὶ πρὸς τὸ χεῖρον ᾔει ἡ τύχη τὰ πράγματα, τὸν στρατὸν ἅπαντα σὺν οὐδενὶ κόσμῳ πρὸς τὴν μάχην ἐξῆγεν ὁ βασιλεύς. οἷς ἀπαντήσαντες ἀπροφασίστως οἱ βάρβαροι, καὶ παραπολὺ τῇ μάχῃ κρατήσαντες, μικροῦ μὲν ἅπαντας πανωλεθρίᾳ διέφθειραν· σὺν ὀλίγοις δὲ πεφευγότος εἴς τινα κώμην τοῦ βασιλέως,

οὐκ οὔ-

οὐκ οὔσαι τείχη, περιθέντες ὕλην πανταχόθεν τῇ κώμῃ, καὶ πῦρ ἐνέντες, τοὺς ἐν αὐτῇ συμφυγόντας μετὰ τῶν ἐνοικούντων ἐνέπρησαν· ὡς μηδὲ τῷ τοῦ βασιλέως σώματι δυνηθῆναί τινα παντάπασιν ἐπιστῆναι. Τῶν δὲ πραγμάτων ἐπὶ λεπτοτάτης ἑστώτων ἐλπίδος, Βίκτωρ, ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγούμενος ἱππικοῦ, τὸν κίνδυνον ἅμα τισὶν ἱππεῦσι διαφυγών, ἐπὶ Μακεδονίαν τε καὶ Θετταλίαν ἐλάσας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Μυσοὺς καὶ Παίονας ἀναδραμών, αὐτόθι διατρίβοντι τῷ Γρατιανῷ τὸ συμβὰν ἀπαγγέλλει, καὶ τὴν τοῦ στρατοπέδου καὶ τοῦ βασιλέως ἀπώλειαν. ὁ δὲ, οὐ σφόδρα μὲν λυπηρῶς τὴν τοῦ θείου τελευτὴν ἤνεγκεν· (ἦν γάρ τις ὑποψία πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς) ὁρῶν δὲ αὑτὸν οὐκ ἀρκοῦντα πρὸς τὴν διοίκησιν, Θρᾴκης μὲν ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων ταύτῃ βαρβάρων κατεχομένης, καὶ τῶν περὶ Μυσίαν καὶ Παιονίαν τόπων ὑπὸ τῶν ταύτῃ βαρβάρων ἐνοχλουμένων, τῶν δὲ περὶ τὸν Ῥῆνον ἐθνῶν ἀκωλύτως ταῖς πόλεσιν ἐπιόντων, αἱρεῖται τῆς βασιλείας κοινωνὸν Θεοδόσιον, ἐκ μὲν τῆς ἐν Ἰβηρίᾳ *Καλλεγίας, πόλεως [δὲ] Καύκας ὁρμώμενον, ὄντα δὲ οὐκ ἀπόλεμον, οὐδὲ ἀρχῆς στρατιωτικῆς ἄπειρον. ἐπιστήσας δὲ τοῖς κατὰ Θρᾴκην αὐτὸν καὶ τὴν ἑῴαν πράγμασιν, αὐτὸς ἐπὶ Γαλάτας τοὺς ἑσπερίους ἐχώρει, τὰ αὐτόθι διαθήσων, εἰ οἷός τε γένοιτο. Θεοδοσίου δὲ τοῦ βασιλέως κατὰ τὴν Θεσσαλονίκην διατρίβοντος, πολλοὶ πανταχόθεν κατὰ κοινὰς καὶ ἰδίας συρρέοντες χρείας, τῶν προσηκόντων τυγχάνοντες ἀπηλλάττοντο. πλήθους δὲ πολλοῦ τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Σκυθῶν, Γότθων λέγω καὶ Ταϊφάλων, καὶ ὅσα τούτοις ἦν ὁμοδίαιτα πρότερον ἔθνη, περαιωθέντων, καὶ ταῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν οὔσαις πόλεσιν ἐνοχλεῖν ἀναγκαζομένων, διὰ τὸ, πλῆθος Οὔννων τὰ παρ' αὐτῶν οἰκούμενα κατασχεῖν, ὁ μὲν βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐς πόλεμον πανστρατιᾷ παρεσκευάζετο. πάσης δὲ τῆς Θρᾴκης ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἐθνῶν ἤδη κατειλημμένης, καὶ τῶν ἐπὶ τῇ φυλακῇ τῶν πόλεων καὶ τῶν αὐτόθι φρουρίων, οὐδὲ ἐπὶ βραχὺ θαρρούντων ἔξω τῶν τειχῶν προελθεῖν, μή τί γε καὶ ἐν τοῖς ὑπαίθροις εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, Μοδάρης, ὢν μὲν ἐκ τοῦ βασιλείου τῶν Σκυθῶν γένους, οὐ πρὸ πολλοῦ δὲ πρὸς Ῥωμαίους αὐτομολήσας, καὶ δι' ἣν ἐπεδείξατο πίστιν, στρατιωτικῆς προβεβλημένος ἀρχῆς, ἐπί τινος ἀναβιβάσας λόφου τοὺς στρατιώτας, ὁμαλοῦ μὲν καὶ γεώδους, ἐκτεινομένου δὲ εἰς μῆκος,

nullis cinctum mœnibus; ab omni parte vico materie circumdato, igneque immiſſo, quotquot eó confugerant, vna cum incolis, concremarũt: ita vt ne quidem ad corpus Imperatoris omnino quiſquã peruenire poſſet. Rebus ad ſpem minutiſſimam redactis, dux equitatus Romani Victor, e periculo cum nonnullis equitibus elapſus, quum in Macedoniam Theſſaliamque contendiſſet, atq; inde ad Myſos & Pannonios excurriſſet: Gratiano in iis locis commoranti rem, vti accidiſſet, nuntiat; itemque tam exercitus, quam Imperatoris interitum. Ille non admodum mæſto patrui cædem animo tulit, quod inter eos ſuſpicio quædam intercederet. Sed quia videbat, ſe rebus adminiſtrandis non ſufficere, Thracia quidem a barbaris, qui eam inuaſerant, occupata; Myſiæ vero Pannoniæque locis, ab hærentibus ibidem barbaris, vexatis; Rhenanis denique nationibus vrbes, citra cuiuſquam impedimentum, infeſtantibus: imperii conſortem THEODOSIVM deligit, oriundum ex opido Hiſpanicæ Callęciæ Cauca, hominem bellicoſum, & imperii militaris haud ignarum. Hoc Thraciæ rebus & orienti præfecto, ipſe ad occidentales Gallos tendit: vt eorum locorum res, ſi poſſet, componeret. Dum Imperator hic Theodoſius Theſſalonicæ commoratur, multi propter publicas & priuatas neceſſitates illuc vndique confluentes, impetratis ab eo, quæ par erat, diſcedebant. Quum autem ingentes copię transiſtrianorum *Scytharum*, *Gotthorum* inquã, & *Taifalorum*, & aliarum gentium, quæ prius inter hos viuere ſolebant, flumẽ transieciſſent; & opidis Romanæ dicionis propterea graues eſſe cogerẽtur, quod Hunnorum multitudo terras ab ipſis habitatas occupaſſet: Theodoſius Imperator ad bellum gerendum vniuerſis ſe cum copiis parabat. Tota vero ab iis nationibus, quas diximus, occupata Thracia; & opidorum in illis locis caſtellorumq; præſidiariis ne paullum quidem extra munitiones progredi audentibus, nedum vt apertis in locis manus consererent: Modares, regio natus apud Scythas genere, qui non multo ante transfugerat ad Romanos, & propter fidelem Romanis nauatam operã, magiſterium militum fuerat adeptus, quũ milites in collem quemdam duxiſſet, planũ quidem illum, & aruo ſimilem, ſed qui porrigeretur in longum,

& ampliſſimos campos ſibi ſubiectos haberet: ibidem, barbaris id ab eo factum ignorantibus, hærebat. Quum autem per exploratores intellexiſſet, vniuerſos in campis colli ſubiectis hoſtes, abuſos annona, quam in agris & vicis non munitis repererant, vino iacere obrutos: tacite militibus imperat, vt gladios dumtaxat & ſcuta ferentes, armis maioribus grauioribuſve poſthabitis, conſuetiſque ſcutorum condenſationibus omiſſis, barbaros iam luxu ſolutos inuaderent. Quod vbi factũ eſſet, perexiguo diei tempore barbaros adorti milites, vniuerſos interfecerunt: quum quoſdam nihil ſentientes, quoſdam inter ſentiendum vulneraſſent, & aliis alios mortis generibus interemiſſent. Quũ nulli iã viri ſupereſſent, mortuos ſpoliant; & mulieres ac pueros adgreſſi, quatuor plauſtrorum milia capiunt, cum tot mancipiis, quot erat conſentaneum tot vehi curribus: præter eos, qui pedites plauſtra comitabantur, ac per vices (vt fieri conſueuit) in plauſtris quieſcendo ſe recreabant. Ita quum iis quæ fors fortuna obtulerat, vſus eſſet exercitus: res Thraciæ, in extremo periculo exitii conſtitutæ, tum quidem in tranquillo erant, barbaris in ea præter omnem ſpem deletis. Orientis autem res, ex huiuſmodi cauſſa, parũ aberat, quin prorſus interirent. Hunnis eo modo, quo diximus, trãſiſtrianas gentes adgreſſis, quum impreſſiones illorum Scythæ ſuſtinere non poſſent; Valentem, id temporis rerum potientem obſecrarunt, vt ſe per Thraciam reciperet, ſociorum & ſubditorum facturos officium, & obſecuturos in rebus omnibus, quas princeps imperaſſet. His verbis perſuaſus Valens, ſuſcipit ille quidem eos: ſed ratus, ipſorum ſe fidei nomine cautionem habiturum idoneam, ſi liberos eorum, necdum puberes, in alia regione curaret educari: magnam puerulorum multitudinem in orientem mittit, eorumque præficit educationi & cuſtodiæ Iulium, quod eius viri ſagacitatem & induſtriam vtriq; ſuffecturam officio putaret. Iulius eos in opida diſtribuit, ne barbara iuuẽtus, tanto collecta numero, amplũ haberet moliẽdi res nouas ſpatiũ, & a ſuis remota cõſpiraret.

καὶ πεδία μέγιστα ὑποκείμενα ἔχοντος, ἔλαθε μὲν τοὺς βαρβάρους τοῦτο πεποιηκώς· ἐπεὶ δὲ διὰ τῶν κατασκόπων ἔγνω πάντας ἐν τοῖς ὑποκειμένοις τῷ λόφῳ πεδίοις τοὺς πολεμίους, ἀποχρησαμένους τῇ κατὰ τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰς *ἀτειχίστους κώμας εὑρεθείσῃ τροφῇ, κεῖσθαι μεθύοντας, ἡσυχῇ παραγγέλλει τοὺς στρατιώτας ξίφη μόνα καὶ ἀσπίδας ἐπικομιζομένους, μείζονος δὲ ἢ βαρυτέρας ὑπεριδόντας ὁπλίσεως, καὶ τοὺς συνασπισμοὺς τοὺς συνήθεις ἐάσαντας, ἐπελθεῖν τοῖς βαρβάροις ἤδη τῇ τρυφῇ παρειμένοις. οὗ δὴ γεγενημένου, βραχύ τι τῆς ἡμέρας ἐπιθέμενοι τοῖς βαρβάροις οἱ στρατιῶται, πάντας κατέσφαξαν, τοὺς μὲν οὐδὲ αἰσθανομένους, τοὺς δὲ ἅμα τῇ αἰσθήσει τρωθέντας, καὶ ἄλλους ἄλλοις θανάτου τρόποις ἀναιρεθέντας. ἐπεὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν οὐδὲν ὑπελείφθη, τοὺς μὲν πεσόντας ἐσκύλευον· ἐπὶ δὲ τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας ὁρμήσαντες, ἁμάξας μὲν εἷλον τετρακισχιλίους, αἰχμαλώτους δὲ ὅσους ἦν εἰκὸς ἐπὶ τοσούτων ἁμαξῶν φέρεσθαι, δίχα τῶν βάδην ταύταις ἀκολουθούντων, καὶ ἐξ ἀμοιβῆς (οἷα φιλεῖ γίνεσθαι) τὰς ἀναπαύσεις ἐπ' αὐτῶν ποιουμένων. Οὕτω τοῖς ἀπὸ τῆς τύχης πορισθεῖσι τοῦ στρατοῦ χρησαμένου, τὰ μὲν τῆς Θρᾴκης, εἰς ἔσχατον ἀπωλείας ἐλάσειν κινδυνεύσαντα, τέως ἦν ἐν ἡσυχίᾳ, παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῶν ἐν ταύτῃ βαρβάρων ἀπολομένων. τὰ δὲ κατὰ τὴν ἑῴαν, οὐ πόῤῥω γέγονε παντελοῦς ἀπωλείας, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. τῶν Οὔννων, ὃν τρόπον διεξῆλθον, τοῖς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον κατῳκημένοις ἔθνεσιν ἐπελθόντων, οὐκ ἐνεγκόντες οἱ Σκύθαι τὰς τούτων ἐφόδους, Οὐάλεντος τηνικαῦτα βασιλεύοντος ἐδεήθησαν, κατὰ τὴν Θρᾴκην δέξασθαι αὐτούς, συμμάχων τε καὶ ὑπηκόων πληρώσοντας χρείαν, ὑπηρετησομένους δὲ *πᾶσιν οἷς ἂν ὁ βασιλεὺς ἐπιτάξειε. τούτοις ὑπαχθεὶς τοῖς λόγοις ὁ Οὐάλης, δέχεται μὲν αὐτούς· οἰηθεὶς δὲ τῆς αὐτῶν πίστεως ἐχέγγυον ἀσφάλειαν ἔχειν, εἰ τοὺς αὐτῶν παῖδας, εἰς ἥβην οὔπω προελθόντας, ἐν ἑτέρᾳ που διαιτᾶσθαι παρασκευάσειε χώρᾳ, πλῆθος πολύ τι παιδαρίων εἰς τὴν ἑῴαν ἐκπέμψας, Ἰούλιον ἐπέστησε τῇ τούτων ἀνατροφῇ τε καὶ φυλακῇ, τὴν ἀγχίνοιαν τοῦ ἀνδρὸς πρὸς ἑκάτερον ἀρκεῖν ἡγησάμενος. ὁ δὲ, ταῖς πόλεσιν αὐτοὺς ἐγκατένειμεν, ὥστε μὴ βάρβαρον νεολαίαν, εἰς πλῆθος *συνειλεγμένων τοσοῦτον, εὐρυχωρίας ἔχειν τοῦ νεωτερίζειν τι, καὶ ἔξω τῶν οἰκείων συμφρονῆσαι.

τούτοις ἐνδιαιτωμένοις ταῖς πόλεσι, καὶ ἤδη ταῖς ἡλικίαις ἀκμάζουσι, τὰ κατὰ τὴν Θρᾴκην συμβάντα τοῖς αὐτῶν ὁμοφύλοις, ἠγγέλθη. δυσχεράναντες δὲ πρὸς τὴν ἀκοήν, ἀλλήλοις τε ὡμίλουν ὅσοι κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν ἔτυχον ὄντες καὶ τοῖς ἑτέρας πόλεις οἰκοῦσι, λαθραίως ἐδήλουν, τῇ κατὰ τῶν πόλεων ἐπιθέσει τιμωρῆσαι τοῖς σφῶν πατράσι καὶ ὁμοφύλοις διανοούμενοι. ταύτης αἰσθόμενος ὁ, Ἰούλιος τῆς τῶν βαρβάρων ὁρμῆς, καὶ ἀπορῶν μὲν ὅ τι πράξειε, δεδιὼς δὲ τὴν τῶν βαρβάρων ἐφ' ὅπερ ἂν ὁρμήσωσι, πρόχειρον ἐπιχείρησιν, τῷ μὲν βασιλεῖ Θεοδοσίῳ δῆλον καταστῆσαι τὸ μελετώμενον οὐκ ἔγνω, καὶ ἐν τοῖς περὶ Μακεδονίαν ἐνδιατρίβοντι τόποις, καὶ προσέτι γε ὡς μὴ παρ' αὐτοῦ, παρὰ Οὐάλεντος δὲ ταύτην ἐπιτραπεὶς τὴν φροντίδα, καὶ οὔπω σχεδὸν τῷ τότε βασιλεύοντι γνωριζόμενος· τῇ δὲ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν γερουσίᾳ γράψας ἐν παραβύστῳ, καὶ παρὰ ταύτης ἐπιτραπείς, ὅ τι ἂν λυσιτελεῖν ἡγήσαιτο, πρᾶξαι, τοιῷδέ τινι τρόπῳ τὸν ἐπηρτημένον ταῖς πόλεσιν ἀποσείεται κίνδυνον. καλέσας ὡς ἑαυτὸν ἅπαντας, ὅσοι ταγμάτων ἔτυχον στρατιωτικῶν προεστῶτες, καὶ *ὅρκοις καταλαβών, ἣν εἶχε γνώμην αὐτοῖς ἐκοινώσατο. οἱ δέ, ἅπερ ἔδει πράττειν ἀκηκοότες, λόγους ἐνέσπειραν τοῖς ἐν ἑκάστῃ πόλει βαρβάροις. ὡς ὁ βασιλεὺς ἀδραῖς σφόδρα δωρεαῖς αὐτοὺς ἀμείψασθαι βούλοιτο, καὶ διαδοῦναι πᾶσιν οὐ χρήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ γῆν, ὡς ἂν εἰς τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ Ῥωμαίων εὔνοιαν ἐπιδοῖεν. ἐπὶ τούτοις τε ἐκέλευον εἰς τὰς μητροπόλεις ἀγείρεσθαι, ῥητῆς αὐτοῖς εἰς τοῦτο δοθείσης ἡμέρας. ταύταις ἐπαρθέντες οἱ βάρβαροι ταῖς ἐλπίσιν, ἐχάλασαν μέν τι τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς κατὰ τῶν πόλεων ἀπωλείας, ἀναμείναντες δὲ τὴν κυρίαν, οὗπερ ἦν τεταγμένον ἑκάστοις ἰέναι, συνέρρεον. εἰδότες δὲ καὶ οἱ στρατιῶται τὸ σύνθημα, καταλαβόντες τὰ ταῖς ἀγοραῖς ἐπικείμενα τέγη, τοὺς βαρβάρους εἰσιόντας λίθοις καὶ βέλεσι κατηκόντισαν, ἕως ἅπαντας πανωλεθρίᾳ διαφθείραντες, τὰς ἐν τῇ ἑῴᾳ πόλεις τῶν ἐπικειμένων ἠλευθέρωσαν φόβων. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν ἑῴαν καὶ Θρᾴκην συμπεσόντα ἐλαττώματα, τῇ τῶν στρατηγῶν ἀγχινοίᾳ ταύτην ἔσχε τὴν τελευτήν. ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος, ἐνδιαιτώμενος ἔτι τῇ Θεσσαλονίκῃ, τοῖς μὲν ἐντυγχάνουσιν ἐδόκει πως εὐπρόσιτος εἶναι·

His intra ciuitates degentibus, & ætatis iam maturitatem adſequutis, eæ res nuntiabantur; quæ res in Thracia popularibus ſuis accidiſſent. Qua fama permoleſte cognita, quotquot in eodem erant opido, inter ſe congrediuntur; & alias vrbes inhabitantibus clamculum ſignificant, cogitare ſe, Romanas vrbes adoriendo, parentes ac populares ſuos vlciſci. Iulius, hoc inſtituto barbarorum animaduerſo, inops conſilii, quid potiſſimum ageret, ſimulq; barbarorum conatus expeditos veritus, quocumque ſe conuertiſſent; Theodoſio quidem Imperatori, quid ageretur, minime ſtatuit aperiendum; partim quod is in Macedoniæ l cis hæreret, partim quod a Valente fuiſſet hæc ei commiſſa procuratio, nō a Theodoſio, tunc rerum domino, cui prope necdum innotuerat. ſcriptis autem ſecreto ad ſenatum Conſtantinopolitanum litteris, & ab eo accepta poteſtate agendi, quidquid expediturum reipublicæ putaret, tali quodam modo periculum vrbibus imminens auertit. Arceſſitis ad ſe omnibus ordinum militarium præfectis, & ſacramentis exactis; conſilium, quod inſtituiſſet, cum eis communicat. Illi, perceptis iis quæ eſſent peragenda; rumores inter cuiuslibet vrbis barbaros didunt, Imperatorem largis admodum muneribus eos adficere velle; nec pecuniam dumtaxat, verumetiam agros diſtributurum in omnes; vt eos ad ſuam, & populi Romani, amicitiam pelliceret. Ideoq; iubebant, vt certo ad hoc eis die ſtatuto, intra metropoles conuenirent. Per has elati ſpes barbari, nonnihil de iracundia, deq; ſtruendo vrbibus exitio, remittunt: & exſpectato die præſtituto, quó ſinguli venire iuſſi fuerant, confluūt. Quum autem milites quoque datam ſibi teſſeram non ignorarent, occupatis tectis, quæ verſus forum quodlibet ſpectabant, ingreſſos barbaros lapidibus & telis tantiſper petunt; donec vniuerſis ad internecionem deletis, vrbes orientales imminenti formidine liberaſſent. Et damna quidem, quæ per orientem & Thraciam acciderant, exitum huiuſmodi, ſagacitate ducum, habuerūt. Imperator autem Theodoſius, adhuc Theſſalonicæ degens, adeuntibus ille quidem facilis acceſſu videbatur:

ſed a voluptate negligentiaque exorſus imperium, officia præpoſitorum reipublicæ magiſtratuum conturbauit; & rerum militarium duces numero plures, quam antea fuiſſent, inſtituit. Quippe quum vnus eſſet *equitum magiſter*, & vnus itidem *peditum præfectus*: pluribus, quam quinque, magiſtratus hoſce diſtribuit; & hoc ipſo fiſcum pluribus annonis grauauit. Non enim amplius duobus tantummodo ducibus, ſed quinque, vel pluribus etiam, quæcumque duûm illorum quilibet ante habuiſſet, præbebantur. Simul tot magiſtratuum auaritiæ milites expoſuit. Nam quilibet eorum non partem, ſed ſolidum, ac ſi duo tantum eſſent, cauponariam quamdam ex militaribus annonis factitando, colligere lucrum volebat. Nec his contentus, etiam *præfectos alarum, turmarumque duces*, & *tribunos* tantopere adauxit; vti duplo plures, quam prius eſſent, poſt ſe reliquerit; & milites interim nihil eorum, quæ ipſis ex fiſco præbebantur, acciperēt. Sed huc quidem Imperatoris negligentia, & enormi auaricia, res rediit. Tanti vero ſumtus in menſam Imperatoris erogandi primus auctor exſtitit, vt propter ciborū multitudinem, & in his adparandis lauticiem, populoſæ coquorum, & pocillatorum, & aliorum cohortes inſtituerētur; quas ſi quis enumerare voluerit, prolixæ ſcriptionis indigebit. Nam de multitudine inſeruientium principi ſpadonum, quodque complures horum, præſertim qui ceteris forma præſtabant, præſides in medium producerēt eos quos ipſi vellent; quodq; totum imperium ſua in poteſtate haberent, & quocumq; lubitum eſſet, animum principis flecterent: de his inquam, quid opus eſt orationem inſtituere prolixiorem? quando rerum interitus, exinde ſequuti, cauſſæ nobis indicandæ veniunt. Quum enim temere, atque etiam in indignos fiſci bona profunderet, ideoq; non abs re pluribus pecuniis egeret: prouinciarum præfecturas quibusuis accedentibus venales exponebat, nulla prorſus exiſtimationis, aut honeſtæ vitæ ratione habita; ſed eum iudicans idoneum, qui auri vel argenti maiorem ſummam adferret. Adeoque videre erat argentarios, & nummularios, & alios, profeſſiones in foro fœdiſſimas obeuntes, magiſtratuum inſignia ferre, maioremq; pecuniæ vim habentibus prouincias tradere. Quum talis in republica

τρυφῇ δὲ καὶ ἐκμελείᾳ τῆς βασιλείας προοίμια ποιησάμενος, τὰς μὲν προεστώσας ἀρχὰς συνετάραξε, τοὺς δὲ τῶν στρατιωτικῶν ἡγουμένους, πλείονας ἢ πρότερον *ἐργασάμενος. ἑνὸς γὰρ ὄντος *ὑπάρχου, καὶ ἐπὶ τῶν πεζῶν ἑνὸς τεταγμένου, πλείοσιν ἢ πέντε ταύτας διένειμε τὰς ἀρχάς· τούτῳ τε καὶ τὸ δημόσιον σιτήσεσιν ἐβάρυνε πλείοσιν. οὐκ ἔτι γὰρ δύο στρατηγοῖς μόνοις, ἀλλὰ πέντε καὶ πλείοσιν, *ὅσοις ἕκαστος τῶν δύο πρότερον εἶχεν, ἐχορηγοῦντο· καὶ τοὺς στρατιώτας τοσούτων ἀρχόντων ἐκδέδωκε πλεονεξίᾳ. τούτων γὰρ ἕκαστος οὐκ αὐτὸ μέρος, ἀλλὰ ὁλόκληρον, *ὡς ἂν εἰ δύο μόνων ὄντων, ἐκ τῆς περὶ τὰ στρατιωτικὰ σιτηρέσια καπηλείας, ἀθροίζειν ἐβούλετο κέρδος. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰλάρχας καὶ λοχαγοὺς καὶ ταξιάρχους, εἰς πλῆθος ἤγαγε τοσοῦτον· ὥστε διπλασίους ἢ πρότερον εἶχε λελεῖφθαι, τοὺς δὲ στρατιώτας, τῶν ἐκ τοῦ δημοσίου δεδομένων αὐτοῖς, ἔχειν οὐδέν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰς τοῦτο κατέστησεν ἡ τοῦ βασιλέως ἐκμέλεια, καὶ ἡ ἄλογος τῶν χρημάτων ἐπιθυμία. τοσαύτην δὲ ἐπεισήγαγε τῇ βασιλικῇ τραπέζῃ δαπάνην, ὥστε διὰ πλῆθος τῶν ἐδεσμάτων καὶ τῆς περὶ ταῦτα πολυτελείας, τάγματα πολυάνθρωπα καταστῆναι μαγείρων τε καὶ οἰνοχόων, καὶ τῶν ἄλλων· οὓς εἴ τις ἐξ*αριθμήσασθαι βουληθείη, συγγραφῆς αὐτῷ πολυστίχου δεήσει. περὶ γὰρ τοῦ πλήθους τῶν περὶ τὴν βασιλικὴν θεραπείαν εὐνούχων, καὶ ὡς οἱ πλεῖστοι τούτων, ὅσοι μάλιστα τῶν ἄλλων ὥρᾳ διέφερον, ἄρχοντας τέως [οὓς] ἐβούλοντο παρῆγον εἰς μέσον, καὶ τῆς βασιλείας ἁπάσης τὴν ἐπικράτειαν ἔχον, τὴν τοῦ βασιλεύοντος, εἰς ὅπερ ἐβούλοντο, μεταφέροντες γνώμην, τί δεῖ λέγοντα μηκύνειν ἐπιπλέον τὸν λόγον; δέον τὰ τῆς ἐξ ἐκείνου τῶν πραγμάτων ἀπωλείας αἴτια διελθεῖν. ἐπεὶ γὰρ ὡς ἔτυχε, καὶ περὶ τοὺς ἀναξίους, τὰ δημόσια δαπανῶν, πλειόνων εἰκότως ἐδεῖτο χρημάτων, καὶ τὰς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγεμονίας ὠνίους προὐτίθει τοῖς προσιοῦσι, δόξῃ μὲν ἢ βίῳ σπουδαίῳ παντάπασιν οὐ προσέχων, ἐπιτήδειον δὲ κρίνων, τὸν *ἀγρὸν ἢ ἀργύρειον προσάγοντα πλεῖον· καὶ ἦν ἰδεῖν ἀργυραμοιβοὺς, καὶ ὀβολοστάτας, καὶ ἄλλους ἐπ᾽ ἀγορᾶς τὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων αἴσχιστα μετιόντας, ἐπιφερομένους τὰ τῶν ἀρχῶν σύμβολα, καὶ τοῖς πλείονα ἔχουσι χρήματα τὰς ἐπαρχίας παραδιδόντας. Οὔσης οὖν ἤδη τοιαύτης τῆς ἀμφὶ τὴν πολιτείας

ἐπὶ δὲ

ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐνδιδούσης, τὸ μὲν στρατιωτικὸν ἐν ὀλίγῳ μεμείωτο χρόνῳ, καὶ εἰς τὸ μηδὲν περιέστη· αἱ δὲ πόλεις ἀπολελοίπει τὰ χρήματα, τὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἐπιτεθέντων *φόρων, ὑπερβαινόντων τὸ μέτρον, τὰ δὲ εἰς τὴν τῶν ἀρχόντων ἐκενοῦτο πλεονεξίαν. τοὺς γὰρ μὴ θεραπεύοντας τὴν αὐτῶν ἀπληστίαν, τοῖς ἐκ συκοφαντίας πράγμασι περιέβαλλον, μονονουχὶ βοῶντες ὡς, ὅσα ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς δεδώκασιν, ἀνάγκη πᾶσα συναγαγεῖν. ἐκ τούτου τοιγαροῦν οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες, πενίᾳ τε καὶ ἀρχόντων κακίᾳ φυρόμενοι, δυστυχῆ καὶ οἴκτιστον ἔτριβον βίον, ἱκετεύοντες τὸν θεὸν καὶ δεόμενοι τῶν τοσούτων αὐτοῖς ἀπαλλαγὴν εὑρέσθαι συμφορῶν. ἔτι γὰρ ἦν αὐτοῖς ἄδεια τοῦ φοιτᾶν εἰς τὰ ἱερὰ, καὶ τὰ θεῖα κατὰ τοὺς πατρίους θεσμοὺς ἐκμειλίττεσθαι.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος, παρὰ πολὺ ἐλαττωθὲν τὸ στρατιωτικὸν θεασάμενος, ἐφῆκε τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον βαρβάρων τοῖς βουλομένοις, ὡς αὐτὸν ἰέναι, τοὺς αὐτομόλους ἐντάττειν τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασιν ὑπισχνούμενος. οἱ δὲ, τὸ σύνθημα τοῦτο δεξάμενοι, ᾔεσάν τε ὡς αὐτὸν, καὶ ἀνεμίγνυντο τοῖς στρατιώταις, γνώμην ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες, εἰ *πλείους γένοιντο, ῥᾷον ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασι, καὶ κρατήσειν ἁπάντων. ἰδὼν δὲ τὸ πλῆθος τῶν αὐτομόλων ὁ βασιλεὺς, ἤδη τὸ τῶν αὐτόθι στρατιωτῶν ὑπεραῖρον, ἐν νῷ τε βαλλόμενος ὡς καθέξει τις αὐτοὺς, ἕτερόν τι παρὰ τὰ συνειλεγμένα φρονήσαντας, ἄμεινον ᾠήθη, μέρος τι τούτων τοῖς στρατευομένοις κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἀναμίξαι, μέρος δὲ τῶν τὰ ἐκεῖσε τάγματα πληρούντων, ὡς ἑαυτὸν ἀγαγεῖν. οὗ δὴ γινομένου, καὶ τῶν μὲν ἐπ' ἐκεῖνα, τῶν δὲ ἐπὶ τάδε, κατὰ τὸ βασιλέως σύνθημα περιιόντων, οἱ μὲν Αἰγύπτιοι τὴν πάροδον ἡσυχῇ ποιούμενοι διὰ τῶν πόλεων, τὰ ἐν χρείᾳ, τιμῆς δικαίας ὠνοῦντο· οἱ βάρβαροι δὲ, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ τῇ παρόδῳ χρώμενοι, τὰ ἐπ' ἀγορᾶς ὡς ἐβούλοντο διετίθεσαν. ἐπεὶ δὲ συνέδραμον εἰς τὴν *Φιλαδέλφειαν, ἣ μία τῆς Λυδίας ἐστὶν, οἱ μὲν Αἰγύπτιοι, πολλῷ τῶν βαρβάρων ὄντες ἐλάττους, εἴχοντο τῆς στρατιωτικῆς εὐταξίας· οἱ δὲ βάρβαροι, πλήθει τούτους ὑπεραίροντες, ἔχειν τι πλέον ἠξίουν. καὶ ἐπεὶ τῶν ἐπ' ἀγορᾶς τις, ὧν ἀπέδοτο δοθῆναι τιμὴν ᾔτησεν, ὁ δὲ βάρβαρος τὸ ξίφος ἐπήγαγεν, εἶτα ἀναβοήσαντος, ἐπλήττετο καὶ ἄλλος, βοηθῆσαι βουλόμενος,

Ibi Stelicho ridere; Maſceldelus, fluminis abreptus impetu, ſuffocari. Hinc iã inimicitiæ Stelichonis & Eutropii in apertum erumpere, & in ore omnibus eſſe. Atque his odiis animorum mutuis inſiſtentes, omni cum licentia ſubditorum malis inſultant: quum iam Stelicho Mariam filiã Honorio principi dediſſet vxorẽ, & Eutropius in Arcadium, veluti pecudem quamdam, imperiũ exerceret. Nam ſiue prædium aliquod inſigne ſubditorum quiſpiam haberet, ad horum alterius dominiũ tranſibat: ſiue quid auri & argenti eſſet, id omne priſtinis a poſſeſſoribus ad ipſos confluebat. Quippe magnum erat agmen hominum vbique calumnias ſtruentium, quibus horum deferendorum cura cõmiſſa fuerat. Quum eſſet vtrimque hic imperii ſtatus, omnes ordinis ſenatorii proceres adflictã miſeramque rerum condicionem indigne ferebant: præſertim *Gaines*, qui nec cõuenientẽ duci prouectioris ætatis honorem conſequeretur; nec muneribus, ob inſatiabilem animi barbari libidinem, expleri poſſet; quem denique magis etiam vreret, quod omnes in Eutropii domum pecuniæ deriuarentur. Has ob cauſſas indignatus, ſocium ſibi conſilii *Tribigildum* adiungit. Is periculis obeundis præſenti vir erat animo, & quoduis ad facinus audendũ promtiſſimus. Nec alis equeſtribus Romanis, ſed barbaris, in Phrygia collocatis, præerat; quarũ erat illi a principe data cura. Hic in Phrygiã proficiſci ſe velle ſimulat, vt militantes ſub ſe barbaros inſpiceret; eoque nomine Conſtantinopoli digreſſus abit. Quumq; barbaros ſecum ſumſiſſet, quorũ dux erat, quidquid eſſet in itinere medio ſitum, inuadit: nec virorum, aut mulierũ, aut puerorum cædibus abſtinens, & obuia quæq; diripiẽs, perexiguo tempore tantã coẽgit multitudinem calonũ, aliarumq; vilium perſonarum; vt Aſiam totam in extremum diſcrimen adduceret. Nã & plena tumultus Lydia penitus erat, omnibus (prope dixerim) ad loca maritima confugientibus, & cum ſuis vniuerſis ad inſulas, alioue nauigantibus: & Aſia, mari finitima, periculum iam imminens, quantum alias vmquam, ſe conſpecturam verebatur. Hæc vbi nuntiata principi fuiſſent, nullam ille publicæ calamitatis rationem habere, (nec enim perſpicere poterat, quid agendum eſſet, extreme ſtolidus homo) ſed Eutropio totam adminiſtrationem imperii tradere. Is & Gainem, &

Leonem duces deligit; hunc ablegaturus in Aſiam, vt obtinentes eã barbaros, vel alioqui promiſcue collectitios, adoriretur: Gainem per Thraciam & Helleſponti dimiſſurus anguſtias, hoſtibus ibidẽ occurſurum, ſi & iſtæc loca vexari ab eis conſpexiſſet. Ac Leo ſane, qui rebus Aſiaticis opem ferre iuſſus fuit, nulla prorſus imperatoria virtute præditus erat, nec alia dote quapiam, quæ ad hanc fortunam eum prouehere mereretur; vno excepto, quod Eutropio familiaris eſſet. Gaines, in Thraciam mittebatur, quo minus per Helleſpontum Tribigildi milites tranſiicerent, prohibiturus; ac nauali quoque prœlio cum eis congreſſurus, ſi quidem vſus ita poſceret. In hunc modum ordinati duces, eo copias abducunt, quo ſortitus quiſque fuerat. Gaines, iis ad animum reuocatis, de quibus inter ipſum & Tribigildum conuenerat; quodque iam tempus adpetiiſſet, quo ceptum exſequi conatũ deberet: Tribigildo, ſuas vt copias ad Helleſpontum duceret, imperat. Enimuero ſi, quæ cõtra rempublicam mente conceperat, occultaſſet; ac pacate cum barbaris ſuis, Conſtantinopoli fuiſſet egreſſus: omnino ſucceſſurum erat ei quod ceperat conſilium, Aſiaque tota fuiſſet occupata; nec quo minus ea perdita, ſimul & oriens periret, quidq̃ erat omnino quod prohiberet. Sed quando adhuc vrbes illas imperio Romano fortuna ſaluas eſſe volebat, a natura barbaris inſito calore furoreque Gaines abreptus, Conſtantinopoli diſcedit, vniuerſa propemodum belli poteſtate accepta. Quumque vix Heracleam perueniſſet, Tribigildo quid agendum eſſet, ſignificat. Ille vero minime verſus Helleſpõtum progredi ſtatuit; veritus ne in conſtitutas iſtic copias incideret: ſed vaſtata penitus Phrygia, Piſidas adortus eſt; nec vllum expertus impedimentum, cuncta populatus abiit. Quæ res quum nuntiarentur, nullam Gaines illorum qui bello premebantur, rationem habere; memor eorum, de quibus ipſi cum Tribigildo conueniſſet. Interim Leo, ſitis ad Helleſpontum locis immoratur, qui nec prœlio congredi cum Tribigildo auderet; ſimulque vereri ſe diceret, ne forte Tribigildus per aliam viam parte quadam copiarum emiſſa, ex improuiſo agros ad Helleſpontum depopularetur. Quapropter accidit

Λέοντα στρατηγεῖ· τὸν μὲν, εἰς τὴν Ἀσίαν ἐκπέμψων, ἐπελευσόμενον τοῖς κατέχουσι ταύτην βαρβάροις, ἢ ἄλλως μιγάσιν ἀνθρώποις· Γαΐνην δὲ, διὰ τῆς Θρᾴκης καὶ τῶν τοῦ Ἑλλησπόντου στενῶν, ἀπαντήσοντα τοῖς πολεμίοις, εἰ καὶ τοῖς τόποις ἐκείνοις ἐνοχλοῦντας θεάσαιτο. Λέων μὲν οὖν, ὁ τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν συμβεβηκόσι βοηθῆσαι ταχθεὶς, ἀρετῆς μὲν οὐδὲ ἡστινοσοῦν μετειληφὼς στρατηγικῆς, οὐδὲ ἄλλου τινὸς ἀξίου πρὸς ταύτην τὴν τύχην αὐτὸν ἀναγαγεῖν, πλὴν ὅτι πρὸς Εὐτρόπιον εἶχεν οἰκείως. Γαΐνης δὲ, τὴν ἐπὶ Θρᾴκην ἐστέλλετο, κωλύσων τὴν διὰ Ἑλλησπόντου τῶν ἅμα Τριβιγίλδῳ διάβασιν, ναυμαχήσων τε αὐτοῖς, εἰ καὶ τούτου δέοιτο χρεία. ταύτῃ διαταχθέντες οἱ στρατηγοὶ, τὰς δυνάμεις ἀπῆγον, οὗπερ ἕκαστος ἔλαχε. Γαΐνης δὲ, ἃ συνέκειτο πρὸς Τριβίγιλδον αὐτῷ, λαβὼν κατὰ νοῦν, καὶ ὡς ἐνέστηκεν ὁ καιρὸς, ἀντιλαβέσθαι κελεύων τῆς ἐγχειρήσεως, ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἄγειν Τριβιγίλδῳ τὴν στρατιὰν ἐκέλευεν. εἰ μὲν οὖν ἅπερ ἐφρόνει κατὰ τῆς πολιτείας ἐταμιεύσατο, καὶ ἡσυχῇ μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ βαρβάρων τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἔτυχεν ἐξορμήσας, πάντως ἂν ἐξέβαινεν αὐτῷ τὸ βεβουλευμένον εἰς τέλος, καὶ ἥ τε Ἀσία πᾶσα κατείληπτο, καὶ συναπολέσθαι ταύτῃ τὴν ἑῴαν οὐδὲν ἦν τὸ κωλῦον. ἀλλ' ἐπειδὴ τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ φυλάττεσθαι τὰς πόλεις ἐβούλετο τέως ἡ τύχη, Γαΐνης μὲν τῇ προσούσῃ φύσει θερμῷ καὶ μανιώδει τοῖς βαρβάροις ἐξενεχθεὶς, ἀπεχώρει τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὅλην (ὡς εἰπεῖν) τὴν ἐξουσίαν τοῦ πολέμου παραλαβών. οὔπω δὲ σχεδὸν εἰς τὴν Ἡράκλειαν ἀφιγμένος, τῷ Τριβιγίλδῳ τὸ πρακτέον ἐσήμαινεν. ὁ δὲ, ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον οὐκ ἔγνω χωρεῖν, δέει τοῦ μὴ περιπεσεῖν ταῖς αὐτόθι καθεσταμέναις δυνάμεσι· πᾶσαν δὲ καταστρεψάμενος τὴν Φρυγίαν, προσέβαλλε καὶ Πισίδαις, καὶ κωλύματος οὐδενὸς πειραθεὶς, ἀπῄει πάντα πορθῶν. Τούτων δὲ ἀπαγγελλομένων, ὁ μὲν Γαΐνης, οὐδένα τῶν πολεμουμένων ἐποιεῖτο λόγον, οἷα δὴ κατ' ἰδίαν ἔχων, ὅσα πρὸς αὐτὸν Τριβιγίλδῳ συνέκειτο. Λέων δὲ, τοῖς περὶ τὸν Ἑλλήσποντον διέτριβε τόποις, οὔτε συμπεσεῖν ἐς μάχην Τριβιγίλδῳ θαρρῶν, καὶ ἅμα δεδιέναι φάσκων, μήποτε δι' ἑτέρας ὁδοῦ μέρος τι τῆς στρατιᾶς ἐκπέμψας Τριβίγιλδος, τὰ περὶ τὸν Ἑλλήσποντον λάθῃ χωρία καταστρεψάμενος. συνέβαινε τοίνυν,

οὕτως

ὄντος οὐδενὸς ἐμποδὼν τῷ Τριβιγίλδῳ, πᾶσαν μὲν κατὰ κράτος ἁλίσκεσθαι πόλιν, ἀναιρεῖσθαί τε πάντας τοὺς οἰκήτορας ἅμα τοῖς στρατιώταις, βάρβαρον δὲ σύμμαχον Ῥωμαίων εἶναι οὐδένα. τοῖς γὰρ ὁμοφύλοις ἐν τῇ συμβολαῖς ἀναμιγνύμενοι, κατὰ τῶν Ῥωμαίοις ὑπηκόων ἐχώρουν. Ὁ δὲ Γαΐνης, ἐπὶ ταῖς Ῥωμαίων ἄχθεσθαι δοκῶν συμφοραῖς, θαυμάζειν *προσεποιεῖτο τὰ Τριβιγίλδου στρατηγήματα, καὶ ἀκαταγώνιστον ἔλεγεν εἶναι φρονήσει, καὶ ἀγχινοίᾳ μᾶλλον ἢ δυνάμει πλεονεκτοῦντα. περαιωθεὶς δὲ εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐπεξῄει μὲν οὐδενί, περιεώρα δὲ τὴν τῶν πόλεων καὶ τῆς χώρας ἀπώλειαν, ἐπακολουθῶν μόνον· καὶ τὰ γινόμενα τρόπον τινὰ θεωρῶν, ἐκαραδόκει τὴν ἐπὶ τὴν ἑῴαν τοῦ Τριβιγίλδου διάβασιν, ἐκπέμπων μὲν αὐτῷ λάθρα δυνάμεις, συνεπιλαμβανομένας οἷς ἐπεχείρει, μήπω δὲ τὴν ἑαυτοῦ περὶ τὰ πράγματα γνώμην ἐπιδείξας. εἰ μὲν οὖν ἐπελθὼν [ἐπὶ] τὴν Φρυγίαν ὁ Τριβίγιλδος, μὴ τὴν ἐπὶ Πισιδίαν, ἀλλ' εὐθὺς ἐπὶ Λυδίαν ἐχώρησεν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσε, ταύτης ἀκονιτὶ κατὰ κράτος αἱρεθείσης, συναπολέσθαι καὶ τὴν Ἰωνίαν αὐτῇ· κἀκεῖθεν αὐτὸν ἐπὶ τὰς νήσους σκάφεσι διαβάντα, καὶ ναυτικὸν ὅσον ἐβούλετο πορισάμενον, ἅπασάν τε τὴν ἑῴαν διαδραμεῖν, καὶ μέχρις Αἰγύπτου πάντα λῄσασθαι, μηδεμιᾶς ἀξιομάχου δυνάμεως οὔσης· ἐπεὶ δὲ ταῦτα μὲν οὐκ ἔλαβε κατὰ νοῦν, ἔγνω δὲ τῇ Παμφυλίᾳ Πισίδαις ὁμορούσῃ τὰς δυνάμεις ἐπαγαγεῖν, ὁδοῖς μὲν *ἔτυχε δυσεμβάτοις, καὶ ἱππασίᾳ παντάπασιν ἀπροσίτοις. στρατοπέδου δὲ οὐδενὸς ἐναντιουμένου, Οὐαλεντῖνός τις τὴν Σέλγην οἰκῶν, (πολίχνη δὲ αὕτη Παμφυλίας ἐστίν, ἐπὶ λόφου κειμένη) παιδείας μετρίως ἡμμένος, καὶ πείρας οὐκ ἔξω τυγχάνων πολεμικῆς, συναγαγὼν οἰκετῶν πλῆθος καὶ γεωργῶν, ταῖς πρὸς τοὺς γειτνιῶντας λῃστὰς συνεχέσι μάχαις γεγυμνασμένους, εἰς τοὺς ὑπερκειμένους τὴν πάροδον ἔστησε λόφους, ὡς ἂν θεωροῦντες ἅπαντας τοὺς διὰ τῆς ὁδοῦ πορευομένους, αὐτοὶ μὴ φαίνοιντο, κἂν εἰ ἡμέρας οὔσης οἱ ἐναντίοι διαβαίνοιεν. τοῦ δὲ Τριβιγίλδου διὰ τῆς ὁμαλωτέρας ὁδοῦ, μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ βαρβάρων, ἐπὶ τὰ κάτω μέρη τῆς Παμφυλίας ἐλάσαντος, ἐλθόντος τε ἔτι νυκτὸς οὔσης εἰς τοὺς ὑποκειμένους τῇ Σέλγῃ τόπους, ἐβάλλοντο σφενδόναις οἱ βάρβαροι συνεχέσι, ἀφιεμένων πέτρων χειροπληθῶν, καὶ ἔτι μειζόνων· ὡς γὰρ ἐξ ὑπερδεξίων ῥᾳδία

vt nulla re Tribigildum impediente, quæuis opida per vim caperentur: omnes illorum incolæ, cum ipſis militibus, interficerentur; nemo denique barbarus à Romanorum partibus ſtaret. Nam ad ſuæ nationis homines in ipſis ſemet adgregãdo conflictibus, aduerſus Romanorum ſubditos pedem inferebant. Gaines autem, qui Romanorum calamitates indigno videretur animo ferre, mirari ſe Tribigildi ſtrategemata ſimulat; quem prudentia diceret inſuperabilem, & ſagacitate potius, quam viribus hoſtem vincere. Quum tranſieciſſet in Aſiam; neminem adgreditur; ſed vrbium & agrorum excidio neglecto, tantumq; ſubſequens hoſtem, & quodam modo ſpectator eorum quæ gererentur; Tribigildi progreſſum in orientem exſpectat, clam copias ad eum mittens, auxilio futuras ad ea quæ moliretur; necdum ſua de rebus inſtitutis patefacta ſententia. Quod ſi Tribigildus Phrygiam ingreſſus, non Piſidiam verſus, ſed in Lydiam protinus contendiſſet: nihil fuiſſet impedimento; quo minus ea nullo labore per vim capta, ſimul & Ionia periiſſet: vnde nauigiis tranſuectus in inſulas, comparata claſſe, quantam quidem vellet, vniuerſum percurriſſet orientem, & nullis idoneis copiis reſiſtentibus, ad Ægyptum vſque cuncta diripuiſſet. At enim quod hæc ad animum ei non accidiſſent, copiasque ducere ſtatuiſſet in Pamphyliam, finitimam Piſidis: in itinera multum impedita, & equitatui prorſus inacceſſa, incidit. Quum nullus eis obſiſteret exercitus, Valentinus quidam, Selgæ municeps, quod Pamphyliæ opidulum eſt, in colle ſitum; homo mediocriter eruditus, & rei bellicæ non omnino rudis, mancipiorum & agricolarum multitudine collecta, quotquot erant exerciti pugnis aduerſus vicinos prædones cõtinuis, in colles conſtituit, iis imminentes locis, per quæ tranſeundum erat: vt adſpicientes vniuerſos iter iſtac facientes, ipſi prorſus a nemine conſpicerentur, licet hoſtes interdiu tranſirent. Poſteaquã Tribigildus itinere magis plano ad inferiora Pamphyliæ loca cum barbaris ſuis adequitaſſet, ac noctu ad ſubiecta Selgæ loca perueniſſet: continuis barbari fundarum ictibus petebantur, excuſſis eius magnitudinis lapidibus, qui manus implerent, atque etiam maioribus. Quippe de locis ſuperioribus etiam

lapidum paullo maiorum iactus facilis erat. Quum autem nullũ eſſet effugium, (nã ex altera viæ parte ſtagnum profundum & paludes erant; ex altera quidam artus adſcenſus, qui tranſitum vix duobus viris præbebat. Et adſcenſum hũc, qui erat orbicularis, ob ſimilitudinem animalis, incolæ cochleam vocant. Hunc vero locũ Florentius quidam cũ præſidio tenebat, quum tot militiæ ſocios ſecum haberet, quot quidẽ ad impediendos eos, qui tranſire conarentur, ſufficerent) intercepti locis hiſce barbari, & copia magnitudineq; ſaxorum obruti, maiori ex parte peribant. Nam quod in anguſtum cogerentur, decidentes in eos lapides aberrare nõ poterãt, quin aliquos occiderent. Itaq; conſilii vehementer inopes, in ſtagnũ ſe cõplures vna cum equis demiſerũt; dumq; mortẽ vitant, quæ a ſaxis immineret, in paludibus exſtincti ſunt. Tribigildus autem, cum trecentis conſcenſa cochlea, maximaq; pecunia corrupto Florentio, cum militibus pręſidiariis, tranſitũ redimit: eoq; modo quum euaſiſſet, reliquos omnes funditus deleri paſſus eſt. Ratus hac ratione Tribigildus eo ſe liberatum periculo, quod Valentinus ipſi creauerat; in alia prioribus nõ minora pręceps actus eſt. Nam vniuerſi propemodum oppidorũ incolæ, correptis armis obuiis, eum cũ trecentis illis fugæ ſociis, intra Melanẽ & Eurymedontẽ amnes concluſerunt: quorũ alter ſupra Sidã labitur, alter Aſpendũ interfluit. In artum coactus, & quid ageret, neſciẽs; ſuos ad Gainem mittit. Is permoleſte quidem ferens ea, quæ acciderant; quod tamen necdum animi ſui de rebellione ſententiã aperiret, Leonem, ſecundũ ab ſe ducem mittit, qui Pamphyliis opem ferret, & cum Valentino Tribigildi copias adoriretur, nec amnes ab eis tranſiri permitteret. Leo quamuis natura vecors, & omni luxuriæ deditus; tamen quod imperatum erat, facit. Gaines autem veritus, ne forte dum Tribigildus ab omni parte oppugnatur, qui pares aduerſariis copias non haberet, ad internecionem deleretur: barbarorũ, quos ſecum habebat, cohortes alias ſuper alias in caſtra Romana mittit, vt ea paullatim abſumerentur, & commodum Tribigildus fugiendi ſpatium conſequeretur. Itaque barbari, quos Leoni Gaines

καὶ ἡ τῶν ἁδροτέρων ἄφεσις λίθων. ἀποφυγῆς δὲ οὐκ οὔσης, (ἦν γὰρ κατὰ μὲν τὸ ἕτερον τῆς ὁδοῦ μέρος, λίμνη βαθεῖα καὶ τέλματα· κατὰ δὲ τὸ ἕτερον, ἄνοδος στενὴ, δυοῖν μόλις ἀνδράσι πάροδον ἐνδιδοῦσα· κυκλοτερῆ δὲ τὴν ἄνοδον οὖσαν, οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι κοχλίαν, τῇ θέσει τοῦ ζῴου παρεμφερῶς. τοῦτον ἐφύλαττε τὸν τόπον Φλωρέντιός τις, συμμάχους ἔχων εἰς τὸ κωλῦσαι τοὺς πειρωμένους διαβαίνειν ἀρκοῦντας) ἐν τούτοις ἀπειλημμένοι τοῖς τόποις οἱ βάρβαροι, καὶ τῷ πλήθει καὶ μεγέθει τῶν λίθων βαλλόμενοι, κατὰ τὸ πολὺ διεφθείροντο μέρος. κατεστενοχωρουμένων γὰρ αὐτῶν, οἱ λίθοι πίπτοντες, οὐκ ἀναμάρτητον φόνον. πολλῆς τοίνυν ἐχούσης αὐτοὺς ἀπορίας, οἱ μὲν πλείους, εἰς τὴν λίμνην ἑαυτοὺς μετὰ τῶν ἵππων ἀφῆκαν, καὶ τὸν ἀπὸ τῶν πετρῶν φεύγοντες θάνατον, ἐν τοῖς τέλμασι διεφθάρησαν. Τριβίγιλδος δὲ, ἅμα τριακοσίοις ἀναβὰς ἐπὶ τὸν κοχλίαν, καὶ χρήμασιν ὅτι πλείστοις τὸν Φλωρέντιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ φύλακας ὑπελθὼν, ὠνήσατο τὴν πάροδον· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ διαφυγὼν, τοὺς λοιποὺς ἅπαντας περιεῖδεν ἄρδην ἀπολουμένους. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον οἰηθεὶς ὁ Τριβίγιλδος τὸν ἐπαχθέντα παρὰ Οὐαλεντίνου κίνδυνον αὐτῷ διαπεφευγέναι, τῶν προτέρων οὐκ ἐλάττοσι καθίστατο κινδύνοις περιπετής. ἅπαντες γὰρ (ὡς εἰπεῖν) οἱ τῶν πόλεων οἰκήτορες, τοῖς παρατυχοῦσιν ἐξοπλισάμενοι, συνέκλεισαν αὐτὸν ἅμα τοῖς συμφυγοῦσι τριακοσίοις, ἐν μέσῳ τοῦ Μέλανος ποταμοῦ καὶ τοῦ Εὐρυμέδοντος· ὧν ὁ μὲν, ἐπέκεινα διαβαίνει τῆς Σίδης· ὁ δὲ, διαρρεῖ τὴν Ἄσπενδον. στενοχωρούμενος δὲ, καὶ ἀπορῶν ὅ τι πράξειε, πρὸς τὸν Γαΐνην διεπρεσβεύετο. ὁ δὲ, δυσχεραίνων ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν, οὔπω δὲ τὴν ἣν εἶχε περὶ τὴν ἐπανάστασιν γνώμην ἐμφαίνων, Λέοντα τὸν ὑποστρατηγοῦντα, βοηθήσοντα τοῖς κατὰ Παμφυλίαν ἐξέπεμπεν, ἐπιθησόμενον τοῖς ἀμφὶ Τριβίγιλδον ἅμα Οὐαλεντίνῳ, καὶ οὐ συγχωρήσοντα τοὺς ποταμοὺς διαβῆναι. ὁ δὲ, ἄνανδρος ὢν φύσει καὶ τρυφῇ πάσῃ τὸν βίον ἐκδεδωκὼς, ὅμως ἐποίει τὸ κελευόμενον. ὁ δὲ Γαΐνης, δεδιὼς μήποτε πανταχόθεν ὁ Τριβίγιλδος πολιορκούμενος, οὐκ ἔχων ἀξιόμαχον δύναμιν, ἄρδην ἀπόλοιτο, τῶν συνόντων αὐτῷ βαρβάρων λόχους ἄλλους ἐπ' ἄλλοις ἔπεμπε τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις, ὅπως αὐτά τε κατὰ βραχὺ διαφθείροιντο, καὶ Τριβιγίλδῳ φυγῆς εὐρυχωρία δοθείη. συνέπιπτον τοίνυν οἱ παρὰ Γαΐνου

δεδομένοι

δεδομένοι Λέοντι πρὸς βοήθειαν βαρβάροι, Ῥωμαίοις [καὶ] παντί· καὶ τὴν μὲν χώραν ἐλῄζοντο, τοὺς δὲ στρατιώτας ἀνῄρουν· καὶ οὐκ ἀνῆκαν ἅπαντα ἐπιόντες, ἕως ὅτε τὴν ὑπὸ Λέοντι σὺν αὐτῷ τῷ στρατηγῷ κατεδαπάνησαν δύναμιν, καὶ πᾶσαν (ὡς εἰπεῖν) τὴν χώραν ἔρημον πεποιήκασιν· ὥστε καὶ τὸ τῷ Γαΐνῃ σπουδαζόμενον εἰς ἔργον ἐκβῆναι. διαφυγὼν γὰρ ἐκ τῆς Παμφυλίας ὁ Τριβίγιλδος, χαλεπωτέρας τῶν προτέρων ταῖς ἐν Φρυγίᾳ πόλεσιν ἐπέθηκε συμφοράς. ὁ δὲ Γαΐνης, ἐξαίρων εἰς ὕψος τὰ τούτου τῷ βασιλεῖ κατορθώματα, τοσοῦτον ἐνέθηκεν αὐτῷ φόβον τῇ γερουσίᾳ καὶ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἅπασιν, ὥστε ἠπείλει καὶ τοῖς καθ' Ἑλλήσποντον αὐτὸν ἐπελεύσεσθαι τόποις, καὶ ὅσον οὐδέπω πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιήσειν, εἰ μὴ τὰ σπουδαζόμενα τῷ πολεμίῳ τῆς παρὰ τοῦ βασιλέως ἀξιωθείη προνοίας. ταῦτα δὲ ὁ Γαΐνης ἐμηχανᾶτο, λανθάνειν τε αὐτὸν ἐθέλων ὅπως ἐφρόνει, καὶ διὰ τῶν εἰς Τριβίγιλδον ἀναφερομένων τοῖς αὐτῷ κατὰ νοῦν οὖσιν ἔργον ἐπιθεῖναι βουλόμενος. ἀπέκναιε γὰρ αὐτὸν οὐ τὸ παροράσθαι τοσοῦτον, ὅσον Εὐτρόπιος εἰς ἀκρότατον ἥκων ἤδη δυνάμεως, ὥστε καὶ εἰς ὑπάτους ἀναρρηθῆναι, καὶ τῷ χρόνῳ φέρεσθαι τὴν τούτου προσηγορίαν, καὶ τιμηθῆναι τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ. ταῦτα μάλιστα τὸν Γαΐνην ἐκίνησεν εἰς τὴν τῶν κοινῶν ἐπανάστασιν. παρασκευαζόμενος δὲ τῇ γνώμῃ πρὸς τοῦτο, πρότερον Εὐτροπίῳ θάνατον ἔγνω βουλεῦσαι· καὶ κατὰ τὴν Φρυγίαν ἔτι διατρίβων, ἐκπέμπει πρὸς βασιλέα, λέγων ὡς ἀπείρηκοι τῇ περὶ τὰ πολέμια Τριβιγίλδου δεινότητι, καὶ ἄλλως οὐχ οἷόν τε φέρειν τὴν τούτου μανίαν, οὐδὲ τὴν Ἀσίαν τῶν ἐπικειμένων αὐτῇ κινδύνων ἐλευθερωθῆναι, πλὴν εἰ μὴ ταῖς αἰτήσεσιν αὐτοῦ βασιλεὺς ἐνδοῦναι πεισθείη. τὸ δὲ τῶν αἰτήσεων εἶναι, τὸν τῶν πάντων κακῶν αἰτιώτατον Εὐτρόπιον ἐκδοθῆναί οἱ πρὸς τὸ πράττειν εἰς αὐτὸν ὅ τι βούλοιτο. ταῦτα ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος ἀκηκοώς, ἅμα τε εἰσκαλεῖ τὸν Εὐτρόπιον, καὶ τῆς ἀξίας παραλύσας ἀφῆκεν. ὁ δέ, δρομαῖος ἐπὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐχώρησεν ἐκκλησίαν, ἔχουσαν ἐξ ἐκείνου τὸ ἄσυλον. ἐπεὶ δὲ πολὺς ἦν ὁ Γαΐνης, οὐκ ἄλλως ἀνήσειν λέγων τὸν Τριβίγιλδον, εἰ μὴ Εὐτρόπιος ἐκ ποδῶν γένοιτο, καὶ παρὰ τὸν ἐπὶ τῷ ἀσύλῳ τῶν ἐκκλησιῶν τεθέντα νόμον, ἐξαρπάσαντες αὐτόν, εἰς τὴν Κύπρον ἐκπέμπουσιν, ὑπὸ φυλακὴν ἀκριβῆ καταστήσαντες. ἐπικειμένου δὲ Γαΐνου,

in auxilium miſerat, in quoſuis Romanos irruunt, regionem depopulátur, milites interficiunt; nec omnia deſinunt inuadere, donec exercitum Leonis cũ ipſo duce prorſus abſumſiſſent, totamque propemodum regionem vaſtam & deſertam reddidiſſent. quo factum vt, quod ſtudioſe Gaines expetebat, reapſe cõtingeret. Quippe quum e Pamphylia Tribigildus euaſiſſet, grauiores, quam antea, calamitates Phrygiæ ciuitatibus intulit. Gaines autem mirifice principi facinora Tribigildi extollere, tantumq; metum illius Senatui pariter & aulicis vniuerſis iniicere; vt etiam venturum ad Helleſpontũ diceret, tantumque non ſurſum deorſum acturum omnia, ni princeps hoſtis poſtulata reſpicere dignatus eſſet. Hæc autem arte Gaines agebat, qui principem ignorare vellet animi ſui ſententiam; & per ea, quæ in Tribigildum conferrẽtur, animi ſui cogitata perficere cuperet. Non enim tantopere cõtemtus vrebat hominem, quãtum Eutropius ad ſummum iam potentiæ faſtigium elatus: adeo quidem, vt etiam inter conſules deſignaretur, & conſulatus adpellationẽ diutius retineret, & patriciorum deniq; dignitatem adeptus eſſet. Hæc maxime Gainem ad inuadendam rempublicam permouerũt. quam ad rem quum animo iam paratus eſſet, prius Eutropio mortẽ moliri ſtatuit. Itaq; quum adhuc in Phrygia degeret, mittit ad Imperatorem, qui diceret; ſe iam propter inſignem Tribigildi bellicis in rebus ſollertiam animum deſpõdiſſe, nec ceteroqui furorẽ huius ſuſtineri poſſe, vel Aſiam ab vrgẽtibus eã periculis liberari; niſi poſtulatis eius adſentiri princeps animum induxiſſet. Poſtulata vero hæc erant: Vt malorum omnium maximus auctor Eutropius ſibi dederetur, in quem ipſe ſtatueret, quidquid vellet. His auditis Arcadius, & arceſſit Eutropium, & abrogata dignitate dimittit. Eutropius ſe curſu Chriſtianorum ad eccleſiam confert, quæ ab illo ius aſyli habebat. Quia vero Gaines inſtabat, Tribigildum aliter de ſuo quidquam remiſſurum impetu negans, niſi de medio tolleretur Eutropius: etiam contra legem, qua ius aſyli ſancitum eſt eccleſiis, hominem inde abreptum in Cyprum relegant, accuratæ cuſtodiæ traditũ. Vrgente vero Gaine,

&c ad cædem eius Arcadiũ impellente: tamdẽ illi, qui res Imperatoris adminiſtrabant, iuſiurandum Eutropio præſtitum, quum extraheretur ex eccleſia, per cauillationẽ eludentes, eũ e Cypro reuocãt: quaſiq; iuraſſent, non ſe morte multaturos ipſum, dum Cõſtantinopoli eſſet, Chalcedonẽ miſſum interficiunt. Et Eutropio quidem in vtramque partem inſolito fortuna modo quodã eſt vſa. Nam & tantum ad culmen eum euexit, quãtum nullus eunuchorum vmquam adtigit: & neci dedit, propter odium, quo ſe illum perſequi hoſtes reipublicæ dicerent. Ceterum Gaines, quem iam manifeſto conſtaret vniuerſis ad res nouas tendere, tamen id clam adhuc eſſe putabat. quumq; ſua in poteſtate Tribigildi animũ haberet, quod potentia pariter & auctoritate pręſtaret: perſonam eius gerẽs, pacẽ cum principe facit; ac præſtitis vltro citroq; ſacramentis, per Phrygiam Lydiamq; reuertitur. Eum Tribigildus a tergo ſequitur, milites ſuos per Lydiam ſuperiorem ita ducẽs, vt Sardes ne quidem intueretur, quæ Lydię metropolis eſt. Poſteaquam ad vrbem Thyatira ſe cõiunxiſſent, Tribigildum pænitebat, Sardes ab ſe non fuiſſe datas excidio, qui vrbem, ab omni deſtitutam auxilio, perfacile capere potuiſſet. Itaque cum Gaine reuerti ſtatuit, & vrbem vi expugnare. Hoc decretũ reapſe fuerant exſequuturi, niſi delapſa ingens pluuia terram inundaſſet, fluminaque tantopere auxiſſet, vt tranſiri non poſſent. quo factum, vt hic ipſorum interrumperetur impetus. Diuiſo hinc itinere copias ducitant; Gaines in Bithyniam; alter, verſus Helleſpontum: rebus omnibus, quæ ſemet offerrẽt, barbarorum comitantium direptioni conceſſis. Poſteaquã ille Chalcedonem peruenerat, hic Lampſaco finitima tenebat; extremo in periculo tũ Conſtantinopolis, tum ipſum Romanum imperium verſabatur. Gaines poſtulare, vt ſe princeps ipſe conueniret. hec enim ſe cum alio quoquam, præter ipſum, colloquuturũ. Quum princeps in hoc quoq; fuiſſet adſenſus, coitum eſt in quodã ante Chalcedonem loco, vbi Euphemiæ religioſæ martyris ædes exſtructa ſtabat; quæ propter cultum Chriſto præſtitũ honore adficitur. Placuit, Gainem & Tribigildum ex Aſia in Europam tranſuehi, eisque ad mortem viros in republica

καὶ πρὸς τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ τὸν Ἀρκάδιον συνελαύνοντος, σοφιζόμενοι τὸν ὅρκον οἱ τὰ περὶ βασιλέα διατιθέντες, ὃν ἔτυχεν Εὐτρόπιος εἰληφὼς, ἡνίκα τῆς ἐκκλησίας ἐξείλκετο, μετάπεμπτον μὲν ἐκ τῆς Κύπρου ποιοῦνται· ὥσπερ δὲ ὁμωμοκότες, ὅτι κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν αὐτῷ θάνατον μὴ ἐπάγειν, εἰς Χαλκηδόνα πέμψαντες, ἀποσφάττουσιν. Εὐτροπίῳ μὲν οὕτω ἡ τύχη κατ' ἀμφότερα παραλόγως ἐχρήσατο, πρὸς ὕψος ἄρασα τοσοῦτον, ὅσον οὐδὲ εἷς πώποτε τῶν εὐνούχων ἀνεβιβάσθη, θάνατόν τε ἐπαγαγοῦσα διὰ τὸ μῖσος, ὃ πρὸς αὐτὸν οἱ τῇ πολιτείᾳ πολεμοῦντες ἔλεγον ἔχειν. Ὁ δὲ Γαΐνης, ἤδη πᾶσιν ὢν περίδηλος ὡς εἰς νεωτερισμὸν φέρηται, λανθάνειν ὅμως ἐνόμιζε. καὶ Τριβιγίλδου γνώμης κύριος ὤν, οἷα καὶ δυνάμει περιέχων καὶ ἀξιώσει, τὸ τούτου πρόσωπον ὑποδυόμενος, σπονδὰς πρὸς τὸν βασιλέα ποιεῖται· καὶ ὅρκους ὑποσχὼν καὶ λαβὼν, διὰ Φρυγίας ἀνέστρεψε καὶ Λυδίας. εἵπετο δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Τριβίγιλδος, διὰ τῆς ἄνω Λυδίας ἄγων τοὺς *ὑπ' αὐτὸν τεταγμένους, ὥστε μηδὲ θεάσασθαι τὰς Σάρδεις, ἣ τῆς Λυδίας ἐστὶ μητρόπολις. ἐπεὶ δὲ εἰς Θυάτειρα συνέμιξαν ἀλλήλοις, μετέμελε τῷ Τριβιγίλδῳ τὰς Σάρδεις ἀπορθήτους ἀφεῖναι· ῥᾷστον ὂν τὴν πόλιν ἑλεῖν, πάσης ἔρημον οὖσαν ἐπικουρίας. ἀναστρέφειν οὖν ἔγνω σὺν τῷ Γαΐνῃ, καὶ τὴν πόλιν κατὰ κράτος ἑλεῖν· κἂν εἰς ἔργον αὖθις ἡ γνώμη προῆλθεν, εἰ μὴ γενόμενος ὄμβρος ἐξαίσιος, καὶ τήν τε γῆν ἐπικλύσας, καὶ τοὺς ποταμοὺς καταστήσας ἀπόρους, ταύτην *αὐτῷ ἀνέκοψε τὴν ὁρμήν. διελόμενοι δὲ τὴν ὁδὸν, ἦγον τὰς δυνάμεις· ὁ μὲν Γαΐνης, ἐπὶ τὴν Βιθυνίαν, ἅτερος δὲ, ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, τὰ ἐν ποσὶ πάντα τοῖς ἑπομένοις σφίσι βαρβάροις ἐκδόντες εἰς ἁρπαγήν. ὡς δὲ ὁ μὲν τὴν Χαλκηδόνα κατέλαβεν, ὁ δὲ τὰ περὶ τὴν Λάμψακον εἶχε, τὴν μὲν Κωνσταντινούπολιν, καὶ αὐτὴν τὴν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν, ἔσχατος περιέστατο κίνδυνος. ὁ δὲ Γαΐνης, αὐτὸν ᾔτει τὸν βασιλέα πρὸς ἑαυτὸν ἥκειν· οὐ γὰρ ἂν ἑτέρῳ παρὰ τοῦτον τινὶ διαλέξασθαι. καὶ πρὸς τοῦτο δὴ τοῦ βασιλέως ἐνδόντος, ἐγίνετο μὲν ἡ σύνοδος ἔν τινι πρὸ τῆς Χαλκηδόνος τόπῳ, καθ' ὃν ὁσίας Εὐφημίας μαρτύριον ᾠκοδόμητο, τιμῆς διὰ τὴν περὶ τὸν Χριστὸν θρησκείαν ἀξιωθείσης. ἔδοξέ τε τὸν Γαΐνην καὶ Τριβίγιλδον ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην περαιωθῆναι, κομιζομένους ἐκδότους ἐπὶ θανάτῳ τοὺς ἐξέχοντας τῆς

πολιτευμάτων ἄνδρας. οὗτοι δὲ ἦσαν Αὐρηλιανὸς, ὁ τὴν ὕπατον ἔχων ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔτει τιμήν· καὶ Σατουρνῖνος, ἐναριθμηθεὶς ἤδη τοῖς ὑπάτοις· καὶ Ἰωάννης ἐπὶ τούτοις, τὰ ἀπόρρητα πάντα παρὰ τοῦ βασιλέως τεθαρρημένος· ὃν ἔλεγον οἱ πολλοὶ καὶ τοῦ Ἀρκαδίου παιδὸς εἶναι πατέρα. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν τυραννικὴν αἴτησιν ἀπεπλήρου. Γαΐνης δὲ, τοὺς ἄνδρας παραλαβὼν, καὶ τὸ ξίφος αὐτοῖς, ἄχρι ψαῦσαι μόνον τοῦ σώματος, ἐπιθεὶς, ἠρκέσθη τούτους ζημιωθῆναι φυγῇ. περαιωθεὶς δὲ ἐπὶ τὴν Θρᾴκην, ἀκολουθῆσαι οἱ Τριβιγίλδῳ κελεύσας, ἀπέλιπε τὴν Ἀσίαν, ἀναπνεύσασάν πως, καὶ τῶν περιστάντων ἀπαλλαγεῖσαν κινδύνων. ἐν δὲ τῇ Κωνσταντινουπόλει διατρίβων, τοὺς μὲν ὑπ' αὐτῷ τεταγμένους στρατιώτας, ἄλλους ἀλλαχῇ διέσπειρεν, ὥστε καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ δορυφόρων γυμνῶσαι τὴν πόλιν· τοῖς δὲ βαρβάροις ἐδίδου λάθρα συνθήματα, παρεγγυῶν, ἐπειδὰν ἴδοιεν ἐξιόντα τῆς πόλεως, ἐπιθέσθαι αὐτῇ παραχρῆμα, τῆς ἀπὸ τῶν στρατιωτῶν οὔσῃ βοηθείας ἐρήμῳ, καὶ τὴν πᾶσαν ἐπικράτειαν αὐτῷ παραδοῦναι. Ταῦτα τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκήψας πρᾶξαι βαρβάροις, ἐξῄει τῆς πόλεως, μαλακῶς ἔχειν εἰπὼν αὐτῷ τὸ σῶμα τοῖς ἐν τῷ πολέμῳ πόνοις, δεῖσθαί τε ῥᾳστώνης ἧς οὐκ ἂν τύχῃ, μὴ παραδοὺς ἑαυτὸν φροντίδας οὐκ ἐχούσῃ διατριβῇ. καταλιπὼν οὖν ἐν τῇ πόλει βαρβάρους, πολλῷ τῷ μέτρῳ τὸν ἀριθμὸν ὑπεραίροντας τῶν ἐπὶ φυλακῇ τῆς αὐλῆς τεταγμένων, εἴς τι προάστειον ἀνεχώρει, τεσσαράκοντα σταδίοις τῆς πόλεως διεστὼς, αὐτόθεν προσδεχόμενος ἐπιθήσεσθαι, τῶν ἐν ταύτῃ βαρβάρων κατὰ τὰ συγκείμενα πρότερον ἐπιτιθεμένων. ἀλλ' ἐν ταύταις ἦν ὁ Γαΐνης ταῖς ἐλπίσι· καὶ εἰ μὴ θερμότητι φερόμενος βαρβαρικῇ, τὸν ἁρμόδιον καιρὸν προκατείληφεν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσεν* ἐπὶ τοῖς βαρβάροις γενέσθαι τὴν πόλιν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀναμείνας τὸ σύνθημα, τῷ τείχει προσήγαγε, καταπλαγέντες οἱ φύλακες, ἀνεβόησαν. θορύβου δὲ πᾶσιν ἐμπεσόντος, θρῆνος ἐξηκούετο γυναικῶν· οἰμωγὴ δὲ ἦν παμμιγὴς, ὡς ἤδη τῆς πόλεως ἐχομένης· ἕως συνδραμόντες ἅπαντες, κατὰ τῶν ἐν τῇ πόλει βαρβάρων συνέστησαν· τούτους τε ἀνελόντες ξίφεσί τε καὶ λίθοις, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς χεῖρας ἐλθοῦσιν, ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνέδραμον. ἅμα δὲ τοῖς φύλαξι τοὺς ἀμφὶ τὸν Γαΐνην ἀκοντίζοντες, παντί τῳ προσπίπτοντι τῆς ἐπὶ τὴν πόλιν ὁρμῆς ἀνεχαίτισαν.

eminentiſſimos dedi. Hi erant, Aurelianus, qui eius anni cōſulatum gerebat; & Saturninus cōſularis, & præter hos Ioannes, cui princeps omnia ſua arcana crediderat, & quem plerique perhibebant eius filii, quem Arcadius habebat, patrē eſſe. Huic quoque poſtulato princeps, licet tyrannico, ſatisfacit. quumq; viros illos Gaines accepiſſet, eisque gladium admouiſſet; eatenus tamen, vt cutem tantummodo ſtringeret: ſatis habuit, eos exſilio dumtaxat poenas luere. Quū trāſieciſſet in Thraciam, iuſſo ſe ſubſequi Tribigildo; Aſiam reliquit, reſpirantem aliquo modo, periculisq; circumſtantibus liberatam. Conſtantinopoli degens, conſtitutos ſuis ſub ſignis milites, alios alio diſperſit: adeo quidem, vt ipſis etiam prætorianis ſatellitibus vrbem nudaret. Barbaros vero clam datis ſignis hortatur, vt vbi milites egreſſos vrbe conſpexiſſent; confeſtim eam, militum ope deſtitutam, inuaderent; & poteſtatem vniuerſam ſibi traderent. Hæc mandata de iis, quæ fieri vellet, quum barbaris ſuis dediſſet, ex vrbe proficiſcitur; quod ex belli laboribus ægrum ſibi corpus eſſe diceret, ac requietis indigere: qua frui non poſſet, ni ſe vitæ curis ſolutæ tradidiſſet. Quapropter relictis in vrbe barbaris, qui militum prætorianorum numerum longe ſuperabant; quoddam in ſuburbanum ſecedit, quadraginta ſtadiis ab vrbe remotum: vnde vrbis inuadendæ occaſionem exſpectat, vbi primum hærentes in ea barbari, ceu conuenerat, impetum in illam feciſſent. In hac ſpe Gaines erat: ac, niſi barbarico feruore impulſus, idoneum tempus anticipaſſet, nihil fuiſſet impedimento, quo minus vrbem barbari ſuam in poteſtatem redegiſſent. Iam vero, quum nō exſpectato ſigno, ſuos ad murum adduxiſſet; territi cuſtodes, exclamāt. quumque tumultus in omnibus exſtitiſſet, mulierum ploratus audiri, cum eiulatu promiſcuo, velut vrbe iam capta; donec concurſu facto, cuncti ſe contra barbaros, qui erant in vrbe, coniunxiſſent. Poſteaquam hos gladiis, lapidibus, & quibuſuis in manus oblatis armis interfeciſſent; in muros curſu redeunt, & vna cum præſidiariis tela in militem Gainis emittentes, re quauis obuia, quo minus in vrbem irrumperent, auertunt.

In hunc modum vrbe periculo liberata, intercepti ab vrbanis barbari, numero plures quam ſeptem milia, Chriſtianorum eccleſiā, palatio proximam, occuparunt; aſylum hoc ſaluti ſuæ tuendæ quærentes. Eos Imperator hoc ipſo in loco iubet interfici; quem eis ad euitādam facinorum admiſſorum iuſtiſſimam poenam nō ſatis idoneum eſſe vellet. Hæc præcipiente principe, nemo tamen eis inferre manum audebat, & ex aſylis ipſos extrahere; quod vererentur, ne barbari defenſionem pararent. Quapropter viſum eſt demoliri tectum, quod menſæ ſacrarii (ſic enim vocāt) impoſitum eſt: vt, quibus hoc datum eſſet negotii, ligna in eos accēſa deiicerent, idque continuo factitantes, ad internecionem omnes exurerent. Hoc vbi factum fuiſſet, barbari quidem interemti ſunt; ſed viſum eſt iis, qui valde chriſtianiſſabant, magnum in vrbe media piaculū eſſe commiſſum. Gaines, quum auſu lōge grauiſſimo excidiſſet, aperte iam bellum aduerſus rempublicam concitat. Et Thraciæ quidem agros adortus, muris opida munita, magiſtratuum & incolarū præſidio teneri videbat. Nam ex ſuperiorum temporum incurſionibus ad bella condocefacti, totis viribus ad prœliandum erumpebant. Itaq; Gaines, qui nihil præter gramen extra muros relictum cerneret, quod omnes adhibita cura varios fructus, & iumenta, & omnis generis penum coëgiſſent: Thracia relicta, in Cherroneſum contendere ſtatuit, & per Helleſponti anguſtias in Aſiā recurrere. Dum hoc ille molitur, communi ſuffragio princeps atque ſenatus bello contra Gainē gerendo † Fraiutum ducem deligunt; natione quidem illum barbarum, ſed cetera Græcum, non indole dumtaxat & moribus, verumetiam inſtituto animi, & numinū cultu. Huic ergo multis iam præturis illuſtri, quique totum orientem, inde a Cilicia vſque ad Phoenicen ac Palæſtinam, a latronū lue repurgauerat, exercitus trādunt. quibus acceptis, Gaini ſe Fraiutus opponit, barbarorum trāſiectionem in Aſiam per Helleſpontum impediens. Interea vero, dum Gaines ad proelium ſe parat; Fraiutus ferre non potuit, vt otioſi milites eſſent; ſed cōtinuis eos exercitiis inſtruxit.

† alii Frauittam vocant.

Ἀλλὰ τῆς πόλεως τοῦτον τὸν τρόπον τοιῶδε τὸν κίνδυνον διαφυγούσης, οἱ βάρβαροι τὴν ἔνδον ἀπειλημμένοι, πλείους ἢ ἑπτακισχίλιοι, τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν, ἣ πλησίον ἐστὶ τῶν βασιλείων, κατέλαβον, ταύτης τὸ ἄσυλον αὐτοῖς ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ παρεῖναι ποιοῦντες· οὓς ὁ βασιλεὺς καὶ ταύτῃ διαφθείρεσθαι παρεκελεύετο, μηδὲ ἀρκέσαι τὸν τόπον αὐτοῖς εἰς ἀποφυγὴν τῆς κατ' ἀξίαν ὧν ἐτόλμησαν δίκης. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ταῦτα ἐκέλευεν· ἐθάρρει δὲ οὐδεὶς εἰς χεῖρας ἐπαγαγεῖν, καὶ τῶν ἀσύλων αὐτοὺς ἐξελκύσαι, δέει τοῦ πρὸς ἀντιστάσεως ὑπ' αὐτῶν παραχθῆναι. ἔδοξε τοίνυν, τὴν ὑπερκειμένην τῆς τραπέζης τοῦ λεγομένου θυσιαστηρίου στέγην γυμνῶσαι, ἐνδοῦναι τοῖς εἰς τοῦτο τεταγμένοις, καὶ ξύλα πεπυρωμένα κατὰ τούτων ἀφιέναι, καὶ τοῦτο συνεχέστερον ποιοῦσιν, ἀθρόως ἅπαντας καταφλέξαι. καὶ τοῦτο γενόμενον, τοὺς μὲν βαρβάρους διέφθειρεν· ἔδοξε δὲ παρὰ τοῖς σφόδρα χριστιανίζουσι, μέγα μύσος ἐν μέσῃ τετολμῆσθαι τῇ πόλει. Γαΐνης μὲν οὖν, τῆς οὕτω μεγίστης ἐγχειρήσεως ἀποσφαλείς, ἤδη περιφανῶς τὸν κατὰ τῆς πολιτείας ἀνερρίπιζε πόλεμον· ἐπιὼν δὲ τοῖς ἐν Θρᾴκῃ χωρίοις, τὰς μὲν πόλεις ἑώρα καὶ τείχεσι πεφραγμένας, καὶ τὴν παρὰ τῶν ἀρχόντων καὶ οἰκητόρων ἐχούσας φυλακήν· ἤδη γὰρ ἐκ τῶν προλαβουσῶν ἐφόδων, οὐκ ἀμελέτητοι πολέμου γεγονότες, πάντῃ δεῖν πρὸς τὸ πολεμεῖν ὥρμηντο. καὶ Γαΐνης, οὐδὲν ἕτερον ἔξω τειχῶν παραλελειμμένον θεώμενος, πλὴν πόας, (ἐμέλησε γὰρ ἅπασι συγκομίσαι καρπούς τε παντοίους, καὶ ζῷα, καὶ παντοίαν ἀποσκευήν) ἔγνω τὴν Θρᾴκην ἀπολιπὼν, δραμεῖν ἐπὶ τὴν Χερρόνησον, καὶ εἰς τὴν Ἀσίαν παλινδρομῆσαι διὰ τῶν τοῦ Ἑλλησπόντου στενῶν. ὄντος δὲ ἐν τούτοις αὐτοῦ, κοινῇ ψήφῳ βασιλεύς τε καὶ ἡ γερουσία στρατηγὸν ἐπὶ τῷ κατὰ Γαΐνην αἱροῦνται πολέμῳ Φραίουτον, ἄνδρα βάρβαρον μὲν τὸ γένος, Ἕλληνα δὲ ἄλλως οὐ τρόπῳ μόνον, ἀλλὰ [καὶ τῇ προαιρέσει] καὶ τῇ περὶ τὰ θεῖα θρησκείᾳ. τούτῳ τοίνυν, ἤδη πολλαῖς διαπρέψαντι στρατηγίαις, καὶ τὴν ἑῴαν ἅπασαν, ἀπὸ Κιλικίας ἄχρι Φοινίκης καὶ Παλαιστίνης, τῆς ἀπὸ τῶν λῃστῶν λύμης ἐλευθερώσαντι, παραδεδώκασι τὰς δυνάμεις. ὁ δὲ, ταύτας παραλαβὼν, ἀντικαθίστατο τῷ Γαΐνῃ, τὴν διὰ τοῦ Ἑλλησπόντου κωλύων τῶν βαρβάρων ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διάβασιν. παρασκευαζομένου δὲ Γαΐνου πρὸς μάχην, ἀργούντων οὐκ ἠνείχετο τῶν στρατιωτῶν ὁ Φραίουτος, ἀλλὰ μελέταις συνεχέσιν ἐξήσκει,

καὶ ἐπὶ τοσοῦτον τοῖς γυμνασίοις ἐπέῤῥωσεν, ὥστε ἀντὶ τῆς πρὸ τούτου ῥᾳστώνης τε καὶ ἐκμελείας, ἐφ' οἷς ὁ Γαΐνης μέλλειν ἐδόκει πρὸς τὸν πόλεμον, δυσχεραίνειν. Φραούιτος μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τό τε στρατόπεδον τὸ οἰκεῖον ἐπισκοπῶν, καὶ τὰς τῶν ἐναντίων ἀποθεωρῶν ἐγχειρήσεις· ἐπεμελεῖτο δὲ καὶ τοῦ ναυτικοῦ. πλοῖα γὰρ ἦν αὐτῷ πρὸς ναυμαχίαν ἀρκοῦντα· * Λίβερνα ταῦτα καλούμενα, ἀπό τινος πόλεως ἐν Ἰταλίᾳ κειμένης ὀνομασθέντα, καθ' ἣν ἐξ ἀρχῆς τούτων τῶν πλοίων τὸ εἶδος ἐναυπηγήθη. δοκοῦσι δέ πως τὰ πλοῖα ταῦτα ταχυναυτεῖσθαι πεντηκοντόρων οὐχ ἧττον, κατὰ πολὺ τῶν τριηρικῶν ἐλαττούμενα, πλείστοις ἔτεσι τῆς τούτων ἐκλιπούσης δημιουργίας· εἰ καὶ Πολύβιος ὁ συγγραφεὺς ἐκτίθεσθαί πως ἔδοξε τῶν ἑξηρικῶν πλοίων τὰ μέτρα, οἷς φαίνονται πολλάκις [κεχρῆσθαι] Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι πολεμήσαντες πρὸς ἀλλήλους. ὁ δὲ Γαΐνης, βιασάμενος τὴν διὰ τοῦ Μακροῦ τείχους ἐπὶ τὴν Χεῤῥόνησον εἴσοδον, ἐξέταττε τοὺς βαρβάρους παρὰ πᾶσαν τὴν Θρᾳκίαν ὀφρῦν, τὴν ἀντιπαρατείνουσαν τοῖς ἀπὸ τοῦ Παρίου, μέχρι Λαμψάκου καὶ Ἀβύδου, καὶ τῶν ποιούντων τὴν στενὴν θάλασσαν τόπων. Ὁ μὲν οὖν Ῥωμαίων στρατηγὸς, ταῖς ναυσὶ περιέπλει τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν χωρία, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέρας τὰ ἐγχειρήματα τῶν βαρβάρων ἀποσκοπῶν. ὁ δὲ Γαΐνης, ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ἐπὶ τῇ τριβῇ δυσανασχετῶν, ἐκ τῆς κατὰ Χεῤῥόνησον ὕλης ξύλα τεμὼν, καὶ ταῦτα συγκολλήσας ἀλλήλοις πρὸς πᾶσαν ἀκρίβειαν, ἐπιτήδειά τε πρὸς ὑποδοχὴν ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων ἀποτελέσας, ἐνεβίβασε τούτοις μετὰ τῶν ἵππων τοὺς ἄνδρας, καὶ ἀφῆκε φέρεσθαι κατὰ ῥοῦν· οὔτε γὰρ κώπαις ἰθύνεσθαι οἷά τε ἦν, οὔτε ἄλλως κυβερνητῶν ἀνέχεσθαι τέχνης, οἷα οὐδεμιᾷ τέχνῃ, βαρβαρικῇ δὲ ἐπινοίᾳ σχεδιασθέντα. μείνας δὲ αὐτὸς ἐπὶ τῆς χέρσου, κινωνήσειν ὅσον οὐδέπω τῆς νίκης ἤλπιζεν, ὡς οὐδαμοῦ τῶν Ῥωμαίων αὖθις ἀξιομάχων φανησομένων. τοῦτο οὐκ ἔλαθε τὴν τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων ἀγχίνοιαν· ἀλλὰ τὸ ἐγχειρούμενον τεκμηράμενος, βραχὺ τῆς γῆς ποιεῖ προελθεῖν τὰς ναῦς. ὡς δὲ εἶδε τὰς τῶν βαρβάρων σχεδίας πρὸς [τὸ] τῷ ῥεύματι δοκοῦν φερομένας, αὐτὸς πρότερος ἐπεφέρετο τῇ κατὰ πρώτην τάξιν ἀπαντησάσῃ ξύλῳ. πλοῖον δὲ χαλκέμβολον

Adeo denique iam milites exercitationibus cõfirmauerat, vt ignauia deſidiaque ſuperiorum temporum depoſita, permoleſte ferrent, Gainem bello gerendo cunctari. His rebus in Aſia Fraiutus intentus erat, quum interdiu noctuque tum ſua perluſtraret caſtra, tum ſpeculando conatus hoſtiles exploraret. Claſſem quoque non negligebat. Quippe nauium habebat eum numerum, qui cõmittendo nauali prœlio ſufficeret. Eas Liburnas vocant, ab opido quodam in Italia ſito ſic nominatas; quo in opido naues ad eam formã initio fabricatæ fuerunt. Videntur autem hæ naues non minus eſſe veloces, quam illæ ſint, quæ quinquag nta remis aguntur, ſed multum a triremibus ſuperari; ac longo iam tempore conficí deſierunt. quamquam ſcriptor hiſtoriæ Polybius hexericarum quoq; nauium rationes expoſuit; quibus ſæpe Romani & Karthaginiẽſes, quum inter ſe bella gererẽt, vſi fuiſſe videntur. Ceterum Gaines, vi per Longum murum in Cherroneſum patefacto aditu, barbaros propter vniuerſum Thraciæ litus illud eminentius cõſtituit, quod ex aduerſo ſemet extendit & obiicit incipientibus a Pario locis, ad Lampſacum, & Abydum, & ad illa vſque loca, quæ mare iſtuc anguſtum efficiunt. Dux militũ Romanorum, nauibus hæc Aſiatica loca circumuectus, interdiu noctuq; barbarorum conatus ſpeculatur. Gaines autem, propter inopiam commeatus, moram longiorem moleſte ferens, tignis e ſilua in Cherroneſo cæſis, & inter ſe peraccurate cõpactis, ac redditis ad homines & equos vehendos idoneis; milites vna cum equis impoſuit, & fluxu ſecundo ferri permiſit. Nam neq; remis dirigi poterant, nec alio quo modo gubernatorum artem admittebãt; quod arte nulla, ſed barbarica tantum ſollertia, opere tumultuario facta fuiſſent. Interim Gaines in litore ſubſiſtens, omnino ſe nũc victoria potiturũ ſperabat; quaſi nullo modo pares ſuis hoc prœlio Romani ſe pręſtituri eſſent. Hoc ſagax ille dux Romanorum nõ ignorabat; ſed coniectura de conatu ipſius facta, iubet, vt naues a terra paullum proueherentur. Quum autem barbarorum rates agi videret, quo fluxus eas impelleret; ipſe primus occurrentem in prima ſerie ratem inuadit. quumque nauim æneo roſtro munitam ha-

beret, rebus omnibus ſuperior irruit; ſimulq; ratem aduerſam propellens, & telis emiſſis vectores petens, vna cum ipſis eam viris demergit. Intuiti vero ducem ceterarum nauium vectores, & factum eius imitati, telis aduerſos confecere; quum, ſi qui de ratibus excidiſſent, a mari abriperētur, ac nemo propemodum mortem effugere poſſet. Gaines, hoc tam graui adflictus detrimento, totque militiæ ſociis amiſſis, ad inopiam conſilii redactus; motis e Cherroneſo nonnihil caſtris, ad ſitam extra Cherroneſum Thraciam procurrit. Fraiutus in hoc tempore fugientem Gainem minime perſequendum ſtatuit; ſed illo ipſo in loco ſuas ad ſe copias recipit: ea victoria contentus, quam fortuna dediſſet. Quum nemo non Fraiutum accuſaret, quod fugientem Gainem noluiſſet perſequi, ſed tam ipſi Gaini, quam barbaris fuga cum eo dilapſis, velut ex eadem natione ſecum ortis, peperciſſet: rei nullius eiuſmodi ſibi conſcius, ad principem reuertitur; magnos animos ob partā victoriam gerens, eamque libere diis illis acceptam referens, quos coleret. Nec enim pudebat eum, ipſo quoque principe audiēte fateri, ſe ritu patrio deos venerari & colere; minimeque ſuo poſſe animo imperare, vt hac in parte vulgi opinionem ſectaretur. Imperator exceptum Fraiutum, conſulē deſignat. Gaines vero, magna copiarum amiſſa parte, ceu dictum eſt, cum reliquis ad Iſtrum curſu properat: & quia vaſtatam ſuperioribus irruptionibus Thraciam reperiſſet, quidquid obuium eſſet, diripit. Veritus autem, ne forte ſecutus alius quiſpiam Romanus exercitus, barbaros ſuos, qui pauci erant, adoriretur: ſimulque ſuſpectos, qui eum comitabantur, Romanos habens, illos quidem, conſilium eiuſmodi non proſpiciētes, vniuerſos occidit: cū barbaris vero tranſiecit Iſtrum, ad ſua reuerti, atque ibi deinceps viuere cogitans. Dū hæc Gaines agit, † Vldes Hunnorum eo tempore princeps, nō tutum arbitratus eſſe, homini barbaro, ſuas habenti copias permittere, trās Iſtrum vt domicilium habēret; prætereaq; ratus, Imperatori ſe Romano rem gratam facturum, ſi hunc expelleret: ad pugnam cum eo committendam ſe parat, & coactis copiis, aciem aduerſus hoſtem inſtruit. Itidem Gaines,

†Huldin adpellatur ab aliis.

ἔχων, ὑπὸ δεξιῶν ἐπῄει· καὶ ὠθῶν ἅμα, καὶ βελῶν ἀφέσει τοὺς ἐμπλέοντας βάλλων, αὔτανδρον κατεδύει. θεασάμενοι δὲ τὸν στρατηγὸν οἱ τῶν ἄλλων νεῶν ἐπιβάται, καὶ μιμησάμενοι, τοὺς μὲν κατηκόντιζον, τοὺς δὲ, τῶν ξύλων ἐκπεσόντων, εἶχεν ἡ θάλασσα, μηδενὸς (ὡς εἰπεῖν) διαφυγεῖν τὸν θάνατον δυνηθέντος. ἐπὶ τούτῳ βαρυνόμενος ὁ Γαΐνης τῷ ἐλαττώματι, καὶ ἀπορῶν ἐπὶ τοσούτων συμμάχων ἀποβολῇ, ὀλίγον ἀναχωρήσας τῶν ἐν Χερρονήσῳ τόπων, ἐπὶ τὴν ἔξω Θρᾴκην ἀπέτρεχε. Φραουίτος δὲ, διώκειν τέως οὐκ ἔγνω φεύγοντα τὸν Γαΐνην, ἀλλὰ κατὰ χώραν τὴν δύναμιν ἀνελάμβανεν, τῷ δεδομένῳ παρὰ τῆς τύχης ἀρκούμενος προτερήματι. πάντων δὲ (ὡς εἰπεῖν) αἰτίας ἐπιφερόντων Φραουίτῳ, ὅτι διῶξαι φεύγοντα Γαΐνην οὐκ ἠθέλησε, φεισαμένῳ δὲ ὡς ὁμοφύλων αὐτοῦ τε Γαΐνου καὶ τῶν ἅμα τούτῳ διαφυγόντων, οὐδὲν τοιοῦτον ἑαυτῷ συνεπιστάμενος, ἐπανῄει πρὸς τὸν βασιλέα, μέγα φρονῶν ἐπὶ τῇ νίκῃ, καὶ μετὰ παρρησίας τοῖς παρ' αὐτοῦ τιμωμένοις ταύτην ἀνατιθείς. οὐδὲ γὰρ ᾐσχύνετο, καὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἀκούοντος, ὁμολογεῖν, ὅτι σέβοιτο καὶ τιμῴη θεοὺς κατὰ τὰ πάτρια, καὶ οὐκ ἀνέξεται κατὰ τοῦτο τοῖς ἀπὸ τοῦ πλήθους ἀκολουθῆσαι. Φραούιτον μὲν οὖν ἀποδεξάμενος ὁ βασιλεὺς, ὕπατον εἶναι κατέστησε. Γαΐνης δὲ, τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως μέρος ἀποβαλὼν, ἧπερ εἴρηται, μετὰ τῶν λειπομένων ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἀπέτρεχε. πεπορθημένην δὴ τὴν Θρᾴκην ἐκ τῶν προλαβουσῶν ἐφόδων εὑρὼν, τὰ δὲ ἐν ποσὶ ληϊζόμενος. δεδιὼς δὲ μήποτε στρατόπεδον ἕτερον Ῥωμαϊκὸν ἐπακολουθῆσαν, ἐπίθοιτο τοῖς σὺν αὐτῷ βαρβάροις, οὐ πολλοῖς οὖσιν, οὐκ ἔξω τε ὑποψίας ἔχων τοὺς ἑπομένους αὐτῷ Ῥωμαίους, ἐκείνους μὲν, οὐ προειδομένους τὸ βούλευμα, πάντας ἀπέκτεινεν· ἅμα δὲ τοῖς βαρβάροις, ἐπεραιώθη τὸν Ἴστρον, εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπανελθεῖν διανοούμενος, αὐτόθι δὲ τὸν λοιπὸν βιοτεύειν. Ἀλλ' ὁ μὲν Γαΐνης, ἐν τούτοις ἦν· Οὔλδης δὲ, ὁ τὴν Οὔννων ἔχων κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἡγεμονίαν, οὐκ ἀσφαλὲς ἡγησάμενος εἶναι, βαρβάρῳ στρατόπεδον οἰκεῖον ἔχοντι, συγχωρῆσαι πέραν τοῦ Ἴστρου τὴν οἴκησιν ἔχειν, ἅμα δὲ καὶ τῷ Ῥωμαίων οἰόμενος βασιλεῖ χαριεῖσθαι, τοῦτον ἀποδιώκων, εἰς μάχην αὐτῷ καταστῆναι παρεσκευάζετο· καὶ συναγαγὼν τὴν δύναμιν, ἀντετάττετο. καὶ Γαΐνης δὲ,

ὅτι πρὸς

οὔτε πρὸς Ῥωμαίους ἐπανελθεῖν ἔτι δυνάμενος, οὔτε ἄλλως τὴν ἀπειλουμένην ἔφοδον διαφυγεῖν, ὁπλίσας τοὺς σὺν αὐτῷ, τοῖς Οὔννοις ἀπήντα. συμπλακέντων δὲ τῶν στρατοπέδων οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἀλλήλοις, ἀντέσχε μὲν εἴς τινας μάχας ἡ Γαΐνου μερίς· ἐπεὶ δὲ πολλοί τε ἐξ αὐτῶν ἔπεσον, ἀνῃρέθη καὶ αὐτὸς Γαΐνης, καρτερῶς καὶ γενναίως ἀγωνισάμενος. Τοῦ πολέμου τῇ Γαΐνου τελευτῇ πέρας λαβόντος, Οὔλδης, ὁ τῶν Οὔννων ἡγούμενος, τὴν τούτου κεφαλὴν Ἀρκαδίῳ τῷ βασιλεῖ πέμψας, δωρεῶν ἠξιοῦτο· καὶ ἐπὶ τούτοις σπονδὰς πρὸς Ῥωμαίους ἐτίθετο. Τῶν δὲ πραγμάτων σὺν οὐδενὶ λόγῳ φερομένων, εἶτα τοῦ βασιλέως φρονήσεως ἐστερημένου, τὰ ἐν τῇ Θράκῃ συνεταράττετο. φυγάδες γὰρ οἰκέται, καὶ ἄλλως τὰς τάξεις ἀπολιπόντες, Οὔννους ἑαυτοὺς εἰπόντες εἶναι, τὰ ἐν τοῖς ὑπαίθροις διήρπαζον· ἕως ὁ Φραουΐττος ἐπιστρατεύσας, καὶ ὅσοις ἄλλοις ἐνέτυχεν ἀνελών, ἔξω φόβου πεποίηκε τοὺς οἰκήτορας. . . . .

qui nec ad Romanos amplius reuerti, nec alia via, quem minaretur Vldes impetum, effugere poſſet: ſuis armatis, in Hunnos tendit. Quum manus non ſemel, ſed multoties conſeruiſſent exercitus, ſtrenue Gainis miles aliquot prœliis reſtitit: tamdem, compluribus cæſis, etiã Gaines ipſe, fortiter & animoſe pugnans, interfectus eſt. Bello Gainis morte finito, Vldes Hunnorum princeps, capite ipſius ad Arcadiũ miſſo, muneribus cultus eſt; & ſecũdum hæc foedus cum Romanis iniit. Quum autem res temere fluctuarent, Imperatore prudẽtia deſtituto; Thracia rurſum perturbatur. Quippe fugitiua mancipia, cum aliis, qui ordines ſuos deſeruerant, quum ſe Hunnos eſſe perhiberẽt, quidquid in agris erat ſub dio, diripiunt: donec Fraiutus, expeditione ſuſcepta, tum his, tum aliis, quoſcumq; nanctus eſſet, interfectis; eorum locorum colonos extra metum poſuit. . . . .

. . . . . λίαν ἔγνωκε διαβῆναι, δεδιότες μὴ πολὺ κακῶς διατεθεῖεν. τούτῳ περιπεσόντες, ἀπέβησαν τῆς νεὼς ἐν τοῖς περὶ τὴν Ἤπειρον τόποις· καὶ περὶ τῆς σφῶν βουλευόμενοι σωτηρίας, (ἐποίει γὰρ αὐτοῖς ταύτην ἐπισφαλῆ τὸ τοῦ πλημμελήματος ὑπερβάλλον) καιρὸν δεδώκασι τοῖς παρ' αὐτῶν φυλαττομένοις φυγῆς. ἕτεροι δέ φασιν, ὡς χρημάτων αὐτοῖς τὴν ἄφεσιν ἐφιλοτιμήσαντο. οἱ δὲ, ὅπως ποτὲ διέφυγον, ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθόντες παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα, τῷ τε βασιλεῖ καὶ τῇ γερουσίᾳ καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἐφαίνοντο. ἐντεῦθεν ηὐξήθη τῇ συνοικούσῃ τῷ βασιλεῖ τὸ κατὰ Ἰωάννου τοῦ τῶν Χριστιανῶν ἐπισκόπου μῖσος, χαλεπαινούσης πρότερον μὲν αὐτῷ, κωμῳδεῖν εἰωθότι κατὰ τὰς συνόδους αὐτὴν ἐν ταῖς πρὸς τὸ πλῆθος ὁμιλίαις· τότε δὲ, μετὰ τὴν Ἰωάννου καὶ τῶν ἄλλων ἐπάνοδον, εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ δυσμένειαν ἐμφανῶς ἐξανέστη. πράττουσα δὲ πάντα κατ' ἐξουσίαν, ἐκίνει τοὺς πανταχόθεν ἐπισκόπους πρὸς τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν· ὧν ἦν πρῶτος καὶ κορυφαῖος, ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ Θεόφιλος, ὁ πρῶτος ἀρξάμενος τῆς κατὰ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ἐξ αἰῶνος πατρίων ἐπιβουλῆς.

. . . . : . veriti, ne male tractarentur. Poſteaquam in hoc incidiſſent, in Epiri locis e naui ſunt egreſſi: dumq; de ſalute ſua deliberant, quam nimia delicti magnitudo reddebat dubiam; fugæ ſpatium conceſſerunt iis quos cuſtodiebant. Alii data pecunia dimiſſos fuiſſe narrant. Illi vero, quocumque tamdem modo euaſere, Conſtantinopolim præter omnem ſpẽ reuerſi; principi, ſenatui, reliquis omnibus ſe conſpiciendos exhibuerunt. Hinc auctum fuit odium Auguſtæ contra Ioannem, Chriſtianorum epiſcopũ: quæ prius etiam illi ſuccenſeret, quod eã publicis in cõgreſſibus, quoties ad plebẽ diſſereret, perſtringere conſueſſet. In hoc quidem tempore, poſt Ioãnis aliorumq; reditum, palam infeſto in eũ animo eſſe cepit. Quumq; cuncta ex animi libidine gereret, omnium locorũ epiſcopos ad deiiciendũ loco ſuo Ioannẽ concitat: inter quos primus & ſummus erat, Alexandrinæ vrbis in Ægypto antiſtes Theophilus, qui primus ſacra, patriosq; ritus æternos, oppugnare cepit.

Ioannẽ Chryſoſtomum intelligit.

Diſceptatione propoſita, quum videret Ioannes, haud æquo iudicio cauſſam ſuã tractari; Cõſtantinopoli ſpõte ſua diſceſſit. Ob eam rem perturbata plebe, (quando vir hic imperitæ plebis animos admirabili quadam arte ſibi ſubiicere poterat) plena tumultus vrbs erat; iamque adeo fuerat intercepta Chriſtianorum ab iis eccleſia, qui Monachi vocantur. Hi legitimis nuptiis abſtinent, & tam in vrbibus, quam vicis, populoſa collegia complent hominibus non maritatis, nec ad bellum, nec alium reipublicæ neceſſarium vſum idoneis. niſi quod via quadam progreſſi, ab eo tempore, in hunc vſque diem, magnam agrorum partem ad ſe transtulerunt; & ſub prætextu, quaſi cum pauperibus omnia communicẽt, omnes prope dixerim ad inopiam redegerunt. Hi quum eccleſias occupaſſent, quo minus plebs ad conſuetas preces accederet, prohibent. quod ægre ferentes tam plebeii, quam milites, vt monachorum audacia retunderetur, petũt. Dato eis ad hoc ſigno, plena cum licẽtia prodeunt, & nullo iudicio cunctos iugulant: donec cadaueribus eccleſiam impleſſent, & fuga dilapſos perſequuti, confixiſſent omnes, quicumque pullis induti veſtibus erant. quos inter, perire plures contigit, qui vel luctus cauſſa, vel ob alium quemdam caſum, in huiuſmodi veſtitu reperti fuiſſent. Ceterum Ioannes iam reuerſus, eadem tentabat, conſimiles in vrbe tumultus excitans. Quum autem calumniatorum natio magis, quam antehac vmquam excreuiſſet, & eunuchos palatinos perpetuo ſtiparet; ſi quis opulentus vita deceſſiſſet, eius facultates nuntiabat; quaſi nulli liberi vel cognati exſtarẽt. Hinc reſcripta principis adferebantur, quibus Titii patrimoniũ Sempronio dari iubebatur. ſimul hereditates illis cedebant, qui oblatis principi precibus eas obtinuerant: adſtantibus interim liberis, & parẽtes cum gemitu implorantibus. Ad ſummã, nihil agebatur, quod opida lamentis nõ impleret, & cuiuis municipi detrimẽtum nefariũ nõ inferret. Nam quũ princeps extreme ſtolidus eſſet, cõiux eius ſupra ſexum adrogans, & vndiq; tã eunuchorum, quam familiarium ſibi muliercularum, quæ maxime huic imperabant, inſatiabili auaritiæ expoſita, vitam omnibus acerbam victu reddebat: adeo quidem, vt modeſtis hominibus morte nihil eſſet optabilius. Et quaſi ſi hæc non ſufficerent, Cõſtantinopoli periculum,

προτεθείσης δὲ κρίσεως, ὁρῶν ὁ Ἰωάννης οὐκ ἐξ ἴσης αὐτῷ τὰ πράγματα προβαίνοντα ψήφου, τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἑκὼν ἀνεχώρει. τοῦ δὲ πλήθους ἐπὶ τούτῳ συνταραχθέντος, (ἦν γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἄλογον ὄχλον ὑπαγαγέσθαι δεινός) θορύβου μὲν ἦν πλήρης ἡ πόλις, κατείληπτο δὲ ἡ τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησία ὑπὸ τῶν λεγομένων μοναχῶν. οὗτοι δὲ γάμοις τοῖς κατὰ νόμον ἀπαγορεύουσι, συστήματα δὲ πολυάνθρωπα κατὰ πόλεις καὶ κώμας πληροῦσιν ἀνθρώπων ἀγάμων, [καὶ] οὔτε πρὸς πόλεμον, οὔτε πρὸς ἄλλην τινὰ χρείαν * ἀναγκαίαν τῇ πολιτείᾳ· πλὴν ὅτι προϊόντες ὁδῷ, μέχρι τοῦ νῦν ἐξ ἐκείνου, τὸ πολὺ μέρος τῆς γῆς ᾠκειώσαντο, προφάσει τοῦ μεταδιδόναι πάντων πτωχοῖς, * πάντων (ὡς εἰπεῖν) πτωχοὺς καταστήσαντες. οὗτοι δὲ, τὰς ἐκκλησίας ἀπολαβόντες, ἐκώλυον τὰ πλήθη τῆς συνήθεσιν εὐχαῖς προσιέναι. πρὸς ὃ δυσχεραίνοντες δημοτικοί τε ὁμοῦ καὶ στρατιῶται, τὴν τῶν μοναχῶν ᾔτουν ἀνακόψαι θρασύτητα. δοθέντος δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τοῦτο συνθήματος, ἐχώρουν ἀνέδην, καὶ σὺν οὐδεμιᾷ κρίσει πάντας ἀπέσφαττον, ἕως τὴν μὲν ἐκκλησίαν ἐπλήρωσαν νεκρῶν, τοὺς δὲ ἀποδράντας διώξαντες, κατέκτειναν ἅπαντας, ὅσοι φαιαῖς ἔτυχον ἐσθῆσιν ἠμφιεσμένοι. οἷς συναπολέσθαι συνέβη πολλούς, ἢ διὰ πένθος, ἢ διά τινα ἑτέραν περιπέτειαν ἐν ἱματίοις εὑρεθέντας τοιούτοις. Ἰωάννης δὲ, αὖθις ἐπανελθὼν, τῶν αὐτῶν ἐπειρᾶτο, τοὺς ὁμοίους ἀνακινῶν ἐν τῇ πόλει θορύβους. τὸ δὲ τῶν συκοφαντῶν, ὡς οὔπω πρότερον ἐπιπολάσαν, καὶ τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν εὐνούχους ἀεὶ περιέπον, εἴ πού τις τῶν πλουσίων ἀπέθανεν, ὡς οὐκ ὄντων παίδων ἢ συγγενῶν, ἐμήνυον τὰς οὐσίας· καὶ τοῦ βασιλέως ἐφέρετο γράμματα, τῷδε τὴν οὐσίαν τοῦδε παραδοθῆναι κελεύοντα· καὶ παρεδίδοντο τοῖς ᾐτηκόσιν οἱ κλῆροι, παίδων ἑστώτων, καὶ τοὺς πατέρας μετ᾽ οἰμωγῆς ἀνακαλουμένων. καὶ ἁπλῶς οὐδὲν ἦν ὃ μὴ θρήνων ἐπλήρου τὰς πόλεις, παντὶ τῶν οἰκητόρων ἄγονον ζημίαν ἐπάγον. τοῦ γὰρ βασιλεύοντος ἐσχάτως ἀνοηταίνοντος, ἡ τούτῳ συνοικοῦσα, παρὰ τὴν φύσιν αὐθαδιζομένη, πανταχόθεν τε εὐνούχων ἀπληστίᾳ καὶ τῶν περὶ αὐτὴν γυναικῶν, αἳ μάλιστα ταύτης ἐκράτουν, ἐκδεδομένη, πᾶσιν ἀβίωτον καθίστη τὸν βίον. ὥστε θανάτου τοῖς μέτρια φρονοῦσιν οὐδὲν ἦν αἱρετώτερον. Ὡς οὐκ ἀρκούντων δὲ τούτων, ἐπλευέσθη τῇ Κωνσταντινουπόλει πάσης ὑπερβολῆς ἐπέκεινα

ἐπέκεινα κίνδυνος, ἔκ τινος τοιαύτης αἰτίας. Ἰωάννης, ἧπερ εἴρηταί μοι, μετὰ τὴν φυγὴν ἐπανελθὼν, καὶ τοῖς συνήθεσιν ἱεροῖς σοβῶν κατὰ τῆς βασιλίδος τὸ πλῆθος, ἐπειδὴ καὶ τοῦ θρόνου τῆς ἐπισκοπῆς ἑώρα καὶ τῆς πόλεως ἑαυτὸν ἐξωθούμενον, αὐτὸς μὲν ἀπέλιπε τὴν πόλιν, νεὼς ἐπιβάς· οἱ δὲ τούτῳ σπουδάζοντες, μηδένα μετὰ τοῦτον ἐπίσκοπον γενέσθαι τῇ πόλει πραγματευόμενοι, πυρὶ τὴν πόλιν ἔγνωσαν ἀπολέσαι. λάθρα τοίνυν φλόγα τῇ ἐκκλησίᾳ νυκτὸς ἐμβαλόντες, καὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἔξω καταστήσαντες ἑαυτοὺς, καὶ τούτῳ λαθόντες οἵτινες ποτὲ εἶεν, ἡμέρας γενομένης ἐσχάτως ἤδη τὴν πόλιν ἅπασιν ἔδειξαν κινδυνεύουσαν. ἥτε γὰρ ἐκκλησία κατεφλέγετο πᾶσα, συνεδαπανᾶτο δὲ ταύτῃ καὶ τὰ ἐχόμενα τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ μάλιστα ὅσοις τὸ πῦρ ἐπῆγεν ἡ τοῦ γενομένου πνεύματος καταιγίς. ἐνέπεσε δὲ τὸ πῦρ καὶ εἰς τὸν εἰωθότα δέχεσθαι τὴν γερουσίαν οἶκον, πρὸ τῶν βασιλείων ὄντα, εἰς πᾶν κάλλος καὶ φιλοτιμίαν ἐξησκημένον. ἀγάλμασι γὰρ κεκαλλώπιστο τεχνιτῶν, τὸ ἀξιοπρεπὲς ἐξ αὐτῆς τῆς θέας παρεχομένοις, καὶ μαρμάρων χροιαῖς, αἳ κατὰ τοὺς νῦν οὐ μεταλλεύονται χρόνους. Φασὶ δὲ ὡς καὶ τὰ δείκηλα τὰ ἐν τῷ Ἑλικῶνι τὴν ἀρχὴν καθιδρυθέντα ταῖς Μούσαις, μέρος καὶ αὐτὰ τῆς κατὰ πάντων ἱεροσυλίας ἐν τοῖς Κωνσταντίνου γενόμενα χρόνοις, ἀνατεθέντα τούτῳ τῷ τόπῳ, τῇ διὰ τοῦ πυρὸς ἀπηνέχθη διαφθορᾷ, σαφέστερόν πως τὴν καθέξουσαν ἅπαντας ἀμουσίαν μηνύοντα. Θαύματος δέ τινος τηνικαῦτα γενομένου, *ἄξιον οὐ παραδραμεῖν σιωπῇ. τούτου τῆς γερουσίας τὸ τέμενος, οὗπερ ἕνεκα ταῦτα διέξειμι, Διὸς καὶ Ἀθηνᾶς ἀγάλματα πρὸ τῶν θυρῶν εἶχεν, ἐπί τινων βάσεων λιθίνων ἑστῶτα, καθ' ὃ καὶ νῦν ἐστὶν αὐτὰ θεάσασθαι σχῆμα. Φασὶ δὲ, τὸ μὲν τοῦ Διὸς εἶναι τοῦ Δωδωναίου· τὸ δὲ, τὸ ἐν *τῇ Λίνδῳ πάλαι καθιδρυμένον. τοῦ πυρὸς τοίνυν ἐπινεμηθέντος ἅπαν τὸ τέμενος, ὁ μὲν ἐπικείμενος τῷ τέγει μόλιβδος, ἔρρει τηκόμενος κατὰ τῶν ἀγαλμάτων· ἐφέροντο δὲ καὶ οἱ ἐκ τῆς οἰκοδομίας λίθοι κατὰ τούτων, ἀντέχειν τῇ τοῦ πυρὸς φύσει μὴ δυνηθέντες. εἰς χώματος δὲ σχῆμα τοῦ παντὸς κάλλους μεταβληθέντος, ἡ μὲν κοινὴ δόξα, καὶ ταῦτα ἐτόπαζε κόνιν καὶ αὐτὰ γενέσθαι· καθαιρόμενος δὲ ὁ τόπος, καὶ πρὸς ἀνανέωσιν γενόμενος εὐπρεπὴς, ἔδειξε τὰ τῶν θεῶν τούτων ἀγάλματα μόνα, κρείττονα τῆς παντελοῦς ἐκείνης γεγονότα φθορᾶς. ὅπερ ἅπασι

quouis grauiſſimo maius, ex huiuſmodi quadam cauſſa creatũ fuit. Ioannes, vti diximus, poſt exſilium reuerſus, & conſuetis ſacris plebem aduerſus Auguſtam commouẽs, quum & epiſcopatus ſolio, & vrbe ſe videret expelli; naui conſcenſa, ab vrbe diſceſſit. At quotquot huius ſtudioſi erant, dum hoc agunt, vt poſt eum nullus in vrbe deſignaretur epiſcopus; vrbem igne perdendã ſtatuunt. Clam igitur eccleſiæ flamma per noctẽ iniecta, circaque diluculum extra eam progreſſi, quum hoc ipſo, quinam eſſent, ignoraretur: orto die, cunctis vrbem, extremo verſantem in periculo, ſpectandam exhibent. Nam & eccleſia tota conflagrabat, & ædificia contigua cum ea ſimul abſumebantur; præſertim quibus oborti venti procella flammam inferebat. Irruit ignis & illam in domum, in qua ſenatus haberi ſolebat. Ea domus ante palatium ſita erat, ad omnem elegantiã & magnificentiam elaborata. Nam ſimulacris artificum exornata erat, ipſo adſpectu maieſtatem præferentibus; & coloribus marmorum, quę hiſce temporibus non eruuntur. Ac perhibent eas etiam imagines, quæ in Helicone Muſis olim collocatæ, Conſtantini temporibus in res omnes perpetrati ſacrilegii vim expertæ cũ ceteris fuerãt, huic loco dedicatas, igni tum periiſſe. quo caſu ſane quã perſpicue portendebatur a Muſis alienatio, quæ omnes eſſet occupatura. Par eſt autem, miraculum quoddam, quod id temporis accidit, minime ſilẽtio præteriri. Templum iſtud Senatus, cuius hæc cauſſa commemoro, ſimulacra Iouis & Mineruæ ante fores habebat, in lapideis quibuſdam baſibus ſtantia, qua quidem forma nunc etiam conſpiciuntur. Aiunt autem, Iouis alterum Dodonæi ſimulacrum eſſe; alterum, quod Lindi quondam conſecratum fuerit. Igitur vbi templũ vniuerſum ab igne fuiſſet abſumtum, ſimul & impoſitum tecto plumbum liquefactum in hæc ſimulacra deſtillabat, & in eadem ædificii quoque lapides ferebantur, ſi qui naturæ ignis reſiſtere non potuiſſent. Quum autem vniuerſa iſtæc ædificii venuſtas abiiſſet in rudera, vulgi quidem opinio erat, hæc etiam ſimulacra in puluerem eſſe redacta. Sed repurgato, paratoque ad inſtaurationem loco; ſola deorum iſtorum ſimulacra conſpecta ſunt, quæ vniuerſum hunc interitum euaſiſſent. quod quidem effecit,

vt oēs paullo politiores de vrbe ſpes animis meliores conciperent; quaſi ſcilicet hi dii ſtatuerent eam ſemper ſua prouidentia complecti. Sed hæc quidem omnia, prout numini viſum fuerit, ita eueniant. Vniuerſis autem permoleſte caſum vrbis ferentibus, nec aliam cauſſam eius, quam aſini (quod dicitur) vmbrā inuenientibus; familiares principis de vaſtatis ædificiis inſtaurandis cogitabant. Sed adlatus eſt palatinis nūtius, magnam *Iſaurorum* multitudinem, quæ ſupra Pamphyliam Ciliciamq; poſita, ſemper in aſperrimis & inacceſſis Tauri montibus degit, in latronum manipulos diuiſam, regionem ſubiectam inuadere. Ac opida quidem munita, tentare non poterant; vicos autē mœnibus deſtitutos, & obuia quæuis, irruendo vexabant: quos incurſus id ipſis faciliores reddebat, quod iſtæc regio paullo ante fuiſſet ab hoſtibus capta, Tribigildo cum barbaris ſuis rebellionem molito. His nunciatis, Arbazacius dux mittitur, qui laborātibus Pamphyliæ rebus ſuccurreret. Is, vbi copias idoneas accepiſſet, & latrones fuga dilapſos intra mōtes perſequutus fuiſſet; complures eorū villas cepit, & virorum multitudinem non exiguam interfecit. adeoq; prorſus eos in poteſtatem facillime redegiſſet, & incolis opidorum ſecuritatem ſolidam paraſſet: niſi deliciis & fœdis voluptatibus deditus, multum de vigore ſuo remiſiſſet; ac pecuniæ manus porrigens, bono publico diuitias prætuliſſet. Quapropter ob hāc præuaricationem ad aulam reuocatus, nihil exſpectabat aliud, quam vti iudicio ſiſteretur. Sed parte illorum, quæ ab Iſauris acceperat, Auguſtę oblata; tum examen effugit, tum opes iſtas in voluptates vrbanas impendit. Enimuero molitiones Iſaurorum adhuc intra clandeſtina ſe latrocinia continebant, necdū illis aperte gentes proximas adgreſſis. Ceterum *Alarichus*, vbi (ceu dictum a nobis eſt) exceſſiſſet e Peloponneſo, & reliqua regione, quam Achelous amnis interfluit; in Epiris hærens, quā regionem incolūt Moloſſi, Theſproti, & alii, quotquot ſita vſq; ad Epidamnum & Taulantios inhabitāt loca; rem cum Stelichone compoſitam exſpectabat: quæ huiuſmodi erat. Quum Stelicho videret eos qui Arcadianum imperium adminiſtrabant, animis erga ſe infeſtis eſſe; adiuncto

τοῖς χαριεστέροις ἀμείνους ἐπὶ τῇ πόλει δέδωκεν ἔχειν ἐλπίδας, ὡς δὴ τῶν θεῶν τούτων ἔχεσθαι τῆς ὑπὲρ αὐτῆς ἀεὶ βουλομένων προνοίας. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὅπῃ τῷ θείῳ δοκεῖ, πάντα προΐτω. πάντων δὲ δυσχεραινόντων ἐπὶ τῇ τῆς πόλεως συμφορᾷ, καὶ αἰτίαν οὐκ ἄλλην ἢ τὴν τοῦ ὄνου λεγομένην σκιὰν εὑρισκόντων, * ἐγίνοντο μὲν οἱ περὶ τὸν βασιλέα τῆς τῶν ἐφθαρμένων ἀνανεώσεως· ἠγγέλθη δὲ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν, ὡς τὸ τῶν Ἰσαύρων πλῆθος, ὑπερκείμενον Παμφυλίας καὶ Κιλικίας, ἐν τοῖς ἀβάτοις τοῦ Ταύρου καὶ τραχυτάτοις ὄρεσιν ἀεὶ βιοτεῦον, εἰς τάγματα διανεμηθὲν λῃστικὰ, τὴν ὑποκειμένην ἐπέρχεται χώραν· πόλεσι μὲν τετειχισμέναις προσάγειν οὔπω δυνάμενοι, κώμας δὲ ἀτειχίστους καὶ πάντα τὰ ἐν ποσὶν ἐπέτρεχον. ἐποίει δὲ ῥᾳδίας αὐτοῖς τὰς ἐπιδρομὰς ἡ προλαβοῦσα τῆς χώρας ἐκείνης ἅλωσις, ἣν ἡ Τριβιγίλδου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βαρβάρων πεποίηκεν ἐπανάστασις. τούτων ἀπαγγελθέντων, Ἀρβαζάκιος ἐκπέμπεται στρατηγὸς, ὡς δὴ τοῖς ἐν Παμφυλίᾳ πράγμασι πονοῦσιν ἐπικουρήσων. δύναμιν δὲ ἀρκοῦσαν λαβὼν, καὶ τοὺς λῃστεύοντας ἐν τοῖς ὄρεσι συμφυγόντας ἐπιδιώξας, κώμας τε αὐτῶν εἷλε πολλὰς, καὶ ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγον ἀπέσφαξε πλῆθος· ῥᾷστα τε ἂν τέλεον ἐκράτησεν αὐτῶν, καὶ τελείαν τοῖς οἰκοῦσι τὰς πόλεις ἀσφάλειαν ἐνεποίησεν, εἰ μὴ τρυφῇ καὶ ἀτόποις ἐκκείμενος ἡδοναῖς, ἐχάλασε μὲν πολὺ τῆς σφοδρότητος, χρήμασι δὲ τὰς χεῖρας ὑποχὼν, τῆς κοινῆς ὠφελείας τὸ πλουτεῖν ἔμπροσθεν * ποιησάμενος. τῆς μὲν οὖν προδοσίας ἕνεκα ταύτης, μετάπεμπτος εἰς τὰ βασίλεια γενόμενος, εἰς κρίσιν προσεδόκατο καθίστασθαι· μέρος δὲ ὧν εἰλήφει παρὰ τῶν Ἰσαύρων, τῇ βασιλίδι προσαγαγὼν, τήν τε κρίσιν διέφυγε, καὶ τὸν πλοῦτον περὶ τὴν ἐνθάδε τρυφὴν ἐδαπάνα. Τὰ μὲν οὖν Ἰσαύρων ἐν λαθραίαις ἦν ἔτι λῃστείαις, οὔπω πρὸς φανερὰν ἐπανάστασιν κατὰ τῶν πλησιαζόντων ἐθνῶν ἀνιστάντα. [Ἀλάριχος δὲ, ἐπειδὴ] ἀνεχώρησεν, ᾗ προείρηταί μοι, τῆς Πελοποννήσου, καὶ τῆς ἄλλης ἐπόσην ὁ Ἀχελῷος ποταμὸς διαρρεῖ, διατρίβων ἐν τῇ Ἠπείροις, ἣν οἰκοῦσι Μολοττοί τε καὶ Θεσπρωτοὶ, καὶ ὅσοι τὰ μέχρις Ἐπιδάμνου καὶ Ταυλαντίων οἰκοῦσι χωρία, τὸ παρὰ Στελίχωνος * ἀνέμενε σύνθημα, τοιόνδε πως ὄν. τοὺς τὴν Ἀρκαδίου βασιλείαν οἰκονομοῦντας ὁρῶν ὁ Στελίχων ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὸν ἔχοντας, διενοεῖτο,

κοινωνῷ

κοινωνῷ χρησάμενος Ἀλαρίχῳ, τῇ Ὁνωρίου βασιλείᾳ τὰ ἐν Ἰλλυριοῖς ἔθνη πάντα προσθεῖναι. συνθήκας τε περὶ τούτου πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος, εἰς ἔργον ἄξειν ὅσον οὐδέπω τὴν ἐπιχείρησιν προσεδόκα. προσδεχομένου δὲ Ἀλαρίχου τῷ παραγγέλματι πειθαρχῆσαι, Ῥοδογάϊσος, ἐκ τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον καὶ τὸν Ῥῆνον Κελτικῶν τε καὶ Γερμανικῶν ἐθνῶν ἐς τεσσαράκοντα συναγαγὼν μυριάδας, εἰς τὴν Ἰταλίαν ὥρμητο διαβῆναι. οὗ προσαγγελθέντος, ἡ μὲν πρώτη πάντας κατέπληξεν ἀκοή· τῶν δὲ πόλεων ταῖς ἐλπίσιν ἀπεγνωκότων, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς Ῥώμης εἰς ἔσχατον κινδύνου συνταραχθείσης, ἀναλαβὼν ὁ Στελίχων ἅπαν τὸ ἐν τῷ Τικήνῳ τῆς Λιγυστικῆς ἐνιδρυμένον στρατόπεδον, (ἦν δὲ εἰς ἀριθμοὺς συνειλεγμένον τριάκοντα) καὶ ὅσον οἷός τε γέγονε συμμαχικὸν ἐξ Ἀλανῶν καὶ Οὔννων περιποιήσασθαι, τὴν ἔφοδον τῶν πολεμίων οὐκ ἀναμείνας, αὐτὸς ἐπεραιώθη τὸν Ἴστρον ἅμα παντὶ τῷ στρατεύματι· καὶ τοῖς βαρβάροις ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσών, ἅπαν τὸ πολέμιον πανωλεθρίᾳ διέφθειρεν· ὥστε μηδένα σχεδὸν ἐκ τούτων περισωθῆναι, πλὴν ἐλαχίστους ὅσους αὐτὸς τῇ Ῥωμαίων προσέθηκε συμμαχίᾳ. ἐπὶ ταύτῃ μέγα φρονῶν ὁ Στελίχων εἰκότως τῇ νίκῃ, μετὰ τοῦ στρατοπέδου παρὰ πάντων (ὡς εἰπεῖν) στεφανούμενος, ἐπανῄει, παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῶν προσδοκηθέντων κινδύνων τὴν Ἰταλίαν ἐλευθερώσας. ἐν δὲ τῇ Ῥαβέννῃ, (μητρόπολις δὲ Φλαμινίας, πόλις ἀρχαία, Θετταλῶν ἀποικία, Ῥήνη κληθεῖσα διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιρρεῖσθαι, καὶ οὐχ, ὡς Ὀλυμπιόδωρος ὁ Θηβαῖος φησί, διὰ τὸ Ῥῶμον, ὃς ἀδελφὸς γέγονε Ῥωμύλῳ, τῆς πόλεως ταύτης οἰκιστὴν γεγονέναι· Κουαδράτῳ γὰρ οἶμαι μεθετέον, ἐν τῇ κατὰ τὸν βασιλέα Μάρκον ἱστορίᾳ τοῦτο περὶ τῆς πόλεως ταύτης διεξελθόντι) ἐν τῇ Ῥαβέννῃ τοίνυν ταύτῃ παρεσκευασμένῳ Στελίχωνι ταῖς Ἰλλυριῶν πόλεσι μετὰ στρατεύματος ἐπιστῆναι, καὶ σὺν Ἀλαρίχῳ παρασπάσασθαι μὲν αὐτὰς Ἀρκαδίου, περιποιήσασθαι δὲ τῇ Ὁνωρίου βασιλείᾳ, δύο κωλύματα συνέβη παρεμπεσεῖν· φήμη τε, ὡς Ἀλάριχος τεθνεὼς εἴη διαδραμοῦσα, καὶ ἐκ τῆς Ῥώμης Ὁνωρίου γράμματα τοῦ βασιλέως ἀποδοθέντα, δι' ὧν ἐδηλοῦτο, ὡς Κωνσταντῖνος ἐπιθέμενος εἴη τυραννίδι, καὶ ἐκ τῆς Βρεττανικῆς νήσου περαιωθείς, ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσι παραγένοιτο, τὰ βασιλέως ἐν ταῖς πόλεσι πράττων.

ſibi Alaricho ſocio, cunctas in Illyriis nationes Honorii regno cogitabat adiicere. Qua de re cum Alaricho pactus, occaſionem exſpectabat, vti reapſe quamprimum hunc conatum exſequeretur. Dum Alarichus in hoc intentus eſſet, vt imperatis obtemperaret: † *Rodogaiſus*, ex transiſtrianis & transrhenanis Celticis Germanicisque nationibus collectis hominum quadringentis milibus, ad tranſeundum in Italiam ſe parat. Qua re nuntiata, cunctos mirifice prima fama percuſſit. Quumque deſperaſſent vrbes, & ipſa Roma iam in extremo periculo turbata eſſet; Stelicho, ſumtis ſecum vniuerſis copiis, Ticino Liguriæ impoſitis, (erant autem numeri militum triginta) cum aliis ſociorum auxiliis, quæ ab Alanis & Hunnis impetrare potuerat, hoſtium aduentu non exſpectato, cum omni exercitu † Iſtrum ipſe tranſiecit; & barbaros nec opinantes adgreſſus, vniuerſas hoſtium copias ad internecionem cecîdit. adeo quidem, vt horum prope nullus incolumis euaderet; exceptis pauciſſimis, quos ipſe Romanis auxiliis adſcripſit. Ob hanc victoriam Stelicho non abs re magnos animos gerens, cum exercitu ab omnibus propemodum coronatus redibat; quum præter omnem ſpem formidatis periculis Italiam liberaſſet. Hinc ad Rauennam, (ea metropolis eſt Flaminiæ, priſca ſane ciuitas, colonia Theſſalorum, Rhene dicta, quod eam aquæ ab omni parte circumfluant; non autē propterea, velut Olympiodorus ille Thebanus ait, quod Remus, Romuli frater, huius vrbis conditor fuerit. hoc enim Quadrato relinquere debuerat; qui de hac vrbe in hiſtoria Marci principis id commemorauit) ad Rauennam igitur hanc Stelichone iam parato ad Illyricas vrbes cū exercitu adeundas, & Alarichi auxilio ab Arcadio quidē auertendas, Honorii vero regno adiiciendas, impedimēta duo cōtigit interuenire: famā ſcilicet hinc inde de Alarichi morte ſparſam, & litteras Honorii principis, adlatas Roma, quib. in litteris perſcriptū erat, Conſtantinū perduellem iā ex inſula Britānia tranſuectū, ad trāſalpinas gētes acceſſiſſe, ac ſe pro Imperatore in ciuitatib. gerere.

† *alii Radagaiſum ſcribunt.*

† *rectius*, Arnum

Verum de Alarichi morte rumor incertus eſſe viſus fuit; donec quidã aduenıſſent, & ipſam, vt erat, rem nunciaſſent. Quæ autẽ de Conſtantini deſignatione perhibebantur, apud omnes fidem inuenere. Quapropter in Illyricana præpeditus expeditione Stelicho, Romam proficiſcitur; vti cum aliis de rebus agendis conſultaret. Exacto autumno, quum hiems cepiſſet; Baſſus & Philippus conſules deſignati ſunt. Imperator autem Honorius, Maria cõiuge iampridem rebus humanis exemta, ſororem eius Thermantiam ſibi matrimonio iungi petebat. In hoc Stelicho quidẽ haud adſenſurus videbatur; ſed vrgebat Serena, quæ haſce nuptias ob huiuſmodi cauſſam conciliari vellet. Quũ Honorius matrimoniũ cum Maria contraheret, mater eius Serena, quę puellam necdum nubilẽ ætatem adtigiſſe cerneret, ac neq; ſibi poſſet imperare, vt nuptiæ differrẽtur; & immaturam maritali cõſuetudini tradere, nihil eſſe arbitraretur aliud, quam iniuriam naturæ facere: nancta mulierem, quę rebus huiuſmodi remedium adferre ſciret, eius opera perficit, vt filia cum principe quidem viueret, ac tori conſors eiuſdẽ eſſet; verũ ille nec vellet, nec poſſet ea, quæ matrimonium requireret, implere. Interim puella virgine mortua, non abs re Serena, quæ ſubolis imperatoriæ conſequendæ percupida eſſet, ob metum, ne quid ſibi de tanta potẽtia decederet; id operã dabat, vt Honorium alteri filiæ copularet. quo facto, puella nõ multo poſt vitam cum morte commutat; quum idem ei, quod priori, accidiſſet. Ad Stelichonem vero nuntium quidam pertulit, Alarichum relictis Epiris, & ſuperatis anguſtiis, quæ a Pannonia tranſitum ad Venetos impediunt; apud Emonem opidum caſtra locaſſe, quod inter Pannoniam ſupremam & Noricum ſitum eſt. Atq; hoc loco par eſt, minime ſilentio præteriri, quæ ad opidum hoc pertinẽt, & quonam modo condi ab initio ceperit. Aiunt Argonautas, quum eos Æetas perſequeretur, ad Iſtri adpuliſſe oſtia, quibus in Pontum ille ſemet exonerat; recteq; ſe facturos exiſtimaſſe, ſi aduerſo flumine veherentur, ac tantiſper in hoc amne remigiis & idonei vẽti adiumento nauigarent, donec ad mare propius acceſſiſſent. Quũ id conſiliũ fuiſſent exſequuti, iamque ad locũ hunc perueniſſent, ipſa ſtructu[ra] opidi huius, ad memoriam aduentus in iſtam

ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τῆς Ἀλαρίχου τελευτῆς λόγος, ἀμφίβολος ἔδοξεν εἶναι, πρίν τινας παραγεγονότας, ὅπερ εἴη, δηλῶσαι. τὰ δὲ περὶ τῆς ἀναρρήσεως Κωνσταντίνου λεγόμενα, παρὰ πᾶσιν ἐκεκράτει. διὰ ταῦτα τῆς ἐπὶ Ἰλλυριοὺς ὁρμῆς ὁ Στελίχων ἀνακοπεὶς, εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο, κοινολογήσασθαι περὶ τῶν πρακτέων βουλόμενος. Τελεσθέντος δὲ τοῦ φθινοπώρου, καὶ τοῦ χειμῶνος ἐπιλαβόντος, ὕπατοι μὲν ἀνεδείχθησαν Βάσσος καὶ Φίλιππος· ὁ δὲ βασιλεὺς Ὁνώριος, ἀπὸ πολλοῦ Μαρίας αὐτῷ τελευτησάσης τῆς γαμετῆς, τὴν ταύτης ἀδελφὴν Ἑρμαντίαν ᾔτει οἱ δοθῆναι πρὸς γάμον. ἀλλ' ὁ μὲν Στελίχων, . . ἐνδώσειν πρὸς τοῦτο· Σερῆνα δὲ, ἐνέκειτο, πραχθῆναι βουλομένη τὸν γάμον, τοιᾶσδε ἕνεκα αἰτίας. τὸν γάμον πρὸς τὴν Μαρίαν Ὁνωρίου ἐνιστάμενον, γάμων ὥραν οὔπω τὴν κόρην ἄγουσαν ἡ μήτηρ ὁρῶσα, καὶ οὔτε ἀναβαλέσθαι τὸν γάμον ἀνεχομένη, καὶ τὸ παρ' ἡλικίαν εἰς μῖξιν ἐκδοῦναι, φύσεως ἀδικίαν, καὶ οὐδὲν ἕτερον εἶναι . . . , γυναικὶ τὰ τοιαῦτα θεραπεύειν ἐπισταμένῃ περιτυχοῦσα, πράττει διὰ ταύτης, τὸ συνεῖναι μὲν τὴν θυγατέρα τῷ βασιλεῖ, καὶ ὁμόλεκτρον εἶναι· τὸν δὲ, μήτε ἐθέλειν, μήτε δύνασθαι τὰ τῷ γάμῳ προσήκοντα πράττειν. ἐν τούτῳ τῆς κόρης ἀπειράτου γάμων ἀποθανούσης, εἰκότως ἡ Σερῆνα βασιλείου γονῆς ἐπιθυμοῦσα, δέει τοῦ μὴ τὴν τοσαύτην αὐτῇ δυναστείαν ἐλαττωθῆναι, τῇ δευτέρᾳ θυγατρὶ συνάψαι τὸν Ὁνώριον ἔσπευδεν. οὗ δὴ γενομένου, τελευτᾷ μὲν ἡ κόρη μετ' οὐ πολὺ, ταὐτὰ τῇ προτέρᾳ παθοῦσα. Στελίχων δὲ, ἀγγείλαντος αὐτῷ τινὸς, ὡς τὰς Ἠπείρους Ἀλάριχος καταλιπὼν, ὑπερβάς τε τὰ διείργοντα στενὰ τὴν ἀπὸ Παιονίας ἐπὶ Οὐενετοὺς διάβασιν, τὰς σκηνὰς εἰς Ἤμωνα πόλιν ἐπήξατο, μεταξὺ Παιονίας τῆς ἀνωτάτω καὶ Νωρικοῦ κειμένην. (ἄξιον δὲ μὴ παραδραμεῖν, ὅσα τῆς πόλεως ἐστὶ ταύτης, καὶ ὅπως τὴν ἀρχὴν ἔτυχεν οἰκισμοῦ. τοὺς Ἀργοναύτας φασὶν ὑπὸ τοῦ Αἰήτου διωκομένους, ταῖς εἰς τὸν Πόντον ἐκβολαῖς τοῦ Ἴστρου προσορμισθῆναι, κρῖναί τε καλῶς ἔχειν διὰ τούτου πρὸς ἀντίον τοῦ ῥοῦ ἀναχθῆναι, καὶ μέχρι τοσούτου διαπλεῦσαι τὸν ποταμὸν εἰρεσίᾳ, καὶ πνεύματος ἐπιτηδείου φορᾷ, μέχρις ἂν τῇ θαλάσσῃ πλησιαίτεροι γένοιντο. πράξαντες δὲ ὅπερ ἔγνωσαν, ἐπειδὴ κατὰ τοῦτον ἐγένοντο τὸν τόπον, μνήμην καταλιπόντες τῆς σφετέρας ἀφίξεως,

τὸν τῆς πόλεως οἰκισμόν, μηχαναῖς ἐπιθέντες τὴν Ἀργώ, καὶ τετρακοσίων σταδίων ὁδὸν ἄχρι θαλάσσης ἑλκύσαντες, οὕτω τῶν Θετταλῶν ἀκταῖς προσωρμίσθησαν, ὡς ὁ ποιητὴς ἱστορεῖ Πίσανδρος, ὁ τῇ τῶν ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν ἐπιγραφῇ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, ἱστορίαν περιλαβών) ἐκ δὲ τῆς Ἥμωνος προελθών, καὶ τὸν Ἄκυλιν περαιωθεὶς ποταμόν, τῷ Νωρικῷ προσέβαλεν, ἤδη τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν ἔξω γενόμενος. ὁρίζει δὲ ταῦτα τὰς Παιονίας ἐσχατιάς, στενοτάτην ὁδὸν διδόντα τοῖς ἐπὶ τὸ Νωρικὸν ἔθνος διαβαίνειν ἐθέλουσι, καὶ πρὸς ἣν ὀλίγοι φύλακες ἤρκουν, εἰ καὶ πλῆθος τὴν πάροδον ἐβιάζετο. διαβὰς δὲ ὅμως ὁ Ἀλλάριχος, ἐκ τοῦ Νωρικοῦ πρὸς Στελίχωνα πρεσβείαν ἐκπέμπει, χρήματα αἰτῶν ὑπέρ τε τῆς ἐν ταῖς Ἠπείροις τριβῆς, ἣν ἔλεγεν αὐτῷ, Στελίχωνι πεισθέντι, γενέσθαι, καὶ τῆς εἰς τὴν Ἰταλίαν καὶ τὸ Νωρικὸν εἰσβολῆς. ὁ δὲ Στελίχων, τὴν πρεσβείαν δεξάμενος, καὶ ἐν τῇ Ῥαβέννῃ τοὺς πρέσβεις ἐάσας, εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικνεῖται, κοινώσασθαι τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ γερουσίᾳ περὶ τοῦ πρακτέου βουλόμενος. συνελθούσης δὲ τῆς γερουσίας εἰς τὰ βασίλεια, καὶ βουλῆς περὶ τοῦ πολεμεῖν ἢ μὴ προτεθείσης, ἡ μὲν τῶν πλειόνων εἰς τὸ πολεμεῖν ἐφέρετο γνώμη. μόνος δὲ Στελίχων σὺν ὀλίγοις, ὅσοι φόβῳ συγκατετίθεντο, τὴν ἐναντίαν ἐχώρουν, εἰρήνην πρὸς Ἀλλάριχον ποιεῖσθαι ψηφιζόμενοι. τῶν δὲ τὸν πόλεμον αἱρουμένων, ἀπαιτούντων Στελίχωνα λέγειν, ἀνθ' ὅτου μὴ πολεμεῖν μᾶλλον, ἀλλὰ εἰρήνην ἄγειν αἱρεῖται, καὶ ταύτην ἐπ' αἰσχύνῃ τοῦ Ῥωμαίων ἀξιώματος ἀνέχεται χρημάτων ὠνήσασθαι. Διὰ γὰρ τὸ τῷ βασιλεῖ συνοῖσον, ἔφη, τοσοῦτον ἐν τῇ Ἠπείροις διέτριψε χρόνον, ὡς ἂν ἅμα οἱ τῷ τῆς ἑῴας βασιλεύοντι πολεμήσας, Ἰλλυριοὺς ἐκείνης παρέληται τῆς ἀρχῆς, καὶ τῇ Ὁνωρίου προσθείη. τοῦτο δ' ἂν εἰς ἔργον ἤδη προῆλθεν, εἰ μὴ τοῦ βασιλέως Ὁνωρίου φθάσαντα γράμματα, τὴν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἔλασιν αὐτοῦ διεκώλυσεν· ἣν ἐκδεχόμενον Ἀλλάριχον, αὐτόθι χρόνον δαπανῆσαι πολύν. καὶ ταῦτα λέγων ὁ Στελίχων, ἅμα καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἐδείκνυ, καὶ τὴν Σερήνας αἰτίαν ἔλεγεν εἶναι, τὴν ἀμφοτέρων τῶν βασιλέων ὁμόνοιαν ἀδιάφθορον φυλάττεσθαι βουλομένην. Πᾶσι τοίνυν δόξαντος δίκαια λέγειν Στελίχωνος, ἔδοξε τῇ γερουσίᾳ χρυσίου τετρακισχιλίας ὑπὲρ τῆς εἰρήνης Ἀλλαρίχῳ δίδοσθαι λίτρας, τῶν πλειόνων οὐ κατὰ προαίρεσιν, ἀλλὰ

regionem ſui, relicta, & Argo machinis impoſita, perq; ſtadiorũ quadringentorum ſpatium vſq; ad mare tracta, Theſſalorũ litoribus adpulerunt; ſicuti Piſander poëta memoriæ prodidit, qui Heroicarum diuarumq; nuptiarum titulo totã hanc propemodũ hiſtoriam complexus eſt. Emone vero progreſſus Alarichus, & Aquili flumine tranſiecto, iam ſuperatis Apenninis montibus, ad Noricum acceſſit. Hi montes extremos Pãnoniæ limites finiũt, & iis qui ad Noricã gẽtem tranſire volunt, artiſſimam viam præbent: cui cuſtodiendæ præſidiarii pauci ſufficiunt, etiamſi magna multitudo vi tranſire conetur. Alarichus tamen his tranſitis, e Norico legatos ad Stelichonem mittit, pecuniam poſcens, tum eius moræ nomine, qua ſe ſuaſu Stelichonis aiebat in Epiris hæſiſſe; tum huius in Italiã & Noricum profectionis cauſſa. Stelicho, hac legatione accepta, relictis Rauẽnæ legatis, Romam abit; cum Imperatore ac Senatu de eo, quod agendum eſſet, conſilia collaturus. Poſteaquam Senatus in palatio cõueniſſet, propoſita conſultatione, bellum gerendum eſſet, necne; complurium quidem eo ſententia tendebat, vt bello res decerneretur. Solus Stelicho cum paucis, qui ei metu adducti adſentiebantur, contrariam in ſentẽtiam ibant, & faciundæ cum Alaricho pacis auctores erant. Heic quum ii qui paci bellum præferebãt, a Stelichone ſibi dici peterent; quamobrem non bellũ potius gerere, quam pacem colere mallet, eamq; cum dedecore Romanæ maieſtatis pecunia redimere ſuſtineret: Quoniã, inquit, ob cõmodum principis Alarichus in Epiris tam diu hæſit, vt coniuncta mecũ opera, bello principi oriẽtis illato, Illyrios ab eius auerteret imperio, regnoq; Honorii adiiceret. Et quidem hoc reapſe iam ſucceſſurum fuiſſe aiebat, ſi non Honorii principis litteræ prius adlatæ, ſuam profectionem verſus oriẽtem impediuiſſent: in cuius exſpectatione tantum temporis Alarichus iſtic cõſumſerit. Atq; hæc dicẽs Stelicho, ſimul & epiſtolã principis oſtendit, & culpam in Serenam confert; quæ amborum principũ concordiam ſartam tectam ſeruari voluiſſet. Quapropter omnibus æqua dicere viſo Stelichone, Senatui placuit, Alaricho quatuor librarũ milia pacis nomine ſolui: quũ plures id ſenatuſconſultũ non ſpõte, ſed

metu Stelichonis, feciſſent. Adeoque Lampadius, genere dignitateq; præſtans, quum verbū hoc lingua patria protuliſſet, NON EST ISTA PAX, SED PACTIO SERVITVTIS; dimiſſo Senatu, ne quid ſibi propter hanc libertatem accideret, veritus; ad proximam quamdā Chriſtianorum eccleſiam aufugit. In hunc modum Stelicho confecta cum Alaricho pace, ad profectionem ſeſe accingit; vt, quæ ſecum decreuiſſet, exſequeretur. Imperator autem, velle ſe Roma Rauennam abire dicebat, viſendi exercitus, & benigne compellandi cauſſa: præſertim poſteaquam talis ac tantus hoſtis in Italiam tranſiiſſet. Ea vero, non impulſus a ſeipſo, ſed conſilio Serenæ obtemperās, aiebat. Hæc.n. ipſum in vrbe tutiori degere volebat, vt, ſi pace violata, Romā Alarichus inuaderet, non etiam principem in poteſtatem ſuam redigeret. Hunc enim ſtudioſe cōſeruatum cupiebat; velut a cuius ſalute ipſius etiam incolumitas pēderet. Quum autem hoc Imperatoris iter parum Stelichoni probaretur, multa eius impediendi cauſſa excogitat. Verum illo non cedente, ſed iter vrgente; Sarus, natione barbarus, & Rauennę præfectus agmini barbaro, de ſentētia Stelichonis ante vrbē tumultus excitat: non quod reapſe de turbandis rebus quidquam haberet in animo, ſed vt Imperatori metū incuteret, & eū ab inſtituto itinere diuerteret. Quum ne ſic quidē a ſentētia princeps dimoueretur, Iuſtinianus, aduocatorū profeſſione Romæ clarus, & a Stelichone lectus adſeſſor atq; conſiliarius, acri ſagacitate ingenii, quid illud Imperatoris iter ſibi vellet, adſequutus e certis indiciis videtur; & quod ii milites, qui Ticini erant, alienis a Stelichone animis, vbi princeps eo veniſſet, hominem in extremū diſcrimen eſſent adducturi. Quamobrem hortari non deſinit, vt ab hoc inſtituto principem reuocaret. Sed quum videret hunc iis, quæ diceret Stelicho, non obtemperātem: veritus, ne propter familiaritatem, peſſum cum fortuna Stelichonis iret, ab eo diſceſſit. Fuerat iam ante Romam perlatus de morte Imperatoris Arcadii rumor, & poſt abitum Honorii principis ad

Στελίχωνος φόβῳ, τοῦτο ψηφισαμένων. ὥστε ἀμέλει Λαμπάδιος, γένους καὶ ἀξιώματος εὖ ἔχων, τῇ πατρίῳ φωνῇ τοῦτο ὑποφθεγξάμενος, NON EST ISTA PAX, SED PACTIO SERVITVTIS· ὃ δηλοῖ, δουλείαν μᾶλλον, ἤπερ εἰρήνην εἶναι τὸ πεπραγμένον· ἅμα * τῷ διαλυθῆναι τὸν σύλλογον, δέει τοῦ μὴ παθεῖν τι διὰ τὴν παῤῥησίαν, εἴς τινα πλησιάζουσαν τῶν Χριστιανῶν ἀπέφυγεν ἐκκλησίαν.* Ὁ μὲν οὖν Στελίχων, τὴν πρὸς Ἀλλάριχον εἰρήνην τοιῷδε τρόπῳ καταπραξάμενος, ἐπὶ τὴν ἔξοδον ὥρμητο, τοῖς αὐτῷ δόξασιν ἔργον ἐπιθήσων. ὁ δὲ βασιλεὺς, ἐθέλειν ἔφασκεν ἐκ τῆς Ῥώμης εἰς τὴν Ῥάβενναν παραγενέσθαι, θεάσασθαί τε τὸ στρατόπεδον καὶ φιλοφρονήσασθαι, πολεμίου μάλιστα τοιούτου τῆς Ἰταλίας ἐντὸς διαβάντος. ἔλεγε δὲ ταῦτα, οὐκ οἴκοθεν κινούμενος, ἀλλὰ συμβουλῇ Σερήνας πειθόμενος. ἐβούλετο γὰρ αὐτὸν ἀσφαλεστέραν πόλιν οἰκεῖν, ἵνα, εἰ τὴν εἰρήνην πατήσας Ἀλλάριχος,* ἐπέλθῃ τῇ Ῥώμῃ, μὴ κρατήσῃ καὶ τοῦ βασιλέως. ἦν γὰρ αὐτῇ σπουδὴ, περισώζεσθαι τοῦτον, ὡς καὶ αὐτῆς τὴν ἀσφάλειαν διὰ τῆς ἐκείνου σωτηρίας ἐχούσης. τῆς δὲ τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὴν Ῥάβενναν ὁρμῆς ἀπροθυμίαν τῷ Στελίχωνι φερούσης, ἐπενοεῖτο πολλὰ ταύτης κωλύματα. τοῦ δὲ βασιλέως οὐκ ἐνδιδόντος, ἀλλ' ἐχομένου τῆς ὁδοιπορείας, Σάρος, βάρβαρος μὲν τὸ γένος, ἐν δὲ τῇ Ῥαβέννῃ στίφους βαρβάρων ἡγούμενος, γνώμῃ Στελίχωνος ἐκίνει περὶ τῆς πόλεως θορύβους· οὐχ ὡς τῷ ὄντι συνταράξαι τὰ καθεστῶτα βουλόμενος, ἀλλ' ὡς ἂν ἐκφοβήσοι τὸν βασιλέα, καὶ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὴν Ῥάβενναν ἀποστρέψειε. τοῦ δὲ οὐκ ἀποστάντος ἧς εἶχε γνώμης, Ἰουστινιανὸς, ἐν τῷ τὴν συνηγόρων κατὰ τὴν Ῥώμην ἐπιτήδευμα διαπρέψας, αἱρεθεὶς δὲ παρὰ Στελίχωνος πάρεδρός τε ὁμοῦ καὶ σύμβουλος, ὑπὸ τῆς ἄγαν ἀγχινοίας φαίνεται τὰ τῆς βασιλικῆς ὁδοῦ τεκμηράμενος, καὶ ὡς ἀλλοτρίως ἔχοντες πρὸς Στελίχωνα οἱ ἐν τῷ Τικηνῷ στρατιῶται, τοῦ βασιλέως ἐπιδημήσαντος, εἰς τὸν ἔσχατον αὐτὸν καταστήσουσι κίνδυνον. διετέλει τε παραινῶν ἐκστῆναι τὸν βασιλέα τῆς τοιαύτης ὁρμῆς. ὁρῶν δὲ ἀπειθοῦντα τοῖς Στελίχωνος λόγοις, ἀπιὼν ᾤχετο, δέει τοῦ μὴ διὰ τὴν οἰκειότητα συγκατενεχθῆναι τῇ Στελίχωνος τύχῃ. φήμης δὲ πρότερον εἰς τὴν Ῥώμην ἐλθούσης, ὡς Ἀρκάδιος ὁ βασιλεὺς τετελεύτηκε, κυρωθείσης τε μετὰ τὴν Ὁνωρίου τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Ῥά-

τὴν Ράβενναν ἄφιξιν, ἐπεὶ Στελίχων μὲν εἰς τὴν Ράβενναν ἦν, ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπέστη Βονωνίᾳ τῇ πόλει, μιᾷ τῆς Αἰμιλίας οὔσῃ, διεστηκυίᾳ δὲ τοῖς καλουμένοις μιλίοις ἑβδομήκοντα τῆς Ραβέννης, μετάπεμπτος γέγονε Στελίχων, οἷα στρατιωτῶν κατὰ τὴν ὁδὸν πρὸς ἀλλήλους στασιασάντων, ἐφ' ᾧ σωφρονισμὸν αὐτοῖς ἐπαγαγεῖν. Στελίχωνος συναγαγόντος τοὺς στασιάσαντας, καὶ οὐχ ὅτι σωφρονισθῆναι μόνον αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς κελεύσειεν εἰπόντος, ἀλλ' ὅτι κατὰ δεκάδα τὸν αἰτιώτατον ἕνα θανάτῳ ζημιωθῆναι προσετέτακτο, τοσοῦτον αὐτοῖς ἐνέθηκε φόβον, ὥστε δάκρυα πάντας ἀφιέντας, εἰς ἔλεον τὸν στρατηγὸν ἐπισπάσασθαι, καὶ ὑποσχέσθαι τὴν τοῦ βασιλέως εὐμένειαν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔσφηλεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς τῆς ὑποσχέσεως, εἰς τὴν περὶ τῶν κοινῶν ἐτράπησαν σκέψιν. ὅ τε γὰρ Στελίχων, εἰς τὴν ἕω ἐβούλετο διαβῆναι, καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἀρκαδίου παῖδα Θεοδόσιον διαθεῖναι, νέον ὄντα καὶ κηδεμονίας δεόμενον· ὅ τε βασιλεὺς Ὁνώριος αὐτὸς στέλλεσθαι τὴν ὁδὸν ταύτην διενοεῖτο, καὶ ὅσα πρὸς ἀσφάλειαν τῆς τοῦ νέου βασιλείας, οἰκονομῆσαι. δυσαρεστήσας ἐπὶ τούτῳ Στελίχων, τὸν ὄγκον τῶν περὶ τὴν ὁδὸν ἐσομένων δαπανημάτων ἄγων εἰς μέσον, ἀποτρέπει τὸν βασιλέα ταύτης τῆς ἐγχειρήσεως. ἔλεγε δὲ μηδὲ τὴν ἐπανάστασιν Κωνσταντίνου συγχωρεῖν αὐτῷ τῆς περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ρώμην αὐτὴν ἀποστῆναι φροντίδος, ἤδη Κωνσταντίνου τοῦ τυράννου τὴν Γαλατίαν πᾶσαν διαδραμόντος, καὶ ἐν τῇ Ἀρελάτῳ διατρίβοντος. προσεῖναι δὲ τούτοις, καίπερ οὖσιν ἱκανοῖς εἰς τὸ δεῖσθαι τῆς τοῦ βασιλέως παρουσίας τε καὶ προνοίας, καὶ τὴν Ἀλαρίχου μετὰ τοσούτου στρατοπέδου βαρβάρων ἐπιδημίαν, ἀνθρώπου βαρβάρου καὶ ἀπίστου, καὶ ἐπειδὰν εὕρῃ τὴν Ἰταλίαν βοηθείας ἔρημον, ἐπελευσομένου· γνώμην δὲ ἀρίστην εἶναι, καὶ τῇ πολιτείᾳ λυσιτελοῦσαν, Ἀλάριχον μὲν ἐπιστρατεῦσαι τῷ τυράννῳ, τῶν τε σὺν αὐτῷ βαρβάρων ἄγοντα μέρος, καὶ τέλη Ρωμαϊκά, καὶ ἡγεμόνας, οἳ κοινωνήσουσιν αὐτῷ τοῦ πολέμου· τὴν ἕω δὲ αὐτὸς καταλήψεσθαι, βασιλέως κελεύοντος, καὶ γράμματα περὶ τοῦ πρακτέου διδόντος. Ἀλλ' ὁ βασιλεὺς μὲν, ὀρθῶς ἅπαντα εἰρῆσθαι τῷ Στελίχωνι κρίνας, τά τε γράμματα δοὺς πρὸς τὸν τῆς ἕω βασιλέα, καὶ πρὸς Ἀλάριχον, τῆς Βονωνίας ἐξήλαυνε· Στελίχων δὲ,

vrbem Rauennam, confirmatus. Inde quũ eſſet Rauennæ Stelicho, princeps autem veniſſet Bononiam, quæ vrbs eſt Æmiliæ, ſpatio ſeptuaginta miliarium, vt vocant, a Rauenna remota: arceſſitus fuit ab eo Stelicho, quod in itinere milites inter ſe tumultuati fuiſſent; vt eos caſtigatos compeſceret. Stelicho, conuocatis militibus ſeditioſis, quum non modo iuſſiſſe diceret Imperatorem, vt caſtigarẽtur; ſed etiam præcepiſſe, vt decumatione facta, nocentiſſimus quiſque morte multaretur; tantam eis trepidationem incuſſit, vt omnes profuſis lacrumis, ducem ad eam miſericordiam flecterent, vt principis clementiam eis polliceretur. Quumque princeps, quod ille promiſerat, ratum habuiſſet; ad conſultationem de publicis rebus animum adiecerunt. Nam & Stelicho cupiebat in orientem proficiſci, reſque Theodoſii conſtituere, qui Arcadii filius erat, adhuc adoleſcens, ac tutelæ indigus: & ipſe princeps Honorius idem illud iter ſuſcipere cogitabat, & quę ſtabiliendo pupilli huius imperio facerent, ordinare. Quod quum Stelichoni diſplicuiſſet, in medium producta ſumtuum in itinere faciundorum mole, principem ab hoc conſilio deterret. Præterea ne quidem ei licere per Conſtantini rebellionem ait, vt ab Italiæ, atque ipſius Romæ cura lõgius abſcederet: quando iam perduellis ille Conſtantinus vniuerſam Galliã percurriſſet, & Arelate degeret. Ad iſta, quæ tamen ad requirendam præſentiã prouidentiamque principis omnino ſufficerent, Alarichi quoque, tantis cum barbarorum copiis, aduentum accedere, barbari ſane hominis, & infidi; qui, ſi reperiat Italiã ope deſtitutam, prorſus eam inuaſurus ſit. Id vero cõſilium eſſe optimum, & inprimis vtile reipublicæ; vt in perduellem Alarichus expeditionem ſuſciperet, abducta ſecum parte barbarorum, quos haberet, adiunctiſque Romanis legionibus, & earum ducibus, quæ in huiuſce belli ſocietatem cum eo venirent: orientem ipſe Stelicho, iubente principe, deque rebus iis, quæ peragendæ iſtic eſſent, litteras dante, adiret. Imperator, qui omnia recte ab Stelichone dicta iudicaret, datis ad orientis Imperatorem, & Alarichum, litteris, Bononia diſceſſit. Interim manet

iſtic Stelicho, nec iter illud orientale ſuſcipiens, nec aliud quidquam eorum, quæ deliberata fuerant, reapſe perficiens. Quin ne militum quidem illorum partem, qui Ticini commorabantur, Rauēnam, aliumue quemdam in locum traducit: ne forte in tranſitu, principis adeundi copiā nancti, eum ad moliendum aliquid aduerſus ipſum Stelichonem impellerent. Ac Stelicho quidē, nullius indigni vel aduerſus Imperatorem, vel milites, conſilii ſibi conſcius, hæc agebat. Olympius vero quidam, oriundus a Ponto Euxino, ſplēdida quadam militia palatina donatus, qui ſub ſpecie pietatis Chriſtianæ magnam intra ſe malitiam tegeret, atque hominem ſe frugi modeſtumque ſimulans, cum principe colloqui frequenter ſoleret: multa, vt cum poeta loquar, animum labefactantia verba contra Stelichonem effutiebat: quod eam nimirum ob cauſſam iter illud in orientem ſibi mandari curaſſet, vt Theodoſio minori morte per inſidias ſtructa, regnum Eucherio, filio ſuo, traderet. Atque hæc, oblato ſibi ſpatio & opportunitate, dum iter facerent, ad principem effundebat. qui quum Ticini iam eſſet, Olympius milites aduerſa valetudine laborātes inuiſens, (nam & hoc ei tectæ illius modeſtiæ caput erat) conſimilia quędam inſpergebat & iis incantamenta. Vbi dies dumtaxat quartus, ex quo Ticinum Imperator ingreſſus fuerat, pręteriiſſet: arceſſitis ad prætorium militibus, ſe cōſpiciendum princeps exhibet, & ad bellum, aduerſus Cōſtantinum perduellem gerendum, eos incitat. Quū de Stelichone motus nullus exſtitiſſet, militibus innuere palam viſus eſt Olympius, & eos illorū quaſi commonefacere, de quibus ſecreto cum ipſis colloquutus fuiſſet. Tum illi quodam modo ad furorem redacti, Limenium, apud trāsalpinas gentes præfectum prætorii, cū Chariobaude, militū in iiſdem locis magiſtro, iugulant. Nam hi forte tyranni manus effugerant, & Ticinum ad Imperatorem acceſſerāt. Secundum hos iugulantur & Vincentius, & Saluius; alter, equitum magiſter; alter, ſcholæ domeſticorum Comes. Aucta ſeditione, quum princeps ad prætorium ſeceſſiſſet, ac magiſtratus quidā elabi fuga potuiſſent: ſparſi per vrbem vniuerſam milites, magiſtratus, quoſcumque poterant, occidunt:

κατὰ χώραν ἔμενε τέως, οὔτε ἐπὶ τὴν ἑῴαν προϊών, οὔτε ἕτερόν τι τῶν βεβουλευμένων ἄγων εἰς ἔργον· ἀλλ' οὔτε μέρος τῶν ἐν τῷ Τικινῷ στρατιωτῶν, εἰς τὴν Ῥάβενναν ἢ ἑτέρωθί που μεταστήσας, ὡς ἂν μὴ τῷ βασιλεῖ κατὰ πάροδον ἀπαντήσαντες, εἴς τινα κατ' αὐτοῦ τὸν βασιλέα κινήσωσι πρᾶξιν. Ἀλλὰ Στελίχων μὲν, οὐδὲν συνεπιστάμενος ἀπηχὲς ἢ κατὰ τοῦ βασιλέως, ἢ κατὰ τῶν στρατιωτῶν βεβουλευμένον, ἐν τούτοις ἦν. Ὀλύμπιος δέ τις, ὁρμώμενος μὲν ἐκ τοῦ Εὐξείνου πόντου, λαμπρᾶς δὲ στρατείας ἐν τοῖς βασιλείοις ἠξιωμένος, ἐν δὲ τῇ φαινομένῃ τῶν Χριστιανῶν εὐλαβείᾳ πολλὴν ἀποκρύπτων ἐν ἑαυτῷ πονηρίαν, ἐντυγχάνειν εἰωθὼς δι' ἐπιεικείας προσποίησιν τῷ βασιλεῖ, πολλὰ (κατὰ τὸν ποιητὴν) θυμοφθόρα τοῦ Στελίχωνος κατέχεε ῥήματα, καὶ ὡς διὰ τοῦτο τὴν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἀποδημίαν ἐπραγματεύσατο, ὡς ἂν ἐπιβουλεύσας ἀναίρεσιν Θεοδοσίῳ τῷ νέῳ, Εὐχερίῳ τῷ παιδὶ τὴν βασιλείαν παραδοίη. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, εὐρυχωρίας αὐτῷ οὔσης, κατὰ τὴν ὁδὸν κατέχεε τοῦ βασιλέως· ἤδη δὲ αὐτοῦ ὄντος κατὰ τὸ Τίκηνον, τοὺς νοσοῦντας ἐπισκεπτόμενος τῶν στρατιωτῶν Ὀλύμπιος, (ἦν γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο τῆς ἐπικεκαλυμμένης μετριότητος τὸ κεφάλαιον) τοιαύτας κἀκείνοις ἐνέσπειρεν ἐπῳδάς. τετάρτης δὲ μόνης ἡμέρας, ἐξ οὗπερ ἐπεδήμησεν ὁ βασιλεὺς τῷ Τικινῷ, διελθούσης, μετακληθέντων εἰς τὰ βασίλεια τῶν στρατιωτῶν, ἐφαίνετό τε αὖθις ὁ βασιλεὺς, καὶ εἰς τὸν κατὰ Κωνσταντίνου τοῦ τυράννου παρεθάρρυνε πόλεμον. περὶ δὲ Στελίχωνος οὐδενὸς κινηθέντος, ἐφαίνετο νεύων τοῖς στρατιώταις Ὀλύμπιος, καὶ ὥσπερ ἀναμιμνήσκων ὧν ἔτυχεν αὐτοῖς ἐν παραβύστῳ διαλεχθείς. οἱ δὲ, τρόπον τινὰ, παράφοροι γεγονότες, Λιμένιόν τε, τὸν ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν ὄντα τῆς αὐλῆς ὕπαρχον, ἀποσφάττουσι, καὶ ἅμα τούτῳ Χαριοβαύδην τὸν στρατηγὸν τῶν ἐκεῖσε ταγμάτων. ἔτυχον γὰρ διαφυγόντες τὸν τύραννον, καὶ ὑπαντήσαντες κατὰ τὸ Τίκηνον τῷ βασιλεῖ. ἐπισφάττονται δὲ τούτοις, Βικέντιός τε καὶ Σάλβιος· ὁ μὲν, τῶν ἱππέων ἡγούμενος· ὁ δὲ, τῶν δομεστίκων τάγματος προεστώς. ἐπεὶ δὲ τῆς στάσεως αὐξηθείσης, ὅ τε βασιλεὺς ἀνεχώρησεν ἐπὶ τὰ βασίλεια, καὶ τῶν ἀρχόντων ἔνιοι διαφυγεῖν ἠδυνήθησαν, ἐπὶ τὴν πόλιν ἅπασαν οἱ στρατιῶται διασπαρέντες, ὅσους ἐδυνήθησαν τῶν ἀρχόντων ἀνελόντες,

ἐξηκίσαν-

ἐξελκύσαντες τῶν οἰκοδομημάτων, ἐν οἷς ἔτυχον ἀποδράντες· τὰ δὲ τῆς πόλεως διήρπασαν χρήματα. προϊόντος δὲ εἰς ἀνήκεστον τοῦ κακοῦ, χιτώνιον ὁ βασιλεὺς περιβαλλόμενος, χλαμύδος δίχα καὶ διαδήματος, φανείς τε ἐν μέσῃ τῇ πόλει, σὺν πολλῷ πόνῳ μόλις οἷός τε γέγονε τὴν τῶν στρατιωτῶν ἀναστεῖλαι μανίαν. ἀνῃρέθησαν δὲ τῶν ἀρχόντων, ὅσοι μετὰ τὴν φυγὴν ἥλωσαν· ὅ τε τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων μάγιστρος, Ναιμόριος καὶ Πατρώνιος ὁ τῶν θησαυρῶν προεστώς, καὶ ὁ τῶν ἀνηκόντων ἰδίᾳ τῷ βασιλεῖ ταμιείων προβεβλημένος καὶ ἐπὶ τούτοις Σάλβιος, ὁ τὰ βασιλεῖ δοκοῦντα τεταγμένος ὑπαγορεύειν, ὃν Κοαίστωρα καλεῖν οἱ ἀπὸ Κωνσταντίνου δεδώκασι χρόνοι· τούτῳ γὰρ οὐδὲ τὸ τῶν ποδῶν ἀντιλαβέσθαι τοῦ βασιλέως, ἤρκεσε πρὸς ἀποφυγὴν τοῦ θανάτου. τῆς δὲ στάσεως ἄχρι δείλης ὀψίας ἐπιμεινάσης, καὶ τοῦ βασιλέως, μή τι καὶ εἰς αὐτὸν γένοιτο, δείσαντος, καὶ διὰ τοῦτο ὑποχωρήσαντος, εὑρόντες ἐν μέσῳ Λογγινιανόν, ὃς τῆς κατὰ τὴν Ἰταλίαν αὐλῆς ὕπαρχος ἦν, ἀναιροῦσι καὶ τοῦτον. ἀλλ' οὗτοι μὲν ἀρχῶν προβεβλημένοι, τῆς τῶν στρατιωτῶν ἔργον γεγόνασιν ἀπονοίας· ἀπώλετο δὲ καὶ τῶν παρατυχόντων πλῆθος, ὅσον ἀριθμῷ μὴ ῥᾴδιον εἶναι περιλαβεῖν. Ταῦτα προσαγγελθέντα Στελίχωνι κατὰ Βονωνίαν ὄντι, πόλιν οὔσαν (ὡς εἴρηται) τῆς Αἰμιλίας, οὐ μετρίως αὐτὸν ἐτάραξε. καλέσας τε ἅπαντας, ὅσοι συνῆσαν αὐτῷ βαρβάρων συμμάχων ἡγούμενοι, βουλὴν περὶ τοῦ πρακτέου προυτίθει· καὶ κοινῇ πᾶσι καλῶς ἔχειν ἐδόκει, τοῦ μὲν βασιλέως ἀναιρεθέντος, (ἔτι γὰρ τοῦτο ἀμφίβολον ἦν) πάντας ὁμοῦ τοὺς συμμαχοῦντας Ῥωμαίοις βαρβάρους, κοινῇ τοῖς στρατιώταις ἐπιπεσεῖν, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας διὰ τούτου καταστῆσαι σωφρονεστέρους· εἰ δὲ ὁ μὲν βασιλεὺς φανείη περισωθείς, ἀνῃρημένοι δὲ οἱ τὰς ἀρχὰς ἔχοντες, τηνικαῦτα τοὺς τῆς στάσεως αἰτίους ὑπαχθῆναι τῇ δίκῃ. Τὰ μὲν οὖν Στελίχωνι καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ βαρβάροις βεβουλευμένα, τοιαῦτα ἦν. ἐπεὶ δὲ ἔγνωσαν ἀπηχὲς οὐδὲν εἰς τὴν βασιλείαν γενόμενον, οὐκέτι πρὸς τὸν κατὰ τοῦ στρατοπέδου σωφρονισμὸν ἐδόκει Στελίχωνι χωρεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς Ῥαβέννης ἀναχωρεῖν. τό τε γὰρ τῶν στρατιωτῶν πλῆθος ἐλάμβανε κατὰ νοῦν, καὶ προσέτι γε τὴν τοῦ βασιλέως περὶ αὐτὸν γνώμην οὐχ ἑώρα βεβαίως ἑστῶσαν. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπαφεῖναι Ῥωμαϊκῷ στρατοπέδῳ βαρβάρους, οὔτε ὅσιον οὔτε ἀσφαλὲς ᾤετο εἶναι. Ἐπὶ τούτοις ἀπορουμένου Στελίχωνος, οἱ σὺν αὐτῷ βάρβαροι τὰ

iis extractos ędibus, in quas confugerant; & vrbanas pariter opes diripiũt. Vbi malum eo iam ſerperet, vt medicinam ei facere nõ liceret: tuniculam ſibi princeps iniiciens, abſq; paludamento ac diademate, mediaq; in vrbe cõſpectus, vix magno labore militum furorem compeſcere potuit. Interfecti ſunt & illi magiſtratus, quicumq; poſt fugam capti fuerunt, Næmorius ordinum palatinorũ magiſter, & Patronius fiſci præfectus, & rerum priuatarũ ſiue patrimonii principis comes. Secundum hos & Saluius; cuius erat officium dictare quæ principi viderentur: Quæſtorem a Conſtantini temporibus adpellarunt. Hic ne principis quidem ipſius pedes amplexus, impetrare potuit, vt mortem effugeret. Quum ad veſperam vſque ſeditio duraſſet, ac veritus Imperator, ne quid etiam in ſe committeretur, hãc ipſam ob cauſſam receſſiſſet: Longinianum interim repertum, qui erat præfectus prætorii Italiæ, necant. Atque hi ſane magiſtratuum muneribus fungẽtes, ab inſano milite ſunt interfecti. Periit & illorum qui obiter interuenerant, tanta multitudo, quantam numero complecti non facile fuerit. Hęc ad Stelichonem perlata, qui Bononiæ tũ erat (vrbẽ eſſe diximus Æmiliæ) non mediocriter eum turbarunt. Itaque conuocatis omnibus, quos ſecum habebat, barbarorum fœderatorũ ducibus, quid agendum eſſet, deliberandum proponit. Viſum omnibus communi ſententia, recte ſe facturos, ſi principe necato, (nam de hoc adhuc ambigebatur) pariter vniuerſi Romanis confœderati barbari, coniunctis viribus in Romanos milites irruerent, & hoc facto ceteros omnes ad modeſtiam reuocarẽt: ſin principem ſaluum eſſe conſtaret, interfectis magiſtratibus; tũ vero ſeditionis auctores ſuppliciis adficiẽdos eſſe. Huiuſmodi quiddam ab Stelichone, ac barbaris, quos penes ſe habebat, re deliberata, decernitur. Poſtea vero quam cognouiſſent, nihil indignum in perſonam principis admiſſum: non amplius Stelicho caſtigandi exercitus cauſſa procedẽdum, ſed Rauennam abeundum ſtatuit. Nam & militum multitudinem ad animũ reuocabat, & præterea principis animum erga ſe non videbat eſſe ſtabilẽ: barbaros deniq; Romanũ in militem immittere, neq; pium, neq; tutũ eſſe putabat. Dum ob hæc anxius hæſitat Stelicho, quotquot aderant barbari, qui rata eſſe cuperẽt, quæ

prius ab eis adhibita deliberatione decreta fuerant, abducere quidē illum ab iis conantur, quę deinceps facienda iudicabat: ſed vbi perſuadere non poterant, ceteri omnes quibuſdam in locis hęrendum ſtatuūt, donec princeps animi ſui de Stelichone ſententiam magis perſpicue declaraſſet. Sarus autem, qui & robore corporis, & dignitate, ceteris fœderatis præſtaret, opera militantium ſub imperio ſuo barbarorum necatis per quietem omnibus Hunnis, qui Stelichonis adſidui ſatellites erant, omnibusque ſequētibus illum potitus impedimentis; ad tentorium eius pergit, in quo tum degens, quod futurum eſſet, ſpeculabatur. Itaque Stelicho, barbaris etiam diſſidentibus inter ſe, quos ſecum habebat; Rauennam petens, ciuitates hortatur, in quibus forte barbarorum coniuges & liberi erant, ne quem barbarum ad ſe venientem intromitterent. Olympius vero, iam principis animo ſuam in poteſtatem redacto, litteras ad milites Rauennates imperatorias mittit; quæ Stelichonem adprehēſum in libera cuſtodia detineri iuberēt. Ea re cognita, vicinā quādam Chriſtianorum eccleſiā intempeſta nocte ingreſſus eſt Stelicho. Quod conſpicati barbari, qui cum eo erant, aliique familiares, armati cum ſeruis ſuis, quid futurum eſſet, diſpiciunt. Poſteaquam illuxiſſet, ingreſſi ſunt eccleſiā milites, & epiſcopo præſente, iureiurando Stelichoni confirmarunt, non imperatum eſſe ſibi a principe, vt eum necarēt, ſed tantum vt cuſtodirent. Quum vero egreſſus extra eccleſiā, ſub cuſtodia militum eſſe cepiſſet; alteræ reddebātur ab eo, qui priores adtulerat, litteræ; quibus in litteris Stelichonis in rēpublicam delictis pœna capitis irrogabatur. Eucherio, Stelichonis filio, fuga, dū hæc fierēt, verſus vrbem Romam elapſo; ad mortem Stelicho ducitur. Quūq; barbari, quotquot ipſi aderant, & famuli, & alias neceſſarii, quorum erat multitudo nō modica, neci eum eripere citato impetu ſtatuiſſent: variis Stelicho minis & terrore propoſito, ab hoc eos conatu reuocauit, & quodam modo ceruicē ipſemet gladio præbuit; vir omniū, quotquot id temporis magna cum poteſtate fuerunt, modeſtiſſimus. Licet enim filiæ fratris Theodoſii maioris matrimonio iunctus eſſet, amborūq; Theodoſii filiorum regna ei credita fuiſſent, & annos tres ac viginti militum ducis munus geſſiſſet: numq̄ tamē animaduerſum eſt, eum militibus interueniēte

πρότερον αὐτοῖς ἐσκεμμένα κρατεῖν ἐθέλοντες, ἀφέλκειν μὲν αὐτὸν ὧν μετὰ ταῦτα ἔκρινεν ἐπεχείρησαν· ὡς δὲ οὐκ ἔπειθον, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες, ἔν τισι χωρίοις ἔκριναν ἐπιμεῖναι, μέχρις ἂν ἣν εἶχεν ὁ βασιλεὺς περὶ Στελίχωνος γνώμην, σαφέστερον ἐπιδείξῃ. Σάρος δέ, καὶ σώματος ῥώμῃ καὶ ἀξιώσει τῶν ἄλλων συμμάχων προέχων, μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν τεταγμένων βαρβάρων, ἀνελὼν καθεύδοντας ἅπαντας οἳ Στελίχωνι προσεδρεύοντες ἔτυχον Οὖννοι, καὶ τῆς ἑπομένης αὐτῷ πάσης ἀποσκευῆς γενόμενος ἐγκρατής, ἐπὶ τὴν τούτου σκηνὴν ἐχώρει, καθ' ἣν διατρίβων ἀπεσκόπει τὰ συμβησόμενα. Στελίχων μὲν οὖν καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βαρβάρων διαστάντων, ἐπὶ τὴν Ῥάβενναν ἀπιών, παρεγγύα ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς βαρβάρων ἔτυχον οὖσαι γυναῖκες καὶ παῖδες, μηδένα δέχεσθαι βαρβάρων αὐταῖς προσιόντα. τῆς δὲ τοῦ βασιλέως γνώμης ἤδη κύριος Ὀλύμπιος γεγονώς, τοῖς ἐν τῇ Ῥαβέννῃ στρατιώταις ἔστελλε βασιλικὰ γράμματα, κελεύοντα συλληφθέντα Στελίχωνα τέως ἐν ἀδέσμῳ παρ' αὐτῶν ἔχεσθαι φυλακῇ. Τοῦτο μαθὼν ὁ Στελίχων, ἐκκλησίαν τινὰ τῶν Χριστιανῶν πλησίον οὖσαν, νυκτὸς οὔσης ἔτι, κατέλαβεν. ὅπερ οἱ συνόντες αὐτῷ βάρβαροι καὶ ἄλλως οἰκεῖοι τεθεαμένοι, μετὰ οἰκετῶν ὡπλισμένοι, τὸ ἐσόμενον ἀπεσκόπουν. ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἦν ἤδη, παρελθόντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν οἱ στρατιῶται, καὶ ὅρκοις πιστωσάμενοι τοῦ ἐπισκόπου παρόντος, ὡς οὐκ ἀνελεῖν αὐτόν, ἀλλὰ φυλάξαι μόνον παρὰ τοῦ βασιλέως ἐτάχθησαν, ἐπειδὴ τῆς ἐκκλησίας ὑπεξῆλθεν, ὑπὸ τὴν τῶν στρατιωτῶν ἦν φυλακήν, ἀπεδίδοτο δεύτερα γράμματα παρὰ τοῦ κεκομικότος τὰ πρότερα, θανάτου ζημίαν τὰ κατὰ τῆς πολιτείας ἡμαρτημένα Στελίχωνι. Εὐχερίου δὲ τοῦ τούτου παιδὸς ἐν τῷ ταῦτα γενέσθαι πεφευγότος, καὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἀναχωρήσαντος, ἤγετο Στελίχων ἐπὶ τὸν θάνατον. τῶν δὲ περὶ αὐτὸν βαρβάρων, καὶ οἰκετῶν, καὶ ἄλλως οἰκείων, (ἦσαν γὰρ πλῆθος οὐ μέτριον) ἐξελέσθαι τῆς σφαγῆς αὐτὸν ὁρμησάντων, σὺν ἀπειλῇ πάσῃ καὶ φόβῳ ταύτης αὐτοὺς Στελίχων ἀποστήσας τῆς ἐγχειρήσεως, τρόπον τινὰ αὐτὸς τὸν τράχηλον ὑπέσχετο τῷ ξίφει, πάντων (ὡς εἰπεῖν) τῶν ἐν ἐκείνῳ δυναστευσάντων τῷ χρόνῳ, γεγονὼς μετριώτερος. Θεοδοσίου γὰρ τοῦ πρεσβυτέρου συνοικῶν ἀδελφιδῇ, καὶ ἀμφοῖν αὐτοῦ τοῖν παίδοιν τὰς βασιλείας ἐπιτραπείς, δύο δὲ πρὸς τοῖς εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς ἐστρατηγηκώς, οὐκ ἐφάνη ποτὲ στρατιώταις ἐπὶ

χρήμασιν

χρήμασιν ἄρχοντας ἐπιστήσας, ἢ στρατιωτικὴν σίτησιν εἰς οἰκεῖον παρελόμενος κέρδος. πατὴρ δὲ παιδὸς ἑνὸς γεγονὼς, ἔστησεν αὐτῷ τῆς ἀξίας, ἄχρι τοῦ λεγομένου νοταρίων τριβούνου, μηδεμίαν αὐτῷ περιποιήσας ἀρχήν. ὡς δὲ μηδὲ τὸν χρόνον ἀγνοῆσαι τοὺς φιλομαθοῦντας τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, Βάσσου μὲν ἦν ὑπατεία καὶ Φιλίππου, καθ᾽ ἣν καὶ Ἀρκάδιος ὁ βασιλεὺς ἔτυχε τῆς εἱμαρμένης, τῇ δὲ πρὸ δέκα καλανδῶν Σεπτεμβρίων ἡμέρᾳ. Στελίχωνος τελευτήσαντος, τὰ ἐν τοῖς βασιλείοις ἅπαντα κατὰ τὴν Ὀλυμπίου διετίθετο βούλησιν· καὶ αὐτὸς μὲν τὴν τοῦ μαγίστρου ἀρχὴν παρελάμβανε, τὰς δὲ ἄλλας διένεμεν ὁ βασιλεὺς, οἷς Ὀλύμπιος ἐμαρτύρει. πανταχόθεν δὲ τῶν Στελίχωνος οἰκείων, ἢ ἄλλως τὰ τούτου φρονεῖν δοκούντων διερευνωμένων, εἰς κρίσιν ἤγοντο Δευτέριος ὁ τῆς φυλακῆς τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος προεστὼς, καὶ Πέτρος ὁ τοῦ τάγματος τῶν ὑπογραφέων ἡγούμενος· καὶ δημοσίαν ὑποστάντες ἐξέτασιν, ἠναγκάζοντό τι περὶ Στελίχωνος λέγειν. ὡς δὲ οὔτε καθ᾽ ἑαυτῶν, οὔτε κατ᾽ ἐκείνου διδάσκειν εἶχον οὐδὲν, διαμαρτὼν ὁ Ὀλύμπιος τῆς σπουδῆς, ῥοπάλοις παίεσθαι αὐτοὺς παρεσκεύαζεν ἄχρι θανάτου. πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων, ὥς τι συνεπισταμένων Στελίχωνι, πρὸς δίκην ἀχθέντων, εἰπεῖν τε μετὰ βασάνων ἀναγκασθέντων, εἴ τινα τούτου συνίσασι βασιλείας ἐπιθυμίαν, ὡς οὐδεὶς ἔφη τι τοιοῦτον εἰδέναι, τῆς μὲν τοιαύτης ἐγχειρήσεως οἱ ταῦτα πολυπραγμονοῦντες ἀπέστησαν· ὁ δὲ βασιλεὺς Ὁνώριος, τὴν μὲν γαμετὴν Θερμαντίαν, παραλυθεῖσαν τοῦ βασιλείου θρόνου, τῇ μητρὶ προσέταττε παραδίδοσθαι, μηδὲν διὰ τοῦτο ὑφορωμένην· τὸν δὲ Στελίχωνος υἱὸν Εὐχέριον, ἀνιχνευθέντα πανταχόθεν, ἀναιρεθῆναι. καὶ τοῦτον ἔν τινι τῶν κατὰ τὴν Ῥώμην ἐκκλησιῶν πεφευγότα εὑρόντες, διὰ τὴν τοῦ τόπου τιμὴν, εἴασαν. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ Ἡλιοκράτης, ἀρχὴν ἐπιτεταγμένος τοῦ ταμιείου, γράμμα βασιλικὸν ἐπικομιζόμενος, ὅπερ ἐβούλετο πάντων ὅσοι κατὰ τοὺς Στελίχωνος χρόνους ἔτυχόν τινος ἀρχῆς, δημοσίας γίνεσθαι τὰς οὐσίας, ἔργον ἐπετίθετο τῷ ταμιείῳ χρημάτων. ὥσπερ δὲ τούτων οὐκ ἀρκούντων ἐμπλῆσαι τὸν τότε συνέχοντα δαίμονα τὰ τῶν ἀλιτηρίων σφαγαῖς, καὶ ἐν ἐρημίᾳ τοῦ θείου πάντα συνταράττοντα τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ἕτερόν τι προσετέθη τοῖς προλαβοῦσι τοιοῦτον. οἱ ταῖς πόλεσιν ἐνιδρυμένοι στρατιῶται, τῆς Στελίχωνος εἰς αὐτοὺς τῆς τελευτῆς ἐνεχθείσης, ταῖς καθ᾽ ἑκάστην πόλιν οὔσαις γυναιξὶ καὶ παισὶ

pecunia magiſtratus præfeciſſe, vel annonam militarem in lucrum ſuum vertiſſe. Quumque pater filii dumtaxat vnius eſſet, hanc ei dignitatis metam ſtatuit, vt ad officium Tribuni notariorum (quem vocant) prouecto, nullam aliam poteſtatem adquireret. Vt autem homines ſtudioſi tempus etiam mortis ipſius non ignorent, ſciant eã accidiſſe a.d.x. kal. Septembr. Baſſi Philippique conſulatu; quibus conſulibus & Arcadius Imperator fato functus eſt. Stelichone exſtincto, vniuerſæ res palatinæ arbitratu Olympii adminiſtrabãtur. Et Olympius quidẽ ipſe Magiſtri poteſtatem accipiebat: cetera princeps in eos diſtribuebat, quos Olympius teſtimonio ſuo commẽdaſſet. Quum autem vndique perquirerentur Stelichonis familiares, vel qui ceteroqui partes eius ſequuti viderentur: in ius tum Deuterius, auguſtalis cubiculi præpoſitus, tum Petrus, ſcholæ notariorum tribunus, ducuntur: & publicæ quæſtioni ſubiecti, de Stelichone quid dicere coguntur. Sed quum nihil haberent, quod vel aduerſus ſe ipſos, vel in illum deponerent: nullo ſtudii ſui fructu potitus Olympius, ad mortem vſque fuſtibus eos cædi curauit. Aliis quoque compluribus, velut alicuius rei Stelichoni conſciis, in ius ductis, & per adhibitas quæſtiones dicere coactis, an compertum haberent, Stelichonem imperium adfectaſſe: quum nemo quidquam tale ſe ſcire diceret, ab huiuſmodi conatu homines in rebus talibus indagandis curioſi deſtiterunt. Imperator autem Honorius vxorẽ Thermantiam, auguſtali deiectam ſolio, matri ſuæ reddi iuſſit, nulla tamen iccirco ſuſpicione grauatam; & filium Stelichonis Eucherium, perueſtigatum vndique, iugulari. quem vbi fuga quãdam in eccleſiam Romæ delatum reperiſſent, ob loci reuerentiam miſſum fecerunt. In eadem vrbe Roma Heliocrates, fiſco præfectus, litteras principis adferens, quæ litteræ iubebant omnium, quicumq; Stelichonis temporibus aliquem magiſtratum impetraſſent, facultates publicari; congerendis in fiſcum pecuniis occupatus erat. Et, quaſi non ſufficerent hæc ad exſatiandum malum genium, qui tunc & nefariorum catenis conſtringebat, & in ſolitudine numinis conturbabat vniuerſas res humanas: etiam aliud quiddam tale ſuperioribus adiectum fuit. Qui erant in opidis collocati milites, quum de morte Stelichonis ad eos nuntius adlatus fuiſſet; in barbarorum vxores atq; liberos per ſingulas vr-

bes graſſantur; eisq́; veluti ſigno dato, ad internicionẽ deletis, quaſcumque facultates habebant, diripiunt. Quod quum inaudiſſent occiſorum propinqui, & ex locis omnibus confluxiſſent, commoti grauiter ob violatam a Romanis tam impie fidem, Deo teſte datam; Alaricho ſe omnes adiungere ſtatuũt, & belli cum eo ſocietatem aduerſus Romã coire. Quo nomine collecta hominum triginta, vel paullo amplius, milia; promte, quocumq; videretur, concurrunt. Alarichus autem, ne per hos quidem incitatus, bellum ſuſcipit; ſed pacem adhuc bello præfert, induciarum memor, quæ Stelichone viuo factæ fuerant. Miſſis autem legatis, interueniente pecunia non magna pacem fieri poſtulat, & obſides dari, Aetium & Iaſonem; illum Iouii, hunc Gaudentii filium. Simul ait, ſe quoq; nonnullos ex ſuis nobiles daturum obſides, atq; his condicionibus pacem culturum, & e Norico in Pannoniam copias abducturum. Quibus legibus petente pacẽ Alaricho, Imperator eius poſtulata reiicit. Atqui de duobus alterum facere debuit, & recte rebus præſentibus conſulere. Nam vel differendum erat bellum, induciis modica pecunia quadam impetratis: vel, ſi bellũ gerere malebat, omnes cogendæ militum legiones, quæ vſquam eſſent, & qua transeundum hoſtibus erat, conſtituendæ; quo barbarus ab vlteriore progreſſu excluderetur. Deligendus item dux & imperator belli totius Sarus; qui & per ſe idoneus erat ad incutiendũ hoſti terrorem, ob fortitudinem ac bellicæ rei peritiam; & apud ſe barbarorũ multitudinem, ſatis ad reſiſtendum idoneam, habebat. Enimuero nec pacem amplexus, nec amicitia Sari conciliata, nec Romanis exercitibus collectis, ſed in Olympii votis omni ſpe collocata; tantarũ reipublicæ calamitatum auctor exſtitit. Nam duces exercitui dedit eos, qui ſui contemtum in animis hoſtium excitare poſſent: equitatui Turpillione, pedeſtribus copiis Varane præfecto: itidemq; domeſticorum alæ, Vigilantio; quibus erant & reliqua conſentanea. Quapropter omnes deſperabũdi, iã in oculis Italię exitiũ habere ſibi videbantur.

βαρβάρων ἐπέθεντο· καὶ ὥσπερ ἐκ συνθήματος πανωλεθρίᾳ διαφθείραντες, ὅσα ἦν αὐτοῖς ἐν οὐσίᾳ, διήρπασαν. ὅπερ ἀκηκοότες οἱ τοῖς ἀνῃρημένοις προσήκοντες, καὶ πανταχόθεν *ἐς ταὐτὸ συνελθόντες, σχετλιάσαντες ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ Ῥωμαίων κατὰ τὸν θεοῦ πίστεως ἀσεβείᾳ, πάντες ἔγνωσαν Ἀλλαρίχῳ προσθέσθαι, καὶ τοῦ κατὰ τῆς Ῥώμης αὐτῷ κοινωνῆσαι πολέμου· καὶ συναχθεῖσαι πρὸς τοῦτο πλείους ὀλίγῳ τρεῖς μυριάδες, ἐφ' ὅπερ ἐδόκει συνέθεον. Ἀλλάριχος δὲ, οὐδὲ παρὰ τούτων ἐρεθιζόμενος ἤρξατο τὸν πόλεμον, ἀλλὰ ἔτι τὴν εἰρήνην ἔμπροσθεν ἐποιεῖτο, τῶν ἐπὶ Στελίχωνος σπονδῶν μεμνημένος. στείλας δὲ πρέσβεις, ἐπὶ χρήμασιν οὐ πολλοῖς εἰρήνην ᾔτει γενέσθαι, λαβεῖν τε ὁμήρους, *Ἀέτιον καὶ Ἰάσονα, τὸν μὲν, Ἰοβίου γενόμενον παῖδα, τὸν δὲ, Γαυδεντίου· δοῦναι δὲ καὶ αὐτὸς τῶν παρ' αὐτῷ τινὰς εὖ γεγονότας, καὶ ἐπὶ τούτοις ἄγειν τὴν ἡσυχίαν, μεταστῆσαί τε εἰς Παιονίαν ἐκ τοῦ Νωρικοῦ τὸ στράτευμα. ἐπὶ τούτοις Ἀλλαρίχου τὴν εἰρήνην αἰτοῦντος, ὁ βασιλεὺς ἀπεσείετο τὰ αἰτήματα. καίτοι γε δυοῖν ἐχρῆν *θάτερα πράξαντα, τὸ παρὸν εὖ διαθεῖναι. ἢ γὰρ ἀναβαλέσθαι τὸν πόλεμον ἔδει σπονδὰς ποιησάμενον ἐπὶ μετρίοις τισὶ χρήμασιν· ἢ πολεμεῖν αἱρούμενον, πάντα συναγαγεῖν ὅσα στρατιωτῶν τάγματα ἦν, καὶ ταῖς παρόδοις τῶν πολεμίων *ἐγκαταστῆσαι, καὶ ἀποκλεῖσαι τὸν βάρβαρον τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας· ἡγεμόνα τε καταστῆσαι, καὶ στρατηγὸν τοῦ πολέμου παντὸς, Σάρον, ὄντα μὲν καθ' ἑαυτὸν ἀξιόλογον καταπλῆξαι τοὺς πολεμίους, διά τε ἀνδρείαν καὶ πολεμικὴν ἐμπειρίαν, ἔχοντα δὲ καὶ βαρβάρων πλῆθος ἀρκοῦν εἰς ἀντίστασιν. ἀλλ' οὔτε τὴν εἰρήνην δεξάμενος, οὔτε τὴν Σάρου φιλίαν ἐπισπασάμενος, οὔτε τὸ Ῥωμαϊκὸν συναγαγὼν στρατόπεδον, τῶν δὲ Ὀλυμπίου τὰς ἐλπίδας ἀναρτήσας εὐχῶν, τοσούτων αἴτιος ἐγένετο τῷ πολιτεύματι συμφορῶν. στρατηγούς τε γὰρ ἐπέστησε τῷ στρατεύματι, καταφρόνησιν ἐμποιῆσαι τοῖς πολεμίοις ἀρκοῦντας· Τουρπιλλίωνα μὲν τοῖς ἱππεῦσιν, Οὐαράνην δὲ τοῖς πεζοῖς ἐπιστήσας, καὶ τῇ τῶν δομεστίκων ἴλῃ Βιγελάντιον, καὶ τὰ λοιπὰ τούτοις ὁμολογοῦντα. ὧν ἕνεκα ταῖς ἐλπίσι πάντες ἀπεγνωκότες, ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχειν ἐδόκουν τὴν τῆς Ἰταλίας ἀπώλειαν: ἀλλὰ τούτων οὕτω διῳκημένων, ἐπὶ τὴν κατὰ τῆς Ῥώμης ἔφοδον Ἀλλάριχος ὡρμήθη, γελάσας τὴν Ὁνωρίου παρασκευήν. ἐπεὶ δὲ μεγίστοις οὕτω πράγμασιν οὐκ ἐκ τοῦ ἴσου μόνον,

His in hunc modũ ordinatis, Alarichus, adparatu Honorii deriſo, Romanã expeditionẽ occepit. Et quoniã res adeo maximas nõ tãtum adparatu pari,

ἀλλὰ καὶ

ἀλλὰ καὶ ἐκ μείζονος ὑπεροχῆς ἐγχειρῆσαι διενοεῖτο, μεταπέμπεται τὸν τῆς γαμετῆς ἀδελφὸν Ἀτάουλφον ἐκ τῆς ἀνωτάτω Παιονίας, ὡς ἂν αὐτῷ κοινωνήσοι τῆς πράξεως, Οὔννων καὶ Γότθων πλῆθος οὐκ εὐκαταφρόνητον ἔχων. οὐκ ἀναμείνας δὲ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, ἀλλ' εἰς τὸ πρόσω προελθὼν, Ἀκυληίαν μὲν παρατρέχει, καὶ τὰς ἑξῆς πόλεις, ἐπέκεινα τοῦ Ἠριδανοῦ ποταμοῦ κειμένας (φημὶ δὲ Κογκορδίαν, καὶ Ἄλτινον, καὶ ἐπὶ ταύτῃ Κρέμωνα) καὶ περαιωθεὶς τὸν ποταμὸν, ὥσπερ ἐν πανηγύρει, πολεμίου μηδενὸς ἀπαντήσαντος, εἴς τι τῆς Βονωνίας ὁρμητήριον ἦλθεν, ὃ καλοῦσιν Οἰκουβαρίαν. ἐνθένδε Αἰμιλίαν ἅπασαν παραμείψας, καὶ καταλιπὼν τὴν Ῥάβενναν, εἰς Ἀρίμινον ἀφίκετο, πόλιν τῆς Φλαμινίας μεγάλην. εἶτα καὶ ταύτην παραδραμὼν, καὶ τὰς ἄλλας ὅσαι τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας ἦσαν, εἰς τὸ Πίκηνον παρεγένετο· τοῦτο δὲ ἔθνος ἐστὶν ἐν ἐσχάτῳ που τοῦ Ἰονίου κείμενον κόλπου. ἐνθένδε ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμήσας, πάντα τὰ ἐν ποσὶν ἐλῄζετο φρούριά τε καὶ πόλεις. ὥστε εἰ μὴ πρὸ τῆς τῶν βαρβάρων εἰς τούτους τοὺς τόπους ἀφίξεως διαδράντες *ἔφθησαν Ἀρσάκιός τε καὶ Τερέντιος οἱ εὐνοῦχοι, καὶ τὸν Στελίχωνος υἱὸν Εὐχέριον εἰς τὴν Ῥώμην εἰσήγαγον, κατὰ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως ἀποθανούμενον, καὶ *ἔργον οἷς βασιλεὺς ἐκέλευσεν ἐπετέθη, πάντως ἂν ὁ νέος, εἰς χεῖρας ἐλθὼν Ἀλλαρίχου, περιεσώθη· πληρώσαντες δὲ ἐπί τε τούτων τὸ προσταχθὲν οἱ εὐνοῦχοι, καὶ Θερμαντίαν τὴν Ὁνωρίου γαμετὴν τῇ μητρὶ παραδόντες, οὐ δυνηθέντες ἐπανελθεῖν διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ πρὸς τὸν βασιλέα, νεὼς ἐπιβάντες, ὡς ἐπὶ Κελτοὺς καὶ Γαλάτας ἀπέπλευσαν, ἔνθα καὶ ὁ βασιλεὺς ἐνεδήμει. ὄφελος δὲ μέγα τῆς πολιτείας ὁ βασιλεὺς ἡγησάμενος, εἰ τοὺς εὐνούχους ἀποδόντας Θερμαντίαν τῇ μητρὶ, καὶ ἀνελόντας Εὐχέριον, ὑπὲρ τούτων ἀμείψαιτο τῶν ἀνδραγαθημάτων, Τερέντιον μὲν ἔταξεν ἄρχειν τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, Ἀρσακίῳ δὲ τὴν μετὰ τοῦτον ἔδωκε τάξιν. ἀνελὼν δὲ Βαθανάριον, τὸν ἐν τῇ μεγάλῃ Λιβύῃ στρατιωτῶν . . . Στελίχωνος ἀδελφῆς ἄνδρα γενόμενον, Ἡρακλειανῷ παρέδωκε τὴν ἀρχὴν, αὐτόχειρι Στελίχωνος ὄντι, καὶ ταύτην ἔπαθλον τὴν τιμὴν δεξαμένῳ. Ἤδη δὲ Ἀλλαρίχου περὶ τὴν Ῥώμην ὄντος, καὶ καταστήσαντος εἰς τὴν πολιορκίαν τοὺς ἔνδον, ἐν ὑποψίᾳ ἔλαβε τὴν Σερῆναν ἡ γερουσία, οἷα τοὺς βαρβάρους κατὰ τῆς πόλεως ἀγαγοῦσαν· καὶ ἐδόκει κοινῇ τε τῇ γερουσίᾳ πάσῃ, καὶ Πλακιδίᾳ τῇ *ὁμομητρίᾳ

ſed etiam maiore cogitabat adgredi: Ataulfum, coniugis ſuæ fratrem, ex Pannonia ſuperiore arceſſit; vt eum rei gerendæ ſibi ſocium adiungeret, qui Hunnorum Gotthorumque copias haud aſpernandas haberet. Verum illius aduentu non exſpectato, vlterius progreſſus; Aquileiam, & vrbes ordine trans Eridanum flumen ſitas, curſu præterit: Concordiam inquam, & Altinum, & ſecundum hanc Cremonam. Quumq; flumen transieciſſet, velut in feſta quadam celebritate, hoſte nullo prorſus occurrente: quoddam ad caſtellum Bononiæ venit, quod Oecubariam vocãt. Hinc Æmilia tota peragrata, relictaq; Rauẽna; Ariminum acceſſit, vrbem Flaminiæ magnam. Deinde hac quoq; curſu prætcrita cum ceteris, quę ſunt eiuſdem prouinciæ, in Picenum venit. ea gens in extremo ſinu Ionio ſita eſt. Hinc Romam verſus promotis caſtris, obuia caſtella cuncta cum opidis diripit: adeo quidem, vt niſi ante aduentum in hæc loca barbarorum, Arſacius & Terentius eunuchi, curſu euaſiſſent, & filium Stelichonis Eucherium Romã abduxiſſent, mandatu principis interficiendum, ibiq; principis imperium reapſe fuiſſent exſequuti: omnino in Alarichi manus perueniſſet adoleſcens, & ſaluus euaſiſſet. Quum autem & in his eunuchi feciſſent quod iuſſi fuerant; & Thermantiam, Honorii coniugem, matri reddidiſſent: quod eadem via reuerti ad Imperatorem non poſſent, naui conſcenſa, verſus Celtas & Gallos profecti ſunt, vbi princeps etiam degebat. Magno vero commodo reipublicæ futurum ratus Imperator, ſi hos eunuchos, qui Thermãtiam matri reddiderant, & Eucherium interfecerãt, pro tam fortibus factis remuneraretur: Terentium auguſtalis cubiculi præpoſitũ fecit, & Arſacio proximum ab eo locũ dedit. Itidem occiſo Bathanario, militum in magna Libya magiſtro, quocum nupta Stelichonis ſoror erat; eam prouinciam Heracliano tradidit, qui manu ſua Stelichonem interfecit; eiuſque facinoris pręmium, honorẽ hunc tulit.

Quum iam Alarichus prope Romam eſſet, & incluſos obſidione cinxiſſet; Serenam ſenatus ſuſpectã habere cepit, quaſi quę barbaros aduerſus vrbẽ adtraxiſſet. Cẽſuitq; pariter & vniuerſus ſenatus, & Placidia, principis

vterina ſoror, Serenã eſſe necandam, quæ preſentium malorũ auctor exſiſteret. Nã & Alarichum ipſum, Serena de medio ſublata, diſceſſurum ab vrbe: quod nemo ſuperaturus eſſet, a quo ille ſibi proditum iri vrbem ſperare poſſet. Erat autem hæc quidem ſuſpicio reapſe falſa. Nam nihil huiuſmodi Serenæ ad animum acciderat. Verum meritas violatarum rerum diuinarum pœnas luebat; velut hoc ipſo iam loco narrare lubet. Quo tempore Theodoſius maior, oppreſſa Eugenii tyrannide, Romam venit, & contemtum ſacri cultus in animis omniũ excitauit, publicum ſumtum ad ſacrificia ſe ſuppeditaturum infitiatus: expellebantur vtriuſq; ſexus ſacerdotes, & fana ſacrificiis omnibus deſtituta iacebant. Tunc igitur his illudens Serena, Matris deum ædem videre voluit. Conſpicata vero mundum, collo ſimulacri Rheæ circumiectum, illo diuino cultu dignum: hunc ipſum ſimulacro ademtũ, collo ſuo adhibuit. Quumq; vetula quædam, ex virginibus reliqua Veſtalibus, hanc impietatem in os ei exprobraſſet: tam contumeliis illi grauibus illuſit, quãm abigi per comites eam pediſequos iuſſit. Tum ea deſcendens, quidquid illa dignum impietate foret, vt & ipſi Serenæ, & marito eius, & liberis eueniret, imprecatur. Illa vero, nullius horum ratione habita, quum mundo iſto ſibi placens, e fano exiſſet: ſæpenumero quiddam ei ſe tum quieſcenti, tum vigilãti offerebat, quod mortem imminentem denũtiaret. Alii quoq; complures ſimilia conſpexerunt. Et quidẽ perſecutrix impiorum Vindicta, tantopere ſuo ſatisfecit officio; vt etiam eo Serena cognito, quod de ſe futurũ eſſet, non tamen ſibi caueret; ſed laqueo ceruices illas præberet elidendas, quibus diuæ mũdum iniecerat. Fertur & Stelicho, propter aliã quamdam, nõ abſimilem huic impietatem, arcana Vindictæ ſupplicia non effugiſſe. Nam & is mandaſſe perhibetur, vt fores Capitolii Romani, quæ auro magni ponderis erant obductæ, laminis iſtis aureis ſpoliarẽtur. Eos autem, qui hoc facere iuſſi fuiſſent, in parte quadam forium perſcriptum reperiſſe, MISERO REGI SERVANTVR. Atq; huic ſcripturæ reſpondit euentus. Nam miſere ſimul & miſerabiliter vitam finiit. Ceterum ne Serenæ quidem interitus Alarichum ab obſidione ſubmouit; ſed portas vniuerſas vndiq; circumſedit; & occupato Tiberi flumine, ſubminiſtrationem cõmeatus e portu impediebat.

τοῦ βασιλέως ἀδελφῇ, ταύτην ἀναιρεθῆναι, τῶν περιεστώτων κακῶν οὖσαν αἰτίαν. καὶ Ἀλλάριχον γὰρ αὐτόν, Σερήνας ἐκποδὼν γενομένης, ἀναχωρήσειν τῆς πόλεως, οἷα μηδενὸς ὄντος ἔτι τοῦ προδώσειν τὴν πόλιν ἐλπιζομένου. ἦν μὲν οὖν ἡ ὑποψία τῷ ὄντι ψευδής· οὐδὲν γὰρ ἡ Σερῆνα τοιοῦτον ἔλαβε κατὰ νοῦν· δίκην δὲ τῶν εἰς τὰ θεῖα δέδωκε δυσσεβημάτων ἀξίαν, ὡς αὐτίκα μάλα ἔρχομαι λέξων. ὅτε Θεοδόσιος ὁ πρεσβύτης, τὴν Εὐγενίου καθελὼν τυραννίδα, τὴν Ῥώμην κατέλαβε, καὶ τῆς ἱερᾶς ἁγιστείας ἐνεποίησε πᾶσιν ὀλιγωρίαν, τὴν δημοσίαν δαπάνην τοῖς ἱεροῖς χορηγεῖν ἀρνησάμενος, ἀπηλαύνοντο μὲν ἱερεῖς καὶ ἱέρειαι, κατελιμπάνετο δὲ πάσης ἱερουργίας τὰ τεμένη. τότε τοίνυν ἐπεγγελῶσα τούτοις ἡ Σερῆνα, τὸ μητρῷον ἰδεῖν ἐβουλήθη. θεασαμένη δὲ τῷ τῆς Ῥέας ἀγάλματι περικείμενον ἐπὶ τοῦ τραχήλου κόσμον, τῆς θείας ἐκείνης ἄξιον ἁγιστείας, περιελοῦσα τοῦ ἀγάλματος, τῷ ἑαυτῆς ἐπέθηκε τραχήλῳ· καὶ ἐπειδὴ πρεσβῦτις ἐκ τῶν Ἑστιακῶν περιλελειμμένη παρθένων, ὠνείδισεν αὐτῇ κατὰ πρόσωπον τὴν ἀσέβειαν, περιύβρισέ τε καὶ ἀπελαύνεσθαι διὰ τῶν ἑπομένων ἐκέλευσεν. ἡ δέ, κατιοῦσα, πᾶν ὅ τι ταύτης ἄξιον τῆς ἀσεβείας, ἐλθεῖν αὐτῇ Σερήνᾳ, καὶ ἀνδρί, καὶ τέκνοις ἠράσατο. ἐπεὶ δὲ οὐδένα τούτων ποιησαμένη λόγον, ἀνεχώρει τοῦ τεμένους, ἐγκαλλωπιζομένη τῷ κόσμῳ, πολλάκις μὲν ἐπεφοίτησεν ὄναρ αὐτῇ καὶ ὕπαρ, τὸν ἐπόμενον θάνατον προμηνύον· ἐθεάσαντο δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τὰ παραπλήσια. καὶ τοσοῦτον ἴσχυσεν ἡ τοὺς ἀσεβεῖς μετιοῦσα δίκη δρᾶσαι τὸ οἰκεῖον, ὥστε οὐδὲ μαθοῦσα τὸ ἐσόμενον, ἐφυλάξατο· ὑπέσχε δὲ τῇ ἀγχόνῃ τὸν τράχηλον, ᾧ τὸν τῆς θεοῦ κόσμον ἔτυχε περιθεῖσα. λέγεται δὲ καὶ Στελίχωνα, δι' ἑτέραν οὐ πόρρω ταύτης ἀσέβειαν, τῆς δίκης τὰ ἀπόρρητα μὴ διαφυγεῖν. καὶ οὗτος γάρ, θύρας ἐν τῷ τῆς Ῥώμης Καπιτωλίῳ, χρυσίῳ πολὺν ἕλκοντι σταθμὸν ἠμφιεσμένας, ἀπολεπίσαι προστάξαι· τοὺς δὲ τοῦτο πληρῶσαι ταχθέντας, εὑρεῖν ἔν τινι μέρει τῶν θυρῶν γεγραμμένον, MISERO REGI SERVANTVR· ὅπερ ἐστίν, ἀθλίῳ τυράννῳ φυλάττονται. καὶ εἰς ἔργον ἐξέβη τὸ γεγραμμένον. ἀθλίως γὰρ καὶ ἐλεεινῶς τὸν βίον ἀπέλιπεν. Ἀλλ' οὐδὲ ἡ Σερήνας ἀπώλεια τῆς πολιορκίας ἀπέστησεν Ἀλλάριχον· ἀλλ' αὐτὸς μὲν κύκλῳ περιεῖχε τὰς πύλας ἁπάσας· καταλαβὼν δὲ τὸν Θύμβριν ποταμόν, τὴν διὰ τοῦ λιμένος τῶν ἐπιτηδείων ἐκώλυε χορηγίαν.

ὅπερ οἱ

ὅπερ οἱ Ῥωμαῖοι θεασάμενοι, διακαρτερεῖν ἔγνωσαν, οἷα (ὡς εἰπεῖν) ἑκάστης ἡμέρας ἐκ τῆς Ραβέννης ἐλεύσεσθαι τῇ πόλει προσδοκῶντες ἐπικουρίαν. ὡς δὲ οὐδενὸς ἀφικνουμένου τῆς ἐλπίδος ἀπεσφάλησαν, ἐδόκει τὸ μέτρον ἐλαττωθῆναι τοῦ σίτου, καὶ τὸ ἥμισυ πέττεσθαι μόνον τοῦ πρότερον ἑκάστης ἡμέρας δαπανωμένου· εἶτα, τῆς ἐνδείας ἐπιδιδούσης, τὸ τρίτον. καὶ ἐπεὶ μηδεμία τοῦ κακοῦ θεραπείας ἦν μηχανή, τὰ δὲ τῇ γαστρὶ βοηθοῦντα πάντα ἀπέλιπε, λιμῷ κατὰ τὸ εἰκὸς ἐπῄει λοιμός, καὶ πάντα ἦν νεκρῶν σωμάτων μεστά. τῆς δὲ πόλεως ἔξω θάπτεσθαι τῶν σωμάτων οὐ δυναμένων, (πάσας γὰρ ἐξόδους ἐφύλαττον οἱ πολέμιοι) τάφος ἦν ἡ πόλις τῶν τεθνεώτων. ὥστε καὶ ἄλλως εἶναι τὸ χωρίον ἀοίκητον, ἀρκεῖν τε, εἰ καὶ μὴ τροφῆς ἦν ἀπορία, εἰς σωμάτων διαφθορὰν, τὴν ἀπὸ τῶν νεκρῶν ἀναδιδομένην ὀσμήν. ἐπήρκουν δὲ πολλοῖς εἰς τὸ μεταδιδόναι τῶν ἀναγκαίων, Λαῖτα ἡ Γρατιανοῦ βασιλεύσαντος γαμετή, καὶ Πισσαμένη μήτηρ ταύτης. τοῦ γὰρ δημοσίου βασιλικῆς αὐταῖς τραπέζης ἐπιδιδόντος παρασκευήν, ἀπὸ Θεοδοσίου ταύτην ἐχούσαις τὴν δωρεάν, οὐκ ὀλίγοι διὰ τὴν τῶν γυναικῶν φιλανθρωπίαν, τὸν λιμὸν ἐκ τῆς αὐτῶν οἰκίας παρεμυθοῦντο. ὡς δὲ εἰς ἔσχατον τοῦ κακοῦ προϊόντος, καὶ εἰς ἀλληλοφαγίαν ἐλθεῖν ἐκινδύνευσαν, τῶν ἄλλων ἁπάντων ὅσα ἐξάγιστα εἶναι τοῖς ἀνθρώποις ἐδόκει πειραθέντες, πρεσβείαν ἔγνωσαν στεῖλαι πρὸς τὸν πολέμιον, ἀπαγγελοῦσαν ὅτι καὶ πρὸς εἰρήνην εἰσὶν ἕτοιμοι τὸ μέτριον ἔχουσαν, καὶ πρὸς πόλεμον ἑτοιμότεροι, τοῦ Ῥωμαίων δήμου καὶ ἀναλαβόντος ὅπλα, καὶ τῇ συνεχεῖ περὶ ταῦτα μελέτῃ μηκέτι πρὸς τὸ πολεμεῖν ἀποκνοῦντος. αἱρεθέντος δὲ πρεσβευτοῦ Βασιλείου, τὸ μὲν γένος ἕλκοντος ἐξ Ἰβήρων, ἐπάρχου δὲ ἀξίᾳ τετιμημένου, συνεξῆλθε τούτῳ καὶ Ἰωάννης, τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, οὓς τριβούνους καλοῦσιν, ἄρχων γεγενημένος, οἷα γνώριμος Ἀλαρίχῳ καὶ πρόξενος. οἱ γὰρ ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἠπίστουν εἰ αὐτὸς Ἀλάριχος ἔτι πάρεστι, καὶ αὐτὸς ὁ τὴν Ῥώμην εἴη πολιορκῶν. ἐκ γὰρ τῆς προλαβούσης ἐβουκολοῦντο φήμης, ὡς ἕτερος εἴη τῶν τὰ Στελίχωνος φρονούντων, αὐτὸν ἐπαγαγὼν τῇ πόλει. οἱ δὲ πρέσβεις, ὡς αὐτὸν ἀφικόμενοι, κατεδύοντο μὲν ἐπὶ τῇ χρόνον τοσοῦτον κατασχούσῃ τοὺς Ῥωμαίους ἀγνοίᾳ, τὰ δὲ τῆς γερουσίας ἀπήγγελον.

Quod conſpicati Romani, obdurare ſtatuerunt; veluti qui propemodum in ſingulos dies Rauenna venturum vrbi ſubſidium exſpectarent. Quum autem nemine ſuccurrente, ſpes eos deſtituiſſet; viſum eſt annonæ menſuram eſſe deminuēdam, dimidiamque dumtaxat partem eius coquendam, quod antea ſingulos in dies erogaretur: hinc, augeſcēte penuria, tertiam. Et quia nullum excogitari poterat mali ſanandi remedium, iamque cuncta ventris inediæ ſuccurrentia defecerant; famē, ceu conſentaneum erat, peſtis excipiebat, & omnia plena cadaueribus erant. Quumq; non poſſent extra vrbem ſepeliri cadauera, q; omnes ex vrbe vias hoſtes obſiderēt; vrbs ipſa mortuorum ſepulcrum erat: adeo quidem, vt eſſet alioquin etiam in vrbe ſolitudo; ac, ſi maxime nulla fuiſſet alimētorum penuria, vel exhalans e cadaueribus fœtor, ad inficienda corrumpendaq; corpora ſuffeciſſet. Compluribus autem cibum diu ſane ſuppeditabant Læta, Gratiani quondam principis coniux, eiuſque mater Piſſamena. Quippe quod ex liberalitate Theodoſii fiſcus eis adparatum menſæ regiæ præberet, non pauci, quæ harum mulierum erat humanitas, ex earum domo famem ſolabantur. Quum autem malo ad extremum progreſſo, periculū eſſet, ne tandē eo redigerentur, vt mutuo ſe vorarēt: tentatis omnibus aliis, quæ hominibus etiam abominabilia videntur eſſe: legationem mittēdam ad hoſtem ſtatuunt, quæ denuntiaret, obſeſſos & ad pacem paratos eſſe, modo condiciones ea mediocres haberet; & ad prœlium paratiores, poſteaquam populus Romanus & arma ſumſiſſet in manus, & ex eorum tractatione continua, non amplius pugnare formidaret. Delecto ad hanc legationē Baſilio, qui genere Hiſpanus erat, præſidiſq; prouinciæ dignitatem adeptus; comitem ei ſe Ioannes adiunxit, præpoſitus aliquando notariis principis, quos tribunos vocant; velut Alaricho notus, & partiū conciliator. Nō enim certo Romanis conſtabat, an adhuc ipſemet Alarichus adeſſet, & an ipſe Romam obſideret. Quippe nonnihil eos ſparſa prius fama ſolabatur, hunc alium eſſe, qui Stelichonis partibus faueret, & ipſum ad vrbem adduxiſſet. Quum ad Alarichum legati veniſſent, puduit eos ignorantiæ, in qua tam diu populus Romanus hæſiſſet; pariterque mandata Senatus exponunt.

Quibus Alarichus auditis, ac præſertim quod populus arma tractans, ad pugnã paratus eſſet: Spiſſius, inquit, fœnum rariore facilius ſecatur. Quod verbum proloquutus, ingenti ſublato cachinno, legatos irriſit. Quũ autem ad colloquia de pace ventum eſſet, verbis omnem barbaricam inſolentiam ſuperãtibus vtebatur. Aiebat enim, non aliter ſe finem obſidionis facturum, niſi & aurum omne, quod eſſet in vrbe, & argentum omne accepiſſet: preterea, quidquid repeiſſet in vrbe ſupellectilis, itemque mancipia barbara. Heic quum dixiſſet alter legatorum, ſi quidem hæc abstuliſſet, quid eis tamdem relinqueret, in vrbe qui eſſent? Animas, reſpondit. Hoc legati accepto reſponſo, vt cum obſeſſis ſibi colloqui liceret de eo quod agendum eſſet, petunt. Impetratis induciis, quæ hac legatione fuiſſent vltro citroq; dicta, nuntiant. Tum vero perſuaſi Romani, Alarichum eſſe, qui bello vexaret vrbem; ac deſperatis omnibus, quæ vires humanas ſpectarent: ad animos reuocant eam opem, quam in ſeditionibus olim vrbs fuiſſet experta; quodque patritis ritibus violatis, hanc amiſiſſent. Dum hęc ipſi ſecum expendunt, Pompeianus, præfectus vrbis, forte in quoſdam incidit, qui Romam e Tuſcia venerant, & opidum quoddam aiebant, cui nomen †Neueia, præſentibus ſe liberaſſe periculis; perq; nuncupata numini vota, cultũq; patritũ, tonitruis & fulgetris immanib. elicitis, barbaros imminẽtes abegiſſe. Cum his colloquutus, quæcumq; de Pontificum libris fieri expediret, fecit. Quia vero ad animum accidebat ei, quæ tunc inualuerat, opinio; quo tutius id perageret, quod in votis habebat, omnia cũ vrbis epiſcopo cõmunicat. Is erat Innocentius. qui quidem opinioni ſuæ ſalutem vrbis anteponens, clam permiſit eis, vt facerent, quęcumque ſcirent. Quũ illi non aliter hęc vrbi conductura dicerent, niſi publice cõſueta ſacrificia fierent, Senatu in Capitoliũ adſcendente, atq; tum ibi, tum quolibet in vrbis foro, rite debita ſacra peragente: nemo intereſſe cærimoniis ritu patrio celebrandis, auſus fuit; ſed hominibus illis e Tuſcia valere iuſſis, ad permulcendũ omni ſtudio barbarum ſe cõuertunt. Itaq; rurſus ad eum legatos mittunt,

†Nepeta. Sigonius Narniam dicit.

ὧν Ἀλάριχος ἀκούσας, καὶ ὅτι μεταχειριζόμενος ὁ δῆμος ὅπλα παρεσκευάσαι πολεμεῖν, Δασύτερος ὢν ὁ χόρτος, ἔφη, τέμνεσθαι ῥᾷον, ἢ ἀραιότερος· καὶ τοῦτο φθεγξάμενος, πλατὺν τῶν πρέσβεων κατέχεε γέλωτα. ἐπεὶ δ᾽ εἰς τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης ἐληλύθασι λόγους, ἐχρῆτο ῥήμασιν ἐπέκεινα πάσης ἀλαζονείας βαρβαρικῆς. ἔλεγε γὰρ οὐκ ἄλλως ἀποστήσεσθαι τῆς πολιορκίας, εἰ μὴ τὸν χρυσὸν ἅπαντα, ὅσον ἡ πόλις ἔχοι, καὶ τὸν ἄργυρον, λάβοι· καὶ πρὸς τούτοις ὅσα ἐν ἐπίπλοις εὕροι κατὰ τὴν πόλιν· καὶ ἔτι τοὺς βαρβάρους οἰκέτας. εἰπόντος δὲ τῶν πρέσβεων ἑνὸς, Εἰ ταῦτα λάβοις, τί λοιπὸν ἔτι τοῖς ἐν τῇ πόλει καταλιμπάνεις; Τὰς ψυχὰς, ἀπεκρίνατο. ταύτην οἱ πρέσβεις δεξάμενοι τὴν ἀπόφασιν, ᾔτησαν τοῖς ἐν τῇ πόλει κοινώσασθαι τὸ πρακτέον. ἐνδοσίμου δὲ τυχόντες, τοὺς ἐν τῇ πρεσβείᾳ γενομένους ἀπήγγελλον λόγους. τότε δὴ πεισθέντες Ἀλάριχον εἶναι τὸν πολεμοῦντα, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς ἀνθρωπίνην ἰσχὺν φέρουσιν ἀπογνόντες, ἀνεμιμνήσκοντο τῆς ἐπιφοιτώσης πάλαι τῇ πόλει κατὰ τὰς στάσεις ἐπικουρίας, καὶ ὡς παραβάντες τὰ πάτρια, ταύτης ἔρημοι κατελείφθησαν. Περὶ δὲ ταῦτα οὖσιν αὐτοῖς, Πομπηιανὸς, ὁ τῆς πόλεως ὕπαρχος, ἐνέτυχέ τισιν, ἐκ Τουσκίας εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικομένοις, οἳ πόλιν ἔλεγον τινὰ Νεβνίαν ὄνομα, τῶν περιστάντων ἐλευθερῶσαι κινδύνων, καὶ τῇ πρὸς τὸ θεῖον *εὐχῇ, καὶ κατὰ τὰ πάτρια θεραπείᾳ, βροντῶν ἐξαισίων καὶ πρηστήρων ἐπιγενομένων, τοὺς ἐπικειμένους βαρβάρους ἀποδιῶξαι. τούτοις διαλεχθεὶς *ἔπεισεν ὅσα ἐκ τῶν ἱερατικῶν ὄφελος. ἐπεὶ δὲ τὴν κρατοῦσαν κατὰ νοῦν ἐλάμβανε δόξαν, ἀσφαλέστερον ἐθέλων πρᾶξαι τὸ σπουδαζόμενον, ἀνατίθεται πάντα τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ. ἦν δὲ Ἰννοκέντιος. ὁ δὲ, τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν ἔμπροσθεν τῆς οἰκείας ποιησάμενος δόξης, λάθρα ἐφῆκεν αὐτοῖς ποιεῖν ἅπερ ἴσασιν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἄλλως ἔφασαν τῇ πόλει τὰ γινόμενα συντελέσειν, εἰ μὴ δημοσίᾳ τὰ νομιζόμενα πραχθείη, τῆς γερουσίας εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀναβαινούσης, αὐτόθι τε καὶ ἐν ταῖς τῆς πόλεως ἀγοραῖς, ὅσα προσήκει, πραττούσης, οὐκ ἐθάρρησεν οὐδεὶς τῆς κατὰ τὸ πάτριον μετασχεῖν ἁγιστείας, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς Τουσκίας παρῆκαν, ἐτράπησαν δὲ εἰς τὸ θεραπεῦσαι τὸν βάρβαρον, καθ᾽ ὅσον ἂν οἷοί τε γένωνται. πέμπουσι τοίνυν καὶ αὖθις τοὺς πρέσβεις· καὶ λό-

καὶ λόγων ἑκατέρωθεν πλείστων γεγενημένων, ἔδοξε δοθῆναι παρὰ τῆς πόλεως πεντακισχιλίας μὲν χρυσίου λίτρας, τρισμυρίας τὲ πρὸς ταύταις ἀργυρίου, σηρικοὺς δὲ τετρακισχιλίους χιτῶνας· ἔτι δὲ κοκκοβαφῆ τρισχίλια δέρματα, καὶ πέπερι σταθμὸν *ἕλκον τρισχιλίων λιτρῶν. οὐκ ὄντων δὲ τῇ πόλει δημοσίων χρημάτων, πᾶσα ἦν ἀνάγκη τοῖς ἀπὸ τῆς γερουσίας, ὅσοι τὰς οὐσίας εἶχον, ἐκ καταγραφῆς ταύτην ὑποστῆναι τὴν εἰσφοράν. ἐπιτραπεὶς δὲ Παλλάδιος τῇ δυνάμει τῆς ἑκάστου περιουσίας τὸ δοθησόμενον συμμετρῆσαι, καὶ ἀδυνατήσας εἰς ὁλόκληρον ἅπαντα συναθροῖσαι, ἢ τῶν κεκτημένων μέρος τι τῶν ὄντων ἀποκρυψάντων, ἢ καὶ ἄλλως πως εἰς πενίαν τῆς πόλεως *ἐλθούσης διὰ τὰς ἐπαλλήλους τῶν κρατούντων πλεονεξίας, ἐπὶ τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν ὁ τὰ ἀνθρώπινα λαχὼν ἀλιτήριος δαίμων, τὰ πράγματα πράττοντας ἤγαγε· τὸ γὰρ ἐλλεῖπον ἀναπληρῶσαι διὰ τοῦ κόσμου τοῦ περικειμένου τοῖς ἀγάλμασιν ἔγνωσαν. ὅπερ οὐδὲ ἕτερον ἦν, ἢ τὰ τελεταῖς ἁγίαις καθιδρυθέντα, καὶ τοῦ καθήκοντος κόσμου τυχόντα, διὰ τὸ φυλάξαι τῇ πόλει τὴν εὐδαιμονίαν ἀΐδιον, ἐλαττωθείσης κατά τι τῆς τελετῆς, ἄψυχα εἶναι καὶ ἀνενέργητα. ἐπεὶ δὲ πανταχόθεν ἔδει τὰ φέροντα πρὸς ἀπώλειαν τῆς πόλεως συνδραμεῖν, οὐκ ἀπεκόσμησαν τὰ ἀγάλματα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐχώνευσαν τινὰ τῶν ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένων. ὧν ἦν καὶ τὸ τῆς ἀνδρείας, ἣν καλοῦσι Ῥωμαῖοι Οὐιρτοῦτεμ. *οὗπερ διαφθαρέντος, ὅσα τῆς ἀνδρείας ἦν καὶ ἀρετῆς παρὰ Ῥωμαίοις, ἀπέσβη, *τοῦτο τῶν περὶ τὰ θεῖα καὶ τὰς πατρίους ἁγιστείας ἐσχολακότων, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου προφητευσάντων.

Τὰ μὲν οὖν χρήματα, τοῦτον συνεκομίσθη τὸν τρόπον. ἔδοξε δὲ, πρὸς τὸν βασιλέα πρεσβείαν σταλῆναι, κοινωσομένην αὐτῷ περὶ τῆς ἐσομένης εἰρήνης, καὶ ὡς οὐ τὰ *χρήματα μόνον Ἀλλάριχος, ἀλλὰ καὶ παῖδας τῶν εὖ γεγονότων ὁμήρους ἐθέλοι λαβεῖν· ἐφ᾽ ᾧτε δὴ μὴ μόνον εἰρήνην, ἀλλὰ καὶ ὁμαιχμίαν πρὸς τὸν βασιλέα ποιήσασθαι, χωρῆσαί τε ὁμόσε Ῥωμαίοις κατὰ παντὸς ἐναντία τούτοις φρονεῖν βουλομένου. ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ τὴν εἰρήνην ἐπὶ τούτοις ἔδοξε γενέσθαι, τὰ μὲν χρήματα τοῖς βαρβάροις ἐδόθη· τρισὶ δὲ ἀγορὰν ἡμερῶν τοῖς ἀπὸ τῆς πόλεως Ἀλλάριχος ἀνῆκεν, ἄδειαν ἐξόδου διά τινων πυλῶν αὐτοῖς δεδωκὼς, ἐπιτρέψας δὲ καὶ τὸν ἐκ τοῦ λιμένος ἀνάγεσθαι σῖτον.

& vtrimq; plurimis in medium prolatis, placuit ab vrbe ſolui quinq; milia pondo auri, argenti triginta milia, tunicarū ſericarū quatuor milia, †vel lerum coccineorum tria milia, p peris tria librarū milia. Quod aūt nullas vrbs in fiſco pecunias haberet, omnino neceſſitas flagitabat, vt ii ſenatores, quotquot habebant patrimonia, collationem hāc ex deſcriptione ſuſciperent. Quumq; Palladio datū hoc negotii fuiſſet, vt, quod ſoluendum erat, ex ſingulorum patrimonii facultate metiretur; isq; nequiuiſſet in ſolidū omnia cogere, vel quod ipſi poſſeſſores partem aliquā bonorum occultaſſent, vel quod eſſet vrbs alioqui, propter Imperatorum continuas & auaras exactiones, ad paupertatem redacta: ſceleratus ille genius, qui tūc ſortitus res humanas erat, ad ipſum colophona malorum præfectos hiſce negotiis impulit. Nam quod deerat, mundo ſupplere ſtatuunt, quo erant exornata deum ſimulacra. quod ſane nihil aliud erat, quam ſimulacra ſacris ritibus atq; cærimoniis dedicata, mūdoque decenti exornata, propterea quod vrbi felicitatem perpetuā conſeruaſſent; his ipſis cærimoniis nonnihil deminutis, eſſe inanima prorſus, & inefficacia. Quod denique cuncta, quæ tenderent ad interitū vrbis, vndique concurrere oporteret, non ornamēta dumtaxat ſua ſimulacris ademerunt; verumetiam nonnulla, ex auro & argento facta, cōflarunt. quorū erat in numero fortitudinis quoq; ſimulacrum, quā Romani Virtutem vocant. quo ſane abolito, quidquid fortitudinis atq; virtutis apud Romanos ſuperabat, exſtinctū fuit: id quod ex eo tempore futurum, homines rebus diuinis, & ritibus patriis exerciti, prædixerunt. Collectis igitur in hunc modum pecuniis, viſum eſt ad Imperatorem mittendam eſſe legationem, quæ cum eo de pace futura cōferret, ac ſignificaret, Alarichum nō ſolum pecunias, verumetiā nobilium filios obſides accipere velle: & hoc modo nō tantum pacē, ſed & belli ſocietatē cum Imperatore initurū, & cum Romanis in aciem proditurum aduerſus quēuis, qui eſſe hoſtili vellet in eos animo. Quū principi quoq; videretur, pacē hiſce condicionibus eſſe cōponendam; pecunia barbaris numerata fuit. Et Alarichus triduo forum permiſit vrbanis, exeūdi licentia per quaſdā portas eis conceſſa; quū etiam e portu ſubuehendæ annonæ poteſtatem feciſſet.

† de quibus in l. 5. C. de veſt. holob.

Poſteaquam ciues reſpiraſſent, omnibusque ſibi reliquis venditis, coemiſſent neceſſaria, vel ex permutatione rerũ aliarũ adquiſiuiſſent: Roma barbari diſceſſerunt, & caſtra quibuſdã in locis circa Tuſciam metati ſunt. Ac mancipia quidem propemodum omnia, quæ Romæ erant, in ſingulos fere dies ex vrbe aufugiẽtia, barbaris ſemet adgregabãt: ita quidem, vt collecta ſeruorũ multitudo ad quadraginta milia excreſceret. Dũ vero barbari quidam hinc inde vagantur, Romanos ad portum deuectos, & commeatus aliquid ſubuehentes, adorti ſunt. Hoc vbi comperiſſet Alarichus, veluti non ſua voluntate factum, ſingulari ſtudio vindicatum prohibuit. Mediocre iam laxamentum hoc malorum eſſe videbatur, quo tempore Honorius Imperator Rauennæ conſulatum inibat, octies honorem hunc conſequutus; in oriente, Theodoſius Auguſtus, iam tertium conſul. Secundum hæc mittit *Conſtãtinus* tyrannus eunuchos ad Honorium, veniam poſcẽs, quod imperium delatum accepiſſet. Non enim id ſe ſponte ſua rapuiſſe, ſed a militibus adhibita vi fuiſſe coactum. Hoc poſtulatum vbi princeps audiuiſſet, animaduertens haud facile ſe, quam diu militantes Alaricho barbari longius remoti non eſſent, de bellis aliis cogitare poſſe: prætereaq; rationem propinquorum habens, qui a tyranno in vinculis detinebantur: (erant autem ii, Verenianus & Didymius) nõ poſtulato dumtaxat adſenſus eſt, ſed & imperatoriã veſtem ei miſit. Ac propinquorũ quidem cauſſa fruſtra ſollicitus erat, qui ante legationẽ hanc iugulati fuerant. His actis, eunuchos dimittit. Ceterum pace cum Alaricho nondum confirmata, quod Imperator nec obſides dediſſet, nec poſtulatis omnibus ſatisfeciſſet: ab Senatu legati Rauennam mittuntur, Cecilianus, Attalus, & Maximianus; qui deploratis rebus aduerſis, quæ vrbi accidiſſent, & eorum multitudine, qui periiſſent, tragicum in morem amplificata; nihil his rebus perfecerunt, Olympio cuncta perturbante, atque impediente, quæ recta viderentur. Itaque dimiſſis ita legatis, vt eas res, quarum cauſſa venerant, non impetrarent; Theodoro præfectura vrbana deiecto, Ceciliano eam tradidit; & Attalum fiſco præeſſe iuſſit. Quum autem Olympius nihil aliud agendum ſibi proponeret, quam vt eos vndique perueſtigaret,

Ἀναπνευσάντων δὲ τῶν πολιτῶν, ἀποδομένων τε ὅσα ἦν αὐτοῖς περιττά, καὶ τὰ ἐνδέοντα πριαμένων, ἢ ἐξ ἀμοιβῆς ἄλλων πραγμάτων ποιησαμένων, ἀνεχώρουν τῆς Ῥώμης οἱ βάρβαροι, καὶ τὰς σκηνὰς ἔν τισι περὶ τὴν Τουσκίαν ἐπήγνυντο τόποις. καὶ οἱ μὲν οἰκέται σχεδὸν ἅπαντες, οἳ κατὰ τὴν Ῥώμην ἦσαν, ἑκάστης (ὡς εἰπεῖν) ἡμέρας ἀναχωροῦντες τῆς πόλεως, ἀνεμίγνυντο τοῖς βαρβάροις, εἰς τεσσάρων μυριάδων πλῆθος *συνειλεγμένοις. *ἁλιώμενοι δέ τινες τῶν βαρβάρων, τοῖς ἐπὶ τὸν λιμένα κατιοῦσι καὶ ἀνακομίζουσί τι τῶν ἐπιτηδείων, ἐπήεσαν. ὅπερ μαθὼν Ἀλάριχος, ὡς μὴ κατὰ γνώμην αὐτοῦ γινόμενον, ἐκκόπτειν ἐσπούδαζε. Δοκούσης δὲ εἶναι τῶν κακῶν μετρίας ἀνακωχῆς, ἐν μὲν τῇ Ῥαβέννῃ προῆλθεν ὁ βασιλεὺς Ὁνώριος ὕπατος, ὀκτάκις ἤδη τῆς τιμῆς ταύτης τυχών, κατὰ δὲ τὴν ἑῴαν Θεοδόσιος τὸ τρίτον, ὁ βασιλεύς. ἐπὶ τούτῳ τε Κωνσταντῖνος ὁ τύραννος, εὐνούχους πρὸς Ὁνώριον ἔστελλε, συγγνώμην αἰτῶν ἕνεκα τοῦ τὴν βασιλείαν ἀνασχέσθαι λαβεῖν. μηδὲ γὰρ ἐκ προαιρέσεως ἑλέσθαι ταύτην, ἀλλὰ ἀνάγκης αὐτῷ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐπαχθείσης. ταύτης ἀκηκοὼς ὁ βασιλεὺς τῆς αἰτήσεως, θεωρῶν τε ὡς οὐ ῥᾴδιον αὐτῷ, τῶν σὺν Ἀλαρίχῳ βαρβάρων οὐ πόρρω ὄντων, περὶ πολέμων ἑτέρων διανοεῖσθαι· καὶ προσέτι γε λόγον ποιούμενος συγγενῶν οἰκείων παρὰ τοῦ τυράννου κατεχομένων, (οὗτοι δὲ ἦσαν Βερηνιανὸς καὶ Διδύμιος) ἐνδίδωσι τῇ αἰτήσει· ἐκπέμπει δὲ αὐτῷ καὶ βασιλικὴν ἐσθῆτα. τῶν μὲν οὖν συγγενῶν ἕνεκα, ματαίαν εἶχε φροντίδα, πρὸ ταύτης τῆς πρεσβείας ἀποσφαγέντων· τοὺς δὲ εὐνούχους ἐπὶ τούτοις ἀπέπεμπεν. Οὔπω δὲ τῆς πρὸς Ἀλάριχον βεβαιωθείσης εἰρήνης, οἷα τοῦ βασιλέως οὔτε τοὺς ὁμήρους παραδόντος, οὔτε τὰ αἰτούμενα πάντα πληρώσαντος, ἐπέμποντο παρὰ τῆς γερουσίας εἰς τὴν Ῥάβενναν πρέσβεις, Κεκιλιανός, καὶ Ἄτταλος, καὶ Μαξιμιανός. οἳ πάντα ἀποδυρόμενοι τὰ συμβάντα τῇ Ῥώμῃ, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀπολωλότων ἐκτραγῳδήσαντες, ἤνυσαν πλέον οὐδέν, Ὀλυμπίου συνταράσσοντος πάντα, καὶ τοῖς καλῶς ἔχειν δοκοῦσιν ἐμποδὼν γινομένου. ταύτῃ τοι τοὺς πρέσβεις ἐάσας ἀπράκτους ἐφ' οἷς ἐληλύθασι, παραλύσας Θεόδωρον τῆς τῶν ὑπάρχων ἀρχῆς, Κεκιλιανῷ ταύτην παρέδωκεν, Ἄτταλον δὲ προεστάναι τῶν θησαυρῶν ἔταξεν. ἔργον δὲ οὐδὲν ἕτερον ἔχοντος τοῦ Ὀλυμπίου, ἢ τὸ πανταχόθεν

τοὺς Στε-

τοὺς Στελίχωνι συνεπίστασθαί τι λεγομένους ἰχνεύειν, ἤχθησαν εἰς κρίσιν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ συκοφαντίᾳ Μαρκελλιανὸς καὶ Σαλώνιος, ὄντες ἀδελφοί, καὶ ἐν τῷ τάγματι τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων ἀναφερόμενοι. καὶ τούτους γὰρ Ὀλύμπιος τῷ τῆς αὐλῆς παρέδωκεν ὑπάρχῳ· καὶ αἰκισμοῦ παντὸς εἶδος εἰς τὸ σῶμα ξαίνοντες, τῶν Ὀλυμπίου σπουδαζομένων εἶπον οὐδέν. Τῶν δὲ κατὰ τὴν Ῥώμην ἐν οὐδεμιᾷ τύχῃ βελτίονι καταστάντων, ἔδοξε τῷ βασιλεῖ, πέντε τῶν ἀπὸ Δαλματίας στρατιωτικὰ τάγματα, τῆς οἰκείας μεταστάντα καθέδρας, ἐπὶ φυλακῇ τῆς Ῥώμης ἐλθεῖν. τὰ δὲ τάγματα ταῦτα ἐπλήρουν ἄνδρες ἑξακισχίλιοι, τόλμῃ καὶ ῥώμῃ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος κεφάλαιον ὄντες. ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Οὐάλης, πρὸς πάντα κίνδυνον ἑτοιμότατος. ὅς, οὐκ ἀξιώσας δι' ὁδῶν ἃς οὐκ ἐφύλαττον οἱ πολέμιοι διελθεῖν, καραδοκήσαντος Ἀλλαρίχου τὴν πάροδον, ἐπιπεσόντος τε σὺν παντὶ τῷ στρατεύματι, πάντας ὑπὸ ταῖς τῶν πολεμίων πεποίηκε γενέσθαι χερσί· καὶ μόλις διέφυγον ἄνδρες ἑκατόν, [ἐν] οἷς καὶ ὁ τούτων ἡγούμενος ἦν. σὺν τῷ γὰρ ἅμα Ἀττάλῳ τῷ ὑπὸ τῆς γερουσίας σταλέντι πρὸς τὸν βασιλέα, οἷός τε γέγονεν εἰς τὴν Ῥώμην ἐλθὼν διασωθῆναι. κακῶν δὲ μειζόνων ἀεὶ τοῖς οὖσι προστιθεμένων, ἐπιστὰς Ἄτταλος τῇ Ῥώμῃ, παραλύει τῆς φροντίδος Ἡλιοκράτην, ἣν ὁ βασιλεὺς ἦν αὐτῷ παραδούς, Ὀλυμπίῳ πειθόμενος. ἐτέτακτο γὰρ τὰς οὐσίας τῶν δεδημευμένων διὰ τὴν Στελίχωνος οἰκειότητα διερευνῆσαι, καὶ ταύτας τοῦ δημοσίου ποιεῖν. ἀλλ' ἐπεὶ μέτρια φρονῶν, τὸ τοῖς δυστυχοῦσιν ἐπεμβαίνειν, ἐν ἀσεβείας ἐτίθετο μέρει, καὶ οὔτε πρὸς ἀκρίβειαν τὰ πράγματα ἀνεζήτει, πολλοῖς δὲ καὶ ἀποκρύπτειν ἃ δύναιντο, λάθρα ἐδήλου, φαῦλός τις εἶναι διὰ τοῦτο δόξας, εἰς τὴν Ῥάβενναν ἤγετο, τῆς περὶ τοὺς ἀτυχήσαντας φιλανθρωπίας ἕνεκα, δίκην ἐκτίσων. καὶ πάντως ἂν ἐτιμήθη θανάτου διὰ τὴν τότε κρατοῦσαν ὠμότητα, εἰ μή τινα τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν ἔτυχε τηνικαῦτα καταλαβών. Μαξιμιλλιανὸς δέ, τοῖς πολεμίοις περιπεσών, ἀπεδόθη Μαρινιανῷ τῷ πατρί, τρισμυρίων ὑπὲρ αὐτοῦ δοθέντων χρυσῶν. ὡς γὰρ ἀναβαλλομένου τὴν εἰρήνην τοῦ βασιλέως, καὶ μὴ πληρώσαντος τὰ συγκείμενα [τοῖς ἁλισκομένοις τῶν εὖ γεγονότων,] οὐκ ἦν ἔτι τοῖς Ῥωμαίοις ἡ τῆς πόλεως ἔξοδος ἐλευθέρα· ἀλλὰ τῆς μὲν εἰρήνης ἕνεκα καὶ αὖθις ὡς βασιλέα πέμπει πρέσβεις ἡ γερουσία, καὶ τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου

qui aliquid de Stelichone ſcire perhiberentur; ob huiusmodi calumniam in ius ducti ſunt Marcellianus & Salonius fratres, inter notarios principis militantes: quos Olympius præfecto prætorii tradidit. quumq; nullo non genere verberum cæſa fuiſſent eorũ corpora, nihil tamen illorum proferebant, quæ Olympius cognoſcere geſtiret. Rebus vrbanis Romæ nihilo melius, quam antea, conſtitutis; viſum eſt principi, quinque Dalmaticos militum ordines, de ſuis excitos ſedibus, ad vrbis cuſtodiam arceſſere. In his ordinibus erant hominũ ſex milia, qui tum audacia, tũ robore corporum, exercitus Romani velut ipſe vertex erant. Eorum dux Valens, ad obeundum quoduis periculũ promtiſſimus, quum indignum arbitraretur, ea per itinera proficiſci, quæ ab hoſte nõ obſiderentur: Alaricho trãſitum eius exſpectante, ſuisq; cum copiis vniuerſis irruente, cunctos hoſce milites in hoſtiũ manus coniecit. Vix centum fuga dilapſi ſunt; quorum in numero & ipſe dux erat. Nam is cum Attalo, qui ab Senatu miſſus ad principem fuerat, in vrbem profectus, incolumis euaſit. Quum autem præſentibus malis alia maiora ſemper accederent, Romam ingreſſus Attalus, Heliocratem ea cura liberat, quæ illi a principe fuerat auctore Olympio cõmiſſa. Quippe datum illi hoc erat negotii, vt eorum bona, qui propter familiaritatẽ Stelichonis proſcripti fuiſſent, indagaret, eaq; in fiſcum redigeret. Quia vero moderati vir ingenii ſane quam impium duceret, inſultare miſeris; ac neq; res ſtrictius inquireret, & multis etiã clamculum ſignificaret, vt, quæcumq; poſſent, occultarent: viſus iccirco nullius eſſe pretii, Rauẽnam abducitur, ob humanitatem miſeris præſtitam pœnas luiturus. omninoque morte multatus, ob graſſantẽ id temporis immanitatem, fuiſſet, niſi forte quamdam in eccleſiam Chriſtianorũ ſe recepiſſet. Maximillianus autem, quum in hoſtiũ manus incidiſſet, Mariniano patri venditus eſt, triginta milibus aureorum pro eo ſolutis. Quum enim pacẽ princeps differret, & pactis cõuentis haud ſatisfaceret: nõ amplius Romanis extra vrbem prodire liberũ erat. Senatus quidem, pacis cauſſa legatos iterum ad principem mittit, cum quibus & Romanus epi-

ſcopus proficiſcitur. Aderant iiſdem & barbari quidam, ab Alaricho miſſi, vt eos ab hoſtibus, infeſta habẽtibus itinera, tutarentur. Quum ad Imperatorem hi profecti eſſent, arceſſitus ab Alaricho Ataulfus, quemadmodũ ſupra commemoraui, Alpes tranſiit, quæ a Pannonia Venetiam verſus ſeſe porrigunt. quo comperto, quodq; copias non magnas haberet; Imperator ei milites vniuerſos, equites atque pedites, quotquot in vrbibus erant, cum ducibus ſuis occurrere iuſſit. Olympio, qui dux erat palatinorum ordinum, Hunnos ad Rauennam numero trecentos dedit. Hi quum eos qui venerant . . . . quam Piſas adpellant, adorti, conſertisq; manibus CIↃC Gotthos interfecerunt: & XVII dumtaxat amiſſis, Rauennam incolumes peruenere.

Quum autẽ eunuchi palatini Olympium apud principem inſimulaſſent, velut auctorem eorum caſuũ, qui reipublicæ aduerſi accidiſſent: tantum effecerunt, vt ei magiſtratus abrogaretur. Ille, veritus ne quid aliud ſibi grauius accideret; fuga ſe in Dalmatiam contulit. Imperator Attalum vrbi præfectum Romam mittit; nimioq; ſollicitus opere, ne quid rerum ad fiſcum pertinẽtium occultaretur, Demetrium ablegat, qui Attali munus obiret, & fiſcalia bona perſcrutaretur. Quumq; multa tum in creandis magiſtratibus, tum aliis rebus innouaſſet; & eiectis iis qui prius cũ poteſtate fuerãt, aliis magiſtratus traderet: Generidum quoq; Dalmaticis militibus vniuerſis præfecit; eũdemq; ceterorũ etiã, quicũq; per Pannoniam ſuperiorem, & Noricos, & Rhætos, & quidquid horum eſt vſq; ad Alpes, in præſidiis erant, ducem conſtituit. Atque hic Generidus, erat ille quidem barbarus, ſed indole ad quoduis genus virtutis præclara præditus, & alieniſſimus ab auaricia. qui quum patritis ritibus adhuc inhæreret, nec a cultu deûm ſe pateretur abduci; lex promulgata fuit, quæ in aula cingulo vetaret eos vti, qui Chriſtiani nõ eſſent. Ea lege lata, Generidus, qui cum poteſtate militibus Romæ tum præerat, cingulo depoſito, domi ſe continuit. Quum autem princeps ab eo peteret, vt, quando magiſtratuum in numero eſſet, ordine locoq; ſuo ad palatium accederet: legem eſſe reſpondit, quæ cingulum habere ſe vetaret, aut inter magiſtratus vlla ratione cenſeri,

τοῖς πρέσβεσι συναπάραντος. ἦσαν δὲ σὺν αὐτοῖς καὶ βαρβάρων τινὲς ὑπ' Ἀλαρίχου σταλέντες, ὡς ἂν περισώζοιεν αὐτοὺς ἐκ τῶν ἐνοχλούντων ταῖς ὁδοῖς πολεμίων. Ἀλλὰ τούτων ἐς τὸν βασιλέα κεχωρηκότων, *Ἀτάουλφος γενόμενος ὑπ' Ἀλαρίχου μετάπεμπτος, ὡς ἐν τοῖς ἀνωτέρω διεξῆλθον, ἐπεραιώθη τὰς Ἄλπεις, τὰς ἀπὸ Παιονίας ἐπὶ Βενετίαν φερούσας. ὅπερ ὁ βασιλεὺς ἀκηκοὼς, μὴ πολλήν τε δύναμιν εἶναι αὐτῷ, τοὺς στρατιώτας πάντας, ἱππέας τε καὶ πεζοὺς, ὅσοι κατὰ τὰς πόλεις ἦσαν, ἀπαντῆσαι τούτῳ διέταξεν, ἅμα τοῖς σφῶν ἡγεμόσιν. Ὀλυμπίῳ δὲ τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ἡγουμένῳ, τοὺς ἐν τῇ Ραβέννῃ δέδωκεν Οὔννους, τριακοσίους ὄντας τὸν ἀριθμόν. οἵτινες, ἐπεὶ τοὺς ἐληλυθότας . . . : Πείσας αὐτὴν ὀνομάζουσιν, ἐπιθέμενοι, καὶ συμπεσόντες, ἀναιροῦσι μὲν τῶν Γότθων ἑκατὸν καὶ χιλίους· ἑπτακαίδεκα δὲ μόνοι πεσόντες, εἰς τὴν Ράβενναν ἐσώθησαν. Ὀλύμπιον δὲ οἱ περὶ τὴν αὐλὴν εὐνοῦχοι πρὸς τὸν βασιλέα διαβαλόντες, ὡς αἴτιον τῶν οὐ δεξιῶς συμβεβηκότων τῷ πολιτεύματι, παραλυθῆναι τῆς ἀρχῆς πεποιήκασιν. ὁ δὲ, μὴ καὶ ἕτερόν τι πάθοι δεδιὼς, φυγῇ χρησάμενος, τὴν Δαλματίαν καταλαμβάνει. ὁ δὲ βασιλεὺς, ὕπαρχον μὲν τὸν Ἄτταλον εἰς τὴν Ρώμην ἐκπέμπει· πολλὴν δὲ ποιούμενος λόγον, τοῦ μὴ λαθεῖν τι τῶν εἰς τὸ ταμεῖον ἐλθόντων, ἐκπέμπει Δημήτριον, ἣν εἶχεν Ἄτταλος φροντίδα πληρώσοντα, καὶ διερευνησόμενον τὰς οὐσίας τοῦ δημοσίου. πολλὰ δὲ περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ ἄλλα καινοτομήσας, καὶ τοὺς μὲν πρότερον καταδυναστεύοντας ἐκβαλὼν, ἄλλοις δὲ τὰς ἀρχὰς παραδοὺς, ἔταξε καὶ Γενέριδον τῶν ἐν Δαλματίᾳ πάντων ἡγεῖσθαι, ὄντα στρατηγὸν καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι Παιονίαν τε τὴν ἄνω, καὶ Νωρικοὺς, καὶ Ραιτοὺς ἐφύλαττον, καὶ ὅσα αὐτῶν μέχρι τῶν Ἄλπεων. ἦν δὲ *ὁ Γενέριδος, βάρβαρος μὲν τὸ γένος, τὸν δὲ τρόπον εἰς πᾶν ἀρετῆς εἶδος εὖ πεφυκὼς, χρημάτων τε ἀδωρότατος. οὗτος, ἔτι τοῖς πατρῴοις ἐμμένων, καὶ τῆς εἰς θεοὺς θρησκείας ἐκστῆναι οὐκ ἀνεχόμενος, ἐπειδὴ νόμος εἰσήχθη τοῖς οὐκ οὖσι Χριστιανοῖς ζώνην ἐν τοῖς βασιλείοις ἔχειν ἀπαγορεύων, τούτου τοῦ νόμου τεθέντος, ἀρχῆς ἐν τῇ Ρώμῃ στρατιωτικῆς προεστὼς ὁ Γενέριδος, ἔμεινεν ἐπ' οἴκου, τὴν ζώνην ἀποθέμενος. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς, οἷα δὴ τοῖς ἄρχουσι συναριθμούμενον ἀπῄτει παριέναι κατὰ τὴν οἰκείαν τάξιν εἰς τὰ βασίλεια, νόμον ἔφησεν εἶναι κωλύοντα ζώνην αὐτὸν ἔχειν, ἢ ὅλως τοῖς ἄρχουσι καταλέγεσθαι

τοὺς τὴν

τοὺς τὴν Χριστιανῶν μὴ τιμῶντας θρησκείαν. τοῦ δὲ βασιλέως εἰπόντος, [ὡς] ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὸν νόμον κρατεῖν, ἐπ' αὐτοῦ δὲ οὐκέτι, τοσαῦτα τῆς πολιτείας προκινδυνεύσαντος· ταύτης οὐκ * ἀνέχεσθαι τῆς τιμῆς εἶπεν, εἰς ὕβριν πολλῶν φερούσης τῶν ὅσοι τῆς στρατείας διὰ τὸν νόμον ἀπήμβλυντο. καὶ οὐκ ἄλλως ἀντελάβετο τῆς ἀρχῆς, ἕως ὁ βασιλεὺς αἰδοῖ τε ἅμα καὶ χρείᾳ συνωθούμενος, ἔπαυσεν ἐπὶ πᾶσι τὸν νόμον, ἀποδοὺς ἑκάστῳ, τῆς αὐτοῦ ὄντι δόξης, ἄρχειν τε καὶ στρατεύεσθαι. Ἀπὸ ταύτης ὁρμώμενος τῆς μεγαλοφροσύνης Γενέριδος, συνεχέσι τοὺς στρατιώτας ἐπαίδευε γυμνασίαις· ἐπιδιδούς τε τὰς σιτήσεις αὐτοῖς, παραιρεῖσθαι τούτων οὐδενὶ κατὰ τὸ συνηθὲς ἐνεδίδου, καὶ αὐτὸς, ἐξ ὧν αὐτῷ τὸ δημόσιον ἐδίδου, τὰ πρέποντα τοῖς πλέον πονοῦσι φιλοτιμούμενος. καὶ τοιοῦτος φανεὶς, τοῖς τε πλησιάζουσι βαρβάροις ἐπίφοβος ἦν, καὶ πᾶσαν ἀσφάλειαν τοῖς ἔθνεσιν, ὅσα φυλάττειν ἔλαχεν, ἐνεποίει. Κατὰ δὲ τὴν Ῥάβενναν, εἰς στάσιν ἀναστάντες οἱ στρατιῶται, τὸν ταύτης λιμένα καταλαμβάνουσι, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ βοῶντες, καὶ τὸν βασιλέα φανῆναι σφίσιν αἰτοῦντες. τοῦ δὲ φόβῳ τῆς στάσεως ἀποκρυβέντος, παρελθὼν εἰς μέσον Ἰόβιος, ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἅμα καὶ τῇ τοῦ πατρικίου τετιμημένος ἀξίᾳ, * ποιούμενος ἀγνοεῖν τὴν αἰτίαν τῆς στάσεως, (καίτοιγε αὐτὸς ἐλέγετο αἴτιος ταύτης εἶναι), κοινωνὸν ἔχων * Ἑλλέβιχον εἰς τοῦτο, τὸν τῶν ἱππέων ἡγούμενον * δομεστίκων) ἀπῄτει λόγον αὐτοὺς ἀνθ' ὅτου πρὸς τοῦτο ἐξήχθησαν. ὡς δὲ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἤκουεν, ὡς πᾶσα ἀνάγκη Τουρπιλλίωνα καὶ Βιγελάντιον αὐτοῖς ἐκδοθῆναι τοὺς στρατηγούς, καὶ μετὰ τούτων Τερέντιον τὸν τῶν βασιλικῶν προεστῶτα κοιτώνων, καὶ Ἀρσάκιον τὸν μετὰ τοῦτον τῇ τάξει καλούμενον, δείσαντος δὴ τοῦ βασιλέως τὴν τῶν στρατιωτῶν ἐπανάστασιν, κατὰ μὲν τῶν στρατηγῶν ἀειφυγίας ἐκφέρεται ψῆφος· καὶ ἐμβληθέντες πλοίῳ, παρὰ τῶν ἀπαγόντων ἀναιροῦνται. τοῦτο γὰρ ἦν αὐτοῖς κελεύσας Ἰόβιος. ἐδεδίει γὰρ μή ποτε ἐπανελθόντες, καὶ τὴν κατὰ σφῶν γνόντες ἐπιβουλὴν, εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ τὸν βασιλέα προκαλέσωνται τιμωρίαν. Τερέντιος δὲ εἰς τὴν ἑῴαν ἐκπέμπεται, καὶ Ἀρσάκιος τὴν * Μεδιολανὸν οἰκεῖν ἐκληρώσατο. καταστήσας δὲ ὁ βασιλεὺς Εὐσέβιον μὲν ἀντὶ Τερεντίου φύλακα τοῦ κοιτῶνος, Οὐάλεντι δὲ τὴν ἀρχὴν ἣν εἶχε Τουρ-

qui religionem Chriſtianam non venerarentur. Heic vbi ſubiecíſſet princeps, eam quidem legem, ad alios quod adtineret, ratam eſſe; ſed ipſum illa non teneri, qui tantum pro republica diſcriminum adiiſſet: reſpõdit, ſe honorem illum non accipere, qui ad omnium tenderet iniuriam, quotquot militia propter hanc legem ſpoliati fuiſſent. Nec munus ſuum obiit, donec Imperator pudore pariter & neceſſitate compulſus, legem hanc in omnibus irritam eſſe iuſſit: conceſſo cuiuis, vt opinionem ſuam retinens, & magiſtratu fungeretur, & militaret. Ab hac exorſus magnanimitate Generidus, continuis laboribus milites exercet; & annonas eis ſuppeditans, nemini permittit, vt de his aliquid, more conſueto, detraheret. Quin & ipſe de iis, quæ fiſcus ei præſtabat, labores ceteris maiores ſuſtinentibus conuenientia præmia largitur. Talem quum ſe gereret, & formidini barbaris finitimis erat, & nationibus iis præſidio, quas tueri iuſſus fuerat. Ceterum Rauennæ milites ſeditionẽ mota, portum eius occupant; & confuſo clamore ſublato, vt Imperator ipſos adiret, poſtulant. At illo metu ſeditionis occultato, progreſſus in mediũ Iouius, qui & prætorii præfectus erat, & patricii dignitate cohoneſtatus, ignorare ſe cauſſam ſeditionis ſimulans, (quamquã huius auctor ipſemet eſſe perhiberetur, ſociũ nanctus ad eã Ellebichum, qui Comes equitũ Domeſticorũ erat) cauſſam a militibus poſcit, quamobrẽ ad hoc facinus prorupiſſent. quumq; de militibus audiret, omnino ſibi Turpillionẽ & Vigilantiũ duces, vna cũ Terentio, Auguſtalium cubiculorum præpoſito, & proximo ſecundum hũc Arſacio, dedendos eſſe: principe militũ defectionẽ verito, duces iſti exſilio perpetuo multantur; & in nauim coniecti, ab iis necantur, qui eos auehebant. Hoc enim Iouius eis imperauerat. quippe metuebat, ne forte reuerſi, cognitis iis inſidiis, quæ aduerſus ipſos ſtructæ fuiſſent; principem ad ſumẽdum de ſe ſupplicium concitarent. Terentius in orientem relegatur, Arſacius Mediolani ſe cõtinere iubetur. Hinc Imperator in Terentii locum Euſebio cubiculi præpoſito creato, Turpillionis poteſtate

Allebicho Valenti tradita, poſt Vigilantiũ † Allobicho præfectura mandata: quodã modo ſeditionem militarem ſedare viſus eſt. Iouius autem præfectus prætorii, quum omnem apud Imperatorem potentiam in ſe tranſtuliſſet: legatos ad Alarichum mittere decreuit, qui eum hortarentur, vt ad ipſam vſq; Rauennam accederet, quod iſtic pacem facturi eſſent. Alaricho principis & Iouii litteris adſenſo, & Ariminum profecto, quæ Rauenna triginta miliarib. abeſt; celeriter eo Iouius quoq; ſe contulit; &, quod in Epiris Alarichi hoſpes & amicus factus fuiſſet, de foedere pangendo tractat. Alarichi hæc poſtulata erãt: Vt in annos ſingulos auri certa ſumma ſolueretur, & annonæ menſura quædam ſuppeditaretur: Vt item ipſe cum ſuis omnibus vtramq; Venetiam, & Noricos, & Dalmatiam incoleret. Hæc Iouius Alaricho præſente perſcripta mittit ad Imperatorem, datis ad eumdem ſeorſum quoque litteris; quibus eum cohortabatur, Alarichũ vtriusq; militiæ magiſtrũ conſtitueret; vt hoc modo delenitus, de condicionũ aſperitate nõnihil remitteret, ac tolerabilibus moderatiſq; legibus pacem faceret. Imperator, his acceptis litteris, Iouii temeritatẽ damnat; & viciſſim miſſis ad eum litteris ſignificat; auri quidem & annonæ modũ vt ipſe ſtatueret, æquum eſſe; qui & præfectus eſſet prætorii, & publicorum tributorum copiam facultatemque perſpectam haberet: at dignitatem, aut ducis officium, numquam ſe vel Alaricho, vel eius gentilibus conceſſurũ. Hanc epiſtolam quum Iouius accepiſſet, non ſeorſum apertam, ſed audiente Alaricho legit. Is cetera quidẽ moderate tulit; verum vbi negatũ ſibi, gentiq; ſuæ, militiæ magiſteriũ vidit; mox ira percitus, Romã contendere barbaros ſuos iuſſit, quaſi confeſtim factã ſibi totiq; gẽti ſuæ iniuriam vlturus. Iouius autẽ ob inexſpectatas haſce litteras Imperatoris, ad inopiam conſilii redactus, Rauennam rediit. Quumq; ſe omni culpa liberare vellet, Honorium ſacramentis obſtrinxit, quibus ſancte polliceretur, numquam pacem cum Alaricho facturũ, ſed bellũ perpetuo geſturum. Simul & ipſe principis tacto capite, iuſiurandum præſtat; & a ceteris, quotquot erant cum poteſtate, conſimile quiddam exigit.

πιλλίων παραδοὺς, καὶ μετὰ Βιγελάντιον *Ἀλλόβιχον ὕπαρχον καταστήσας, τὴν μὲν τῶν στρατιωτῶν παύειν πως ἔδοξε στάσιν· Ἰόβιος δὲ, ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, πᾶσαν εἰς αὐτὸν τὴν παρὰ βασιλεῖ δύναμιν περιστήσας, ἔγνω πρέσβεις ἐκπέμψαι πρὸς Ἀλλάριχον, ἄχρι τῆς Ῥαβέννης αὐτὸν παραγενέσθαι παρακαλοῦντας, ὡς δὴ τῆς εἰρήνης αὐτόθι συμβησομένης. πεισθέντος δὲ τοῖς τοῦ βασιλέως καὶ τοῖς Ἰοβίου γράμμασιν Ἀλλαρίχου, παραγινομένου τε εἰς τὴν Ἀρίμινον, Ῥαβέννης ἀφεστῶσαν μιλίοις τριάκοντα, συνδραμὼν κατὰ ταύτην Ἰόβιος, ἅτε ἐν ταῖς Ἠπείροις πρόξενος καὶ φίλος Ἀλλαρίχῳ γεγενημένος, τοὺς περὶ τῶν συνθηκῶν ἐποιήσατο λόγους. ἀπῄτει δὲ Ἀλλάριχος, χρυσίον μὲν ἔτους ἑκάστου δίδοσθαί τι ῥητὸν, καὶ σίτου τι χορηγεῖσθαι μέτρον· οἰκεῖν δὲ αὐτὸν ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ πᾶσι Βενετίας ἄμφω, καὶ Νωρικοὺς, καὶ *Δελματίαν. ταῦτα ἐναντίον Ἀλλαρίχου γράψας Ἰόβιος, ἐκπέμπει τῷ βασιλεῖ, δοὺς καὶ ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν γράμματα, παραινοῦντα καταστῆσαι δυνάμεως ἑκατέρας στρατηγὸν Ἀλλάριχον· ὥστε ταύτης αὐτὸν τυχόντα τῆς θεραπείας, χαλάσαι τι τῆς βαρύτητος τῶν συνθηκῶν, καὶ ἐπὶ φορητοῖς καὶ μετρίοις ποιήσασθαι τὰς σπονδάς. ταύτην δεξάμενος ὁ βασιλεὺς τὴν ἐπιστολὴν, καταγινώσκει μὲν τῆς Ἰοβίου προπετείας, γράμμασι δὲ ἐχρῆτο πρὸς αὐτὸν, δι' ὧν ἐδήλου, χρυσίου μὲν καὶ σίτου μέτρον αὐτὸν ὁρίσαι προσήκειν, οἷα τῆς αὐλῆς ὕπαρχον ὄντα, καὶ τὴν τῶν δημοσίων φόρων ἐπιστάμενον δύναμιν· ἀξίαν δὲ ἢ στρατηγίαν μήποτε Ἀλλαρίχῳ δώσειν, ἢ τισὶ τῶν τῷ γένει προσηκόντων. Ταύτην δεξάμενος ὁ Ἰόβιος τὴν ἐπιστολὴν, οὐ καθ' ἑαυτὸν ἀνελίξας ἀνέγνω ταύτην, ἀλλὰ εἰς ἐπήκοον Ἀλλαρίχου. καὶ τὰ μὲν ἄλλα μετρίως ἤνεγκεν· ὡς δὲ ἀπορρηθεῖσαν εἶδεν ἑαυτῷ τε καὶ τῷ γένει τὴν τῆς στρατηγίας ἀρχὴν, ἀναστὰς εἰς ὀργὴν αὐτόθεν, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλαύνειν τοὺς σὺν αὐτῷ βαρβάρους ἐκέλευσεν, ὡς αὐτίκα τὴν εἰς αὐτὸν καὶ τὸ γένος ἅπαν ἀμυνούμενος ὕβριν. Ἰόβιος δὲ, ἀπορηθεὶς ἐπὶ τῷ παραλόγῳ τῶν τοῦ βασιλέως γραμμάτων, εἰς τὴν Ῥάβενναν ἐπανῄει. βουλόμενος δὲ τὴν μέμψιν αὐτοῦ ἀπολῦσαι, κατέλαβεν ὅρκοις Ὀνώριον, ἦ μὴν εἰρήνην μήποτ' ἔσεσθαι πρὸς Ἀλλάριχον, ἀλλ' ἄχρι παντὸς πολεμήσειν. ὤμνυ δὲ καὶ αὐτὸς ὅρκον, τῆς βασιλείας ἁψάμενος κεφαλῆς, καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ τὰς ἀρχὰς εἶχον, ταὐτὸν ποιῆσαι παρασκευάζει.

Τούτων

Τούτων πραχθέντων, ὁ βασιλεὺς, ὡς δὴ πολεμήσων Ἀλλαρίχῳ, μυρίους εἰς συμμαχίαν Οὔννους ἐπεκαλεῖτο. τροφὴν δὲ τούτοις ἕτοιμον εἶναι παροῦσι βουλόμενος, σῖτον καὶ πρόβατα καὶ βόας τοὺς ἀπὸ τῆς Δαλματίας εἰσφέρειν ἐκέλευεν. ἔπεμπε δὲ τοὺς κατασκοπήσοντας ὅπως τὴν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁδὸν Ἀλλάριχος ποιεῖται· καὶ πανταχόθεν τὰς δυνάμεις συνήθροιζεν. Ἀλλάριχος δὲ, εἰς μεταμέλον ἐλθὼν ἐπὶ τῇ κατὰ τῆς Ῥώμης ὁρμῇ, τοὺς κατὰ πόλιν ἐπισκόπους ἐξέπεμπε, πρεσβευσομένους ἅμα, καὶ παραινοῦντας τῷ βασιλεῖ, μὴ περιιδεῖν τὴν ἀπὸ πλειόνων ἢ χιλίων ἐνιαυτῶν τοῦ πολλοῦ τῆς γῆς βασιλεύουσαν μέρους, ἐκδιδομένην βαρβάροις εἰς πόρθησιν, μηδὲ οἰκοδομημάτων μεγέθη τηλικαῦτα διαφθειρόμενα πολεμίῳ πυρί· θέσθαι δὲ τὴν εἰρήνην ἐπὶ μετρίαις σφόδρα συνθήκαις. οὔτε γὰρ ἀρχῆς ἀξίας δεῖσθαι τὸν βάρβαρον, οὔτε τὰς πρότερον ἐπαρχίας ἔτι πρὸς οἴκησιν βούλεσθαι, καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος λαβεῖν, ἀλλὰ μόνους ἄμφω Νωρικοὺς, ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς που τοῦ Ἴστρου κειμένους, συνεχεῖς τε ὑφισταμένους ἐφόδους, καὶ εὐτελῆ φόρον τῷ δημοσίῳ εἰσφέροντας· καὶ σῖτον ἐπὶ τούτοις ἔτους ἑκάστου τοσοῦτον, ὅσον ἀρκεῖν ὁ βασιλεὺς οἰηθείη. συγχωρεῖν δὲ καὶ τὸ χρυσίον, εἶναι τε φιλίαν καὶ ὁμαιχμίαν αὐτῷ καὶ Ῥωμαίοις, κατὰ παντὸς αἴροντος ὅπλα, καὶ πρὸς πόλεμον κατὰ τῆς βασιλείας ἐγειρομένου. Ταῦτα ἐπιεικῶς καὶ σωφρόνως Ἀλλαρίχου προτεινομένου, καὶ πάντων ὁμοῦ τὴν τοῦ ἀνδρὸς μετριότητα θαυμαζόντων, Ἰόβιος καὶ οἱ τῷ βασιλεῖ παραδυναστεύοντες, ἀνήνυτα ἔφασκον τὰ αἰτούμενα εἶναι, πάντων ὅσοι τὰς ἀρχὰς εἶχον, ὀμωμοκότων μὴ ποιεῖσθαι πρὸς Ἀλλάριχον εἰρήνην. εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὸν θεὸν τετυχήκει δεδομένος ὅρκος, τοῦτον ἂν ὡς εἰκὸς παριδεῖν, ἐνδιδόντας τῇ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἐπὶ τῇ ἀσεβείᾳ συγγνώμην· ἐπεὶ δὲ κατὰ τῆς τοῦ βασιλέως ὀμωμόκεσαν κεφαλῆς, οὐκ εἶναι θεμιτὸν αὖθις εἰς τὸν τοσοῦτον ὅρκον ἐξαμαρτεῖν. τοσοῦτον ἐφυλάττετο ὁ νοῦς τῶν τότε τὴν πολιτείαν οἰκονομούντων, θεοῦ προνοίας ἐστερημένων.

His actis, Imperator, qui Alaricho bellum facturus eſſet, decem milia Hunnorum in ſocietatem arceſſit: &, quod eis aduentantibus annonas paratas eſſe vellet, frumētum, & pecora, & boues e Dalmatia adduci iuſſit. Miſit & quoſdam exploraturos, quonam modo Romam Alarichus iter ſuum inſtitueret. Copias quoque ſuas ex omnibus locis euocat. Alarichus autem, quod eum ſuſceptæ aduerſus Romam expeditionis paenituiſſet; epiſcopos vrbium ablegat, qui ſimul & legatione fungerētur, & auctores Honorio eſſent, ne culpa ſua ſineret eam vrbem, quæ iam a pluribus, quā mille annis, magnæ parti orbis terrarū imperaſſet, barbaris vaſtandam dedi; nec tātas ædificiorum moles hoſtili flamma deleri: ſed potius moderatis admodum condicionibus pacem componeret. Nec enim opus eſſe ſibi dignitate poteſtatis, nec iam ſe poſtulatas prius prouincias, ad conſtituendas in eis ſedes, petere; ſed ambos tantum Noricos, ad extremas Iſtri partes ſitos, & qui continuis incurſionibus vexentur, tenueque fiſco tributum inferant. Præter hæc, annonæ tātum in annos ſingulos adiiceret, quantum ipſe princeps ſatis eſſe putaret. Quin & ab auri ſe poſtulato diſcedere; ac velle, vt amicitia ſit, bellique ſocietas, inter ſe ac Romanos, aduerſus quemuis, qui arma ſumeret, & ad gerēdum aduerſus rempublicam bellū ſe commoueret. Quum hæc Alarichus leniter ac modeſte proponeret, omneſque ſimul hominis moderationē admirarentur: Iouius, & alii, penes quos ſecundum principem poteſtas omnis erat, hæc poſtulata concedi propterea poſſe negabant, quod omnes magiſtratus iureiurādo ſe obſtrinxiſſent, cum Alaricho ſe pacem nullā facturos. Quippe ſi Deo præſtitum fuiſſet iuſiurandum, fortaſſe negligi poſſe, permittendo benignitati diuinæ facinoris impii condonationē: ſed quando per caput Imperatoris iuraſſent, non iam eis fas eſſe, contra tam graue iuſiurandum delinquere. Vſque adeo cauta mens illorum erat, qui Dei cura deſtituti, rempublicam id temporis adminiſtrabant.

ZOSIMI HISTORIARVM LIBER SEXTVS.

το· καὶ οὐ πάντα ὅσα εἰς τὸ συνέδριον εἰσέφερεν, αὐτὸς ἀνεγίνωσκεν, ἀλλὰ τῷ ταμίᾳ, ὥς γε πλήθει, ἀναλέγεσθαι ἐδίδου· ὅσα δ᾽ αὐτὸς ἀνεγίνωσκε, καθήμενος ὡς τοπολὺ ἐπελέγετο. καὶ μέν τοι καὶ δίφρῳ κατάστέγῳ πρῶτος Ῥωμαίων ἐχρήσατο. οὐ μέν τοι καὶ διὰ ταῦτα οὕτως, ὅσον ὑπό τε τῶν ἐξελευθέρων καὶ ὑπὸ τῶν γυναικῶν αἷς συνῆν, ἐκακύνετο. περιφανέστατα γὰρ ἐγυναικοκρατήθη, ἅτε ἐκ παίδων ἐν* ἀσφαλείᾳ καὶ ἐν φόβῳ τραφείς. καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ πλέον τῆς ἀληθείας εὐήθειαν προσεποιεῖτο· ὅπερ που καὶ αὐτὸς ὡμολόγησε. καὶ πολὺν μὲν χρόνον τῇ τιτθῇ καὶ τῇ μητρὶ συνδιαιτηθείς, καὶ συνουσίαις γυναικῶν πλέον συγγενόμενος, οὐδὲν ἐλευθεροπρεπὲς ἐκέκτητο. ἐπετίθεντο δὲ αὐτῷ ἔν τε τοῖς συμποσίοις, καὶ ἐν ταῖς συμμίξεσι. πάνυ γὰρ ἀπλήστως ἐν ἀμφοτέροις διέκειτο· καὶ ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ εὐάλωτος. πρὸς δὲ, καὶ δειλίαν εἶχεν *ἐφ᾽ οἷς πολλάκις ἐκπληττόμενος, οὐδὲν τῶν προσηκόντων ἐξελογίζετο. ἐκεῖνόν τε γὰρ ἐκφοβοῦντες ἐξεκαρποῦντο, καὶ τοῖς ἄλλοις δέος ἐνέβαλλον. ἐπεὶ δ᾽ οὖν, τοιοῦτος ὤν, οὐκ ὀλίγα τῶν δεόντων ἔπραττεν, ὁσάκις ἔξω τῶν εἰρημένων παθῶν ἐγίνετο. ¶ Κλαύδιος, ὁ βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων, νόμον προσέθηκε, μὴ δύνασθαι βουλευτὴν ὑπὲρ ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως ἐκδημεῖν, χωρὶς τῆς τοῦ βασιλέως κελεύσεως. ἐπεὶ δὲ καί τινες τοὺς δούλους ἀρρωστοῦντας οὐδεμιᾶς ἠξίουν θεραπείας, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκιῶν ἐδίωκον, ἐνομοθέτησε, πάντας τοὺς ἐκ τοῦ τοιούτου περιγενομένους, ἐλευθέρους εἶναι. ἀπηγόρευσε δὲ καὶ τὸ, καθήμενόν τινα ἐπὶ ἅρματος, διὰ τῆς πόλεως ἐλαύνειν. ἐπὶ αὐτοῦ στασιασάντων τῶν Ἰουδαίων κατὰ Χριστιανῶν, ἄρχοντα ἐπέστησεν αὐτοῖς Κλαύδιον Φήλικα, κελεύσας αὐτῷ τιμωρεῖσθαι τούτους. τῶν δὲ, εἰς τὰ ἱερὰ ἀθροιζομένων, φωνὴ ἠκούσθη ἐκ τῶν ἀδύτων, λέγουσα, Μεθιστάμεθα τῶν ἐντεῦθεν. καὶ τοῦτο γέγονε τρίτον ἔτος ἐξ οὗ πανωλεθρίᾳ διεφθάρησαν.

ΝΕΡΩΝ, ϛ.

Νέρων, ἔτι νέος ὤν, ἐσχόλαζε φιλοσόφοις, καὶ τὰ περὶ Χριστοῦ κατεμάνθανεν. ἔτι γὰρ ἐνόμιζεν αὐτὸν τοῖς ἀνθρώποις συναναστρέφεσθαι· καὶ μαθὼν ὅτι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐσταυρώθη, ἠγανάκτησε· καὶ προσέταξεν ἐλθεῖν τοὺς ἱερεῖς Ἄνναν καὶ Καϊάφαν, καὶ αὐτὸν Πιλᾶτον τὸν ἄρχοντα τό-

ſitabat: neque omnia quæ in ſenatum afferret, ipſe recitabat, ſed quæſtori dabat, vt is publice pronũtiaret. Quæ autem ipſe legebat, ſedens fere recẽſebat. Primus etiam Romanorum ſella tecta vſus eſt. Neque tamen tam propter vitia corporis, quam propter libertorum & mulierum conſuetudinem, * male habebat. Apertiſſime enim a mulieribus regebatur; vt a puero *ſeuere & in timore educatus. Propterea que maiorem vera ſimplicitatem præ ſe ferebat: id quod & ipſe fatebatur. Quia enim longo tempore cum * nutrice & matre vixerat, in cœtu mulierum verſatus, nihil ingenuum & liberale habebat. Inſidiabantur autem ei tum in cõuiuiis, tum in venereis congreſſibus. Vtriuſque enim rei erat inſatiabilis: eoque tempore facile poterat expugnari. Adhæc, etiam formidoloſus erat: ac metu attonitus, nullam officii rationem habebat. nam & illum perterrefaciendo, & aliis metum incutiẽdo, quæſtum faciebant. Quamuis autem talis eſſet, non pauca tamen recte fecit, cum his affectibus liber erat.

male audiebat.

¶ Claudius, Romanorum Imperator, legem tulit, ne ſenatori vltra ſeptimum ab vrbe lapidem iniuſſu Imperatoris abeſſe liceret. Et, cum quidam ſeruos ægrotantes prorſus negligerent, atque ædibus expellerent etiam, quicumque ex iis incolumes euaſiſſent, eos liberos eſſe iuſſit. Vetuit etiam, ne quis in curru ſedens, per vrbem inueheretur. Cum ſub eo Iudæi ſeditionem contra Chriſtianos mouiſſent, Claudium Felicem eis præfecit, eoſque punire iuſſit. Qui cum in templo conueniſſent, vox ex adytis audita eſt, dicens, MIGREMVS HINC. idque factum eſt * tertium ex quo internecione deleti ſunt.

* triennio antequam

NERO, VI.

NERO, cum adhuc iuuenis eſſet, philoſophis operã dabat, & de Chriſto quædam diſcebat. adhuc enim eum inter homines habitare putabat. ſed cum a Iudæis crucifixum eſſe intellexiſſet, indigne tulit; mandauitque vt venirent ſacerdotes Annas & Caiphas, & ipſe Pilatus, qui tunc præ-

fectus erat, ferro vincti. & cum in Senatu conſediſſet, quæ de illo acta eſſent audiebat. Annas igitur & Caiaphas, dicebant, ſe legibus [obtemperantes] illum tradidiſſe, nec læſæ maieſtatis eſſe reos: prætorem enim, poteſtate præditum, quæ voluiſſet, egiſſe. Nero igitur indignatus, Pilatum in carcerem coniecit: Annam vero & Caiaphã dimiſit. Tum Simon quoque magus florebat. & cum Petrus & Simon, præſente Nerone, inter ſe diſputarent; eductus eſt e carcere Pilatus. Hi tres cum adſtarent, Nero Simonē interrogat, *Num tu es Chriſtus?* Ille vero ſe eſſe ait. Deinde & Petrū, num ipſe eſſet Chriſtus? Ille negat. *Me enim*, inquit, *aſtante in cœlum ſublatus eſt.* Tum Pilatum rogat, vter horum eſſet is qui Chriſtus diceretur? is vero, *Neuter*, inquit. *nam Petrus quidem, diſcipulus eius fuit; &, apud me pro diſcipulo eius delatus, cum eum neſcire ſe diceret quis homo eſſet, dimiſſus; Simon vero iſte, nequaquam mihi notus eſt; neque vllam habet cum illo ſimilitudinem. Nam hic quidem & Ægyptius eſt, & corpulentus, & denſis capillis, & niger, omninoque ab illius forma alienus.* Iratus igitur Imperator, Simoni quidem, quod mentitus eſſet, ſeque Chriſtum eſſe dixiſſet: Petro autem, qui negaſſet magiſtrum: eos e concilio eiecit. Pilato vero caput amputauit; qui tantum hominem iniuſſu Imperatoris interficere non dubitaſſet. ¶ Nero Imperator Romanorum, principatu confirmato, ad impias actiones deuiauit; & rebus ab Imperio alienis operam dedit; cithara ludens, tragœdias recitans, & ſaltans in theatris: atque* pietatis etiam odium adiunxit; primus ſcilicet diuini ſermonis perſecutor. Poſthæc ſuſtulit & matrē & ſemetipſum. ¶ Alexāder Ægeus, philoſophus Peripateticus; præceptor fuit Neronis Cæſaris, vna cū Chæremone philoſopho. Hic Neronem vocabat lutum ſanguine maceratum. Malorum diſcipulorum, vt opinor, peiores fuerunt magiſtri. Virtus enim doceri, & vitium excoli poteſt.

τε γενόμενον, σιδήρῳ δεσμίους· καὶ καθίσας ἐπὶ τῆς συγκλήτου, τὰ περὶ αὐτοῦ πεπραγμένα κατεμάνθανεν. οἱ οὖν περὶ τὸν Ἄνναν καὶ Καϊάφαν, ἔλεγον ὅτι Ἡμεῖς τοῖς νόμοις αὐτὸν παραδεδώκαμεν, καὶ εἰς καθοσίωσιν οὐχ ἡμάρτομεν. ὁ γὰρ ἄρχων, ἐξουσίαν ἔχων, ὅσα ἠβουλήθη ἔπραξεν. ἀγανακτήσας οὖν ὁ Νέρων, Πιλάτον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐνέβαλε· τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἄνναν καὶ Καϊάφαν, ἀπέλυσεν. Ἤκμαζε δὲ τότε καὶ Σίμων ὁ μάγος. καὶ διαλεγομένων Πέτρου καὶ Σίμωνος παρουσίᾳ Νέρωνος, ἤχθη Πιλάτος ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου· καὶ παρισταμένων τῶν τριῶν τῷ Νέρωνι, ἐρωτᾷ τὸν Σίμωνα, Σὺ εἶ ὁ Χριστός; ὁ δὲ, λέγει Ναί. εἶτα ἐρωτᾷ τὸν Πέτρον, Σὺ εἶ ὁ Χριστός; λέγει Οὔ· ἐμοῦ γὰρ παρισταμένου, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελήφθη. ἠρώτησε δὲ τὸν Πιλάτον ποῖός ἐστιν ἐκ τούτων ὁ λεγόμενος Χριστός· καὶ εἶπεν, Οὐδὲ εἷς. ὁ μὲν γὰρ Πέτρος, μαθητὴς αὐτοῦ γέγονεν· καὶ εἰσηνέχθη παρ' ἐμοὶ ὡς μαθητὴς αὐτοῦ, καὶ ἠρνήσατο αὐτὸν, λέγων Οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἀπέλυσα αὐτόν. οὗτος δὲ ὁ Σίμων, οὐδαμῶς ἐγνωσταί μοι· οὐδεμίαν δὲ ἔχει ὁμοιότητα πρὸς ἐκεῖνον. ἔστι γὰρ οὗτος καὶ Αἰγύπτιος, καὶ ἐμπληθὴς, καὶ κατάκομος, καὶ μέλας, παντελῶς τῆς ἐκείνου μορφῆς ἀλλότριος. ἀγανακτήσας οὖν ὁ βασιλεὺς, κατὰ μὲν τοῦ Σίμωνος, ὡς ψευσαμένου καὶ εἰπόντος ἑαυτὸν Χριστόν· κατὰ δὲ τοῦ Πέτρου, ὡς ἀρνησαμένου τὸν διδάσκαλον, ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ συνεδρίου· τοῦ δὲ Πιλάτου τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμεν, ὡς τηλικοῦτον ἄνθρωπον ἀνελεῖν τολμήσαντος, δίχα βασιλικῆς προστάξεως. ¶ Νέρων, βασιλεὺς Ῥωμαίων. οὗτος, κρατυνθείσης αὐτῷ τῆς βασιλείας, εἰς ἀνοσίους πράξεις ἐξώκειλε· καὶ ἀλλότρια τῆς βασιλείας ἐπετήδευσε πράγματα, κιθαρίζων καὶ τραγῳδῶν καὶ ὀρχούμενος ἐπὶ τῶν θεάτρων· καὶ πρὸς πάσαις αὐτοῦ ταῖς ἀθεμιτουργίαις, καὶ τὸ τῆς θεομαχίας* μῖσος προσέθηκε, διώκτης πρῶτος γενόμενος τοῦ θείου λόγου. μετὰ δὲ ταῦτα ἀνεῖλε καὶ τὴν μητέρα, καὶ ἑαυτόν. ¶ Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος, φιλόσοφος περιπατητικός· διδάσκαλος Νέρωνος τοῦ βασιλέως, ἅμα Χαιρήμονι τῷ φιλοσόφῳ. οὗτος ἐκάλει τὸν Νέρωνα πηλὸν αἵματι πεφυρμένον. Κακῶν μαθητῶν, ὡς οἶμαι, κακίονες οἱ διδάσκαλοι. διδακτὴ γὰρ ἀρετὴ, καὶ κακία ἀσκητή.

OTHO, VIII.

OTHO, poſt Galbam imperauit; homo generis ignobilis & obſcuri, & ſuperiori tempore minime illu-

ΟΘΩΝ, ή.

Ὄθων, ὁ μετὰ Γάλβαν βασιλεύσας, γένους ἀσήμου καὶ ἀφανοῦς ὢν, καὶ τὸν ἔμπροσθεν βίον ἐξίτηλός τις, καὶ

τις, καὶ τῷ Νέρωνι κατὰ τὸ τῆς ἐκδιαιτήσεως ὁμοιότροπον, οἰκειότατος. ἔν γε μὴν τῇ βασιλείᾳ, τὸν συνήθη τοῦ βίου μετελθεῖν τρόπον οὐχ ἱκανὸς γέγονε, πολέμων αὐτῷ χαλεπῶν εὐθὺς ἐκραγέντων.

ſtris, Neroni ob ſimilẽ vitæ morumque intemperãtiam familiariſſimus. Verum in imperio conſueta vti vitæ ratione non potuit, cum difficilia in eum bella ſtatim erupiſſent.

ΒΙΤΕΛΛΙΟΣ, θ.

Βιτέλλιος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ * Γάλβαν διαδεξάμενος, πᾶν αἶσχος ἀναδεδεγμένος, ἔν τε τοῖς ἄλλοις τοῖς κατὰ τὸν βίον, καὶ οὐχ ἥκιστα τῷ * κατὰ γαστρὸς ἀκρατῶς τε καὶ ἀκορέστως ἔχειν. πολλάκις γὰρ οὐ μόνον τῆς ἡμέρας, ἀλλὰ καὶ τῆς νυκτὸς σίτου ἥπτετο, καὶ περὶ τὰς τῶν δείπνων παρασκευὰς τὸ πολὺ τῶν δημοσίων ἀπεφέρετο. δέκα γοῦν δὴ μυριάδας ἀργυρείου ἐπὶ δισχιλίαις καὶ πεντακοσίαις, ἐς τὰ δεῖπνα δεδαπανηκέναι ἱστόρηται, συνεχῶς μὲν καὶ ἀπλήστως ἐμφορούμενος, συνεχῶς δὲ ἅπαντα ἀπερευγόμενός τε καὶ ἐξεμῶν. ᾧ δὴ καὶ μόνῳ διεσώζετο· ἐπεὶ οἵ γε σύσσιτοι αὐτοῦ καὶ πάνυ κακῶς εἶχον. * Βέβιος γοῦν Κρίσπος, διὰ νόσον χρόνου τινὸς ἀπολειφθεὶς τοῦ συμποσίου, μάλα σωμύλως ἔφη, Εἰ μὴ ἐνενοσήκειν, ἀπολόμην ἄν. * ἐς τόδε γοῦν, καὶ τὸ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ δεῖπνον τοῦ Βιτελλίου, ἐπίσημον γεγονὸς, διαμνημονεύεται· καθ' ὅ φασι, δίχα τῆς λοιπῆς πολυτελείας, δισχιλίους μὲν ἰχθῦς, ἑπτακισχιλίους δὲ ὄρνις ἐπὶ τὴν θοίνην παρενεχθῆναι. Ἐπῄνει δὲ καὶ τὰ Νέρωνος· καὶ τὸν νεκρὸν τοῦ Νέρωνος, ἐς κοῖλόν τινα καὶ ἀφανῆ τάφον καταχείμενον, ἀπεσέμνυνε. Πρὸς δὲ τῶν στρατιωτῶν Οὐεσπασιανοῦ, μεταποιουμένου τῆς βασιλείας ἤδη, κατακτείνεται.

VITELLIVS, IX.

VITELLIVS, Romanorum Imperator, ſucceſſor * Galbæ, omnibus probris refertus, inexplebili præſertim gulæ incontinentia, & ventris ingluuie. Sæpe enim, nõ interdiu modo, ſed & noctu, cibum capiebat: & in apparandis cœnis magna pars vectigalium conſumebatur. Ferunt enim centena bina ſeſtertia & ſemis, in [ſingulas] cœnas inſumpſiſſe: cum quidem & * continenter atque inſatiabiliter impleretur, & continenter eructaret atque reuomeret omnia, qua vna re crapulã ferre potuit. Nam eius quidem conuictores, peſſime habebant. Bebius certe Criſpus, cum per aliquot dies ob morbum conuiuio abfuiſſet, argute dixit, ſe, niſi ægrotaſſet, periturum fuiſſe. Inſigne etiam Vitellii apud fratrem conuiuium celebratur, in quod præter ceteras impenſas, duo milia piſcium, & auium ſeptem milia fuerint illata. Laudabat acta Neronis, & cadauer eius, in obſcuro quodam ſpecu ſitum, exornabat. Interfectus eſt a Veſpaſiani militibus, imperium ſibi iam vindicantis.

ΒΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ, ι.

Βεσπασιανὸς, βασιλεὺς Ῥωμαίων. οὗτος ἦν ἤπιος καὶ πρᾶος· ὡς μηδὲ τὰς εἰς αὐτόν τε καὶ τὴν βασιλείαν γινομένας ἁμαρτίας πέρα τιμωρεῖσθαι φυγῆς. τάς τε γὰρ ἀπεχθείας καὶ τὰ προσκρούσματα, τῆς διανοίας ταχέως ἀπεσείετο· καὶ σκώμματα ῥητόρων, ὑφ' ὧν ἠφίετο, καὶ δήμων ἐς αὐτὸν ἀπορριπτόμενα, κούφως τε καὶ γαληνῶς ἔφερεν. ἔς τε τὰς ἐντεύξεις κοινὸς καὶ δημοτικὸς ὢν, ἀπεσκήνου μὲν ἐς τὰ πολλὰ τῶν βασιλείων. Οὗτος τοῖς ἀρίστοις τῶν πώποτε βασιλέων παραβάλλεσθαι ἄξιος ἦν· ὅς γε καὶ τὸν ἰδιώτην αὐτοῦ βίον, ἐπίδοξον πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις ἀπετέλεσε κατορθώμασι. Κλαυδίῳ γὰρ τῷ βασιλεῖ στρατηγῶν ἐπὶ Γερμανοὺς καὶ

VESPASIANVS, X.

VESPASIANVS, Imperator Romanorum, adeo mitis & clemẽs fuit, vt nec delicta aduerſus ſe & Imperii maieſtatem commiſſa, vltra exſilium mulctaret. Nam inimicitias & offenſas, ſtatim animo eiiciebat; & dicteria rhetorum ac populorum, quibus inceſſebatur, leuiter & modice ferebat. Acceſſu facilis & comis; ſæpe extra palatium diuerſabatur; dignus qui vel cum optimis Imperatoribus comparetur, vt qui & priuatam ſuam vitam multis ac magnis rebus feliciter geſtis illuſtrarit; (nam Claudii Cæſaris dux contra Germanos & Britan-

nos, tricies fortiter cum hoſtibus conflixit) & principatum adeptus, moderate ac ſobrie imperium adminiſtrauit. Viſus ille quidem fuit auarior; ſed non ita tamen, vt ſua cuiquam eriperet: & opes non ad luxum, ſed ad publicam vtilitatem contulit. Ante hunc ſane haud vllum inuenias Imperatorem vel largiorem, vel in diſtribuendis muneribus æqui & boni obſeruantiorem.

Titvs Vespasianvs, xi.

Titvs, Romanorum Imperator, filius Veſpaſiani, vir omni virtutis genere ornatus: vt vulgo *Orbis amor* & *deliciæ generis humani* diceretur. Nam eloquentiſſimus, rei militaris peritiſſimus, & modeſtiſſimus fuit. Vernacula Latinorum lingua ad communem rerum adminiſtrationem vtebatur: poëmata vero & tragœdias Græca voce cõficiebat. Cum Hieroſolyma cæpiſſet, Syria vniuerſa & Ægyptus & omnes Palæſtinæ finitimæ gentes, virum coronabant, victorem appellantes. At ille coronas repudiabat; non ſeſe dicens illa feciſſe, ſed Deo, iram ſuam declaranti, manus ſuas commodaſſe. Adeo moderatus, & modeſtia plenus fuit. Tito hoc Hieroſolyma obſidẽte, Romanus quidam, eques probatiſſimus, cum Iudæos per prærupta loca ruere cerneret, adoleſcentem quendam fugientem, robuſto corpore, & armatum, rapit, calce arreptum, equo currente inclinatus, & Iudæum equo inſidentem perſequens. Qui cum tantum dexteræ firmitatis & reliqui corporis oſtendiſſet, & equeſtris artis virtutem, tamquam pretioſum aliquod munus, ad Cæſarem pertulit captiuum. Titus vero, ſupra modum miratus robur eius, & vires inuictas, cum remuneratus, captiuum interfecit. ¶ Titus, Romanorum dux. Huic omnia ex ſententia ſucceſſerunt, fortuna etiam ſuffragata: ſed pleraque omnia ſuapte prouidentia tractauit. Valde enim ſollers, ſi quiſquam alius, fuit. Adeo enim ſollerter & prudenter non ſolum communia negotia, ſed priuatos etiam congreſſus regebat, vt nihil addi poſſet, quamuis in ipſo ætatis flore. plures enim triginta annis non habebat,

Βρεττανοὺς, λʹ μάχας καρτερὰς πρὸς τοὺς πολεμίους ἀντιπαρεστήσατο. εἰς δὲ τὴν ἡγεμονίαν παρελθὼν, μετρίως τε καὶ σωφρόνως τὴν ἀρχὴν διῴκησε· ἐπιθυμητικῶς μὲν δοκῶν ἔχειν χρημάτων, οὐ μὴν ὥστε παρὰ δίκην ἀφαιρεῖσθαί τινα τῶν οἰκείων· καὶ τὸν πλοῦτον οὐκ ἐς τὰς ἡδονὰς, ἀλλ' ἐς τὰς δημοσίας χρείας ἐποιεῖτο. οὔκουν εὕροι τις ἂν ἕτερον πρὸ τοῦδε βασιλέα οὔτε δαψιλέστερον, οὔτε πρὸς τὸ ἴσον τε καὶ δίκαιον ἐξητασμένον τῶν πρὸς τὰς δωρεὰς ἐλευθεριότητα.

ΤΙΤΟΣ ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ, ιαʹ.

Τῖτος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, υἱὸς Οὐεσπεσιανοῦ, ἀνὴρ πᾶσαν ἀρετὴν συνειληφὼς γένος· ὡς πρὸς ἁπάντων Ἔρως τε καὶ τρυφὴ τοῦ θνητοῦ προσαγορευθῆναι γένους. εὐγλωττότατός τε γὰρ, πολεμικώτατος, καὶ μετριώτατος ἦν. καὶ τῇ μὲν Λατίνων ἐπιχωρίᾳ γλώττῃ πρὸς τὰς τῶν κοινῶν ἐχρῆτο διοικήσεις· ποιήματα δὲ καὶ τραγῳδίας Ἑλλάδι φωνῇ διεποιεῖτο. ἐπεὶ δὲ ᾑρήκει τὰ Ἱεροσόλυμα ὁ Τῖτος, Συρία τε πᾶσα καὶ Αἴγυπτος, καὶ ὅσα τῇ Παλαιστίνῃ πρόσοικα γένη, ἐστεφάνουν τὸν ἄνδρα, νικητὴν ἀνακαλοῦντες. ὁ δὲ, διωθεῖτο τοὺς στεφάνους· οὐκ αὐτὸς λέγων εἰργάσθαι ταῦτα, θεῷ δὲ, φήναντι ὀργὴν, ἐπιδεδωκέναι τὰς ἑαυτοῦ χεῖρας. οὕτως ἦν μέτριος καὶ σωφροσύνης μεστός. Ἐπὶ δὲ Τίτου τούτου, τὴν Ἱερουσαλὴμ πολιορκοῦντος, Ῥωμαῖός τις, τῶν ἱππέων δοκιμώτατος, τοὺς Ἰουδαίους* ὠθουμένους κατὰ τῆς φάραγγος, θεασάμενος ἐκ πλαγίου παρελαύνων τὸν ἵππον, ἁρπάζει τινὰ νεανίαν φεύγοντα, στερεὸν κατὰ τὸ σῶμα καὶ ὡπλισμένον, ἐκ τοῦ σφυροῦ ἐπιδραξάμενος, ἑαυτὸν κλίνας τοῦ ἵππου τρέχοντος, καὶ τὸν Ἰουδαῖον ἔφιππον καταδιώκοντος· καὶ τοσοῦτον τῆς δεξιᾶς τόνον καὶ τοῦ λοιποῦ σώματος ἐπιδειξάμενος, καὶ τῆς ἱππικῆς τέχνης ἀρετὴν, ὥσπερ τι κειμήλιον ἧκε τῷ Καίσαρι κομίζων τὸν αἰχμάλωτον. ὁ δὲ Τῖτος, ὑπερθαυμάσας τῆς ἰσχύος τοῦτον καὶ δυνάμεως τὸ ἀήττητον, δώροις αὐτὸν ἀμείψας, τὸν ληφθέντα ἀπέκτεινε. ¶ Τῖτος, στρατηγὸς Ῥωμαίων. τούτῳ δὲ ἐγεγόνει πάντα κατὰ νοῦν, καὶ ταὐτομάτου συνεργήσαντος· τὸ δὲ πολὺ, διὰ τῆς αὐτοῦ προνοίας ἁπάντων κεχειρισμένων. πάνυ γὰρ ἀγχίνους, εἰ καί τις ἕτερος, ὢν ἐτύγχανεν. οὕτως γὰρ εὐστόχως ἐχείριζε καὶ νουνεχῶς, οὐ μόνον τὰς κοινὰς ἐπιβολὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς κατ' ἰδίαν ἐντεύξεις, ὥσθ' ὑπερβολὴν μὴ καταλιπεῖν· καί τοι γε νέος ἦν κομιδῇ. πλείω γὰρ τριάκοντα ἐτῶν οὐκ εἶχε· καὶ προ-

καὶ πρῶτον εἰς τὴν Ἑλλάδα διέβη μετὰ στρατοπέδων.

& † primum in Græciam cum legionibus tranſiit.

ΔΟΜΕΤΙΑΝΟΣ, ιβʹ.

Δομετιανὸς, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ἀδελφὸς Τίτου νεώτερος· Νέρωνι καὶ Καλιγόλᾳ καὶ Τιβερίῳ, τοῖς αἴσχιστα καὶ φαυλότατα προστᾶσι τῆς ἡγεμονίας, ἤπερ τῷ πατρὶ καὶ τἀδελφῷ προσεοικὼς τὸν τρόπον. μετρίοις γὰρ δὴ τῆς ἀρχῆς προοιμίοις χρησάμενος, εὐθὺς εἰς πλείονα τε καὶ ἄτοπα γνώμης ἐκπίπτει μειονεκτήματα· πλεονεξίαν τε νοσῶν ἄμετρον, καὶ ἀσέλγειαν· θυμοῦ τε ἀκρατὴς ὤν, καὶ ἀπαραίτητος ἐν ταῖς κολάσεσι· φιλαπεχθήμων τε καὶ φιλάργυρος, εἰ καί τις ἕτερος. ταχέως γοῦν πρὸς ἁπάντων μῖσος ἐφελκύσατο· ὥστε τό τε τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τοῦ πατρὸς ἀποσβέσαι κλέος. σφαγαῖς τε γὰρ τῶν ἐπισήμων τῆς βουλῆς, ἑκάστης ἡμέρας ἐμίαινε τὴν πόλιν. ταῖς τε ἴσαις τοῖς κρείττοσι μεταδιώκων τιμὰς, οὐχ ὑπέμενεν ἑτέρων αὐτοῦ γενέσθαι κατὰ τὸ Καπιτώλιον ἀνδριάντων στάσιν *ἐκ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου πεποιημένων. ἀπείχετο δὲ οὐδὲ τοῦ τῶν συγγενῶν φόνου· ἀλλ᾽ ἐπὶ πάντας τοὺς ἀφ᾽ αἵματος, τὴν ἀνοσίαν ἤγαγε δεξιάν· οὔτε θεοὺς ὁμογνίους, οὔτε δίκην αἰδούμενος, ἀλλ᾽ ὁμοῦ τά τε θεῖα περιφρονῶν καὶ τὰ ἀνθρώπινα. ¶ Δομετιανὸς, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ἀδελφὸς Τίτου. οὗ διάδοχος γενόμενος, οὐ τὴν πατρικὴν καὶ ἀδελφικὴν ἐζήλωσεν ἀρίστην πολιτείαν, ἀλλὰ τὴν Τιβερίου καὶ Νέρωνος ἀνοσιουργίαν ἐκ διαμέτρου. καὶ δὴ πᾶν εἶδος κακίας ἐπελθὼν, μιαιφονίας τε καὶ γυναικομανίας ἅμα καὶ ἀνδρομανίας ἀνάπλεως γενόμενος, ἑαυτὸν ὁ ἄθεος τελευταῖον ἀπεθέωσε. κἀντεῦθεν οὖν ἔχθιστον ἅπασι καὶ ἀπόβλητον διὰ τὸ φονικόν τε καὶ θηριῶδες τῆς μιαρᾶς γνώμης ἑαυτὸν ὁ τάλας ἀποφήνας, εἰκότως μάλα τὰ ἐπίχειρα τῆς οἰκείας δυσμενείας κομισάμενος, αἰσχίστῳ μόρῳ τὸν μιαρὸν καὶ βέβηλον καταστρέφει βίον. Οὗτος, συνὼν τῷ βασκάνῳ δαίμονι νεμεσήσας τῷ ἀδελφῷ, τοῦτον ἀναιρεῖ φαρμάκῳ, ἔρωτι τῆς ἀρχῆς. καὶ πονηρῶς τὰ πράγματα Ῥωμαίων διαθεὶς, οὐδὲν ὠμότητος οὐδὲ πλεονεξίας, οὐδὲ φονικῆς ἐνεργείας, ἢ ἑτέρου τινὸς παραλέλοιπεν εἶδος ἢ σπούδασμα, μετὰ καὶ τοῦ ἀκρατὴς εἶναι καὶ ἀκόλαστος τὰ περὶ τὸ σῶμα. Οὗτος καὶ Νέρβαν μετέστησεν, ὡς ἐπιβουλεύοντα τῇ βασιλείᾳ· καὶ Ἀπολλώνιον τὸν Τυανέα, ὡς φίλον Νέρβα, συλλαβὼν, ἀπέκειρε, καὶ δέσμιον εἰς δικαστήριον ἤγαγεν. καὶ ἐπεὶ ὁ

DOMITIANVS, XII.

DOMITIANVS, Romanorum Imperator, Titi frater natu minor; Neroni, Caligulę, & Tiberio, qui peſſime atque turpiſſime imperium adminiſtrarunt, quam patri aut fratri ſimilior. Nam cum principio non peſſime principatu fungeretur, ſtatim in magnam vecordiam incidit; & auaritia & libidine infamis; ſupra modum iracundus, & in ſuppliciis irrogandis inexorabilis; *præter ceteros odioſus & auarus. Quamprimũ certe quidem in omnium odium incurrit tantum, vt & patris & fratris gloriam exſtingueret. Nam & cædibus inſignium ſenatorum quotidie vrbem inquinabat; & diuinos affectans honores, non ferebat vt cuiuſquam in Capitolio ſtatuæ aureæ & argenteæ, præter ſuas, collocarentur. Ac ne ſuorum quidem cædibus abſtinuit; ſed omnibus conſanguineis nefariam iniecit manum; neque deos gentilicios neque vindictam veritus, ſed diuina pariter & humana contemnens. ¶ Domitianus, Romanorum Imperator, Titi frater. cui cum ſucceſſiſſet, nõ paternam nec fraternam reip. adminiſtrationem, licet optimã, æmulatus eſt; ſed Tiberii Neroniſque ſcelera nefaria velut ex diametro imitatus eſt. Itaque omne improbitatis genus conſectatus, cum ſe homicidiis, muliebriſq; pariter & virilis ſexus inſanis amoribus vsque ad ſatietatẽ contaminaſſet, ad extremum ſe impius ille Deum fecit. vnde, cum ſe ob ſceleſti animi cruenta & belluina conſilia, omnibus inuiſum atque exſecrabilem miſer reddidiſſet, conſentanea malignitatis ſuæ præmia cõſecutus, turpiſſimo fato ſceleſtã profanamq; vitam claudit. Hic, imperii cupiditate inflammatus, maligni dæmonis inſtinctu inuidẽs fratri, veneno eum tollit. Maleque remp. tractans, nullũ crudelitatis, auaritiæ, ſanguinolentiæ, aliuſve ſceleris genus exercere omiſit; ſed præterea incontinentia quoq; ac libidine corpus polluit. Neruam quoq;, vt imperio inſidiantem, pepulit: & Apolloniũ Tyaneum, vt Neruæ amicũ, comprehenſum totondit, & vinctum in iudiciũ adduxit. cum vero

philoſophus illi non cederet, ſed eius acta ridere pergeret, verecundia motus, eum dimiſit. qui quidem celebrem illum verſum dixiſſe fertur; Οὐ μέν με κτενέεις, ἐπεὶ οὔ τοι μόρσιμός εἰμι· *Me non occides; nec enim hoc tibi fata dederunt*: atque eueſtigio euanuiſſe. Hic & philoſophos & mathematicos Roma exegit. Sub hoc & Ioannes euangeliſta in Patmon relegatur; & Dauidici generis homines tolli iubentur: multique ſub eo Chriſtiani, martyres facti ſunt. Verum Nerua theologum Ioannem relegatione liberat. *Hic, cum ob crudelitatem & immanitatem in maximo eſſet odio, conſpiratione ſuorum interficitur; cum Stephanus, libertus eius, meridianti & exſilienti ictum non letalem intuliſſet.

NERVA, XIII.

NERVA, Imperator Romanorum, euangeliſtam Ioannem ab relegatione Patmica reuocatum, Epheſum reduxit. quo tempore etiam Manichæorum dogma prodiit, ipſo Manente aperte præeunte.

TRAIANVS, XIIII.

TRAIANVS, Romanorum Imperator; adeo bonus, & oſor improbitatis, & iuſtus, vt aliquãdo strictum enſem coram magnatibus ſuis, præfecto prætorii tradiderit, his verbis: *Cape hunc enſem: &, ſi bonus fuero, pro me: ſin malus, contra me eo vtitor.* Hic Chriſtianis aliquid induciarum conceſſit. nam qui illis temporibus a Romanis magiſtratus redimebant, ad demerendos Imperatores variis Chriſtianos ſuppliciis afficiebãt: adeo vt Tiberianus, qui primæ Palæſtinorum genti præerat, ad eum retulerit, ſe non parem eſſe Chriſtianis occidendis, qui vltro ſupplicia appeterent. Vnde *Traianus omnibus præfectis ſuis mandauit, ne ſuppliciis eos afficerent. ¶ Λαμπάδια, *faſcia, ligamina*] Traianus Imperator in bello ſauciatos curabat: & cum vincula vulnerum deeſſent, ne ſuæ quidem veſti pepercit, ſed eam *in faſcias diſſecuit totam. ¶ Καθῄρει, *detrahebat, conuellebat*] Traianus nec inuidebat cuiquã, neq; cuiquam magiſtratũ adimebat;

φιλόσοφος οὐκ ἐνεδίδου ἐπεγέλα δὲ τὰ γινόμενα παρ᾽ αὐτοῦ, αἰσχυνθεὶς ἀφῆκεν αὐτόν. τότε φασὶ καὶ τὸ πολυθρύλλητον ἔπος εἰπεῖν τὸν Ἀπολλώνιον· Οὐ μέν με κτενέεις, ἐπεὶ οὔ τοι μόρσιμός εἰμι· καὶ ἄφαντον γενέσθαι παραχρῆμα. Οὗτος καὶ τοὺς φιλοσόφους καὶ μαθηματικοὺς ἐφυγάδευσεν ἀπὸ Ῥώμης. Ἐπὶ τούτου καὶ Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, εἰς Πάτμον ἐξορίζεται. καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους Δαβὶδ, ἀναιρεῖσθαι προσέταξε· καὶ Χριστιανοὶ πολλοὶ ἐπ᾽ αὐτοῦ μαρτυροῦσι. Νέρβας δὲ ἀπολύει τῆς ἐξορίας τὸν θεολόγον Ἰωάννην. Οὗτος, διὰ τὸ φονικὸν καὶ τὸ θηριῶδες ἔχθιστος ὢν, πρὸς τῶν οἰκείων, συστάντων ἐπ᾽ αὐτῷ, καταχτείνεται. καὶ παρασκευασαμένους εἰσπέμψαι σὺν ξιφιδίῳ Στέφανον τὸν ἀπελεύθερον· καὶ τοῦτον προσπεσόντα Δομετιανῷ καθεύδοντι τὸ μεσημερινὸν, πατάξαι μὲν, οὐ μὴν καιρίαν, ἀναπηδήσαντος ἐκείνου.

ΝΕΡΒΑΣ, ιγʹ

Νέρβας, βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων. οὗτος καὶ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ἀπὸ τῆς ἐξορίας Πάτμου ἀνακαλέσας, ἤγαγεν ἐν Ἐφέσῳ. καθ᾽ ὃν καιρὸν καὶ τὸ τῶν Μανιχαίων ἀνέφαινη δόγμα, αὐτοῦ Μάνεντος φανερῶς ἐξηγουμένου.

ΤΡΑΙΑΝΟΣ, ιδʹ.

Τραϊανὸς. βασιλεὺς Ῥωμαίων. ὃς ἀγαθὸς καὶ μισοπόνηρος καὶ δίκαιος τοσοῦτον ὑπῆρχεν, ὥστε ποτὲ γυμνώσας ῥομφαίαν ἐνώπιον τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, ἐπιδῶκε τῷ ὑπάρχῳ, λέγων, Δέξαι τὸ ξίφος τοῦτο, καὶ εἰ μὲν καλὸς ὑπάρχω, ὑπὲρ ἐμοῦ· εἰ δὲ μὴ, κατ᾽ ἐμοῦ χρῆσαι. Οὗτος τοῖς Χριστιανοῖς ἀνακωχήν τινα τῆς τιμωρείας παρέσχεν. οἱ γὰρ κατὰ καιρὸν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων τὰς ἀρχὰς ὠνούμενοι, πρὸς θεραπείαν τῶν τότε βασιλέων, διαφόροις ἐπῆγον τοῖς Χριστιανοῖς κολάσεις. ὅθεν καὶ Τιβεριανὸς, ἡγεμονεύων τοῦ πρώτου Παλαιστινῶν ἔθνους, ἀνήγαγεν αὐτῷ, λέγων ὡς οὐκ ἐπαρκεῖ λοιπὸν τοὺς Χριστιανοὺς φονεύειν, ἐκείνων αὐτομάτως ἐπεισαγόντων ἑαυτοὺς τῇ κολάσει. ἐντεῦθεν ὁ Τραϊανὸς, πᾶσιν ἅμα τοῖς ὑπ᾽ αὐτὸν, ἀπηγόρευε τοῦ τιμωρεῖσθαι τούτους. ¶ Λαμπάδια, τὰ ἔμμοτα ἤγουν ἐπίδεσμα] Τραϊανὸς ὁ βασιλεὺς, τοὺς ἐν πολέμῳ τιτρωσκομένους ἐθεράπευεν. ἐπιλειπόντων δὲ σφᾶς τῶν ἐπιδέσμων, οὐδὲ τῆς ἑαυτοῦ ἐσθῆτος ἐφείσατο, ἀλλ᾽ εἰς τὰ λαμπάδια αὐτὴν κατέτεμε πᾶσαν. ¶ Καθῄρει, τοῦ ἀξιώματος κατέπαυε] ὁ δὲ Τραϊανὸς οὔτε ἐφθόνει, οὔτε καθῄρει τινὰ,

ἀλλὰ

ἀλλὰ πάνυ πάντας τοὺς ἀγαθοὺς ἐτίμα. διὰ τοῦτο οὔτε ἐφοβεῖτό τινα, οὔτε ἐμίσει.

ſed prorſus omnes bonos honorabat: eoque nec timebat quemquam, neque oderat.

ΑΔΡΙΑΝΟΣ, ιε΄.

Ἀδριανὸς, βασιλεὺς Ῥωμαίων. ἦν δὲ ὁ μὲν βουλευτοῦ παῖς, ἐστρατηγηκότος, Ἄφρου. οὕτω γὰρ ὠνομάζετο. φύσει δὲ φιλολόγος ἦν ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ· καί τινα πεζὰ καὶ ἐν ἔπεσι ποιήματα παντοδαπὰ κατέλιπε. φιλοτιμίᾳ τε γὰρ ἀπλήστως ἐχρῆτο, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τἆλλα πάντα καὶ τὰ βραχύτατα ἐπετήδευε. καὶ γὰρ ἔπλασσε καὶ ἔγραφε, καὶ οὐδὲν * ὁπουοῦν καὶ εἰρηνικὸν καὶ πολεμικὸν, καὶ βασιλικὸν καὶ ἰδιωτικὸν εἰδέναι ἔλεγε. καὶ τοῦτο μὲν, οὐδέν που τοὺς ἀνθρώπους ἔβλαπτεν. ὁ γὰρ δὴ φθόνος αὐτοῦ δεινότατος ἐς πάντας τοὺς τινὶ * προσέχοντας· ὢν πολλοὺς μὲν καθεῖλε, συχνοὺς δὲ ἀπώλεσε. βουλόμενος γὰρ πάντων ἐν πᾶσι περιεῖναι, ἐμίσει τοὺς ἔν τινι ὑπεραίροντας. κἀκ τούτου καὶ τὸν Γαλάτην Φαβωρῖνον, τόν τε Διονύσιον τὸν Μιλήσιον τοὺς σοφιστὰς, καταλύειν ἐπεχείρει, τοῖς τε ἄλλοις, καὶ μάλιστα τῷ τοὺς ἀνταγωνιστὰς σφῶν ἐξαίρειν, τοὺς μὲν, μηδενὸς, τοὺς δὲ, βραχυτάτου τινὸς ἀξίους ὄντας. Οὗτος ἐν ἐπιστολῇ ἔγραψε, τά τε ἄλλα μεγαλοφρονησάμενος, καὶ ἀπομόσας, μήτε τὸ τῶν δημοσίων συμφερόντων * ποιήσειν, μήτε βουλευτήν τινα ἀποσφάξειν· ἢ ἐξώλεσθαι ἑαυτὸν, ἂν καὶ ὁπωσοῦν αὐτῶν ἐκβῇ, προσεπαρασάμενος. ἀλλ' ὅμως διεβλήθη εἰς πολλά. Οὗτος ἦν ἡδὺς μὲν ἐντυχεῖν, καὶ ἐπήνθει τις αὐτῷ χάρις, τῇ τε Λατίνων καὶ Ἑλλήνων γλώττῃ ἄριστα * χρώμενος· οὐ μὴν ἐπὶ πραότητι τρόπων ἄγαν ἐθαυμάζετο· περί τε τῶν δημοσίων χρημάτων ἐσπουδακὼς ἀθροίζειν. Οὗτος φύσει τοιοῦτος ἦν, ὥστε μὴ μόνον τοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τετελευτηκόσι φθονεῖν. τὸν γοῦν Ὅμηρον καταλύων, Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτοῦ εἰσῆγεν, οὗ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο. ἠτιῶντο μὲν δὴ ταῦτά τε αὐτοῦ, καὶ τὸ πάνυ ἀκριβὲς, τό τε περίεργον καὶ πολυπράγμον. ἐθεράπευε δὲ αὐτὰ καὶ ἀνελάμβανε, τῇ τε ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ, καὶ προνοίᾳ, καὶ μεγαλοπρεπείᾳ καὶ δεξιότητι· καὶ τῷ μήτε τινὰ πόλεμον ταράξαι, καὶ τοὺς ὄντας παῦσαι· μήτε τινὰ χρήματα ἀδίκως ἀφελέσθαι, καὶ πολλοῖς

Adrianvs, xv.

Adrianvs, Romanorum Imperator; filius fuit viri ſenatorii & prętorii, nomine Afri. Natura fuit doctrinæ & vtriusque linguæ amans: ac ſcripta quædam ſoluta oratione, & * poëmata omni genere carminum reliquit. Nam ſupra modum æſtuabat ambitione: qua fiebat, vt omnia etiam minutiſſima ſuſciperet tractanda. Nam & pingebat, & fingebat: neq; quidquam erat vel paci vel bello aptum, vel regium vel priuatum, quod non ſcire ſe profiteretur. Et hoc quidem nihil incommodabat hominibus; ſed acerrima inuidia, qua perſequebatur omnes qui aliqua re excellebant, impulſus, multos artifices depreſſit, multos occidit. Nam cum ipſe vellet omnes in omnibus ſuperare, viros præſtantes oderat. Eo factum eſt vt & * Galatam Fauorinum, & Mileſium Dionyſium rhetores deprimere ſtuderet, cũ aliis rebus, tum vero aduerſariis eorum, hominibus partim nullius, partim minimi pretii, extollendis. Hic, quamquam in epiſtola quadam, præter alia magnifica verba, illud etiam iureiurando confirmat, Se neque publicam vtilitatem vſquam † neglecturum, neque vllum ſenatorem occiſurum; ſibique, ſi quidquam ſecus egiſſet, exitium imprecatur; tamē multa ei crimini data ſunt. Fuit ſane in cõgreſſibus ſuauis, & ſingulari quadam gratia præditus, & Græce Latineque diſertiſſimus: ſed tamen clementiæ non magnam laudem eſt adeptus: & coaceruandæ publicæ pecuniæ fuit ſtudioſus. Eo fuit ingenio, vt non viuentibus dumtaxat, ſed mortuis etiam inuideret. Homeri quidem certe gloriam extenuare, & Antimachum illius loco celebrare inſtituit: cuius etiam nomen prius multi ignorabant. Hæc igitur in eo reprehendebantur, & nimia ſollicitudo, & ſuperuacanea curioſitas. Sed hæc vitia corrigebat & penſabat cum cetera diligentia, tum prudentia, magnificentia, dexteritate. Nam neque bellum vllum concitauit, & exorta repreſſit; nec per iniuriam cuiquam opes eripuit: quin multis

tum rebuſpublicis, tum priuatis hominibus multa eſt largitus. Superſtitioſiſſimus fuit in vaticinationibus, cęteriſque ſpecioſis nugis obſeruandis. In deliciis habuit Antinoum quēdam; cuius nomine populoſam vrbem cōdidit. ac tandem ſtellā quandam & ipſe videre ſe dicebat, quæ Antinoi eſſet; & familiares ſuos ita fabulantes libenter audiebat, quod ex Antinoi anima vtique illa ſtella facta eſſet, ac tum primum conſpecta.* & quendam Soranum Batauum celebrauit. Is, cum in Pannoniis Danubium armatus tranaſſet, barbaris admirationi fuit. ¶ Βδέλυγμα ἐρημώσεως, *abominationem deſolationis; Adriani Imperatoris ſtatuam*] Adrianus enim vrbem Hieroſolymam funditus euertit. Nam poſt expugnationem Veſpaſiani & Titi, Iudæi conſpiratione inita; Rempublicam ſuam recuperare conati, mota ſeditione, ad ſummam vaſtitatem ſunt redacti. Imperator autem vrbis reliquias de ſuo nomine Æliam appellauit. ¶ † Adrianus vero, multis rebus reſtitutis, Lazis ſeu Colchis regem præfecit: ſed malo conſilio Perſis orantibus Meſopotamiam a Traiano partam concedit; Romanique imperii terminum Euphratem conſtituit.

Antoninvs Pivs, xvi.

Antoninvs Imperator, optimus fuit, & Numæ, imperii adminiſtratione maxime comparandus: ſicut Traianus Romulo viſus fuit ſimilis. nam & priuatam vitam Antoninus optime & honeſtiſſime exegit, & in imperio melior etiam & modeſtior eſſe viſus eſt. nemini aſper aut moleſtus, ſed aduerſus omnes bonus & lenis. In bellis gloriam æquitatis potius quam emolumenti ſpectabat; prouincialium ſalutem amplificationi præferens imperii: ſummum iuſtitiæ ſtudium habebat: reipublicæ negotiis bonos viros præficiebat; adminiſtrationem eorum honoribus apud ſeſe remunerans; improbos vero, ſine vlla aſperitate a republica remouebat. Itaq; non ſuis tantum, ſed & peregrinis admirationi fuit: vt quidā finitimorū barbarorum, armis poſitis, cōtrouerſias ſuas Imperatori diſceptandas permitterent.

πολλὰ καὶ δήμοις καὶ ἰδιώταις χαρίσασθαι. ἦν δὲ περιεργότατος· καὶ μαντείαις καὶ μαγγανείαις παντοδαπαῖς ἐχρῆτο. παιδικά τε αὐτῷ ἐγεγόνει Ἀντίνοός τις. ἔκτισε δὲ πόλιν καὶ συνῴκισεν, ἀπ᾽ αὐτοῦ τε ὠνόμασε. *καὶ τινα ὁρῶντα Ἀντίνοον λέγειν. Οὗτος ἐς Παννονίαν ἀφίκετο, καὶ τὸν Ἴστρον μετὰ τῶν ὅπλων διενήξατο· καὶ τοῦτο οἱ παρόντες βάρβαροι ἐξεπλάγησαν. ¶ Βδέλυγμα ἐρημώσεως, τὸν Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως ἀνδριάντα] ὁ γὰρ Ἀδριανὸς, καθεῖλε τὴν πόλιν ἄρδην. μετὰ γὰρ τὴν *Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου γενομένην ἐρήμωσιν, ἐπὶ Ἀδριανοῦ συστάντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἐσπούδαζον ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανελθεῖν πολιτείαν. στασιάσαντες οὖν, εἰς παντελῆ ἐρήμωσιν ἑαυτοὺς κατέστησαν. καὶ τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα ἐπέθηκε τοῖς λειψάνοις τῆς πόλεως, Αἰλίαν αὐτὴν προσαγορεύσας. Αἴλιος γὰρ Ἀδριανὸς ἐκαλεῖτο. ¶ † Ἀδριανὸς δὲ πολλὰ ἀνορθώσας, καὶ Λαζοῖς ἤτοι Κόλχοις βασιλέα ἐπέστησεν. οὐκ εὐβούλως δὲ τῆς Μεσοποταμίας παραχωρεῖ Πέρσαις δεηθεῖσιν αὐτοῦ, κτηθείσης ὑπὸ Τραϊανοῦ· καὶ τὸν Εὐφράτην ὅρον ποιεῖται τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς.

ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ Ὁ ΕΥΣΕΒΗΣ, ις΄.

Ὅτι Ἀντωνῖνος ὁ βασιλεὺς, ἄριστος ἦν, καὶ μάλιστα Νουμᾷ, κατὰ τὸ τῆς ἡγεμονίας ὁμοιότροπον, ἄξιος παραβάλλεσθαι, καθάπερ δὴ Ῥωμύλῳ Τραϊανὸς ὤφθη παραπλήσιος. τόν τε γὰρ ἰδιώτην ὁ Ἀντωνῖνος ἄριστα καὶ ἐντιμότατα διετέλεσε βίον· καὶ κατὰ τὴν ἡγεμονίαν ἀμείνων ἔδοξεν εἶναι καὶ σωφρονέστερος. οὐδενὶ τραχὺς, οὐδὲ φορτικός· ἀλλὰ πρὸς ἅπαντας χρηστός τε καὶ ἤπιος ἦν. ἐν γε μὴν τοῖς πολεμικοῖς ἀπὸ τοῦ δικαίου μᾶλλον, ἢ τοῦ κερδαλέου δόξαν θηρώμενος, φυλάττειν σώους,* εἴπερ εἰς μέγεθος ἐκφέρειν τοὺς τῆς ἀρχῆς ἐγίνωσκεν ἄνδρας· ὡς ἔνι μάλιστα πλείστην τοῦ δικαίου ποιούμενος ἐπιμέλειαν· ταῖς τῶν δημοσίων ἐφιστὰς διοικήσεσι, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς τὴν ἡγεμονίαν, ταῖς παρ᾽ αὐτοῦ τιμαῖς ἀμειβόμενος· τοὺς γε μὴν φαύλους δίχα τινὸς τραχύτητος τῶν κοινῶν ἀπελαύνων πραγμάτων. οὐκοῦν ὑπὸ τῶν οἰκείων μόνων, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ πρὸς τῶν ἀλλοφύλων ἐθαυμάζετο· ὡς τῶν προσοίκων τινὰς βαρβάρων, τὰ ὅπλα καταθεμένους, ἐπιτρέποντας τῷ βασιλεῖ τὰς δίκας, διαλύεσθαι ταῖς ἐκείνου ψήφοις.

αὐτὸς

αὐτὸς δὲ, παρὰ μὲν τὸν ἰδιώτην βίον πολύ τι πλῆθος χρημάτων κεκτημένος, ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν, τὴν μὲν ἑαυτοῦ περιουσίαν εἴς τε τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν φίλων ἀπανάλωσε δωρεάς, * τῶν δὲ δημοσίων θησαυρῶν πλῆθος παντοδαπῶν ἀπέλιπε χρημάτων. τήν τε τοῦ Εὐσεβοῦς ἐπίκλησιν, ἐκ τοῦ ἤθους πρῶτος ἀπηνέγκατο. ¶ * Μάρκος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ Εὐσεβὴς ἐπικληθείς. οὗτος εἶχε μὲν καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἁπάσας· καὶ ἄριστα δὲ ἁπάντων τῶν ἐν κράτει γενομένων τινί, ἦρξε· πλὴν καθόσον οὐ πολλὰ τῷ σώματι ἀνδρίζεσθαι ἐδύνατο· καὶ τοῦτο δὲ ἐξ ἀσθενεστάτου καρτερικώτατον ἀπέδειξε. πλεῖστον δὲ ἐν εὐεργεσίᾳ διῆγεν· ὅθεν που καὶ νεὼν αὐτῆς ἱδρύσατο, ὀνόματι τινὶ ἰδιωτάτῳ καὶ μήποτε ἀκουσθέντι προσκαλέσας αὐτήν. αὐτὸς μὲν γὰρ πάντων τῶν ἁμαρτημάτων ἀπείχετο, καὶ οὔτε ἑκὼν οὔτε ἄκων ἐπλημμέλει. τὰ δὲ δὴ τῶν ἀλλοτρίων ἁμαρτήματα, καὶ μάλιστα τῆς γυναικὸς, ἔφερε· καὶ οὔτε ἐπολυπραγμόνει, οὔτε ἐκόλαζεν. ἀλλ' εἰ μέν τις χρηστόν τι ἔπραττεν, ἐπῄνει, καὶ ἐχρῆτο ἐς ἐκεῖνο αὐτῷ· τῶν δὲ ἑτέρων, οὐ προσεποιεῖτο· λέγων ὅτι ποιῆσαι μέν τινι ἀνθρώπους ὁποίους βούλεται ἔχειν, ἀδύνατόν ἐστι· τοῖς δὲ δὴ οὖσι, προσήκει, ἐς ὅ τι ἄν τις αὐτῶν τῷ κοινῷ χρήσιμος ᾖ, χρῆσθαι. ἔτη * γὰρ πεντήκοντα καὶ μῆνας δέκα, ἡμέρας τε η' ζήσας· καὶ ιθ' ἔτη, ἡμέρας ια' αὐταρχήσας, ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο, καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλοιώθη. ἀγαθὸς δὲ ὤν, καὶ οὐδὲν προσποίητον εἶχε. πάμπολλα γὰρ καὶ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη, * ἐν ῥητορικῆς λόγοις καὶ φιλοσοφίας ἀσκηθείς. ἀφ' οὗ δὴ παμπληθεῖς φιλοσοφεῖν ἐπλάττοντο, ἵνα ὑπ' αὐτοῦ πλουτίζωνται. πλεῖστον δὲ ὅμως ὑπὸ τῆς φύσεως ἐξήρθη. λέγει καὶ ἄλλους ἐπαίνους μυρίους εἰς αὐτὸν ὁ Δίων.

Cum autem in vita priuata pecuniam ingentem habuiſſet, ſuſcepto principatu, ſuas opes omnes in militum & amicorũ munera inſumpſit: in ærario autem publico copias omnis generis pecuniæ reliquit: & *Pii* cognomentum ex moribus primus eſt conſecutus. ¶ Marcus, Romanorum Imperator, cognomento *Pius*, cum aliis omnibus virtutibus prędirus fuit, tum poteſtate omnium optime vſus eſt: eo excepto, quod corpore parum robuſto fuit: quod ipſum tamen ex infirmiſſimo tolerantiſſimum reddidit. Beneficentiæ ſtudioſiſſimus fuit, eique fanum condidit, nomine conuenientiſſimo, & inaudito prius, indito. Nam ipſe quidem peccata omnia cauebat; qui neque volens, neque imprudens delinqueret. Alienorum vero peccata, vxoris ſuæ in primis, ferebat; neque curioſe inquirendo, neque puniendo: ſed ſi quis boni quidpiam agebat, laudabat, & ad id illo vtebatur; ceteros negligebat. Dicebat enim; *Effici homines tales quales habere velis, nullo modo poſſe: iis vero qui ſint,* * *ad Reipublicæ vtilitatem eſſe vtendum.* Vixit annos L, menſes X, dies XX: annos XIX, dies XI potitus eſt imperio: ſemper ſui ſimilis in omnibus, nec in vlla re mutatus. Bonus fuit, nec quidquam habuit ſimulatum. Ab eruditione quoque multum habuit adiumenti; & in eloquentia, & in philoſophia exercitatus. vnde factum vt plurimi ſe philoſophari fingerent, quo ab eo ditarentur. plurimum tamen ab ipſa natura eſt euectus. Infinitas etiã alias laudes in eum confert Dion.

ΜΑΡΚΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ Ὁ ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ, ιζ'.

Μάρκος, ὁ καὶ Ἀντωνῖνος, βασιλεὺς Ῥωμαίων· ὁ ἐπαινετὸς κατὰ πάντα φιλόσοφος· ἀκροατὴς μὲν καὶ ἄλλων γενόμενος, ὕστερον δὲ διήκουσε καὶ Σέξτου ἐκ Βοιωτίας φιλοσόφου, ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης, θαμίζων αὐτῷ καὶ φοιτῶν ἐπὶ θύραις. πρὸς ὃν καὶ Λύκιός τις, γνώριμος ῥήτωρ Ἡρώδου τοῦ Ἀθηναίου ῥήτορος, ἤρετο προσιόντα, ποῖ βαδίζει, καὶ ἐφ' ὅ τι· καὶ ὁ Μάρκος, Καλὸν, ἔφη, καὶ γηράσκοντι τὸ μανθάνειν. εἶμι δὴ πρὸς Σέξτον τὸν φιλόσοφον, μαθησόμενος ἃ οὔπω οἶδα. καὶ ὁ Λύκιος, ἐξάρας τὴν χεῖρα ἐς τὸν

M. ANTONINVS PHILOSOPHVS, XVII.

Marcus, qui & Antoninus, laudatus ille per omnia Philoſophus, cũ alios audiuit, tũ Romæ Sexti Bœotii philoſophi fores ipſe frequentauit. Cum autẽ eum Lycius quidam, orator, Herodis Athenienſis rhetoris diſcipulus, prodeuntẽ rogaret, quo iret, quaq; de cauſa: Marcus, *Etiam ſeni,* inquit, *diſcere honeſtum eſt. Eo igitur ad Sextum philoſophum, cogniturus quæ nõdum ſcio.* Ibi Lycius; manu ad cælum

ſublata, *O ſol,* inquit: *Romanorum Imperator, ingraueſcente ætate libellum tractans, magiſtrum adit: meus autem rex Alexander, annos* XXXII *natus obiit.* Hic ſcripſit de vita ſua libros XII.

¶ Marcus, Romanorum Imperator, is fuit quem facilius tacitus admireris, quam laudes; cũ nulla oratio viri huius æquare virtutes poſſit. Nam cũ a prima ætate cõſtantem & quietam vitam ſibi delegiſſet, ſemper eodem vultu conſpectus fuit, nec lætitia, neq; metu mutato. Philoſophos Stoicos probauit, nõ vitæ modo inſtituto, ſed & ſtudio diſciplinarum. Sic ille quidem adoleſcens etiamnum, reſplenduit, vt Hadrianus ſæpe de imperii hereditate in illũ conferenda cogitaret. Sed quia Pium iam ante legibus adoptarat, ei quidẽ ſucceſſionem cõſeruauit: hunc autẽ affinitate Pio coniungere voluit; vt ſucceſſione generis, principatu potiretur. Vitã priuatã ſic egit, vt ſe nihil efferret ſupra ceteros; nõ mutatus adoptione: & imperium ſumma cũ poteſtate adeptus, ad nullam vnquã inſolentiam deflexit: ſed fuit ingenuus, & largus in dandis beneficiis; & bonus atq; moderatus in regendis populis.

¶ Ἐφιέναι] Hiſtrione tragœdiæ prouocante, quod a Polemone initio fabulę ſcena exactus eſſet, rogauit Antoninus Imperator, quo tẽpore id accidiſſet. reſpondente illo, *Sub meridiem*: perfacete Imperator, *At me,* inquit, *media nocte domo eiecit; nec tamẽ prouocaui.* Sit hæc ſignificatio Imperatoris manſueti, & magnanimi.

¶ Iulianus cognomento Theurgus, Iuliani Chaldæi filius, ſub M. Antonino Imp. floruit. ſcripſit verſibus oracula Theurgica, initiatoria, & alia huius diſciplinæ arcana. Hunc tradunt quidam, Romanis aliquando ſiti laborantibus, effeciſſe vt ſubito cogerentur nubes caliginoſæ, & imbrem ingentẽ effunderent, cum tonitribus & fulguribus crebris: idq; ſapientia quadam effeciſſe Iulianum. Alii Arnuphim Ægyptium hoc miraculum edidiſſe tradunt.

L. VERVS.

Βῆρος] Verus, Imperator Romanorum, minime induſtrius, ſed ebrietatis morbo diſſolutus fere: vnde incõſulta ſemper temeritate vtebatur.

οὐρανόν, Ὦ ἥλιε, ἔφη ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς, γηράσκων ἤδη, δέλτου ἐφαψάμενος, ἐς διδασκάλου φοιτᾷ. ὁ δὲ ἐμὸς βασιλεὺς Ἀλέξανδρος, δύο καὶ λ΄ ἐτῶν ἀπέθανεν. Οὗτος ἔγραψε τοῦ ἰδίου βίου διαγωγὴν ἐν βιβλίοις ιβ΄.

¶ *Μάρκος, βασιλεὺς Ῥωμαίων ὃν ἐκπλήττεσθαι σιωπῇ μᾶλλον, ἢ ἐπαινεῖν ῥᾴδιον, οὐδενὸς λόγου ταῖς τοῦ ἀνδρὸς ἀρεταῖς ἐξισουμένου. ἐκ πρώτης γὰρ ἤδη τῆς ἡλικίας, εὐσταθῆ τε καὶ ἡσύχιον βίον ὑποστησάμενος, οὔτε κατὰ δέος, οὔτε καθ᾽ ἡδονὴν τραπεὶς τὸ πρόσωπον ὤφθη πώποτε. *ἐπαινεῖ δὲ τῶν φιλοσόφων τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς· καὶ ἦν ἄρα ἐκείνων μιμητὴς, οὐ μόνον κατὰ τὰ τῶν διαιτημάτων ἐπιτηδεύσεσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν τῶν μαθημάτων σύλληψιν. οὕτω γοῦν ἐκ νέας κομιδῆ τῆς ἡλικίας διέλαμπεν, ὡς πολλάκις τὸν Ἀδριανὸν ἐπὶ τοῦτον ἐθελῆσαι τὸν τῆς βασιλείας ἀναγαγεῖν κλῆρον· ἐπεὶ δὲ ἔφθασε τὸν Εὐσεβῆ πρότερον κατὰ νόμον ποιησάμενος, ἐκείνῳ μὲν τὴν αὐτοῦ διαδοχὴν ἐφύλαξε· τοῦτον δὲ συνοικεῖν ἔγνω διὰ τῆς ἐπιγαμίας τῷ Εὐσεβεῖ, ὡς ἂν κατὰ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν, εἰς τὴν ἡγεμονίαν παρέλθοι. τόν τε γοῦν ἰδιώτην βίον ἐν ἰσηγορίᾳ τοῖς πολλοῖς Ῥωμαίοις ἐβίω, οὐδὲν τῇ εἰσποιήσει τοῦ γένους ἀλλοιωθείς. καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν, κατὰ μοναρχίαν ἐξηγούμενος, καὶ τὴν ἄκραν δυναστείαν καρπούμενος, πρὸς οὐδεμίαν ἀλαζονείαν ὑπήχθη πώποτε· ἀλλ᾽ ἦν ἐλευθέριος καὶ δαψιλὴς ἐν τοῖς εὐεργετήμασιν· ἀγαθὸς δὲ καὶ μέτριος ἐν ταῖς τῶν ἐθνῶν διοικήσεσι.

¶ Ἐφιέναι] ὑποκριτοῦ τραγῳδίας ἐφιέναι φήσαντος· ἐξελαθῆναι γὰρ παρὰ Πολέμωνος κατ᾽ ἀρχὰς τοῦ δράματος· ὁ δὲ Ἀντωνῖνος ἤρετο πηνίκα εἴη ὅτε τῆς σκηνῆς ἠλάθη. τοῦ δὲ εἰπόντος ὡς μεσημβρία τυγχάνοι οὖσα, μάλα ἀστείως ὁ αὐτοκράτωρ, Ἐμὲ δὲ, εἶπεν, ἀμφὶ μέσας νύκτας ἐξήλασε τῆς οἰκίας, καὶ οὐκ ἐφῆκα. ἐχέτω ταῦτα δήλωσιν βασιλέως πρᾴου καὶ ἀνδρὸς ὑπερφέροντος.

¶ Ἰουλιανὸς ὁ κληθεὶς θεουργὸς, Ἰουλιανοῦ τοῦ Χαλδαίου υἱὸς, γεγονὼς ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου τοῦ βασιλέως· ἔγραψε θεουργικὰ τελεστικὰ λόγια δι᾽ ἐπῶν, καὶ ἄλλα ὅσα τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης κρύφια τυγχάνουσι. τοῦτον φασί τινες δίψῃ ποτὲ καμνόντων τῶν Ῥωμαίων, ἐξαίφνης ποιῆσαι νέφη τε ἀγχιθεῦσαι ζοφώδη, καὶ ὄμβρον ἀφεῖναι λάβρον, ἅμα βρονταῖς τε καὶ σέλασιν ἐπαλλήλοις· καὶ τοῦτο σοφίᾳ τινὶ ἐργάσασθαι τὸν Ἰουλιανόν. οἱ δὲ φασὶν Ἄρνουφιν τὸν Αἰγύπτιον φιλόσοφον τοῦτο πεποιηκέναι τὸ θαυμάσιον.

ΛΟΥΚΙΟΣ ΒΗΡΟΣ.

Βῆρος, στρατηγὸς Ῥωμαίων. ἐστὶ δὲ οὐκ ἦν καλεσπουδασμένος, ἀλλὰ μέθης νόσῳ ἀνειμένος ἐν τῷ ἐπὶ πλεῖστον· καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ θράσει ἀπερισκέπτῳ ἐς ἀεὶ εἴχετο.

ΚΟΜΟΔΟΣ, ιη΄.

Κόμοδδος, βασιλεὺς Ῥωμαίων. ὃς ὑπό τινος τύχης ἐλαυνόμενος, ἐς τοσοῦτον μανίας καὶ παροινίας προεχώρησεν, ὡς τὴν ἰδίαν προσηγορίαν παραιτήσασθαι, Ἡρακλέα δὲ καὶ Διὸς υἱὸν ὀνομάζεσθαι. τούς τε μῆνας ἀφ᾽ ἑαυτοῦ φέρειν τὰς προσηγορίας προσέταξεν, οὕτως· Ἀμαζόνιος, Κόμοδδος, Αὔγουστος, Ἡράκλειος, Ῥωμαῖος, Ὑπεραίρων, Ἀνίκητος, Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, Λούκιος, Αἴλιος, Αὐρήλιος. ἀποδυσάμενός τε τὸ Ῥωμαίων σχῆμα, λεοντῆν ὑπεστρώννυτο, καὶ ῥόπαλον ἐπεφέρετο. οὕτω τε θηρίοις καὶ ἀνθρώποις δημοσίᾳ ἐμονομάχει, εὐστόχως κατὰ τὸ ἀληθὲς ἀκοντίζων, καὶ παρὰ πάντων θαυμαζόμενος. ἐπειδὴ δὲ εἰς πολλὴν μιαιφονίαν ἐξάπη, πάντας ἀφειδῶς τοὺς ἀθλίους καὶ λελωβημένους ἄνδρας ἐς τὸ θέατρον συναγαγὼν, δρακοντοειδῆ τέ τινα περιθεὶς ἐκ γονάτων φάσματα, ὡς γίγαντας τῷ ῥοπάλῳ κατειργάσατο. καθεύδων δὲ ἐν τοῖς μονομαχείοις, ἐκεῖθεν ἐς τὰς πανηγύρεις πρὸς τῆς συγκλήτου βουλῆς ὑπαντώμενος, ἐκ πάντων μὲν κακῶς διεβάλλετο. ὥστε καὶ τὴν Μαρκίαν, ἣν εἶχε παλλακῶν τιμιωτάτην, καταγνῶναι αὐτοῦ, καὶ ἀπαγορεῦσαι τὰ πραττόμενα. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι ἱκέτευον αὐτὸν, μηδὲν ἀνάξιον τῆς βασιλείας ποιεῖν.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ, κ΄.

Ἰουλιανὸς, ὁ ὕπατος, ὠνησάμενος τὴν βασιλείαν, ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἀρχὴν, εὐθέως τρυφαῖς καὶ κραιπάλαις ἐσχόλαζε· τῇ μὲν τῶν δημοσίων ἐπιμελείᾳ ῥαθύμως προσφερόμενος, ἐς δὲ τὸ ἀβροδίαιτον ἐπιδιδοὺς ἑαυτόν· εὑρίσκετο δὲ καὶ τοὺς στρατιώτας †ἐψευσάμενος. οὔτε γὰρ οἴκοθεν ἦν αὐτῷ τοσαῦτα χρήματα, καὶ οἱ δημόσιοι θησαυροὶ ἐκεκένωντο ὑπὸ Κομμόδου. ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας οἵ τε στρατιῶται ἠγανάκτουν, καὶ ὁ δῆμος ἐν τῷ θεάτρῳ ἐν καταφρονήσει αὐτὸν ἐποίουν.

ΣΕΒΗΡΟΣ, κα΄.

Σεβῆρος] Ὅτι Σεβῆρος, ὁ τῶν Ῥωμαίων βασιλεὺς, ἔπεμψε τοὺς πολιορκήσοντας τὸ Βυζάντιον. ἦσαν γὰρ ἔτι ἐκεῖ οἱ στρατηγοὶ τοῦ Νίγρου καταφυγόντες· ὅπερ ἑάλω ὕστερον λιμῷ· πᾶσά τε ἡ πόλις κατεσκάφη· καὶ θεάτρων τε καὶ λουτρῶν, παντός τε κόσμου καὶ τιμῆς ἀφαιρεθὲν τὸ Βυζάντιον, κώμη δουλεύειν Περινθίοις δῶρον ἐδόθη, ὥσπερ καὶ Ἀντιόχεια Λαοδικεῦσιν. Ὅτι ἀπείρητο τοῖς στρατιώταις γυναιξὶ μίγνυσθαι· Σεβῆρος δὲ τοῦτο ἐπέτρεψε· καὶ χρυσοῖς

COMMODVS, XVIII.

COMMODVS, Imperator Romanorum, neſcio quibus actus intemperiis ita inſaniit, & debacchatus eſt, vt ſuũ nomen repudiaret, & *Herculem* ſe ac *Iouis filium* dici; & *menſes ſuis appellari nominibus vellet; hoc modo: *Amazonius, Commodus, Auguſtus, Herculeus, Romanus, Exſuperantius, Inuictus, Pius, Felix, Lucius, AElius, Aurelius*: abiectoque Romanorum habitu, leonina pelle ſe inuolueret, & clauam geſtaret: itáque & cum beſtiis & cum hominibus duello publice congrederetur; reuera ita ſagaciter iaculans, vt omnibus admirationi eſſet. Cum autem ad neſandas cædes animum appuliſſet, omnes ſine clementia miſeros & mutilatos viros, in theatrum coactos, ſerpentinis quibuſdam †ſpectris ad genua alligatis, tamquam gigantes, claua confecit. Cum vero in gladiatorum tabernis pernoctaſſet, atque inde ad ſpectacula procederet, obuiam eunte ſenatu, ab omnibus male audiebat; adeo vt Marcia etiã, quam inter concubinas maximi faciebat, eum reprehenderet, & ab illis factis dehortaretur. Multi alii quoq; ſupplices rogabant, ne quid imperio admitteret indignum.

† laruis aut textis

IVLIANVS, XX.

IVLIANVS Conſul, empto imperio, ſtatim ſuſcepto principatu, luxui & crapulę vacabat: Reipublicę vero curationẽ ſegniter attingebat, voluptatibus deditus. Conſtabat & milites ab eo eſſe deceptos. neque enim de ſuo tantum nummorum habebat; & publici theſauri a Commodo erant exhauſti. Qua de cauſa milites indignabantur, & populus in theatro eum contemnebat.

SEVERVS, XXI.

SEVERVS, Romanorũ Imperator, legiones miſit quæ Byzantium obſiderent: eo enim Nigri duces confugerant. Capta vrbs eſt fame, & tota euerſa: & theatris ac balneis omnique ornatu & honore priuata, in pagum redacta, qui ſeruiret, Perinthiis dono data; ſicut & Antiochia Laodicenſibus. Cum interdictum militibus eſſet, ne rẽ haberent cum mulieribus: Seuerus hoc conceſſit: eosque aureis

anulis donauit. Cum Seuerum Byzantini cũ oleaginis ramis fauſtis acclamationibus exciperent, ſalutemque peterent, ſeque excuſarent, cædibus quidem abſtinuit, ſed denuo Perinthiis eos ſubiecit; & porticus eis theatri & cynegiorum (id eſt venationum) præbuit, & Circum equeſtrem condidit, tabulatis & repagulis ornatũ, emptis ædibus & hortis quorundam pupillorum fratrum: reſectiſque arboribus quæ circo imminebant † ea figura quæ nunc cernitur, exornauit, adiunctis etiã balneis
eum æde † in æde Iouis quæ *Zeuxippus* dicebatur. Renouauit & Strategium. Atque hæc omnia Seuerus auſpicatus eſt; filius eius Antoninus perfecit. Seuerus, Alexandriã ingreſſus, inſcriptionem reperit in * prima; DOMINI NIGRI EST VRBS. Quod cum ægre tuliſſet, *obuiam illi proceſſit Alexandrinus populus, vociferans; *Nouimus dixiſſe nos*, DOMINI NIGRI ESSE VRBEM. *Tu enim es Nigri Dominus.* Expedita igitur defenſione probata, illis ignouit. ¶ Seuerus,
Imp.Rom. † ſophiſta Romanus, in Arabiam e Syria & in Palæſtinam venit; & in Ægyptum ſuperiorem nauigio per Nilum aſcendit; eamque totam, paucis exceptis, perluſtrauit: (nã Æthiopiæ confinia propter peſtilentiam ingredi non potuit) omniaq; etiam occultiſſima indagauit. Is enim erat, qui neque diuinarum neq; humanarum rerum quidquam imperueſtigatum relinqueret: eoque libros arcanos omnes, quos quidem reperire potuit, ex omnibus adytis ſuſtulit, & Alexandri monimẽto incluſit; quo nec corpus eius quiſquam cerneret amplius, neq; libris inſcripta legeret. Hic natione Afer erat; in rebus gerẽdis ſtrenuus ſimul & iracundus; & duræ atq; aſperæ vitæ adſuetus, facillime labores tolerabat; & ſtatim quid facto eſſet opus perſpiciebat; & quod decreuiſſet, ſine mora exſequebatur. Palatium ingreſſus, Albini amicos apud ſenatum accuſauit: eorumq; litteras, quibus conuincerentur, protulit; & aliis alia crimina obiiciẽdo, omnes ſenatus principes & ſingularũ prouinciarũ nobiliſſimos ac ditiſſimos quoſque interfecit. Auri etiam auidiſſimus fuit; vt fortitudinẽ vinceret auaritia.

δακτυλίοις αὐτοὺς ἐφιλοτιμήσατο. Ὅτι Σεβῆρος ἧκεν εἰς τὸ Βυζάντιον. ὡς δὲ εἶδε τοὺς πολίτας μετὰ ἐλαιοκλάδων εὐφημοῦντας, καὶ δεομένους σωτηρίας, καὶ ἀπολογίας προσφέροντας, ἐφείσατο μὲν τοῦ φονεύειν, Περινθίοις δὲ αὐτοὺς ὑπέταξε· καὶ παρέσχεν αὐτοῖς θεάτρου καὶ κυνηγίων στοάς, καὶ ἱπποδρόμιον ᾠκοδόμησεν, ἰκρίοις καὶ ἐμβόλοις διακοσμήσας· ἀγοράσας οἰκήματα καὶ κήπους ἀπό τινων ἀδελφῶν ὀρφανῶν, καὶ τὰ παρακείμενα τῷ ἱπποδρομίῳ διακόψας δένδρα, εἰς τὸ νῦν ὁρώμενον διεκόσμησε σχῆμα, συζεύξας αὐτῷ καὶ λουτρὸν * ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διός, ὅπερ ἐκαλεῖτο Ζεύξιππον. ἀνενέωσε δὲ καὶ τὸ καλούμενον Στρατήγιον. ἀλλὰ τούτων μὲν ἁπάντων Σεβῆρος προκατήρξατο· ὁ δὲ τούτου υἱὸς Ἀντωνῖνος, ἐτελεσιούργησεν. Ὅτι Σεβῆρος, ἐλθὼν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, εὗρεν ἐπιγραφὴν ἐν τῇ πρώτῃ, Τοῦ κυρίου Νίγρου ἡ πόλις. καὶ ἀγανακτοῦντος αὐτοῦ πρὸς τοῦτο, ὑπολιόλησεν ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων δῆμος κράζων, Οἴδαμεν, εἰρήκαμεν τοῦ κυρίου Νίγρου ἡ πόλις· σὺ γὰρ εἶ ὁ κύριος τοῦ Νίγρου. καὶ δεξάμενος τὸ ἕτοιμον τῆς ἀπολογίας, συνεχώρησεν αὐτοῖς. ¶ Σεβῆρος, * σοφιστὴς Ῥωμαῖος. ἦλθεν εἰς Ἀραβίαν ἐκ τῆς Συρίας, καὶ εἰς τὴν Παλαιστίνην ἦλθε· καὶ εἰς τὴν Αἴγυπτον τὴν ἄνω διὰ τοῦ Νείλου ἀνέπλευσε, καὶ εἶδε πᾶσαν αὐτὴν πλὴν βραχέων· (οὐ γὰρ ἠδυνήθη πρὸς τὰ τῆς Αἰθιοπίας μεθόρια διὰ λοιμώδη νόσον ἐσβαλεῖν) καὶ ἐπολυπραγμόνησε πάντα, καὶ τὰ πάνυ κεκρυμμένα. ἦν γὰρ οἷος μηδὲν μήτ᾽ ἀνθρώπειον μήτε θεῖον ἀδιερεύνητον ἐᾶν. κἀκ τούτου τά τε βιβλία πάντα τὰ ἀπόρρητόν τι ἔχοντα, ὅσα γε καὶ εὑρεῖν ἠδυνήθη, ἐκ πάντων τῶν ἀδύτων ἀνεῖλε, καὶ τῷ τοῦ Ἀλεξάνδρου μνημείῳ συνέκλεισεν, ἵνα μηδεὶς ἔτι μήτε τὸ τούτου σῶμα ἴδῃ, μήτε τὰ ἐν ἐκείνοις γεγραμμένα ἀναλέξηται. Οὗτος τὸ γένος ἦν Λίβυς, ἐς πραγμάτων διοίκησιν γενναῖος ἅμα καὶ θυμοειδής· σκληρῷ τε καὶ τραχεῖ βίῳ ἐνειθισμένος, πόνους τε ἀνέχων ῥᾷστα· νοῆσαί τε ταχύς, καὶ τὸ νοηθὲν ἀποτελέσαι ὀξύς. Οὗτος, μετὰ τὸ εἰσελθεῖν εἰς τὰ βασίλεια, τῶν Ἀλβίνου φίλων ἐπὶ τῆς συγκλήτου κατηγόρει, γράμματά τε αὐτῶν καὶ ἐλέγχους * προσέφερεν ἄλλας τε ἄλλοις ἐπιφέρων αἰτίας, πάντας τοὺς ἐξέχοντας τότε τῆς συγκλήτου, καὶ * τοὺς κατὰ ἔθνη πλούτῳ τε καὶ γένει ὑπερέχοντας διέφθειρε. πάνυ δὲ αὐτῷ * καὶ τὸ φιλόχρυσον· ὡς ὑπερβάλλειν τὰ πλεονεκτήματα τῆς ἀνδρείας.

ANTO-

ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ Ὁ ΣΕΥΗΡΟΥ, κβ'.

Ἀντωνῖνος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ Σεβήρου· πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς καὶ ταῖς μιαιφονίαις χαίρων. καὶ οἱ στρατιῶται τοῦ βιάζεσθαι καὶ ἁρπάζειν λαβόντες ἐξουσίαν, οὐκέτι κατ' οὐδὲν διεκρίνοντο. τοιαῦτα δὲ πράττων, ὑπό τε * τῶν ἔργων ἐλαυνόμενος, καὶ πρὸς τὴν ἐν τῇ πόλει διατριβὴν ἀπεχθῶς ἔχων, ἀπεδήμει τῆς Ῥώμης, ὡς δὴ καὶ τὰ στρατόπεδα διοικήσων, καὶ τὰ ἔθνη ἐποψόμενος. ἐπεὶ δὲ τὸν Ἴστρον κατέλαβε, καὶ τοὺς ἐκεῖσε Γερμανοὺς ἐφιλοποιήσατο,* ὡς καὶ συμμάχους παρ' αὐτῶν λαβεῖν καὶ τοῦ σώματος φρουρούς, καὶ ταῖς φορεσίαις αὐτῶν χρῆσθαι. οὕτω τε καὶ ὑπὸ τῶν βαρβάρων καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἠγαπᾶτο, κοινὸς ὢν πρὸς ἅπαντας, ὡς συστρατιώτης μᾶλλον ἢ βασιλεὺς παρ' αὐτῶν λεγόμενος. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐς τὴν Μακεδονίαν ἀφίκετο, Ἀλέξανδρον ἑαυτὸν ὠνόμασεν. ἐκεῖθέν τε εἰς Πέργαμον παραγέγονε· καὶ ἐπὶ τὸν Ἀχιλλέως τάφον· καὶ στεφάνοις κοσμήσας καὶ ἄνθεσι, τὸν Ἀχιλλέα ἐμιμεῖτο. καὶ διὰ τῆς Ἀσίας καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, εἰς Ἀντιόχειαν ἀφίκετο. καὶ διατρίψας χρόνον τινά, ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐστέλλετο, πρόφασιν ποιούμενος τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν ποθεῖν. ὡς δὲ εἰσήλασεν ἐν αὐτῇ σὺν παντὶ τῷ στρατῷ, ὑπεδέχθη παρὰ τῶν Ἀλεξανδρέων ὡς οὔπω τις βασιλέων πρότερον. καὶ ἐλθὼν εἰς τὸ Ἀλεξάνδρου μνῆμα, τήν τε χλαμύδα ἣν ἐφόρει, καὶ τὸν δακτύλιον καὶ τὴν ζώνην, καὶ εἴ τι πολυτελές, περιελόμενος, ἐπέθηκε τῇ ἐκείνου σορῷ. ὁ δὲ δῆμος ἔχαιρεν, οὐκ εἰδὼς τὴν τούτου λανθάνουσαν γνώμην. ἔγνω γὰρ ὅτι πολλὰ ἐς αὐτόν τε καὶ τὴν μητέρα ἀπέσκωψαν. διὰ δὲ προγράμματος τὴν νεολαίαν εἴς τι πεδίον κελεύει συνελθεῖν, φήσας εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου τιμὴν φάλαγγας * συστήσασθαι. οἱ δέ, συνῆλθον ἀγαθαῖς ἐλπίσι. στιχηδὸν δὲ ἑστῶτας ἰδών, αὐτὸς μὲν ἐξῆλθεν· ἐπαφῆκε δὲ τοὺς στρατιώτας· καὶ πάντας συνέκοψαν. τοσοῦτος δὲ ἐγένετο φόνος, ὥστε τὸν Νεῖλον ἅπαντα φοινιχθῆναι. ¶ Ὅτι Σεβῆρος καὶ πάνυ πᾶσι τοῖς εἰς ἀρετὴν τείνουσι, καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ [τὴν] ψυχήν, ἤσκησε τὸν Ἀντωνῖνον· ὥστε καὶ αὐτοκράτορα ἤδη ὄντα, καὶ διδασκάλοις συνεῖναι, καὶ τὸ πολὺ τῆς ἡμέρας φιλοσοφεῖν. ἐξηραλοίφει τε, καὶ ἵππευε καὶ ἐς ν' καὶ ψ' σταδίους· καὶ προσέτι καὶ νήχεσθαι καὶ ἐν κλύδωνι ἤσκητο. ὁ δέ, ἐκ μὲν τούτων, τρόπον τινὰ ἐρρώσθη· τῆς δὲ δὴ παιδεύσεως, ὡς οὐδὲ τὸ ὄνομα

ANTONINVS SEVERI F. XXII.

ANTONINVS, Romanorum Imperator, Seueri filius; præter cætera mala, cædibus etiam gaudens. Itaq; milites, vim faciendi & rapiendi poteſtate data, * nulla iam re a latronibus differebant. Talia cum ageret, & * facinoribus ſuis agitatus, & moram in vrbe peroſus, Roma diſceſſit, vt & legiones curaturus, & prouincias inſpecturus. Ad Iſtrum cum perueniſſet, Germanos accolas ſibi conciliauit, vt & auxilia ab eis acciperet, & ſatellites; eorumque habitu vteretur. Sic & barbaris & militibus erat carus; comis erga omnes: qui Commilito potius ab eis quam Imperator diceretur. In Macedonia ſe Alexandrum vocauit. Pergamum vbi peruenit, & ad Achillis tumulum, eo floribus & coronis ornato, Achillem imitabatur. Perq; Aſiam & alios populos Antiochiam profectus, & aliquamdiu ibi moratus, Alexandriam perrexit; vrbis Alexandri deſiderium cauſatus. Quam cum omni exercitu ingreſſus, ſic eſt ab Alexandrinis ſuſceptus, vt nemo vnquam Imperator. Ad Alexandri monumētum cum veniſſet, chlamydem quam geſtabat, & anulum, & cingulum, & ſi quid aliud pretioſum habebat, loculo illius impoſuit. Populus itaque, animi illius ignarus, gaudebat. Cum enim eos in ſe & matrem multa dicteria iecíſſe cognouiſſet, publico edicto pubē omnē in planicie quadā cōuenire iuſſit, ſe in Alexandri honorē phalanges inſtituturū profeſſus. Quæ cum, bona ſpe plena, præſto eſſet, ordine aſtantes contemplatus, ipſe quidem abiit; ſed immiſſis militibus omnes trucidauit: tanta cæde edita, vt Nilus vniuerſus rubeſceret. ¶ Traditur Seuerus omnib. rebus, ad animi corporiſq; virtutem pertinentibus, Antoninum ſtudioſe excoluiſſe: vt iam Imperator quoque, & magiſtris vteretur, & magnam diei partem philoſopharetur. Vtebatur & ſiccis vnctionibus, & ad DCCL ſtadia equitando conficiebat. Ad hæc natando etiam, in fluctu quoque & tempeſtate, exercebatur. At ille his rebus aliquo modo robur quidem corporis auxit; * diſciplinæ autem adeo eſt oblitus, quaſi ne nomen

quidem illius vmquã audiuiſſet. Neque tamen indiſertus fuit aut imprudens: ſed & multa acutiſſime perſpexit, & expeditiſſime eſt elocutus. Nã & licentia poteſtatis elatus, & temeritate quidquid in buccam incidiſſet, incõſiderate eloquendi, & impudentia quiduis proferendi, ſæpe ſcopum attingebat.

αὐτῆς πώποτε ἀκηκοὼς, ἐπελάθετο. οὐ μέντοι καὶ κακορρήμων ἢ κακογνώμων ἦν· ἀλλὰ καὶ συνεῖδε [τὰ] πολλὰ ὀξύτατα, καὶ ἔφραζεν ἑτοιμότατα. τῇ τε γὰρ ἐξουσίᾳ καὶ τῇ προπετείᾳ τὸ πάνυ ὁμοίως τὰ προϊστάμενά οἱ ἀπερισκέπτως ἐκλαλεῖν, καὶ τῷ μηδὲν αὐτῶν ἐκφαίνειν αἰσχύνεσθαι, ἐπιτυχίᾳ τινὶ πολλάκις περιέπιπτεν.

Macrinvs, XXIII.

Παραναλωμα] Macrinus Imperator, cum ſe luxurioſæ & delicatæ vitæ dedidiſſet, * obiter cædes etiã miſcebat hominum inſontium.

ΜΑΚΡΙΝΟΣ, κγ΄.

Παραναλωμα] ὁ Μακρῖνος, ὁ βασιλεὺς, τρυφῇ καὶ ἐκδεδιῃτημένῳ βίῳ τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν παραδοὺς, παραναλώματα τῆς τρυφῆς ἐποιεῖτο φόνους οὐδὲν ἠδικηκότων ἀνθρώπων· τουτέστι, προσόψημα.

Alexander, M. F. XXV.

Alexander Mamææ F. vna cum illa imperauit, & eius arbitratu adminiſtrauit omnia: quæ vndique imperium cuſtodiebat, eique perſuadebat vt * longiſſimo tempore ius diceret; quo illa occupatione diſtractus, tempus non haberet ad peccandum. Fuit natura mitis & manſuetus, & ad humanitatem propenſiſſimus. Itaque cum imperium ad annos quatuordecim tenuiſſet, ſine cædibus regnauit; quamuis aliqui in ſumma crimina incidiſſent: adeo vt poſt Marci obitum, Alexandri imperium ſit admirationi. Querebatur de matre, & moleſtiſſime ferebat eius auariciam, quod ea malis artibus fiſcum augeret: a qua coactus, multa faciebat. * Nam mater ſummũ in eum exercebat imperium; quæ cum a turpibus rebus & Imperatori indecoris arcebat, & omnium diſciplinarũ magiſtros clam accerſebat; cum ille palæſtris & gymnaſiis magnopere delectaretur, & magiſtros repelleret; eo denique impulſus, vt omnes ſcenicos, & in publicis theatris celebres, ad ſummos magiſtratus eueheret. qua de cauſa ciuibus inuiſus fuit.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ Ὁ ΜΑΜ. κε΄.

Ἀλέξανδρος ὁ Μαμαίας, σὺν τῇ μητρὶ ἄρξας, ὑπ᾽ ἐκείνῃ πάντα διῴκει· ἥτις πανταχόθεν ἐφρούρει τὴν ἀρχήν. δικάζειν τε οὖν αὐτὸν ἔπειθεν ἐπὶ πλεῖστον ὡς ἂν ἐν τούτοις ἀσχολούμενος, μὴ ἔχῃ καιρὸν ἐς τὸ ἐπιτηδεύειν τι τῶν ἁμαρτημάτων. ὑπῆρχε δὲ αὐτῷ καὶ φυσικὸν ἦθος πρᾶον καὶ ἥμερον, ἔς τε τὸ φιλανθρωπον πάνυ ἐπιρρεπές. ἐς τεσσαρεσκαιδέκατον οὖν ἔτος ἄρξας τῆς βασιλείας, ἀναιμωτὶ ἦρξε, καί τοι τινῶν μεγίσταις αἰτίαις ὑποπεσόντων· ὡς μετὰ τὴν Μάρκου τελευτὴν, τὴν βασιλείαν θαυμάζειν Ἀλεξάνδρου. ᾐτιᾶτο δὲ καὶ τὴν μητέρα, καὶ πάνυ ἤσχαλλεν, ὁρῶν αὐτὴν φιλοχρήματον οὖσαν, καὶ πολλὰ ἐξ ἐπηρειῶν θησαυρίζουσαν. πολλὰ δὲ ὑπ᾽ αὐτῆς ἠναγκάζετο πράττειν. * ἦρχε γὰρ αὐτοῦ ὑπερβαλλόντως ἡ μήτηρ· ἥτις ἀπῆγε τῶν αἰσχρῶν καὶ ἀπρεπῶν τοῖς βασιλεῦσιν ἔργων, διδασκάλους τε πάσης παιδείας λάθρα μετεπέμπετο. ὁ δὲ, παλαίστραις τε καὶ γυμνασίοις πάνυ ἔχαιρε, καὶ τοὺς διδασκάλους ἀπεσόβει. ἐς τοσοῦτον δὲ ἐξώκειλεν, ὡς δὴ πάντας τοὺς ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ τῶν δημοσίων θεάτρων μεταγαγεῖν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τὰς μεγίστας. διὰ τοῦτο ἐμισοῦντο αὐτόν.

Maximinvs, XXVI.

Maximinvs, Romanorum Imperator, ſuſcepto principatu magnã mutationẽ inſtituit, poteſtate aſperrime & magno cum terrore vtendo, & a clemẽti regno ad tyrannicã crudelitatẽ omnia reuocando. Erat enim ingenio, vt & genere, barbarus, & cædis auiditate gentilicia præditus. Statim igitur & amicos omnes, qui familiares Alexandro,

ΜΑΞΙΜΙΝΟΣ, κϛ΄.

Μαξιμῖνος, βασιλεὺς Ῥωμαίων. οὗτος παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, πολλὴν τὴν μεταβολὴν ἐποιήσατο, τραχύτατα καὶ μετὰ πολλοῦ φόβου τῇ ἐξουσίᾳ χρώμενος· ἔκ τε ἡμέρου βασιλείας, εἰς τυραννίδος ὠμότητα, μεταγαγεῖν πάντας ἐπειρᾶτο. φύσει δὲ ἦν τὸ ἦθος, ὥσπερ καὶ τὸ γένος, βάρβαρος, καὶ τὸ φονικὸν πάτριον ἔχων. εὐθέως οὖν τούς τε φίλους πάντας οἳ συνῆσαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ,

σύνεδροί

συνέδροι τε ὑπὸ τῆς συγκλήτου συνεπικληθέντες, ἀπεσκευάσατο· *βουλόμενος εἶναι ἐν τῷ στρατῷ, καὶ μηδένα αὐτῷ παρεῖναι ἐκ συνειδήσεως εὐγενοῦς· πλείστους δὲ αὐτῶν καὶ ἀπέκτεινεν, ἐπιβουλὰς ὑποπτεύων. *Βασιλεύων δὲ τῆς ἑῴας, πολλὰ μιαρὰ καὶ ἄτοπα καθ' ὑπερβολὴν ἐπεδείξατο, καὶ πρὸς τούτοις διωγμὸν ἀπηνῆ καὶ ἀπάνθρωπον κατὰ πᾶσαν τὴν ἀνατολὴν εἰς τοὺς Χριστιανούς· καθ' ὃν πλεῖστοι τῶν εὐδοκίμων ἐμαρτύρησαν. ἄξια δὲ τῆς δυσσεβείας αὐτοῦ τὰ προοίμια, τῆς μελλούσης αὐτὸν διαδέχεσθαι κολάσεως εἰκότως πέπονθε. νόσῳ γὰρ δεινοτάτῃ περιπεσόντος, ἀλγηδόνες ἰσχυραὶ τὴν πᾶσαν σάρκα αὐτοῦ διελυμαίνοντο· καὶ τὰ μὲν ἔγκατα διεφθείροντο ὑπὸ τῆς ἐνδομυχούσης σφοδροτάτης πυρώσεως· ἡ δὲ σὰρξ πᾶσα, κηροῦ δίκην ἐξετήκετο. λαυροτέρως δὲ φλογιζομένῳ, καὶ αὐτὰ συνεφρύγησαν τὰ ὀστᾶ. ὥστε ἐξαφανισθῆναι καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀνθρωπίνης μορφῆς. ἐλεεινῶς δὲ κατασηπόμενος, τοσαύτην δυσωδίαν ἐξέπεμπεν, ὡς οὐδὲν τῶν ἐν τάφοις διαλυθέντων διαφέρειν. ὁ δέ, βραχὺ ἐμπνέων, καὶ στενάξας, ἀπέθανε.

ΔΕΚΙΟΣ, λ'.

Δέκιος, Ῥωμαίων βασιλεύς, Φιλίππου διάδοχος· ὃς βασιλικῷ θεσπίσματι τοὺς τὰ Χριστιανῶν δοξάζοντας ἐθανάτου, καὶ τοὺς θεοὺς προσκυνεῖν ἠνάγκαζε.

ΑΥΡΗΛΙΑΝΟΣ, λε'.

Αὐρηλιανός, βασιλεὺς Ῥωμαίων, τὰ πολέμια δεινῶς ἠσκημένος· ἀκάθεκτος δὲ περὶ τὴν γνώμην, καὶ πολὺ πρὸς ὠμότητα ῥέπων, τῶν τε κατὰ πόλιν ἐπισήμων θανάτῳ πολλοὺς ἐζημίωσεν, ὑπὸ Ζηνοβίας ἐλεγχθέντας· χαλεπός τις καὶ φονικὸς ὑπάρχων, καὶ μᾶλλον ἀναγκαῖος στρατηγὸς ἤπερ αἱρετὸς βασιλεύς· ἐν παντὶ δὲ καιρῷ δυσχερὴς καὶ ἀπρόσιτος· ὡς μηδὲ τῶν οἰκείων αἵματος διαμεῖναι καθαρός. τὴν γὰρ τοῦ παιδὸς γαμετὴν καὶ ἀνέγκλητον διεχρήσατο. τοὺς δὲ τῶν στρατιωτῶν τάγματος, καὶ τῶν ἐξιτήλων καὶ διαλελυμένων ἠθῶν ὡς ἐπίπαν γενναῖος ἦν ἐπανορθωτής. ¶ Μονητάριοι, οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται, οἱ ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ διέφθειραν τὸ νόμισμα· καὶ τὸν ἴδιον ἄρχοντα *Φιλικίσσιμον ἀνελόντες, ἐμφύλιον ἐγείρουσι πόλεμον. οὓς μόλις Αὐρηλιανὸς χειρωσάμενος, ὑπερβαλλούσῃ κολάσεων ὠμότητι κατειργάσατο.

& a patribus conſcriptis aſſeſſores appellati fuerant, remouit: nolens eos eſſe in exercitu, neq; ſecũ eſſe quemq̃ †e cõſcientia nobili. Plurimos etiã eorũ interfecit, inſidias veritus. * Dũ autem in Oriente verſaretur, multa ſceleſta & ſupra modum nefaria facinora edidit, perſecutione crudeli & inhumana contra Chriſtianos per omnes prouincias excitata; in qua plurimi celebres viri martyrium obierunt. Sed digna impietate ſua præmia imminentis ſupplicii merito pertulit. Nam cum in morbum atrociſſimum incidiſſet, vehementes dolores omnem carnem eius vexabant:& inteſtina eius ex acerrima inflammatione interna corrumpebantur,& caro tota ceræ inſtar liqueſcebat: eoq; incendio aucto, ipſa etiam oſſa toſta ſunt; vt & humanæ formæ character deleretur. Miſerabiliter itaque putreſcens, tantopere olebat, vt a cadaueribus in ſepulcris corruptis nihil differret; exiguoque ſpiritu præditus, cum gemitu obiret.

† nobili orũ genere

DECIVS, XXX.

DECIVS, Romanorum Imperator, Philippi ſucceſſor; edicto Chriſtiani nominis homines capitis condemnabat & deos adorare cogebat.

AVRELIANVS, XXXV.

AVRELIANVS Imperator, in re militari exercitatiſſimus, animo infreni,& ad crudelitatem prono; multos illuſtres ciues, a Zenobia conuictos, occidit: homo ſæuus,& ſanguinarius: & dux magis neceſſarius, quã optabilis Imperator; omni tempore difficilis & inacceſſus; vt nec domeſtico ſanguini pepercerit. nam filii vxorem indicta cauſa occidit. Militarium autem ordinum & euanidæ ac diſſolutæ diſciplinæ ſtrenuus inſtaurator fuit. ¶ Monetarii ſub Aureliano adulterarunt monetam: ſuoq; præfecto Feliciſſimo interfecto, inteſtinum bellum concitarunt. quos Aurelianus vix ſubactos, exquiſita ſuppliciorum atrocitate confecit.

Carinvs, xxxix.

Carinvs, Cari Imperatoris filius, poteſtatem adeptus ſuo arbitratu agendi quiduis, eam acerbiſſima tyrãnide commutauit, nomenq; ſuum factis lõge ſuperauit. Nam pueris nobilibus factæ contumeliæ, ob aſſuetudinem, contumeliæ non habebantur, cum ea delicta familiaria & quotidiana eſſent. Crimina etiã commiſcebatur, & ius dicebat iis qui læſi eſſent; neque litigatorum vllus incolumis euadebat. Nam cũ cædes multæ atque ineffabiles perpetrarentur, quidam e beatis obiter conſumebantur, ſicut in communibus epulis gallinæ, in Carini delicias. Meminiſſe autem ſe dicebat, quoſdam eorum qui mactabantur, non laudaſſe formam ſuam; alios, ſe adoleſcentem, cum orationem haberet, non ita eſſe admiratos, vt voluiſſet. Peribant etiã nonnulli, quod coram ipſo riſiſſent: omnia denique eius facta grauiora erant oſtentis, in mediis populis rabie quadam graſſantis. Ac quod publice prodeſſet, nihil prorſus egit Carinus: ſed deliciis & peruerſæ vitæ rationi deditus, cum luxu cædes innocẽtium hominum, a quibus vtcumq; offenſus videretur, coniungebat. Proinde omnes acerbam illam tyrannidem, cum adoleſcentia permiſtam, cum omnia abſurde & abſque ratione agerentur, †grauiter & iniquis animis patiebantur.

ΚΑΡΙΝΟΣ, λθʹ.

Καρῖνος, Κάρου τοῦ βασιλέως υἱὸς, γενόμενος ἐν ἐξουσίᾳ βουλήσεως κύριος, ἀνέδραμε τηλικοῦτον κακὸν ἐς τυραννίδα. οὕτω καὶ τοὔνομα τοῖς ἔργοις μακρῷ παρῆλθε. παίδων μὲν γὰρ * οἱ γεγονότων ὕβρεις, διὰ τὸ σύνηθες, οὐδὲ ὕβρεις ἐνομίσθησαν, ἀλλ' ἦν ἐγκύκλιον αὐτῷ καὶ προσῆγον τοιαῦτα ἁμαρτήματα. ὁ δὲ ἐγκλήματά τε ἀνέπλαττε, καὶ ἐδίκαζε τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ τῶν δικαζομένων οὐδεὶς ἐσώζετο. ὅπου γε, πολλῆς οὔσης καὶ ἀδιηγήτου τῆς φθορᾶς, παρανηλίσκοντο τινὲς τῶν εὐδαιμόνων, ὥσπερ ἐν κοινοῖς δείπνοις ἀλεκτορίδες, ἐς τὴν Καρίνου τρυφήν. μεμνῆσθαι δὲ τῶν κατακοπτομένων ἔφασκε· τῶν μὲν, ὅτι οὐκ ἐπῄνεσαν αὐτοῦ τὸ κάλλος· τῶν δὲ, ὅτι λέγοντα, ὅτε ἦν μειράκιον, οὐκ ἐθαύμασαν ὡς ἐβούλετο. ἀπώλλυντο δέ τινες καὶ γελάσαντες ἐναντίον αὐτοῦ ποτε· καὶ πάντα ἦν αὐτοῦ βαρύτερα διοσημείας· καὶ ἐλύττα ἐν μέσοις τοῖς ὑπηκόοις. Οὗτος ὁ Καρῖνος βασιλεύσας, πρᾶγμα μὲν ἐς κοινὸν ὄφελος φέρον οὐδὲν εἰργάσατο. τρυφῇ δὲ καὶ ἐκδεδιῃτημένῳ βίῳ τὰ καθ' ἑαυτὸν παραδοὺς, παραναλώματα τῆς τρυφῆς ἐποιεῖτο φόνους οὐδὲν ἠδικηκότων ἀνθρώπων, κατά τι προσκεκρουκέναι νομισθέντων αὐτῷ. βαρυνομένων * δὲ πάντων ἐπὶ τῇ πικρᾷ τυραννίδι συναναμιχθείσῃ νεότητι, καὶ πάντα ἐκμελῶς καὶ δίχα λογισμοῦ πράττοντος.

Diocletianvs, xl.

Diocletianvs, & Maximianus huius gener, Imperatores Romanorum. Sub his atrociſſima commota eſt contra Chriſtianos perſecutio. Iuſſerunt enim in ſingulis prouinciis & vrbibus, Chriſti eccleſias euerti, & diuinas earum ſcripturas comburi: & quicumque Chriſtiani inuenirentur, eos cogi vt dæmonibus immolarent. Sed victi multitudine eorum qui occidebãtur, decretum promulgarunt, vt iiſdem dextri oculi eruerẽtur; cum ob doloris acerbitatem, tum propter ignominiam conſpicuam, & Romanæ ciuitatis alienationem. Quos diuina vltio inſecuta, merito excĩdit. nam alter quidem, a Senatu iugulatus eſt; alter, ſe ſuſpendit. Hic Diocletianus, homo væcors, & Chriſti oſor, ira & furore percitus, contra eos qui in Ægypto res nouas moliti erãt, nõ moderate neq; humaniter poteſtate vſus eſt:

ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΣ, μʹ.

Διοκλητιανὸς, καὶ Μαξιμιανὸς, βασιλεῖς Ῥωμαίων. ἐπὶ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ, διωγμὸς κατὰ Χριστιανῶν ἐκινήθη φρικωδέστατος. προσέταξε γὰρ κατὰ χώραν καὶ πόλιν τὰς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας καταστρέφεσθαι, καὶ τὰς θείας αὐτῶν γραφὰς κατακαίεσθαι· τοὺς δὲ Χριστιανοὺς εὑρισκομένους, ἀναγκάζεσθαι θύειν τοῖς δαίμοσιν. ἡττηθέντες δὲ τῷ πλήθει τῶν ἀναιρουμένων Χριστιανῶν, ἐξέθεντο δόγμα ὥστε τοὺς εὑρισκομένους Χριστιανοὺς ἐξορύττεσθαι τὸν δεξιὸν ὀφθαλμόν· οὐ μόνον διὰ τὸ ὀδυνηρὸν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἄτιμόν τε καὶ πρόδηλον, καὶ τὸ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας ἀλλότριον. οὓς ἡ θεία δίκη ἐνδίκως μετελθοῦσα, δικαίως ἐξέκοψε· καὶ ὁ μὲν, ἐσφάγη ὑπὸ τῆς συγκλήτου· ὁ δὲ, ἀπήγξατο. Οὗτος ὁ ἄνους καὶ μισόχριστος, μανίᾳ καὶ ὀργῇ τῇ περὶ τῶν ἀρχὴν νεωτερισθέντων περὶ τὴν Αἴγυπτον, οὐ μετρίως οὐδὲ ἡμέρως τῷ κράτει ἀπεχρήσατο·

ἀλλὰ

ἀλλὰ προγραφαῖς τε καὶ φόνοις τῶν ἐπισήμων μιαίνων ἐπῆλθε τὴν Αἴγυπτον. ὅτε δὴ καὶ τὰ περὶ χημείας ἀργύρου καὶ χρυσοῦ τοῖς παλαιοῖς αὐτῶν γεγραμμένα βιβλία διερευνησάμενος, ἔκαυσε, πρὸς τὸ μηκέτι πλοῦτον Αἰγυπτίοις ἐκ τῆς τοιαύτης προσγίνεσθαι τέχνης, μηδὲ, χρημάτων αὐτοὺς θαρροῦντας περιουσίᾳ, τοῦ λοιποῦ Ῥωμαίοις ἀνταίρειν. *Ἦν δὲ τὸ ἦθος ποικίλος τις καὶ πανοῦργος· τῇ δὲ λίαν συνέσει καὶ ὀξύτητι τῆς γνώμης, ἐπεκάλυπτε πολλάκις τὰ τῆς οἰκείας φύσεως ἐλαττώματα, πᾶσαν σκληρὰν πρᾶξιν ἑτέροις ἀνατιθείς. ἐπιμελὴς δὲ ὅμως καὶ ταχὺς ἐν ταῖς τῶν πρακτέων ἐπιβολαῖς. καὶ πολλὰ τῆς βασιλικῆς θεραπείας, ἐπὶ τὸ αὐθαδέστερον, παρὰ τὰ καθεστηκότα Ῥωμαίοις πάτρια, μετεσκεύασεν. Ὅτι Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς, τὴν βασιλείαν ἀφέντες, τὸν ἰδιώτην* μετῆλθον. καὶ ὁ μὲν, ἐς Σάλωνας πόλιν Ἰλλυρικὴν· ὁ δὲ, ἐς τὴν Λευκανῶν, ἀφίκετο· καὶ ὁ μὲν Μαξιμιανὸς, πόθῳ τῆς ἀρχῆς ἐς μεταμέλειαν ἦλθε· Διοκλητιανὸς δὲ, ἐν ἡσυχίᾳ κατεγήρα, ἐν ἔτεσι τρισὶν ὑπερβολὴν ἀρετῆς ἐνδειξάμενος· τῆς δὲ Ἑλληνικῆς θρησκείας οὐδ᾽ ὅλως ἀποστάς. ¶ *Ἑρκύλιος] ἐστὶ καὶ δίχα πάντων προκαλυμμάτων, ἄγριός τε ὢν καὶ τυραννικός· τὸ τῆς οἰκείας γνώμης τραχὺ, τῷ καταπληκτικῷ τοῦ προσώπου παραδηλῶν. τῇ γοῦν ἑαυτοῦ φύσει πανταπασιν ἐνδιδοὺς, καὶ τῷ Διοκλητιανῷ πρὸς ἅπαν ἄτοπόν τε καὶ σκληρὸν βούλευμα ἑκούσιος ὑπουργὸς καθίστατο.

ſed proſcriptionibus & cædibus illuſtrium virorum polluendo prouinciã peruaſit. Eodemq; tempore veterum ſcripta de fuſione argenti atque auri, conquiſita combuſſit; ne ex illa arte ditati Ægyptii, & pecuniæ freti copiis, in poſterũ rebellarent. Ingenio fuit vario & callido; ſed ſingulari prudentia & acumine. vitia naturæ ſæpe celauit, res omnes aſperiores in alios conferendo: diligens tamen, & in rebus gerendis ſtrenuus: & multa imperatorii cultus contra morem maiorum inſolentius mutauit. Diocletianus & Maximianus, abdicato imperio, ad vitam priuatam redierunt: ac ille quidem Salonas vrbem Illyricam ſe contulit; alter in Lucanos abiit. Ac Maximianum quidem relicti principatus pœnituit: Diocletianus autem, tranquille conſenuit; ac triennium ſumma cum virtute exegit; ethnica religione tamen mordicus retenta. ¶ Herculius, etiam ſine vllo prætextu ſæuus erat & tyrannicus; animiq; ſui aſperitatẽ toruitate vultus præ ſe ferebat. Itaq; prorſus ingenium ſecutus ſuum, Diocletiani etiam ad omnia cõſilia inhumana & aſpera vltro ſe miniſtrum præbuit.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ Ὁ Μ. μγ΄.

Κωνσταντῖνος ὁ μέγας. ἐστὶ ἐξ ἀφανῶν τίκτεται τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίῳ· γνωρισθεὶς δὲ κατά τινας γνωρίμους τύπους τῷ πατρί· ὃς κατά τινα τύχην ἔγνω τοὺς τόπους καταλιπεῖν ἐν οἷς διέτριβεν, ἐξορμῆσαι δὲ πρὸς τὸν πατέρα Κωνστάντιον, ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν ὄντα, καὶ Βρεττανίᾳ συνεχέστερον ἐνδημοῦντα. θεασάμενος δὲ αὐτὸν ὁ πατὴρ, χειροτονεῖ βασιλέα, τοὺς ἐκ τῆς Θεοδώρας υἱοὺς καταλιπὼν, ἰδὼν αὐτὸν εὖ ἔχοντα σώματος. Δύο δὲ καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἀπὸ τῆς Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας, διεληλυθότων ἐνιαυτῶν, Κωνσταντῖνος τὴν νέαν Ῥώμην ἀνίστησι. ¶ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας, βασιλεύς. περὶ οὗ γράφει Εὐνάπιος φληνάφους καὶ παρῆκα αὐτοὺς αἰδοῖ τοῦ ἀνδρός. ¶ ΜΑΞΕΝΤΙΟΣ, βασιλεὺς Ῥωμαίων. ὃς κακῶς τοὺς Ῥωμαίους ἐπέτριβε, τυραννικῷ μᾶλλον ἢ βασιλικῷ τρόπῳ χρώμενος κατ᾽ αὐτῶν, μοιχεύων ἀναίδην τὰς τῶν ἐλευθέρων γυναῖκας, καὶ πολλοὺς ἀναιρῶν, καὶ ποιῶν τούτοις ἀκόλουθα. τοῦτο γνοὺς ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, ῥύσασθαι τοὺς Ῥωμαίους τῆς ὑπ᾽ αὐτὸν βασιλείας ἐσπούδαζεν. εὐθύς τε φροντίδα ἐποιεῖτο, τίνα τρόπον καθέλοι αὐτόν.

CONSTANTINVS M. XLIII.

CONSTANTINVS Magnus, Imperatori Conſtantio obſcure natus, & e ſignis quibuſdã a patre agnitus: decreuit, relictis iis locis in quibus verſabatur, ad patrem Conſtantiũ proficiſci, apud Tranſalpinas gentes & in Britãnia plerumq; verſantem. Quem pater cum robuſto eſſe corpore videret, præteritis Theodoræ filiis, Imperatorem deſignat. Nouam Romam Conſtantinus annis CCCLXII ab Auguſti Cæſaris monarchia cõdidit. ¶ De hoc nugas ſcribit Eunapius: quas ob reuerentiam viri prætereo. ¶ MAXENTIVS, Imperator Romanorum; male Romanos attriuit, tyrãnico more potius quam imperatorio. Nã & palã ſtuprabat ingenuas matronas: & multos interficiebat, & his conſentanea cetera faciebat. Quo Magnus Cõſtantin' cognito, liberare illos dominatu eius ſtudebat: ſtatimq; quo pacto illum euerteret, cogitabat.

Ei cogitationi intentus, ſub meridiem vidit † columnam ignis, forma crucis ſcribentem, IN HOC VINCE: factusq; eſt Chriſtianus. Licinius vero, collega eius, frigidas Græcorum fouẽs opiniones, Chriſtianos oderat: metu tamen Cõſtantini perſecutionem apertam inſtituere reformidabat; ſed clam per inſidias multos occidebat. Tandem etiã aperte graſſatur, atq; certo loco exiſtit perſecutio: quæ res Conſtantinum non latebat. Edicto enim vetuerat Licinius, ne inter ſeſe conuenirent epiſcopi; ne res Chriſtianorũ incrementi cauſam haberent. Dirupta itaque ficta amicitia, odioq; erumpente, tãdem a Conſtantino interfectus eſt Licinius.

stylum

¶ Conſtantinopolis, tanto eſt aliis omnibus vrbibus maior, quãto Romã eſſe minor videtur: a qua ſecundam numerari, longe mihi quidem certe videtur eſſe melius, quam ceterarum omnium primam exiſtimari. Anni CCCLX a Cæſaris Auguſti monarchia exierant, veteris Romę rebus ad finem tendentibus, cum Cõſtantinus Conſtantii F. ſceptris potitus, nouam Romam condit. A noua autẽ Roma condita, vſq; ad imperium Baſilii & Cõſtantini Porphyrogenitorum, anni ſunt CCCVIII. ¶ Criſpus autem, nomen filii Cõſtantini Magni: quem indicta cauſa occidit, iam Cæſaris dignitate præditum; ob ſuſpicionẽ conſuetudinis cum Fauſta nouerca; legis naturalis nulla habita ratione. quẽ tantum caſum matrem Helenam ægre ferentem, vt conſolaretur ſcilicet Conſtantinus, malũ malo maiore eſt medicatus. Balneo enim ſupra modũ calefacto, Fauſtam in eo collocatam, eduxit mortuã. Quærendum autem, num poſt baptiſmum hoc fecerit?

Conſtantius, Conſtans, & Conſtantinus, filii magni Conſtantini.

IVLIANVS APOST. XLVIII.

IVLIANVS Parabata & Apoſtata. (*id eſt, Perduellis, ſiue Transgreſſor & Deſertor*) Romanorũ Imperator, Cõſtantini magni Imperatoris nepos ex fratre Dalmata, & matre Galla. Scripſit de Cæſaribus ſeu Imperatoribus Romanorũ, ab Auguſto exorſus: aliũ librũ De tribus figuris: & q̃ Saturnalia vocãtur: Miſopogonẽ, (*id eſt Oſorẽ barbæ*) ſeu Antiochicũ: Vnde mala ſint ſecundũ indoctos:

ἐν ταιαύτῃ οὖν φροντίδι ὢν, περὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας, εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ στύλον πυρὸς * στροφάδως γράφοντα, ΕΝ ΤΟΥΤΩι ΝΙΚΑ· καὶ γέγονε Χριστιανός. Λικίνιος δὲ, ὁ συμβασιλεύων αὐτῷ, τὰς Ἑλλήνων * ψυχρὰς δόξας, ἐμίσει Χριστιανοὺς· καὶ διωγμὸν μὲν προφανῆ, φόβῳ Κωνσταντίνου κινεῖν ὑπεστέλλετο· λεληθότως δὲ πολλοὺς ἐσκευώρητο· προϊὼν δὲ, καὶ φανερῶς ἐπεχείρει· καὶ γέγονε διωγμὸς τοπικός. τὸν δὲ Κωνσταντῖνον οὐκ ἐλάνθανε. νόμῳ γὰρ ὁ Λικίνιος τοὺς ἐπισκόποις ἐκέλευε μὴ φοιτᾶν παρ' ἀλλήλους· ὡς ἂν μὴ ἔχῃ πρόφασιν αὔξεσθαι τὰ Χριστιανῶν. διακοπείσης δὲ τῆς πλαστῆς φιλίας, εἰς ἀπέχθειαν ἦλθον· καὶ τέλος ἀναιρεῖται ὑπὸ Κωνσταντίνου ὁ Λικίνιος.

¶ Κωνσταντινούπολις] αὕτη τοσοῦτον τῶν ἄλλων ἐστὶν ἁπασῶν μείζων, ὅσον τῆς Ῥώμης ἐλαττοῦσθαι δοκεῖ· ἧς τὸ δευτέραν τετάχθαι, μακρῷ καὶ βέλτιον ἔμοιγε φαίνεται, ἢ τῶν ἄλλων ἁπασῶν πρώτην νομίζεσθαι. τξ' χρόνοι ἀπὸ τῆς Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας διεληλύθεισαν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῆς εἰς τέλος ἀφιγμένων, Κωνσταντῖνος, ὁ Κωνσταντίου παῖς, τῶν σκήπτρων ἐπιλαβόμενος, τὴν Ῥώμην τὴν νέαν ἀνίστησιν. ἀπὸ δὲ τῆς κτίσεως τῆς νέας Ῥώμης, μέχρι τῶν κατεχόντων τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας Ῥωμαίων Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου τῶν πορφυρογεννήτων, *ἔτη. ¶ Κρίσπος δὲ, ὄνομα τοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου· ὃν κατέκτεινεν ἀκρίτως, ἤδη τῆς τοῦ Καίσαρος ἀξιωθέντα τιμῆς, εἰς ὑποψίαν ἐλθόντα τοῦ Φαύστῃ τῇ μητρυιᾷ συνεῖναι· οὐ τῆς φύσεως θεσμοῦ μηδένα λόγον ποιησάμενος. τῆς δὲ Κωνσταντίνου μητρὸς Ἑλένης ἐπὶ τῷ τηλικούτῳ πάθει δυσχεραινούσης, παραμυθούμενος αὐτὴν ὥσπερ ὁ Κωνσταντῖνος, κακῷ τὸ κακὸν ἰάσατο μείζονι. βαλανεῖον γὰρ ὑπὲρ τὸ μέτρον ἐκπυρώσας, τούτῳ τὴν Φαῦσταν ἐναποθέμενος, ἐξήγαγε νεκράν. ζητητέον δὲ, εἰ μετὰ τὸ βαπτισθῆναι τοῦτο ἐποίησε.

Κωνστάντιος καὶ Κώνστας καὶ Κωνσταντῖνος, υἱοὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ Ὁ ΑΠ. μή.

Ἰουλιανὸς, ὁ Παραβάτης καὶ Ἀποστάτης, Ῥωμαίων βασιλεύς· Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως ἀνεψιὸς, ἀπὸ * Δαλματίου ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ μητρὸς Γάλλας τοὔνομα. ἔγραψε τοὺς καλουμένους Καίσαρας· περιέχει δὲ τοὺς ἀπὸ Αὐγούστου Ῥωμαίων βασιλεῖς· ἑτέραν βίβλον Περὶ τῶν τριῶν σχημάτων, καὶ τὰ καλούμενα Κρόνια· καὶ τὸν Μισοπώγωνα ἢ Ἀντιοχικόν· Περὶ τοῦ πόθεν τὰ κακὰ κατὰ τοὺς ἀπαιδεύτους·

Πρὸς

Πρὸς τὸν Κύνα Ἡράκλειτον, πῶς κυνιστέον· ἐπιστολὰς παντοδαπὰς, καὶ ἄλλα. περὶ τοῦ Ἐμπεδοτίμου λέγει ὁ Παραβάτης οὕτως ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Κρονίοις· Ἡμεῖς δὲ Ἐμπεδοτίμῳ καὶ Πυθαγόρᾳ πιστεύοντες, οἷς τε ἐκεῖθεν λαβὼν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἔφη· καὶ μικρῷ πρότερον· καὶ ὁ κλεινὸς ἡμῖν ἔδοξε καὶ ἱεροφάντης Ἰάμβλιχος. Ἐπὶ τοῦ Ἰουλιανοῦ πολλαὶ δίκαι ἐχώρουν, σχεδὸν ἐμφορουμένων τῶν ἀνθρώπων τῆς δικαιοσύνης τοῦ κρίνοντος· ἀναβολαί τε οὐκ ἦσαν ἐπ' αὐταῖς, ὅσαι νόμιμον ἐκ τῶν συνήθων γραμμάτων τὸ ἄδικον ἴσχουσιν, εἰς βοήθειαν τῶν ἀδικούντων καὶ περιειληφότων· ἀλλ' ἢ παραχρῆμα ἔδει τὸ ἴσον ἐλέγχεσθαι κατὰ φύσιν· ἢ τὸ μέλλειν καὶ διατριβόμενοι εἰς τὸν χρόνον, ὕποπτον ἦν. * Βαρὺς μὲν οὖν καὶ λυπηρὸς ἐτύγχανε· καὶ ἐπὶ τοῖσδε καὶ τὸ τῶν πονηρῶν ἔθνος καὶ ἀδικούντων διηγείρετο. οὐ γὰρ ἀδικεῖν ἐξῆν οὐδὲ λανθάνειν ἀδικοῦσι. βαρύτερον δὲ αὐτὸν ἀπεδείκνυε τοῖς μοχθηροῖς, καὶ τὸ εὐπρόσοδον. οἷα γὰρ προϊόντος μὲν πολλάκις διὰ τὰς ἱερομηνίας καὶ θυσίας, ἡμέρου δὲ φύσει πρὸς πᾶσαν ἔντευξιν τυγχάνοντος, ἐκώλυον τοὺς δεομένους λόγου τυχεῖν. ὁ μὲν οὖν ἐλάχιστον τῆς ὑπὸ τῶν πονηρῶν ταύτης βλασφημίας τε καὶ ὀργῆς ᾐσθάνετο καὶ ἐφρόντιζε. Περὶ τῆς τελευτῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου τοῦ ἀθέου, χρησμὸς ἦν τοιοῦτος· Ἀλλ' ὁπότ' ἂν σκήπτροισι τεοῖς Περσήιον αἷμα Ἄχρι Σελευκείης κλονέων ξιφέεσσι δαμάσσῃς· Δὴ τότε σε πρὸς Ὄλυμπον ἄγει πυριλαμπὲς ὄχημα, Ἀμφὶ θυελλείῃσι κυκώμενον ἐν στροφάλιγξι· Ῥίψαντα βροτέων * ἐθέων πολύτλητον ἀνίην. Ἥξεις δ' αἰθερίου φάεος πατρώϊον αὐλήν· Ἔνθεν ἀποπλαγχθεὶς, μεροπήιον ἐς δέμας ἦλθες. Ἔστι δὲ καὶ ὁ χρησμὸς ὁ δοθεὶς αὐτῷ ὅτε περὶ Κτησιφῶντα διῆγε· Γηγενέων ποτὲ φῦλον ἐνήρατο μητίετα Ζεὺς, Ἔχθιστον μακάρεσσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι. Ῥωμαίων βασιλεὺς Ἰουλιανὸς θεοειδὴς, Μαρνάμενος Περσῶν πόλιας καὶ τείχεα μακρὰ Ἀγχεμάχων διέπερσε πυρὶ κρατερῷ τε σιδήρῳ· Νωλεμέως δ' ἐδάμασσε πόλεις τε καὶ ἔθνεα πολλά. Ἀλλὰ καὶ ἑσπερίων ἀνδρῶν, Ἀλαμανικὸν οὖδας Ὑσμίναις πυκιναῖσιν ἑλὼν, ἀλάπαξεν ἀρούρας. ¶ Λιβάνιος] ὁ δὲ Ἰουλιανὸς ὁ Παραβάτης, καίπερ τοσούτοις ἐμβεβηκὼς, τῆς τε περὶ λόγους ἥπτετο φιλοτιμίας, καὶ τὸν τῆς Ἀντιοχείας σοφιστὴν, ᾧ Λιβάνιος ὄνομα, διαφερόντως ἐθαύμασεν· τὰ μὲν, ἴσως ἐπαινῶν· τὰ δὲ, ὅπως λυποίη τὸν μέγαν σοφιστὴν Προαιρέσιον, προτιμῶν ἕτερον.

Ad Canem (ſeu Cynicum) Heraclitum, quo pacto ſecta Cynica tractanda ſit: Epiſtolas omnis generis, & alia. De Empedotimo in Saturnalibus ſic ſcribit Parabata: Nos Empedotimo & Pythagoræ, & iis quæ inde accepta Pōticus Heraclides tradidit:† & paulo ante; Inclytus nobis viſus eſt & hierophantes Iamblichus. Ad Iulianum multæ cauſæ deferebantur, cū homines affatim fruerentur æquitate iudicis. Neq; enim dilationes erant earum; quæ lege ſancitam e receptis ſcriptis haberent iniquitatem, & hominibus iniuſtis alienaque detinentibus auxiliarentur: ſed aut ſtatim æquitas naturę conſentanea demonſtranda erat; aut mora & procraſtinatio ſuſpecta habebatur. Grauis igitur & moleſtus erat: atque ob hæc etiam improborum & iniuſtorum natio excitabatur. Neque enim iniuſte agere, neque celare iniurias licebat. Ac faciles ad eum aditus, infeſtiorē etiam eum reddebant improbis. Nam quia ſæpe in publicum, propter ſacra & victimas prodibat, naturaque mitis erat in omni congreſſu, nemini colloquiū negabatur. Ac ille quidem maledicta & iras improborum diſſimulabat, minimeque curabat. De obitu Iuliani Parabatæ & impii, oraculum huiuſmodi exſtabat: *Sed quando ſceptris tuis Perſicum ſanguinem, vſque ad Seleuciam agitans gladiis domueris; Tum ſane te ad Olympum ducet igni fulgens currus, Cum procellis permiſtū in vertiginibus, Abiecta mortalium.† morum ærumnoſa moleſtia. Venies autem in ætherii luminis paternam aulam: Vnde cum aberraſſes, humanum in corpus veniſti.* Exſtat & oraculum ei datum, cum iuxta Cteſiphontem verſaretur: *Terrigenarum quondā genus deleuit cōſilio pollens Iupiter, Inimiciſſimum beatis Olympias ædes tenentibus. Romanorum Imperator Iulianus deo ſimilis, Pugnans Perſarum vrbes & mœnia longa, Comminus pugnantium, deuaſtauit igni, validoq́ ferro; Aſſidueque domuit & vrbes & gentes multas. Quin & occidentalium virorum, Alamanico ſolo prœliis crebris capto, vaſtauit arua.* ¶ *Libanius*] Iulianus autem Parabates, quamuis tāta mole negotiorū ſuſcepta, tamē dicendi gloriam expetebat: & Antiochenū ſophiſtam, cui Libanio nomen erat, ſupra modū admirabatur; partim quidem forſan, quod eum probaret; partim etiam, vt magnum ſophiſtā Proæreſium dolore afficeret, alterū illi præferēdo.

† membrorum

Acacius quidem certe, homo dicendi peritus, & Phryx Tuſcianus, ſemper illum propter hæc accuſabant, eiusque iudicia reprehendebant.

¶ Ἑταῖρε] Plato & ceteri philoſophi germanos eruditionis amatores, *ſodales* vocabant: quos & Iulianus imitabatur, in congreſſibus eruditorum omnes ſodales appellans; non elatus imperio.

IOVIANVS, XLIX.

IOVIANVS, Imperator Romanorum orthodoxus; magna cura & ſollicitudine complexus eſt eccleſias, & exſulantes epiſcopos reuocauit: & ad S. Athanaſium miſit, vt ſinceræ fidei certitudinem ſcripto ſibi declararet: isque illi miſit epiſtolã rectis ſententiis refertam. Imperauit poſt Iulianum: qui cum optionem dediſſet militibus, vt aut ſacrificarent, aut exauctorarentur: hic zonam deponere maluit. Niſibin profectus, vrbem populoſam; ac duos menſes ibi cõmoratus, quidquid pecuniæ habuit, conſumpſit; incolas nullo benigno ſermone aut beneficio proſecutus; homo nõ ſuapte virtute, ſed propter paternam gloriam ad tantum faſtigium euectus. Fuit etenim non quidẽ prorſus infirmo corpore, nec bellicarũ rerum rudis; ſed rudis & expers doctrinæ, etiam quod habebat ingenii, per ignauiam obſcurabat ac delebat.

Hic poſt Iulianum, vt dictum eſt, imperio Romanorum potitus, omnibus rebus deſpectis, dignitate, quam conſecutus erat, frui ſtudebat: atq; e Perſide fugiens, in fines Romanorũ, ad oſtentandam fortunam ſuam, properabat: ac Niſibim, vrbem Romanę olim dicionis, Perſis dedit. Deridebatur igitur cantilenis, & verſib. alio detortis, & famoſis libellis, ob Niſibidis proditionem. Idem Iouianus, ab vxore ſua incitatus, ædem elegantiſſimam, ab Adriano Imperatore ad cõſecrationẽ Traiani patris conditam, & a Iuliano bibliothecã deſignatam † eunucho cuidam Theophilo, cum omnibus libris cremauit, ipſis cõcubinis cum riſu pyram incendentibus. Antiocheni autem, Imperatori irati, famoſos libellos partim humi abiiciebãt, vt quiuis tolleret, ac legeret, partim parietibus affigebant. Erãt autem huiuſmodi: *Veniſti e bello: vtinam ibi periiſſes.* &, *Dyspari, forma præſtãtiſſime*; & reliqua. &,

Ἀκάκιος γοῦν τις αὐτῷ τῶν περὶ τὴν ῥητορικὴν δεινῶν, καὶ ὁ ἐκ Φρυγίας Τυσκιανός, ἀεὶ πρὸς ταῦτα ἐπεκάλουν, καὶ διεμέμφοντο τὰς κρίσεις. ¶ Ἑταῖρε] ὁ Πλάτων καὶ οἱ ἄλλοι φιλόσοφοι, τοὺς γνησίους ἐραστὰς τῶν λόγων, ἑταίρους ἐκάλουν. οὓς ἐμιμεῖτο Ἰουλιανός, ἑταίρους πάντας καλῶν ἐν ταῖς συνουσίαις, οὐκ ἀπαυθαδιζόμενος τῇ βασιλείᾳ.

ΙΟΒΙΑΝΟΣ, μθʹ.

Ἰοβιανός, βασιλεὺς Ῥωμαίων ὀρθόδοξος. ὃς ἐπιμέλειαν καὶ φροντίδα πολλὴν ἐποιεῖτο τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τοὺς ἐν ἐξορίαις ἐπισκόπους πάντας ἀνεκαλέσατο· τῷ τε ἁγίῳ Ἀθανασίῳ ἀπέστειλε τῆς ἀμωμήτου πίστεως ἐγγράφως αὐτῷ σημᾶναι τὴν ἀκρίβειαν· ὁ δέ, ἀπέστειλεν ἐπιστολὴν πλήρη ὀρθοδοξίας. Οὗτος μετὰ Ἰουλιανὸν ἦρξεν· ὅς, ἡνίκα Ἰουλιανὸς αἵρεσιν τοῖς στρατευομένοις ἐτίθει, θύειν ἢ ἀποστρατεύεσθαι, μᾶλλον τὴν ζώνην ἀποθέσθαι ἐβούλετο. ἐλθὼν δὲ ἐς Νίσιβιν πόλιν πολυάνθρωπον, δύο μῆνας ἐνδιατρίψας αὐτῇ, ὅσα περιεῖχε χρήματα καταναλώσας, τοῖς ἐνοικοῦσι μηδενὸς μεταδοὺς ἢ λόγου φιλανθρώπου, ἢ πράξεως ἀγαθῆς· ἄνθρωπος οὐ δι᾽ ἀρετὴν οἰκείαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ πατρὸς δόξαν, ἐς τοσοῦτον ἀρχῆς προελθών. ἦν μὲν γὰρ οὐδὲ παντάπασιν ἀσθενὴς τὸ σῶμα, οὔτε πολεμικοῖς ἔργοις ἀγύμναστος. ἀμελέτητος δὲ ὢν καὶ ἄγευστος παιδεύσεως, καὶ ἣν εἶχε φύσιν, διὰ ῥαθυμίαν ἠμαύρου καὶ ἠφάνιζεν. Οὗτος, μετὰ Ἰουλιανόν, ὡς εἴρηται, τῆς Ῥωμαίων βασιλείας ἐγκρατὴς γενόμενος, πάντων καταφρονήσας, ἐσπούδαζε τοῦ συμβάντος αὐτῷ ἀξιώματος ἀπολαῦσαι· καὶ φεύγων ἐκ Περσίδος, ἐσπούδει γενέσθαι τῶν Ῥωμαίων ἐθῶν ἐντός, εἰς ἐπίδειξιν τῆς τύχης· καὶ τὴν Νίσιβιν πόλιν τοῖς Πέρσαις, πάλαι Ῥωμαίοις οὖσαν κατήκοον, ἐκδίδωσιν. ἀπέσκωπτον οὖν αὐτὸν ᾠδαῖς καὶ παρῳδίαις, καὶ τοῖς καλουμένοις φαμώσοις, διὰ τὴν τῆς Νισίβιδος προδοσίαν. Ὁ δὲ Ἰοβιανός, ἐκ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ κινηθείς, τὸν ὑπὸ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως κτισθέντα ναὸν χαριέστατον, ἐς ἀποθέωσιν τοῦ πατρὸς Τραϊανοῦ, παρὰ δὲ τοῦ Ἰουλιανοῦ κατασκευασθέντα βιβλιοθήκην εὐνούχῳ τινὶ Θεοφίλῳ, κατέφλεξε σὺν πᾶσιν οἷς εἶχε βιβλίοις, αὐτῶν τῶν παλλακίδων ὑφαπτουσῶν μετὰ γέλωτος τὴν πυράν. οἱ δὲ Ἀντιοχεῖς, ἠγανακτηκότες κατὰ τοῦ βασιλέως· καὶ τὰ μὲν ἀπερρίπτουν τῶν βιβλίων ἐς τὸ ἔδαφος, ὥστε ἀναιρεῖσθαι τὸν βουλόμενον καὶ ἀναγινώσκειν· τὰ δέ, τοῖς τοίχοις προσεκόλλιζον. ἦν δὲ τοιαῦτα· Ἤλυθες ἐκ πολέμου· ὡς ὤφελες αὐτόθ᾽ ὀλέσθαι. καί, Δύσπαρι εἶδος ἄριστε, καὶ τὰ ἑξῆς. καί,

Εἰ μὲ

Εἰ μὴ ἐγώ σε λαβὼν, ἀπὸ μὲν φίλα εἵματα δύσω
Χλαῖναί τ' ἠδὲ χιτῶνα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει·
Αὐτὸν δὲ κλαίοντα θοὰς ἐπὶ Πέρσας ἀφήσω. γραῦς δέ τις, μέγαν καὶ καλὸν αὐτὸν θεασαμένη, μαθοῦσα δὲ ἀνόητον εἶναι, ἐφθέγξατο, Ὅσον μῆκος καὶ βάθος ἡ μωρία! καὶ ἄλλος δέ τις ἰδιώτης, ἀποτολμήσας μεγάλῃ τῇ φωνῇ βοῆσαι ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ, γέλωτα παρέσχε πᾶσιν, εἰπὼν κενὰ καὶ ψυχρὰ τῇ ἡλικίᾳ αὐτοῦ. καὶ ἐταράχθη ἂν ἄτοπα, εἰ μὴ Σαλούστιός τις ἔπαυσε τὴν στάσιν. Ὁ δὲ Ἰοβιανὸς, χειμῶνος ὄντος, ὡδοιπόρει ἐπὶ Κιλικίαν καὶ Γαλατίαν· καὶ ἐν Δαδαστάνοις ἀπέθανε, μύκητα πεφαρμαγμένον φαγών. κατὰ δὲ τὴν ἡγεμονίαν κοινὸς καὶ ἐλευθέριος ἔδοξεν εἶναι. Ἐπὶ Ἰοβιανοῦ ἦν Ἀκάκιος ἐπίσκοπος Καισαρείας Παλαιστίνης· ὃς λίβελλον ἔγραψε περὶ ὀρθοδόξου πίστεως, ἀποδεχόμενος τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον.

Niſi ego te captum, & caris veſtibus exutum, Lana & tunica, quæq; pudenda obtegunt, Ipſum plorantem ilico in Perſas remiſero. Anus autem quædam, pulchritudinem & magnitudinem eius conſpicata, cum amentem eſſe didiciſſet; ** Quanta*, inquit, *eſt longitudo & profunditas, tanta eſt ſtultitia.* Et alius quidam homo priuatus, magna voce in circo equeſtri clamare auſus, riſum præbuit omnibus, cũ inania quædam & frigida de ſtatura illius dixiſſet. Ac grauius aliquid commiſſum eſſet; ni Saluſtius quidam ſeditionem compeſcuiſſet. Iouianus vero, hieme Ciliciam & Galatiã petens, Dadaſtanis obiit, fungo venenato deuorato. In principatu autem humanum & liberalẽ ſe præbuit. Sub Iouiano fuit Acacius Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopus: qui libellum de Orthodoxa fide ſcripſit, ſynodũ Nicaenam comprobans.

ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΟΣ, ν'.

Οὐαλεντινιανὸς, Ῥωμαίων βασιλεὺς Χριστιανὸς, καὶ τὰ τοῦ ὁμοουσίου φρονῶν, οὐδὲν τοὺς ἐναντίους ἠδίκει. ἐγένετο δὲ καὶ πρὸς τὸ νομοθετεῖν ἑτοιμότατος, φροντίζων καὶ τῆς τῶν θησαυρῶν δικαίας ὑποδοχῆς· πρὸς δὲ τῆς τῶν ἀρχόντων αἱρέσεως ἀκριβὴς, καὶ τιμωρὸς τῶν ἀπειθούντων ἀπαραίτητος· ἐπὶ δὲ τοῖς πολέμοις ἄριστος. Ὁ δὲ Οὐάλης τῆς Ἀρείου δόξης μεταποιούμενος, πολλοὺς ἐξορίαις ὑπέβαλε· καθ' ὃν χρόνον τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας Λιβέριος προΐστατο, τῆς δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθανάσιος, καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Εὐδόξιος τῆς Ἀρείου θρησκείας διδάσκαλος.

¶ Σαλούστιος, ἔπαρχος πραιτωρίων· ὃς προεβάλετο βασιλέα Οὐαλεντινιανόν. ὁ δὲ, βασιλεύσας, διεδέξατο * αὐτήν· καὶ ἔθηκε πρόσταγμα, ἵνα εἴ τις τι ἠδίκηται παρ' αὐτοῦ, προσέλθῃ τῷ βασιλεῖ. οὐδεὶς δὲ προσῆλθεν. ἦν γὰρ ἁγνότατος ὁ Σαλούστιος. Οὗτος δὲ ὁ Οὐαλεντινιανὸς, τὸν πραιπόσιτον Ῥοδανὸν, ἀδικήσαντα Βερενίκην τινὰ χήραν· * ἧς προσελθούσης τῷ βασιλεῖ, ἔδωκε δικαστὴν Σαλούστιον. ὁ δὲ, κατεδίκασε τὸν πραιπόσιτον. καὶ τούτου καταφρονήσαντος, τὸν πραιπόσιτον ἐν τῷ ἱππικῷ πυρὶ παραδίδωσι· καὶ τὴν κτῆσιν πᾶσαν τοῦ ἀρχιευνούχου τῇ χήρᾳ δίδωσι· καὶ φοβηθέντες, πάσης ἀδικίας ἀπέσχοντο. ¶ Λείας, βοσκήματα, πραίδας ἀπὸ πολεμίων] Σκυθῶν ἐπιδραμόντων τὴν Ῥωμαίων χώραν, καὶ πολλὴν λείαν παρασυράντων, ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς ὀργισθεὶς, καὶ βοήσας μειζόνως, ἐρράγη τὰ τῆς φωνῆς αἴτια, καὶ ἐτελεύτησε.

VALENTINIANVS, L.

VALENTINIANVS, Romanorum Imperator Chriſtianus; cũ eiuſdem cum Patre naturę Chriſtum eſſe ſentiret, nulla in re aduerſarios lædebat. Fuit & ad leges ferẽdas promptiſſimus; in id quoque intentus, vt theſauri iuſte acciperentur: (*id eſt, ne per iniuriam fiſcus augeretur, aut per iniuriã exhauriretur*) in deligendis magiſtratibus accuratus, & inexorabilis cõtumacium vltor: in bellis fortiſſimus. VALENS autem, Arii opinioni addictus, multos in exſilium miſit: quo tẽpore Romanæ eccleſiæ Liberius pręfuit, Alexandrinæ vero Athanaſius, & Conſtãtinopolitanæ Eudoxius, Arianæ ſectæ magiſter. ¶ Saluſtius, præfectus prætorio, Valentinianũ ſuo ſuffragio deſignauit Imperatorẽ. Qui cũ imperiũ ſuſcepiſſet, edicta propoſuit, vt ſi quis a ſe affectus eſſet iniuria, Imperatorẽ adiret. Verũ nemo queſtus eſt. fuit enim integerrimus Saluſtius. Hic Valentinianus, præpoſitum Rhodanum, qui Berenicen viduã iniuriis affecerat; * mulieri de illo conqueſtæ iudicem dedit Saluſtiũ: a quo cõdemnatus præpoſitus, cum iudicium illius nihili faceret, ab Imperatore in Hippico crematus eſt, omnibus archieunuchi bonis viduæ aſſignatis. Quo exẽplo territi mortales, omni iniuria abſtinuerũt. ¶ *Λείας, pecora, prædas*] Cum Scythæ incurſionem in fines Romanorum feciſſent, magnamq; prædam abegiſſent, Imperator Valentinianus iratus, & vehementius vociferatus, vocis inſtrumentis ruptis, obijt.

VALENS, LI.

VALENS, Imperator Romanorũ, peruerſis imbutus opinionibus, hæreticorum defenſor, via patrum ſuorum eſt ingreſſus. Nam & epiſcopos relegabat, & presbyteros, & diaconos, & monachos: Tatiano tum Alexandriæ preſidente. Multos Chriſtianos excruciauit, & quoſdam cremauit. Verũ hæc omnia fecit poſt mortem Athanaſii. Homines igitur orthodoxi in vrbe Conſtãtinopolitana, ſpe concepta clementiæ Valentis, legatos ad eum Nicomediæ degentem miſerunt, ſacri ordinis viros LXXX: quorum duces erant Theodorus, & Curbagus, & Menedemus: quos vniuerſos vna cum naui ſuccendi iuſſit. omnes itaq; cum naui conflagrarunt: quæ quidem vſque ad Dacibiza durauit, ibiq; diſſoluta eſt. Huius execrandi Valentis tempore, Lucius, epiſcopus quidam ſectæ Arianæ, ſtatim inſtar lupi in Eccleſiã impetum fecit: & Petrus Romam aufugit. Lucius autem ita graſſatus eſt, vt nec in gentiliũ perſecutionibus ſimile quidquam ſit factum. Nam tria milia hominum emiſit, qui e medio tollerent & perderent viros pios in deſerto.

¶ Valens, Romanorum Imperator, Arianæ opinioni addictus, multos in exſilium miſit: quo tempore Romanę eccleſiæ Liberius præſidebat, Alexãdrinæ Athanaſius, Conſtantinopolitanæ Eudoxius, Arianæ religionis doctor.

ΟΥΑΛΗΣ, ναʹ.

Οὐάλης, βασιλεὺς Ῥωμαίων. ὃς, κακόδοξων, καὶ συγκροτῶν τοὺς αἱρετικοὺς, εἰς τὴν ὁδὸν τῶν ἰδίων πατρῴων ἐπορεύετο. καὶ γὰρ ἐπισκόποις εἰς ἐξορίας ἔπεμπε, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ μοναχοὺς, Τατιανοῦ τότε ἄρχοντος Ἀλεξανδρείας· καὶ πολλοὺς τῶν Χριστιανῶν ἐβασάνισε, καί τινας πυρὶ παρέδωκε. ταῦτα δὲ πάντα μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Ἀθανασίου. οἱ δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει ὀρθόδοξοι, ἐλεηθήσεσθαι νομίζοντες ὑπὸ Οὐάλεντος, πρεσβείαν ἔπεμψαν πρὸς αὐτὸν ἐν Νικομηδείᾳ τυγχάνοντα, πέμψαντες ἱερατικοὺς ἄνδρας ὀγδοήκοντα· ὧν ἡγοῦντο Θεόδωρος, καὶ Κύρβαγος, καὶ Μενέδημος. οὓς ἅπαντας σὺν τῷ πλοίῳ ὑφαφθῆναι προσέταξε· καὶ πάντες σὺν τῇ νηῒ κατεφλέχθησαν, μέχρι Δακιβίζων τοῦ πλοίου διαρκέσαντος, κἀκεῖσε διαλυθέντος. Ἐπὶ τοῦ βδελυροῦ Οὐάλεντος, Λούκιός τις ἐπίσκοπος τῆς τῶν Ἀρειανῶν αἱρέσεως, παραχρῆμα ὡς λύκος τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπεπήδησεν· ὁ δὲ Πέτρος, εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέφυγεν. ὁ δὲ Λούκιος, τοσαῦτα ἐνεδείξατο, οἷα οὐδὲ ἐν τοῖς διωγμοῖς τῶν Ἑλλήνων ἐγένετο. τρεῖς γὰρ χιλιάδας ἀπέστειλεν, ἀναιροῦντας καὶ πορθοῦντας κατὰ τὴν ἔρημον τοὺς θεοσεβεῖς ἄνδρας. ¶ Οὐάλης, Ῥωμαίων βασιλεὺς, τῆς Ἀρείου δόξης μεταποιούμενος, πολλοὺς ἐξορίαις ὑπέβαλε· καθ᾽ ὃν χρόνον τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας Λιβέριος προεστήκει, τῆς δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθανάσιος, καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Εὐδόξιος, τῆς Ἀρείου θρησκείας διδάσκαλος.

GRATIANVS, LII.

GRATIANVS, audita Valẽtis patrui morte, ſtatim ad Oriẽtalem Romam (*i. Conſtantinopolim*) aduolauit: damnataq; eius aduerſus Chriſtianos ſæuitia, miſſos ab illo in exſilium celeriter reuocauit, reſtitutis bonis, & damnis compenſatis. Legeque conceſſit omnibus, vt ſecure & abſq; cõtentione in ſuis eccleſiis conuenirẽt, ſolique templis arcerentur Eunomiani, Photiniani, Manichæi. ¶ In Peripato (*ſeu Porticu ambulatoria*) Gratiani, Valentiniani, Theodoſii ſtatuę equis inſidentes, ſuper columnis poſitæ, & Firmiliani gibbi, riſus mouendi gratia. ¶ Obiit Baſilius ſub Gratiano Romanorum Imperatore.

ΓΡΑΤΙΑΝΟΣ, νβʹ.

Γρατιανός. οὗτος, ὡς ἐπύθετο τὴν τοῦ Οὐάλεντος τοῦ θείου τελευτὴν, αὐτίκα πρὸς τὴν ἑῴαν Ῥώμην διέβη· καὶ καταγνοὺς τῆς τοῦ θείου Οὐάλεντος τῆς περὶ τοὺς Χριστιανοὺς ὠμότητος, τοὺς μὲν ὑπ᾽ ἐκείνου ἐξορισθέντας διὰ ταχέων ἀνεκαλεῖτο, οὐσίας τε αὐτοῖς ἀποδιδοὺς, καὶ θεραπεύων τὰς βλάβας· πᾶσι δὲ νόμον παρέχειν ἀδεῶς καὶ ἀδηρίτως ἐν ταῖς ἰδίαις ἐκκλησίαις συνάγεσθαι, μόνους δὲ τῶν ἐκκλησιῶν εἴργεσθαι Εὐνομιανοὺς, Φωτεινιανοὺς, Μανιχαίους. ¶ Ὅτι ἐν τῷ περιπάτῳ ἔφιπποι στῆλαι ἵσταντο Γρατιανοῦ, Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Θεοδοσίου, καὶ κυρτοῦ Φιρμιλιανοῦ, πρὸς γέλωτα. ¶ Τελευτᾷ δὲ Βασίλειος Γρατιανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος.

VALENTINIANVS IVN. LIII.

VALENTINIANVS, Imperator Romanorũ, per matrem Iuſtinam a recta fide auerſus

ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΟΣ Ο ΝΕΟΣ, νγʹ.

Οὐαλεντινιανὸς, βασιλεὺς Ῥωμαίων. οὗτος διὰ τῆς μητρὸς Ἰουστίνης, παρετράπη τῆς ὀρθῆς πίστεως,

καὶ ἐξε-

καὶ ἐξεβλήθη τῆς βασιλείας. καὶ ἐλθὼν πρὸς Θεοδόσιον, ἐπαιδεύθη τὴν ὀρθὴν πίστιν. ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ Θεοδόσιος, τὴν βασιλικὴν παράταξιν ἑστάναι, οὐ δι᾽ ὅπλων, ἀλλ᾽ ἐξ ἀγαθῶν προφάσεων. καὶ, οἶδα, φησιν, Οὐαλεντινιανὲ, παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, ἡσυχάζοντος τοῦ στρατοπέδου, τὴν νίκην κατορθωθεῖσαν, καὶ τοὺς πολεμίους ὑποταγέντας, ὑποτελεῖς γεγενῆσθαι τοῦ προλαβόντος κινδύνου. οὕτω καὶ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἀνορθωθεὶς, Λικίνιον τὸν τύραννον * ἐν ναυαγίῳ διέφθειρεν· οὕτω καὶ Οὐαλεντινιανὸς ὁ σὸς πατὴρ, εὐτυχέστερον τὴν βασιλείαν καὶ ἀβλαβῆ παρὰ τῶν πολεμίων ἰθυνῶν * ἐτέλεσε, τοῦ Θεοῦ ἐκδικοῦντος αὐτὸν καὶ μάχας ἀναριθμήτους καὶ νίκας ἀπίστους ἐδέξατο, πολλοὺς βαρβάρους διαφόρους ἀνελών. Οὐάλης δὲ ὁ θεῖος ὁ σὸς, τὸν Θεὸν διαπαραιτῶν, ἐμίανε τὴν ἐκκλησίαν ὁ βέβηλος, διὰ τῆς σφαγῆς τῶν ἁγίων, καὶ ἐξορίας τῶν ἱερέων. ὃς τῇ τοῦ θεοῦ βουλήσει, ὑπὸ τῶν Γότθων πολιορκηθεὶς, ἐκαύθη. ὀρθῶς τὸν Χριστὸν σέβεται ὁ οὐκ ἀδίκως σε ἐκβαλών. ἡ σὴ ἀπιστία, Μαξίμῳ ἐγχειρῆσαι συνήνεγκεν. εἰ τὸν Χριστὸν οὐ βλέπομεν, τίνα παρακαλέσομεν μαχόμενοι; Ταῦτα καὶ πλείω τούτων νουθετήσας Θεοδόσιος Οὐαλεντινιανὸν, εἰς τὴν ὀρθὴν πίστιν μετήγαγεν. ¶ Ὁνωρία, ἀδελφὴ Βαλεντινιανοῦ. ἥτις καὶ αὐτὴ τῶν βασιλικῶν εἴχετο σκήπτρων· Εὐγενίῳ δέ τινι, τὴν ἐπιμέλειαν τῶν αὐτῆς ἐγχειρίσασα πραγμάτων, ἥλω ἐς λαθριον ἐρχομένη λέχος· καὶ ἐπὶ τῷ ἁμαρτήματι ἀνῃρέθη μὲν ἐκεῖνος· ἡ δὲ, τῶν βασιλείων ἐξηλάθη.

ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ, νή.

Θεοδόσιος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, μετὰ τὴν * Μαξιμίνου τοῦ τυράννου ἀναίρεσιν καὶ τὴν ἧτταν καὶ τὴν σφαγὴν τὴν ἐκ τῶν ἐν τοῖς ἕλεσι κρυπτομένων Σκυθῶν, καὶ σφαγὴν Ῥωμαίων, ἐς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐλθὼν, πολέμοις μὲν ἀπειπεῖν ἐγνώκει καὶ μάχαις, ἐπιτρέψας τὰ περὶ τούτων Προμώτῳ· αὐτὸς δὲ τῆς προτέρας ἀνεμιμνήσκετο διαίτης, πολυτελῆ δεῖπνα δειπνῶν, καὶ πολυπραγμονῶν, ταῖς ἡδοναῖς καὶ τοῖς θεάτροις καὶ ἱπποδρομίαις ἐναβρυνόμενος. θαυμάζω δὲ τούτου τὴν ἐφ᾽ ἑκάτερον τοῦ βίου ῥοπήν. φύσει γὰρ ὢν ἐκμελὴς, ῥαθυμίᾳ τε πάσῃ ἐκκείμενος, λυπηροῦ μὲν αὐτὸν οὐδενὸς ἢ δέους ἐπάγοντος ἢ ἐνοχλοῦντος, ἐνεδίδου τῇ φύσει· καθιστάμενος δὲ ἐς ἀνάγκην * δουλείας κατά τινα καθεστῶτα προσδοκωμένην, ἀπετίθετο μὲν τὴν ῥαθυμίαν, καὶ τῇ τρυφῇ χαίρειν εἰπὼν, ἐς τὸ ἀνδρωδέστερον καὶ ἐπίπονον καὶ ταλαιπαθὲς ἀνεχώρει· τοιοῦτος ἐξ αὐτῆς ἀποδεδειγμένος τῆς πείρας, ἐπειδὰν πάσης ἦν ἀπηλλαγμένος φροντίδος, τῇ αὐτοῦ φύσει προσούσαις ἐκμελείαις ἐδούλευε. τῶν δὲ τὰς ἀρχὰς μετιόντων, κατ᾽ ἐξαίρετον ἐν τιμῇ ἦγε

est, & imperio eiectus. Cum autē veniſſet ad Theodoſiū, in recta fide eſt inſtitutus. Dicebat enim ei Theodoſius; *Imperatoriam aciem ſtare nō armis, ſed iuſtis cauſis.* &, *Noui*, inquit, *Valentiniane, religioſiſſimos Imperatores, quieſcente exercitu, victoriam obtinuiſſe: & hoſtes ſubactos, tributarios eſſe factos† periculo antegreſſo. Sic & Coſtantinus Magnus, erectus, Licinium tyrannum †naufragio trucidauit. Sic etiam Valentinianus pater tuus, felicius imperium, & ab hoſtibus illæſum gubernauit; Deo eum defendēte, innumerabilibus prœliis victor, multis & diuerſis barbaris ſublatis. Valens vero patruus tuus, Deum diuellens, inquinauit Eccleſiam, homo profanus, cæde ſanctorum, & ſacerdotum relegatione: diuinaq; prouidentia a Gotthis oppugnatus, conflagrauit. Recte Chriſtum colit is qui non immerito te eiecit: incredulitas tua, Maximo facultatem dedit. Si Chriſtum nō videmus, quem inuocabimus pugnaturi?* Hæc, & plura etiam his, admonitus a Theodoſio Valētinianus, ad fidem rectā adductus eſt. ¶ Honoria, ſoror Valentiniani; quæ & ipſa imperium tenuit. Sed cū deprehenſum eſſet, eā clanculum vti conſuetudine Eugenii cuiuſdam, procuratoris ſui, ob id delictum ille quidem interfectus, ipſa vero * regia expulſa eſt.

THEODOSIVS, LIIII.

THEODOSIVS, Romanorū Imperator, poſt * Maximini tyranni cædem, & cladem ab Scythis in paludibus latentibus acceptam, cædemque Romanorū, decreuerat bellis & pugnis valere iuſſis, & Promoto mādatis, veteris vitæ rationis meminiſſe, ſumptuoſis cœnis curioſe inſtruēdis, & theatris & equorū decurſionibus ſeſe oblectando. Equidem miror vitæ eius in vtramq; partem inclinationem. Nam cum natura ſegnis & admodum ſocors eſſet, nulla moleſtia aut formidine interpellāte, genio indulgebat. Neceſſitate vero vrgente, * & metu ſeruitutis impēdente; eiecta ſocordia, & deliciis valere iuſſis, fortem & laborum tolerantem ſe præbebat: talis ipſa experientia declaratus, cum primum omni ſollicitudine liberatus eſſet, naturæ ſuæ inertiæ ſeruiebat. Ex iis qui magiſtratus gerebāt,

Rufinum eximie honorabat, natione Gallum, magiſtrum ordinũ ſenatus. Idem, cum filium Honorium Romanorum Imperatorẽ deſignaſſet, coëgit ſenatũ, patria inſtituta ſeruantem, nec imitari volentem eos qui ad deorum contemptum declinaſſent: verbaq; fecit de veteri errore relinquendo, & Chriſtianiſmo amplectẽdo: cuius promiſſio eſſet, ab omni peccato, omni impietate liberatio. Ei adhortationi cum nemo paruiſſet; nec quiſquam a patriis inſtitutis iã inde ab vrbe cõdita traditis, recedere vellet, iiſq; Chriſtianos ritus anteferre; quod, dũ illa tenuiſſent, annos prope MCC vrbem incolumem tenerent; ſed quid ſibi euenturum eſſet, illis permutatis, ignorarent: tum ille, ſumptibus ſacrificiorum & victimarum onerari ærarium, ſeque illa ſublaturum eſſe dicebat: quod neque rem ipſam probaret, & alioqui etiam res militaris ſumptus maiores poſtularet. Cum vero ſenatus negaſſet recte iſta legitimeq; fieri; &, vt ſumptus publici deeſſent, non propterea ritus ſacrorum prætermittendos eſſe: Romanorum imperium ex parte eſt imminutum.

THEODOSIVS IVNIOR, LIX.

THEODOSIVS minor, Romanorum Imperator, ſuſcepto a patre principatu, homo imbellis & timidus, pace pecunia, non armis parta, Rempublicam Romanã grauiter afflixit. Nam cum ab eunuchis eſſet educatus, omnibus eorum imperatis parebat: adeo vt legiones etiam ope illorum indigerent, multaque & in ciuilibus & in militaribus inſtitutis nouarentur; magiſtratibus non in viros qui eos gerere poſſent, collatis, ſed in eos qui auro eunuchorum auaritiam explerent. Et cum Sebaſtiani ſatellites piraticis nauibus Helleſpontum & Propontidem infeſtarent, eo rem eunuchi deduxerunt, Theodoſium ludicris quibuſdam, tamquam pueros, detinendo, vt nihil gereret memorabile. Nam cum ad annos L perueniſſet, ipſe quidem ſordidis artibus & venatui vacabat: eunuchi vero & Chryſaphius ſumma rerum potiebãtur: quam illo mortuo Pulcheria ſoror ad ſe tranſtulit. ¶ In Milio ſuper columna ſtetit Theodoſii ænea ſtatua

Ῥουφῖνος, Κελτὸς τὸ γένος, μάγιστρος τῶν ἐν τῇ βουλῇ τάξεων καταστάς. Ὁ αὐτὸς, μετὰ τὸ ἀναγορεῦσαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ὁνώριον ἐν τῇ Ῥωμαίων βασιλείᾳ, συνεκάλεσε τὴν γερουσίαν τοῖς πατρίοις ἐμμένουσαν ἔθεσι, καὶ οὐχ ἑλομένην *ἐνεχθῆναι τοῖς περὶ τὴν τῶν θεῶν ἀποκλίνασι καταφρόνησιν· λόγους τε προσῆγε, παρακαλῶν ἀφιέναι μὲν ἣν πρότερον εἵλοντο πλάνην, ἑλέσθαι δὲ τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν· ἧς ἐπαγγελία, παντὸς ἁμαρτήματος καὶ πάσης ἀσεβείας ἀπαλλαγή. μηδενὸς δὲ τῇ παρακλήσει πεισθέντος, μηδὲ ἑλομένου τῶν ἀφ' οὗπερ ἡ πόλις ᾠκίσθη παραδεδομένων αὐτοῖς πατρίων ἀναχωρῆσαι, καὶ προτιμῆσαι τούτων τὰ Χριστιανῶν· ἐκεῖνα μὲν φυλάξαντας, σ' καὶ χιλίοις σχεδὸν ἔτεσιν ἀπόρθητον τὴν πόλιν οἰκεῖν· ἕτερα δὲ ἀντὶ τούτων ἀλλαξαμένους, τὸ ἐκβησόμενον ἀγνοεῖν. ὁ δὲ, βαρύνεσθαι ἔλεγε τὸ δημόσιον τῇ περὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς θυσίας δαπάνῃ· βούλεσθαί τε ταῦτα περιελεῖν, οὔτε τὸ πραττόμενον ἐπαινοῦντα, καὶ ἄλλως τῆς στρατιωτικῆς χρείας πλειόνων δεομένης χρημάτων. τῶν δὲ ἀπὸ τῆς γερουσίας μὴ κατὰ θεσμὸν εἰπόντων πράττεσθαι τὰ τελούμενα, μήτε δημοσίου δαπανήματος ὄντος· διὰ τοῦτο οὖν τοῦ θυηπολικοῦ θεσμοῦ λήξαντος, ἡ Ῥωμαίων ἐπικράτεια κατὰ μέρος ἠλαττώθη.

ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ Ὁ ΝΕΟΣ, νθ'.

Θεοδόσιος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ μικρός. οὗτος διαδεξάμενος παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχὴν, ἀπόλεμος ὢν, καὶ δειλίᾳ συζῶν, καὶ τὴν εἰρήνην χρήμασιν, οὐχ ὅπλοις κτησάμενος, πολλὰ παρεξείργασε κακὰ τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ. ὑπὸ γὰρ τοῖς εὐνούχοις τραφεὶς, πρὸς πᾶν σφίσιν ἐπίταγμα εὐπειθὴς ἦν· ὥστε καὶ τοὺς λογάδας τῆς ἐκείνων δεῖσθαι ἐπικουρίας, καὶ πολλὰ νεοχμοῦσθαι ἐν τοῖς πολιτικοῖς καὶ στρατιωτικοῖς τάγμασι, μὴ παριόντων εἰς τὰς ἀρχὰς ἀνδρῶν τῶν διέπειν ταύτας δυναμένων, ἀλλὰ τῶν χορηγούντων χρυσίον διὰ τὴν τῶν εὐνούχων πλεονεξίαν. καὶ τῶν Σεβαστιανοῦ δορυφόρων πειρατικὸν συστάντων, τόν τε Ἑλλήσποντον καὶ τὴν Προποντίδα διεταράξαν. ἐς τοῦτο τὰ πράγματα ἀτοπίας οἱ εὐνοῦχοι *παρεσκεύασαν, ἀποβουκολοῦντες τὸν Θεοδόσιον, ὥσπερ τοὺς παῖδας ἀθύρμασιν, οὐδὲν, ὅ τι καὶ ἄξιον μνήμης, διαπράξασθαι παρεσκεύασαν. ἀλλ' εἰς ν' ἐτῶν ἡλικίαν ἐληλυθὼς, διετέλεσε βαναύσους τε τινὰς μετιὼν τέχνας, καὶ θήρᾳ προσκαρτερῶν· ὥστε τοὺς εὐνούχους καὶ τὸν Χρυσάφιον ἔχειν τὸ τῆς βασιλείας κράτος. ὅνπερ ἡ Πουλχερία μετῆλθε, τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος.

¶ Ὅτι ἐν τῷ μιλίῳ Θεοδοσίου ἵσταται στήλη ἐφ' ἵππου χαλκῆ.

χαλκῆν ἀνεγείρας, πολλὰ σιτηρέσια τῇ πόλει ἐχαρίσατο. ζητητέον δὲ ὁποίου Θεοδοσίου. ¶ Θεοδόσιος ὁ μικρὸς, καταλύσας Ἀντίοχον τὸν πραιπόσιτον, ἐν τοῖς πρεσβυτέροις κατέταξεν. ὁ αὐτὸς Κῦρον, τὸν τούτου διαδεξάμενον τὴν δυναστείαν, καὶ τὰς δύο μεγίστας τῶν ἐπάρχων ἀρχὰς κατὰ τὸν αὐτὸν διανύοντα χρόνον. ὃς τὴν τοσαύτην εὐπραγίαν θαυμάσας, ἀπεφθέγξατο τόδε, Οὐκ ἀρέσκει μοι τύχη πολλὰ γελῶσα. καθαιρεῖται γοῦν καὶ αὐτὸς ὡς Ἕλλην καὶ *βασιλείας ἐλπίζων· καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ δημευθείσης, γέγονεν ἐπίσκοπος ἐν Κοτυαείῳ τῆς Φρυγίας. μετὰ δὲ τοῦτον, ἐδυνάστευσε μόνος Χρυσάφιος, ὁ ἐπίκλην Ζύμμας. ¶ Ἰωάννης, ὁ τυραννήσας εἰς Ῥώμην ἐπὶ Θεοδοσίου, πρᾶος ἦν καὶ ξυνέσεως ἐπήκοος, καὶ ἀρετῆς ἀντιποιεῖσθαι ἐξεπιστάμενος. ὃς τὴν τυραννίδα μετρίως ἐξηγήσατο, οὐδὲ τοῖς διαβάλλουσι τὴν ἀκοὴν ὑπέσχεν, οὐδὲ φόνον ἄδικον εἰργάσατο, ἑκών γε εἶναι· οὐδὲ χρημάτων ἀφαιρέσει ἐπέθετο.

ΜΑΡΚΙΑΝΟΣ, ξβʹ.

Συμεῶνος τοῦ θαυμαστοῦ τὸν βίον καὶ τὸ ἄτυφον, ἐγνωκότες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ μοναχοὶ, πάλιν αὐτῷ ἐκοινώνησαν. ὁ δὲ Μαρκιανὸς ὁ βασιλεὺς, ἐν σχήματι ἰδιώτου πρὸς αὐτὸν ἀφανῶς παρεγένετο.

ΛΕΩΝ, ξγʹ

Λέων, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ Μακέλλης. ὃς ἔδοξε τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων ἁπάντων εὐτυχέστατος εἶναι· καὶ φοβερὸς ἅπασι τοῖς τε ὑπὸ ἐκείνου τὴν βασιλείαν τελοῦσι, καὶ τῶν βαρβάρων αὐτῶν ὅσοις εἰς φήμην ἀφίκετο. καὶ ταύτην μὲν τοῖς πολλοῖς καταλέλοιπε τὴν δόξαν. ἐγὼ δὲ, φησὶ Μάλχος, εὐτυχίαν οὐκ οἶμαι, εἴ τις τῶν ἀρχομένων τὰ ὄντα διασυλῶν, καὶ μισθούμενος ἀεὶ συκοφάντας εἰς τοῦτο, καὶ κατηγορῶν αὐτὸς ὅτε μὴ ἄλλον εὕρισκε, καὶ τὸν χρυσὸν ἐξ ἁπάσης τῆς γῆς συλλεξάμενος, ἑαυτῷ μόνῳ κατάθοιτο· ἐρήμους μὲν τὰς πόλεις ἧς πρὶν ἔμπροσθεν εἶχον εὐπορείας ποιήσας, ὡς μηκέτι τοὺς φόρους, οὓς ἐτέλουν, δύνασθαι μετ᾽ εὐχερείας ἀπενεγκεῖν. καὶ ἁπλῶς πάσης κακίας ἀπισχυρίζετο ὁ Μάλχος γενέσθαι αὐτὸν καταγώγιον. ὅς γε καὶ Ὑπερέχιον τὸν γραμματικὸν ἐφυγάδευσε. καί ποτε τῷ Εὐλογίῳ τῷ φιλοσόφῳ σιτηρέσιον εἰπὼν δοθῆναι, τινὸς τῶν εὐνούχων λέγοντος, ὅτι ταῦτα εἰς στρατιώτας προσήκει δαπανᾶσθαι, εἶπεν, Εἴθε γένοιτο ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ χρόνου, ὥστε τὰ τῶν στρατιωτῶν εἰς διδασκάλους παρέχεσθαι.

equeſtris: quam cum poſuiſſet, multa congiaria largitus eſt ciuitati. Sed quærẽdum cuius illa Theodoſii fuerit. ¶ Theodoſius minor Antiochũ præpoſitum loco motum, in presbyteros retulit. Idem & ſucceſſorem eius Cyrum, eodẽ tempore duas maximas* prouincias adminiſtrantem, in ordinem coëgit: cum quidem is tantos ſucceſſus admiratus, effatus eſſet; *Non placere ſibi fortunam ita arridentem.* Itaque bonis publicatis, vt gentilis & imperio inhiãs, ademptis magiſtratibus, factus eſt epiſcopus Cotyaii Phrygiæ. Poſt hunc autem ſolus dominatus eſt Chryſaphius, cognomento Zummas. ¶ Ioãnes, Romæ princeps ſub Theodoſio; clemẽs fuit, & prudens, & virtutis ſtudioſus; moderate principatu functus; neque delatoribus aures præbuit: nec, volens certe quidem, vllam cędem iniuſtam fecit; neque bona cuiquam eripuit.

MARCIANVS, LXII.

SYMEONIS illius admirandi vita faſtusq; experte animo cognito, monachi Ægyptii rurſus cõmunionem cum eo coluerunt: Marcianus vero Imperator ſæpe hominis priuati habitu clam cum adiit.

LEO, LXIII.

LEO Macelles, Imperator Romanorum, habitus eſt ſuperiorum Imperatorum omnium feliciſſimus, & formidabilis omnibus, tum ſibi ſubiectis populis, tum barbaris, ad quos eius fama peruenit. Et hanc quidem vulgo de ſe opinionem reliquit. Ego vero (inquit Malchus) felicitatem nõ exiſtimo, ſi quis populi ſui facultates diripit, & eam ad rem ſemper ſycophantas ſubornat: & ipſe eos accuſat, ſi alium non inuenerit: & aurum ex vniuerſo terrarum orbe coactum, ſibi ſoli recondit: & vrbes opibus ſpoliatas eo redigit, vt conſtituta tributa haud facile poſſint pendere. Deniq; omnis improbitatis diuerſoriũ Malchus eũ fuiſſe affirmabat: qui & Hyperechium grammaticũ in exſilium egerit. Cum aliquãdo Eulogio philoſopho ſtipẽdium dari iuſſiſſet, quodã ex eunuchis dicẽte, pecuniã illã militibus eſſe impendendã, dixit; *Vtinam mea ætate fiat vt ſtipẽdia militũ in philoſophos conferantur.*

Temporibus eius fuit Acacius patriarcha. Nam cũ is ὀρφανοτρόφος (id eſt pupillorũ educator) fuiſſet, & res eorum probe adminiſtraſſet, omnibus acceptus fuit: & familiaritate cum Leone Imperatore contracta, ſupra modum illi placuit: adeo vt is de rebus tũ publicis, tum priuatis, eum primum cõſuleret: & quando ſenatum conuocabat, etiã hunc accerſeret, & totius deliberationis initium ab eo caperet.

Hic Acacius, animaduerſa Leonis Macellæ in eos a quibus offenſus eſſet, crudelitate, eiusq; ingenio exquiſite deprehenſo, quod id a ſolis laudantib. capi poſſet: operã dabat vt omnia eius & dicta & facta miraretur: Itaq; facile eum dicto audientem habuit, atq; eius iracundiã facile repreſſit; & multis, quibus Princeps offenſus erat, ſaluti fuit; & perpetuo exſilio damnatos in patriam reuocauit.

Hic poſt obitũ Gennadii patriarchæ Conſtantinopolitani, ſtudio Zenonis ſacerdos deſignatus eſt, vt aptus gubernationi.

ZENO, LXVII.

ZENON Imperator, audita clade ſuorum, in caſtellũ, quod populares Conſtantinopolim vocabant, in tumulo ſitum, confugit. Quo cognito, ſuis cum gemitu, *Homo igitur*, inquit, *Dei ludibrium eſt; cum & me ſic ludiſicari viſum ſit numini. Vates enim conſtãter affirmarũt, oportere me Iulio menſe Conſtantinopoli eſſe: ac ego me in vrbe fore putaui: nunc, & deſtitutus ab omnibus, & exſul, in hunc tumulum veni; inuenta miſer appellatione conſimili.*

¶ Zeno, Romanorũ Imperator, non eadem fuit crudelitate qua Leo; neq; ita inexorabili iracundia; & multis in rebus animo fuit ſplendoris & gloriæ cupido: multaq;, quo admirationi eſſet, per oſtentationem potius quã vere & ex animo faciebat. Sed nec rerũ gerẽdarum peritus erat; nec ea ſcientia præditus, qua regna tuto gubernantur. Lucri autem atq; emolumẽti non ita furenter appetens vt Leo; nec crimina in* poſſeſſores cõminiſcens; nec tamẽ protſus alienus ab auaritia. Ac bonam gubernationem Romani ſenſiſſent, niſi Sebaſtianus, tum in aula potentiſſimus, illũ quouis ſuo arbitratu impuliſſet, velut in foro cauponans omnia, nec ſine pretio quidquã in regia ſinens confici. Nã & magiſtratus vẽdebat oẽs,

Ἐπὶ τῶν χρόνων αὐτοῦ Ἀκάκιος ἐγένετο πατριάρχης· ὀρφανοτρόφος γὰρ γεγονώς, καὶ καλῶς τὰ τῶν ὀρφανῶν διοικῶν, πᾶσιν ἐφαίνετο καθ' ἡδονήν. καὶ δὴ καὶ τῷ βασιλεῖ Λέοντι συνήθης γεγονώς, ὑπερφυῶς ἤρεσκε· καὶ τούτῳ πρώτῳ ἀεὶ πάντα ἀνεκοινοῦτο τά τε κοινὰ καὶ τὰ ἴδια. καὶ ὅτε τὴν βουλὴν ἤθροιζε, συνεκάλει καὶ τοῦτον, καὶ τῆς σκέψεως ἀρχὴν ἐξ αὐτοῦ πάσης ἐτίθετο. ὃς Ἀκάκιος, τὴν τοῦ Λέοντος τοῦ Μακέλλη ὠμότητα συνιδὼν πρὸς τοὺς τι λυπήσαντας, καὶ τὸ ἦθος ἀκριβῶς τὸ ἐκείνου φωράσας, ὅτι τοῖς ἐπαινοῦσι μόνον ὑπάρχει εὐάλωτον, ἐπετήδευε πάντα τὰ ἐκείνου θαυμάζειν. τοιγαροῦν πειθήνιον αὐτὸν εἶχεν ἑτοίμως· τόν τε θυμὸν αὐτοῦ ῥᾳδίως κατέστελλε· καὶ πολλοῖς προσκεκρουκόσι τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύετο· καὶ τοὺς ἐξορίαν ἀΐδιον ἔχοντας, ἀνεκαλεῖτο πρὸς τὴν πατρίδα. οὗτος μετὰ θάνατον Γενναδίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, σπουδῇ Ζήνωνος ἱερᾶσθαι προεβλήθη.

ΖΗΝΩΝ, ξζ΄.

Ζήνων, ὁ βασιλεύς, πυθόμενος τῶν οἰκείων τὴν ἧτταν, ἐς φρούριον καταφεύγει ἐπὶ λόφου κείμενον, ὃ Κωνσταντινούπολιν οἱ πρόσχωροι ἐκάλουν. ὅπερ γνούς, τοῖς συνοῦσι, στενάξας, Θεοῦ παίγνιον ἄρα, εἶπεν, ὁ ἄνθρωπος· εἴ γε καὶ ἐμὲ οὕτω παίζειν φιλεῖ τὸ δαιμόνιον. ἐμοὶ γὰρ δὴ οἱ μάντεις τὸν Ἰούλιον μῆνα ἐξ ἀνάγκης ἐν Κωνσταντινουπόλει διαγενόμενον προὔλεγον· κἀγὼ μὲν ἐνόμιζον ἐς Κωνσταντινούπολιν ἀναβήσεσθαι· νῦν δὲ πάντων ἔρημος καὶ φυγάς, εἰς λόφον ἦλθον εὑρηκὼς ὁ δείλαιος προσηγορίαν ὁμώνυμον.

¶ Ζήνων, βασιλεὺς Ῥωμαίων, τὴν μὲν ὠμότητα ἣν ἐκέκτητο Λέων, ἐν τῇ φύσει οὐκ εἶχεν· οὐδὲ τὸ θυμούμενον ἀπαραίτητον αὐτῷ καθειστήκει ἐσάπαξ, οἷον τὸ τοῦ Λέοντος διέμενε· καὶ τήν γε προαίρεσιν ἐν πολλοῖς εἶχε φιλότιμον· καὶ ἃ ἔπραττε, δόξης ἕνεκεν καὶ τοῦ θαυμάζεσθαι ἔπραττεν· ἐπιδεικτικῶς μᾶλλον, ἢ ἀληθῶς. οὐ μὴν οὔτε ἔμπειρος τῶν πραγμάτων ἦν, οὔτε εἶχεν ἐπιστήμην δι' ἧς ἔστιν ἀσφαλῶς τὰς βασιλείας ἰθύνεσθαι. πρὸς δὲ κέρδος καὶ λῆμμα οὐχ οὕτω μὲν ἐμμανῶς ὡς ὁ Λέων διέκειτο· οὐδὲ ἔπλαττε μὴ ὄντα τοῖς κεκτημένοις ἐγκλήματα. οὐ μὴν οὐδὲ παντελῶς κρείττων ὑπῆρχε τοῦ πράγματος. καὶ χρηστῆς ἂν βασιλείας ἔτυχον Ῥωμαῖοι, εἰ μὴ Σεβαστιανός, ὁ τότε παραδυναστεύων, ἦγεν αὐτὸν ἐς ὅ τι ἐβούλετο, καπηλεύων ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἅπαντα, καὶ μηδὲν ἄπρατον ἐῶν ἐν τῇ βασιλέως αὐλῇ διαπράττεσθαι· ἀλλὰ τὰς μὲν ἀρχὰς ἀπεδίδοτο πάσας,

ἰδίᾳ μὲν ἑαυτῷ, ἰδίᾳ δὲ λαμβάνων τῷ βασιλεῖ τὰ τιμήματα. καὶ εἰ προσελθεῖν ἕτερος βραχύ τι προσθεὶς, ἐκεῖνος ἦν αἱρετώτερος. τῶν δὲ ἐν τοῖς ἀρχείοις γινομένων ἁπάντων, οὐδὲν ἦν ὃ μὴ λαβὼν ἀπεπίπρασκεν. εἰ δέ τινα ἀρχὴν τῶν περὶ αὐτὸν ὄντων ἐχαρίσατο Ζήνων, ὥσπερ πολιτοκάπηλος αὐτὸς, ταύτην ὀλίγου παρ' ἐκείνων λαμβάνων, ἄλλοις παρεῖχε τοῦ πλείονος, Ζήνωνι τὰ κλέμματα παρέχων. ¶ Ζήνων, βασιλεὺς Ῥωμαίων. ὃς, Ζήνωνα τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν διάδοχον καταλιμπάνειν θέλων κομιδῇ νέον, προῆγε τε δι' ἀξιῶν, καὶ σωμασκεῖσθαι ἐκέλευεν εἰς ἐπίδοσιν τῆς ἡλικίας. οἱ δὲ βασιλικοὶ, ἐν ἐξουσίᾳ γινόμενοι τοῦ ἀδεῶς τὰ δημόσια καταναλίσκειν, συβαριτικῶς τὸν νέον κραιπαλᾶν ἐπήρχουν· καὶ μαστροπεύοντες αὐτῷ τοὺς συνήθεις, πρὸς τοὺς τῶν ἀρρένων ἔρωτας λυσσᾶν ἐπαίδευον ἐκτόπως. διαίτης οὖν ἐν ἡδοναῖς καὶ τύφῳ πεπλησμένης, τοῦ καλῶν ἐκτὸς γινόμενος, καὶ τὴν ὑποτυφομένην ἀλαζονείαν ἐπὶ τῇ βασιλικῇ προσδοκίᾳ διὰ τοῦ προσώπου ὑπεμφαίνων, ἀκροβατεῖν τε ἤρξατο, καὶ μετέωρον τὸν αὐχένα αἴρειν, καὶ συλλήβδην φάναι, προσεῖχεν πᾶσιν ὡς οἰκέταις ἀνθρώποις. ἀλλ' ὁ πάντων ἔφορος, τὴν φυσικὴν καὶ διδακτὴν κακότητα αὐτοῦ τεθεαμένος, διαρρεύσαντα τῇ γαστρὶ, καὶ ἀναισθήτως ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐς τὴν εὐνὴν ἀποπατοῦντα, πρὸ ὥρας τῶν ἀνθρωπείων ἐδικαίωσεν ἐκβιῶναι. ¶ Ὅτι Ἀρκαδίας τῆς δευτέρας γυναικὸς Ζήνωνος, στήλη ἐστὶν ἐν Ἀρκαδιαναῖς, ἐν τοῖς πλησίον μέρεσι τῶν Βάθρων τῶν λεγομένων τόπων, ἐν τῷ τοῦ ἀρχιστρατήγου· ἔνθα Ζήνων ἔκρινε τοὺς μετὰ Βασιλίσκον· καὶ σέκρητον τὸν τόπον ἐποίησεν. τῆς δὲ ἑτέρας αὐτοῦ γυναικὸς πρώτης Ἀριάδνης, καὶ αὐτοῦ Ζήνωνος, ἐν τῇ βασιλικῇ πύλῃ.

pretio tum ſibi reſeruato, tum Imperatori cõmunicato. Quod ſi quis acceſſiſſet, qui paulum quiddam adiiceret, is præferebatur. In toto denique palatio nihil erat rerũ omnium, quod venale non eſſet. Quod ſi Zeno magiſtratum aliquem ſuis familiaribus contuliſſet, ipſe, mancipis inſtar, eum ab illis redemptum, pluris vendebat aliis, Zenoni furta præbẽs. ¶ Zeno, Romanorum Imperator, filium ſuum admodum adoleſcẽtem, imperii ſucceſſorem relinquere cupiens, * & dignitatibus ornabat, & corpus exercere iubebat, ad ſtaturæ incrementum. At imperatorii proceres, poteſtatem nacti fiſci affatim exhauriendi, curabant vt adoleſcẽs Sybaritico luxu corrumperetur, & lenocinio ſuo ad inſanos eum amores æqualium incitabant. Itaque vitæ ratione ad voluptatem & ſuperbiam comparata, ab omni honeſtate remotus, & iam tum arrogantiam, ob exſpectationem imperii, e vultu elucentem, præ ſeferens; ſublimis incedere, & erigere ceruices cœpit; ac (paucis vt dicam) erga omnes non alium ſe præbere, quam aduerſus ſeruos. Verum inſpector omnium rerum, & natiua & edocta eius improbitate perſpecta, ita illum mulctauit, vt alui profluuio multos dies ſine ſenſu lectum inquinans, immatura ætate rebus humanis eximeretur. ¶ Arcadiæ, poſteriori Zenonis vxori, columna poſita in Arcadianis, non procul eo loco qui Bathra (id eſt Gradus) nominatur, in Archiſtrategi prætorio: vbi Zeno iudicabat poſt Baſiliſcum: locumque iſtum vertit in Secretum. Prioris vxoris eius, Ariadnes, & Zenonis ipſius, [columna ſtat] in Porta regia.

ΒΑΣΙΛΙΣΚΟΣ, ξη'.

Βασιλίσκος, Βηρίνης ἀδελφὸς τῆς βασιλίδος· ἐπὶ Λέοντος τοῦ βασιλέως ἀντὶ Ρουστικίου στρατοπεδάρχου ᾑρέθη· εὐεπίτευκτος μὲν ὢν ἐν μάχαις, βραδύνους δὲ, καὶ φενακίζουσι ῥᾳδίως ὑπαγόμενος. ¶ Βασιλίσκος, ὁ Ῥωμαίων τῶν ἑῴων βασιλεὺς, τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς ἐπισκόπους εἰσέπραξε χρήματα· καὶ Ἀκάκιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον μικροῦ δεῖν ἀπώσατο, εἰ μὴ τῷ πλήθει τῶν λεγομένων μοναχῶν ἀπεκρούσθη. πολὺς τε ἦν εἰς ἐπιθυμίαν χρημάτων, ὡς μηδὲ αὐτῶν τῶν εὐτελῶν

BASILISCVS, LXVIII.

BASILISCVS, Verinæ Imperatricis frater, ſub Leone Imperatore, Ruſticio duci exercitus ſucceſſit. In pugnis quidem fortunatus, ſed tardiuſculus, & impoſtoribus opportunus. ¶ Baſiliſcus, Romanorum orientalium Imperator, pecuniam exegit ab Eccleſiarum epiſcopis: & Acacium Conſtantinopolis epiſcopum propemodum pepuliſſet, niſi a multitudine eorum qui monachi dicuntur, repulſus fuiſſet: homo inſigni auaricia, vt ne cerdonibus quidem

& contemptis artificibus parceret, omniaq; plena eſſent lacrymarum inter illas exactiones. ¶ Armatus] Cum Baſiliſcus Imperator Armato, vt cognato, liberũ aditum ad Zenonidem Imperatricem permitteret; ac diutius conſuetudo duraret; amboque forma inſigni eſſent, deperire inter ſe cœperunt. hinc oculos in ſe inuicem coniiciebant, & vultus ſubinde [illegible], & [illegible]debant inter [illegible] amore ortus, vul[illegible] animos ſuos [illegible] Mariæ obſtetri[illegible] ſunt [illegible] medicina. Itaque Ze[illegible] Baſiliſco blandiri, vt amator pri[illegible] in vrbe locum teneret. Cum autem Theodoricus videret Armatum ab omnibus coli, ſeque vinci a iuuene qui capillos tãtum & alias corporis exercitationes curaret, indignabatur. At Armatus cum auri affluentia, tum bonorum magnitudine inflatus, neminẽ ſibi fortitudine præſtare putabat: ac tantum in eo væcordia valebat, vt vt Achillis habitu equo conſcenſo, in Hippodromo ſe iactaret. Quo magis autem ea gloriolæ inſania teneretur, acclamationib. infimæ plebeculæ fiebat, quæ Pyrrhum illum appellaret. quod ſi eo faciebat quod rubicunda eſſet facie, recte dicebat: ſin ad laudẽ fortitudinis, definiebat vt adoleſcentem. neque enim heroes petebat, vt Pyrrhus; ſed mulieres deperibat, vt Paris.

καὶ βαναύσοις μελλόντων ἐπιστήμας, ἀπέχεσθαι καὶ ἦν ἅπαντα μεστὰ δακρύων, τῇ τῶν τοιούτων εἰσφορῶν πράξει. ¶ Ἀρμάτος] ὅτι Βασιλίσκος ὁ βασιλεὺς, ἐπειδὴ ὡς συγγενεῖ τῷ Ἀρμάτῳ, ἀδεῶς ἐπέτρεπεν ἐντυγχάνειν Ζηνωνίδι τῇ βασιλίδι, τρεφομένης σφίσι τῆς ὁμιλίας, καὶ τοῦ κάλλους αὐτῶν οὐκ εὐπαροδεύτου ὄντος, ἄμφω ἀλλήλων ἐκτόπως ἤρων. ῥιπαὶ δὲ ὀμμάτων ἐπ' ἀλλήλοις ἐγίνοντο, καὶ παρεκτροφαὶ συνεχεῖς προσώπων, καὶ μειδιαμάτων μεταδόσεις· πόνος τε μετὰ ταῦτα ἔρωτος ὑπ' ὄψιν στεγόμενος. ἐπεὶ δὲ κοινωσάμενοι τὸ πάθος Δανιὴλ εὐνούχῳ, καὶ Μαρίᾳ μαίᾳ, ἰάσαντο τοῦτο μόλις τῇ τῆς μίξεως ἰατρείᾳ, Ζηνωνὶς Βασιλίσκον διὰ θεραπείας ἦγε, τοῦ τὸν ἐραστὴν ἔχειν ἐν τῇ πόλει τὰ πρωτεῖα. ὁρῶν δὲ Θευδέριχος τιμώμενον ἐκ πάντων Ἀρμάτον, ἤσχαλλεν, ὡς παρευδοκιμούμενος ἐκ νέου, τὴν κόμην μόνον καὶ τῆς ἄλλης φροντίζοντος σωμασκίας. Ὁ δὲ Ἀρμάτος, ἔκ τε φορᾶς χρημάτων καὶ τιμῆς ἀπλέτου τυφωθεὶς, οὐδένα αὐτοῦ ᾤετο διοίσειν ἐπ' ἀνδρείᾳ. καὶ τοσοῦτον αὐτοῦ ἤδε ἡ ἄλη ἐπεκράτει, ὡς σκευὴν ἀναλαμβάνειν Ἀχιλλέως, οὕτω τε περιβαίνειν εἰς ἵππον κατὰ τὸν ἱππόδρομον θρυάπτεσθαί τε οἴκου. ἔχαιρε δὲ τοῦτον πλείω πρὸς ἑαυτὴν δόξαν μαίνεσθαι, τὸ ὑπὸ δήμου σύρφακος ἐν εὐφημίαις ἀνακαλεῖσθαι Πύρρον. ὃς, εἰ μὲν οὕτως ἐβόα διὰ τὸ ἐρυθρὸν τὸ πρόσωπον εἶναι, ἐλέγχειν εἰκότα· εἰ δὲ ὡς πρὸς ἔπαινον ἀνδρείας, ἐπέληγεν ὡς νέον. οὐ γὰρ ἥρωας ἔθελγεν ὡς Πύρρος, ἀλλὰ γυναιμανὴς ἦν ὡς Πάρις.

ANASTASIVS, LXX.

ANASTASIVS Romanorũ Imperator, mutatus in deterius, vniuerſum Imperium Ariſtocratiam effecit, magiſtratibus omnibus vendendis, & delinquentibus ignoſcẽdo; inexplebili pecuniæ auiditate incenſus. Vnde factum vt prouinciæ militaribus catalogis exhauſtis, prouinciales rebus inuetis & peregrinis percellerentur. Neque enim armis infeſtos barbaros propulſabat, ſed pecunia ſubinde pacẽ redimebat. Ad hæc, in bona defunctorũ inquirebat, & cõmunem omnib. paupertatem donabat. Quorũ enim ipſe rẽ familiarem auferebat, iis paulo poſt, pietatis nomine diſtribuebat: & quarum vrbiũ incolas nudabat, earũ ædificia renouabat:

ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΣ, ο΄.

Ἀναστάσιος, Ῥωμαίων βασιλεύς. οὗτος ἐπὶ τὸ χεῖρον τραπεὶς, πᾶσαν ὁμοῦ τὴν βασιλείαν εἰς ἀριστοκρατίαν μετέστησε, τὰς μὲν ἀρχὰς ἁπάσας ἀπεμπολῶν, καὶ τοῖς ἀδικοῦσι συγχωρῶν· καὶ πρός γε χρημάτων ἀκόρεστον ἐπιθυμίαν τραπεὶς, ὡς κενὰς ἐντεῦθεν γίνεσθαι καταλόγων τὰς ἐπαρχίας, καὶ πρὸς τὸ ἀστοὺς καὶ ξένους καταπεπλῆχθαι τοὺς ἄνδρας. οὐδὲ γὰρ ὅπλοις τοὺς ἐπιόντας βαρβάρους ἠμύνετο, ἀλλὰ χρήμασι τὴν εἰρήνην ἐξωνούμενος διετέλει. πρὸς δέ γε τούτοις καὶ τὰς τῶν τελευτώντων οὐσίας ἐπολυπραγμόνει, κοινὴν ἅπασι δωρούμενος τὴν πενίαν. ὧν γὰρ αὐτὸς ἐλάμβανε τὰς οὐσίας, τούτοις μετ' ὀλίγον διεδίδου, τῷ τῆς εὐσεβείας τρόπῳ· καὶ ὧν ἐγύμνου πόλεων τοὺς ἐνοικοῦντας, τὰς οἰκοδομὰς ἀνενέου·

ὡς καὶ

ὡς καὶ τὴν ἐνεγκαμένην ἐπιμελῶς κοσμῆσαι, καὶ τρισὶ περιβαλεῖν στεφάνοις. Ἐπὶ δὲ τούτου δειναὶ ταῖς κατὰ Λιβύην πόλεσιν ἐπέσκηψαν θλίψεις, ὑπὸ τῶν καλουμένων Λαζικῶν. ἐξέδοντο γὰρ θυγατριδῷ Μαρίνῳ εἰς ἡγεμονίαν, ἀνδρὶ νέῳ καὶ πολὺ τὸ συνετὸν κεκτημένῳ· καὶ μετ' ἐκεῖνον αὖθις Βα[illegible] ὁ δὲ, [illegible], [illegible] τὰς [illegible] αὐτοῦ ἐξάρχου ὑπερβαλλόμενος ἀσελγείας, ἔδωκε Λίβυσιν αἱρεῖσθαι τὰ πρότερα· καὶ ταῦτα, τοῖς μὲν πενίας, τοῖς δὲ, θανάτου μνήμην καταλείψαντα. οὕτως, εἰ δεῖ εἰπεῖν, οἵ γε ἀφ' αἵματος τὴν Μαρίνου παρεῖναι γνωσθέντες εὔνοιαν, τοῖς Λιβύων διαφερόντως καὶ Αἰγυπτίων ἐνεφορήθησαν κτήμασιν. ¶ Ὅτι ἐπὶ Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως ἦν ὁ ἅγιος Θεοδόσιος, ὁ κοινοβιάρχης. αἱρετικὸς δὲ ἦν οὗτος ὁ Ἀναστάσιος. Ὅτι Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς ἔκτισε τὸ μακρὸν τεῖχος, πρὸ μιλίων τῆς πόλεως ξ΄· διατείνας ἐκ τῆς κατὰ ἄρκτον θαλάσσης ἐς μεσημβρίαν μῆκος μιλίων ν΄· εὖρος δὲ, ποδῶν εἴκοσι. καὶ τῷ Ἰουλιανοῦ λιμένι προβόλους τέθεικεν. ὁ αὐτὸς κτίζει καὶ τὸν μέγαν τρίκλινον, τὸν ἐν Βλαχέρναις· ὃς Ἀναστασιακὸς μέχρι τῆς δεῦρο λέγεται· καὶ τὴν κινστέρναν τὴν Μωκισίαν. ¶ Φατρεία, σύνταγμα] Ἀναστάσιος, σιλεντιάριος, ὁ μετέπειτα βασιλεύσας· ἐπὶ Εὐφημίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καθέδραν καταστήσας, μετά τινων ἐφατρίαζεν. ὁ δὲ Εὐφήμιος μετὰ ἀπειλῆς λέγει αὐτῷ, ἢ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ [illegible], τὰ αὐτῆς φρονῶν, ἢ μηδόλως ἐπιβαίνειν, ἵνα μὴ διαστρέψῃ τοὺς ἁπλουστέρους. εἰ δὲ παρὰ ταῦτα πράξεις, ἐκτεμῶ σου τὴν κόμην, τοῖς δήμοις θριαμβεύσω. ἐκ τότε δὲ ἡσύχαζεν. ἦν αἱρετικὸς γὰρ τῆς Εὐτυχοῦς δόξης.

¶ ΘΕΥΔΕΡΙΧΟΣ ῥὴξ, Γότθων καὶ Ἰταλιωτῶν τῶν κατηκόων αὐτῷ προέστη· περιβαλλόμενος ὅσα τῷ φύσει βασιλεῖ ἥρμοσεν. δικαιοσύνης τε γὰρ ὑπερφυῶς ἐπεμελήσατο, καὶ τοὺς νόμους ἐν τῷ βεβαίῳ διεσώσατο· ἔκ τε βαρβάρων τῶν περιοικούντων τὴν χώραν ἀσφαλῶς διεφύλαξε. ξυνέσεώς τε γὰρ καὶ ἀνδρείας εἰς ἄκρον ἐληλύθει ὡς μάλιστα· καὶ ἀδίκημα σχεδόν τι οὐδὲν οὔτε αὐτὸς εἰς τοὺς ἀρχομένους εἰργάζετο, οὔτε τῳ ἄλλῳ τὰ τοιαῦτα ἐγχειροῦντι ἐπέτρεπε. καὶ ἦν λόγῳ μὲν τύραννος, ἔργῳ δὲ βασιλεὺς ἀληθὴς, τῶν ἐν ταύτῃ τῇ τιμῇ ἐξ ἀρχῆς ηὐδοκιμηκότων οὐδενὸς ἧσσον. ἔρως τε αὐτοῦ ἔν τε Γότθοις καὶ Ἰταλιώταις πολὺς ἤκμασεν.

vt & patriam ſtudioſe exornaret, tribuſque coronis circumdaret. Sub hoc Libycæ vrbes grauiter ſunt afflictæ, ab iis qui Lazici dicebantur. Præfecerat enim his nepotem ex filia Marinum, hominem adoleſcentem, leuiſſimoque prӕditum ingenio: rurſus poſt illum Baſianum † filium. Is vero ſuis factis, quouis modo ſuperioris prætoris intemperiis ſuperatis, effecit vt priorem ſtatum deſiderarent; quãuis & neces & ademptas ſibi opes recordarentur. Ita ſi dicere liceat, Marini cognati, eius freti beneuolentia, ſupra modum Afrorum & Ægyptiorum opibus ſunt diſtenti.

¶ Sub Anaſtaſio Imperatore fuit S. Theodoſius cœnobiarcha. Hæreticus autem fuit hic Anaſtaſius. Anaſtaſius Imperator Longum murum ſtruxit, LX miliaribus ante vrbem: a Septemtrionali mari verſus meridiem miliaribus L extentum, latitudine pedum XX. * Propugnacula etiam Iuliani portui oppoſuit. Idem & Magnum tricliniũ in Blachernis exſtruxit: quod & hodie Anaſtaſiacum dicitur: & ciſternam Mociſiam.

¶ *Φατρεία. collegium, conuentus*] Anaſtaſius, Silentiarius; poſt factus Imperator; ſub Euphemio patriarcha Conſtantinopolitano, ſuggeſto facto, cœtus cum quibuſdam agitabat. Euphemius vero, minitabundus illi edicit; *vt aut, ſi frequentet eccleſiam, cum ea cõſentiat; aut prorſus ab ea abſtineat, ne imperitiores peruertat. Sin ſecus*, inquit, *feceris, reſecto capillo tuo, te in triumpho circumducam apud populos.* Ex eo tempore quieuit. Sequebatur enim Eutychis opinionem.

¶ THEVDERICHVS rex Gotthorũ & Italorum qui ipſi parebãt, ita præfuit, vt ea quæ regi ad Imperium nato cõueniunt, omnia complecteretur. nam & iuſtitiæ ſtudiũ inſigne habuit, & leges inuiolatas conſeruauit; tum a finitimis barbaris prouinciam tutam præſtitit: vir ſumma & prudentia & fortitudine præditus. Nec vlla fere iniuria vel ipſe populum affecit, vel a præfectis affici paſſus eſt: verbo quidem Tyrannus, re vero verus Rex; nullo eorum qui huius honoris laudibus ab initio floruerunt, inferior. Itaque & Gotthis & Italis cariſſimus fuit.

IVSTINIANVS, LXXIII.

IVSTINIANVS, condita ſancta Sophia, repurgauit aulam, & marmoribus exornauit; cũ prius Auguſtale eſſet: & ſtatuam ſuam equeſtrem in columna poſuit; quæ læua globũ tenet, cruce in eo defixa: quæ ſignificaret, cum ob fidem in crucẽ, terræ dominum factum. Globus enim is, terra eſt, ob rotundam eius figuram: Fides autem eſt crux, ob incarnatũ Deum illi affixum. Dextram porrigit verſus Orientem, * ſeditionem Perſarum ſignificans; & extenſione ac repulſione manus clamitans, ne Romanas prouincias ingrediantur: STATE: NE PROGREDIMINI: NEQVE ENIM ID VOBIS EXPEDIET. ¶ Iuſtinianus Imperator Romanorũ, rectiſſime de religione ſentiens, rudis fuit omnium litterarum, &, quod dicitur, analphabetus. Hic condidit aureum tricliniũ in palatio, & S. Pauli orphanotropheum; *aucta de ſe opinione Iuſtini Imperatoris, a quo grauitatis & exquiſitæ diligentiæ laus ipſi tributa fuerat. ¶ Tribonianus, Macedoniani F. * a dicegoris hyparchis, gentilis fuit & impius; omnibus modis a Chriſtiana religione alienus; adulator & impoſtor: qui perſuadere conabatur Iuſtiniano, cũ non moriturum, ſed cum carne in cælum aſſumptum iri. Fuit autem quæſtor Iuſtiniani. Hic & ingenii facultate vtebatur, & ad ſummam peruenerat eruditionem; nemine ſuæ ætatis inferior: pecuniæ ad miraculum auidus, ius pretio vendere ſolitus: & legum dies alios plerumque tollebat, alios ſcribebat, pro cuiuſque neceſſitate accepto pretio. Eo in honore cum annos multos vixiſſet, morbo deceſſit; nihil iniucundi a quoquam perpeſſus. Nam & facundus erat, ac cetera ſuauis; & auaritiæ morbum amplitudine doctrinæ ſollertiſſime occultabat.

ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ, ογ.

Ἰουστινιανός. οὗτος, κτίσας τὴν ἁγίαν Σοφίαν, ἐκάθηρε τὴν αὐλὴν, καὶ ἐμαρμάρωσεν αὐτὴν, τὸ πρὶν οὖσαν Αὐγουστεῖον. καὶ ἔστησε τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα ἐπὶ κίονος ἐφ᾽ ἵππου· καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ φέρει σφαῖραν, ἐμπεπηγότος τοῦ σταυροῦ ἐν αὐτῇ (ὑποσημαίνοντος ὡς διὰ τὴν εἰς τὸν σταυρὸν πίστεως, τῆς γῆς ἐγκρατὴς γέγονε. σφαῖρα μὲν γὰρ, ἡ γῆ, διὰ τὸ σφαιροειδὲς τοῦ αὐτῆς σχήματος· πίστις δὲ ὁ σταυρὸς, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ σαρκὶ προσηλωθέντα θεόν) τὴν δὲ δεξιὰν χεῖρα ἀνατεταμένην ἔχων κατὰ ἀνατολάς· στάσιν τῶν Περσῶν σημαίνων, καὶ μὴ μεταβαίνειν ἐπὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς γῆς, διὰ τῆς ἀναπάσεως καὶ ἀπώσεως τῶν χειρῶν, βοῶν, Στῆτε, καὶ μὴ προέσω χωρεῖτε· οὐ γὰρ συνοίσει ὑμῖν. ¶ Ἰουστινιανὸς, ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὀρθοδοξότατος. ἦν δὲ ἀμαθὴς γραμμάτων ἁπάντων, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος. Οὗτος κτίζει καὶ τὸν ἐν τῷ παλατίῳ χρυσοῦν τρίκλινον, καὶ τὸν ἅγιον Παῦλον τὸ ὀρφανοτροφεῖον. καὶ αὔξει τὴν περὶ τοῦ βασιλέως Ἰουστίνου κρατήσασαν δόξαν, ὡς ἐστὶ μάλα ἐμβριθής τε καὶ κατηκριβωμένος. ¶ Τριβωνιανὸς Μακεδονιανοῦ, ἀπὸ δικηγόρων τῶν ὑπάρχων. οὗτος ὁ Τριβωνιανὸς, Ἕλλην ὑπῆρχε καὶ ἄθεος, ἀλλότριος κατὰ πάντα τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως· κόλαξ δὲ καὶ ἀπατεὼν, καὶ πείθων Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα, ὡς ὅτι οὐκ ἀποθανεῖται, ἀλλ᾽ εἰς τοὺς οὐρανοὺς μετὰ σαρκὸς ἀναληφθήσεται. ἦν δὲ κυαίστωρ Ἰουστινιανοῦ. οὗτος, φύσεως μὲν δυνάμει ἐχρῆτο, καὶ παιδείας εἰς ἄκρον τε ἀφίκετο τῶν κατ᾽ αὐτὸν οὐδενὸς ἧσσον· ἐς δὲ φιλοχρηματίαν, δαιμονίως ἐσπουδακώς· οἷός τε ἦν κερδαίνειν ἀεὶ τὸ δίκαιον ἀποδίδοσθαι· τῶν τε νόμων ἡμέρας οἱ ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἑκάστης τοὺς μὲν ἀνῄρει, τοὺς δὲ ἔγραφεν, ἀπεμπολῶν τοῖς δεομένοις κατὰ τὴν χρείαν ἑκατέρου. ἔτη δὲ πολλὰ ἐπιβιοὺς τῇ τιμῇ, ἐτελεύτησε νόσῳ, οὐδὲν ἄχαρι πρὸς οὐδενὸς παθών. ἦν γὰρ αἱμύλος τε, καὶ τἄλλα ἡδὺς, καὶ τῆς φιλοχρηματίας τὸ νόσημα ἐπισκιάσαι ἱκανώτατος τῇ τῆς παιδείας περιουσίᾳ.

TIBERIVS, LXXV.

TIBERIVS, Rom. Imperator Cõſtantinopolitanus; quẽ Iuſtinus commẽdat, vt virũ clementẽ ſimul & humanũ; hominẽ alienũ ab auaritia, qui felicitatẽ in eo vno reponat, vt & floreat populus, & omnib. rebus abũdet:

ΤΙΒΕΡΙΟΣ, οε.

Τιβέριος, ἐν Κωνσταντινουπόλει βασιλεὺς Ῥωμαίων· ὃν συνίστησιν Ἰουστῖνος, ἄνδρα πρᾶον ὁμοῦ καὶ φιλάνθρωπον, κρείττονα λημμάτων, χρημάτων ἀφρόντιδα· τοῦτο μόνον εὐδαιμονίας ἡγούμενον, τὸ τεθηλέναι τε καὶ εἰς μέγα πλούτου κομᾶν τὸ ὑπήκοον·

τὴν κοι-

τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων μακαριότητα, πάγκαλον καὶ ἄσυλον θησαυρὸν λογιζόμενος. ὃς τὸν ὄγκον τῆς τυραννίδος μισήσας, καὶ πρὸς τὸ φιλόστοργον τῶν ὁμοφύλων ἀναδραμὼν, εἵλετο βασιλεύειν αὐτὸς τῶν ὑπηκόων, ἢ τοὺς ἰθυνομένους τυραννικώτερον ἀνδραποδίζεσθαι· πατὴρ ἐθέλων, ἢ δεσπότης ὑπὸ τῶν ὑπηκόων ἀναγορεύεσθαι. † ἄριστος ὑπάρχων ἐν νεότητι· καὶ πρὸς γῆρας ἐλθὼν, αἰφνίδιον εἰς τὴν χείρονα μετεβλήθη γνώμην· ὥστε καὶ παραφρονεῖν αὐτὸν νομισθῆναι, καὶ πρὸς δαίμονος ἐλαύνεσθαι, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀνοσιουργίαν τε, καὶ μανίαν, καὶ οἰστρηλασίαν, οὐ μόνον ἐν τοῖς κατὰ φύσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς παρὰ φύσιν, καὶ ἐν πάσῃ ἀδικίᾳ καὶ τυραννίδι. οὕτω δὲ μεταπεσὼν εἰς κακίαν, καταστρέφει τὸν βίον.

ΜΑΥΡΙΚΙΟΣ, ος´.

Μαυρίκιος, ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων. λέγεται περὶ Μαυρικίου, φιλοτίμως ἔχειν περὶ τὴν τῶν λόγων μεγαλοπρέπειαν, τιμᾶν τε λίαν καὶ λαμπρῶς τοὺς ἐνηθληκότας περὶ τὰ κάλλιστα τῶν μαθημάτων. ἀναφέρεται δὲ καὶ τὴν τρίτην μοῖραν τῶν φόρων συγχωρῆσαι τοῖς ὑπηκόοις τὸν Μαυρίκιον. οὗτος δὲ προχειρίζεται στρατηγὸς τῆς ἑῴας ὑπὸ Τιβερίου καίσαρος. ὃς Μαυρίκιος, ἐν πολέμοις μὲν καὶ ἀγῶσιν οὐκ ἐντεθραμμένος, ἔμφρων δὲ ὅμως καὶ ἐμβριθὴς, καὶ κατηκριβωμένος, ξυγκεράσας τε ἐν αὑτῷ ἄμφω τὰ ἐναντίως ἔχοντα ἀλλήλοις, ὄγκον φρονήματος καὶ πρᾳότητος πάσης ὑπεροψίας τε καὶ ὀφρύος ἐλεύθερον. τοιοῦτον δή τινα τὸν Μαυρίκιον ὄντα, ἡ τῶν πραγμάτων ἡγεμονία παραλαβοῦσα, ἐνεδείξέ πως εὐκλεέστερον τῇ πείρᾳ.

¶ Φιλιππικὸς, στρατηγὸς τῶν ἑῴων στρατιωτῶν. οὗτος εἶχεν Ἡράκλειον τὸν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως πατέρα, ὑποστράτηγον. δυστυχήσαντος δὲ ἐν πολέμῳ τοῦ Φιλιππικοῦ καὶ ἀπομάχου γενομένου, ὁ Ἡράκλειος ἐγχειρίζεται τὸ ὁπλιτικόν. ἦν δὲ ὁ Φιλιππικὸς, γαμβρὸς Μαυρικίου ἐπὶ θυγατρί.

ΗΡΑΚΛΕΙΟΣ, οη´.

Ἡράκλειος, βασιλεὺς Ῥωμαίων. οὗτος ὑπὸ Ἀθανασίου πατριάρχου Ἰακωβιτῶν, καὶ Σεργίου τοῦ Σύρου Κωνσταντινουπόλεως, εἰς τὴν αἵρεσιν τῶν μονοθελητῶν ἐξεκυλίσθη. Ἡρακλείῳ τῷ βασιλεῖ, ὄντι ἐν Περσίδι, ἐτελεύτησαν δύο υἱοὶ, καὶ β´ θυγατέρες. αὐτὸς δὲ, λαβὼν τὰ ζωοποιὰ ξύλα ἐσφραγισμένα, καθάπερ ἐλήφθη προδιαμείναντα, εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα

communē hominum felicitatē præclarum & inuiolatum theſaurū æſtimans: quiq; tyrannicam inſolentiam peroſus, & humanitatem amplexus, regi a ſuis, quam illos a ſe crudelius tractari; paterque maluerit a ſuis dici quam dominus. † Cum optimus eſſet in adoleſcentia, ingraueſcente ætate ſubito in deterius mutatus eſt; vt & dementia & dæmonio agitari putaretur; & ad omnem impietatem, inſaniam ac furorem, non ſolum in iis quæ ſecundum naturam ſunt, ſed etiam in iis quæ repugnant naturæ, rueret, & omni iniuſtitia & tyrānide graſſaretur. Ita deprauatus, vitam cū mortecommutat.

MAVRICIVS, LXXVI.

MAVRICIVS, Romanorū Imperator, dicitur eloquētiam maximi feciſſe, & in optimis quibuſq; diſciplinis verſatos maximis honoribus affeciſſe. Fertur & trientem vectigalium remiſiſſe ſubditis. Deſignatus a Tiberio Cæſare dux Orientis; quamuis in bellis & prœliis non verſatus; vir tamen cordatus fuit, & grauis, & accuratus; ac duas res inter ſe contrarias coniunxit; ſummam & magnitudinem animi, & clementiam, ab omni deſpicientia & ſupercilio alienā. Hoc ingenio præditus Mauricius, principatu ſuſcepto, magis etiam gloriam ſuam illuſtrauit. ¶ Philippicus, dux Orientalium militum, habuit Heraclium, Imperatoris Heraclii patrem, ducem partium ſecundarum. Cum autem male bellum gereret Philippicus, & ad pugnam inutilis eſſet; Heraclio eius ſunt commiſſæ copiæ. Erat autē Philippicus Mauricii gener, filia eius in matrimonium accepta.

HERACLIVS, LXXVIII.

HERACLIVS, Romanorū Imperator, ab Athanaſio Iacobitarū patriarcha, & Sergio Syro Cōſtantinopolitano, in ſectam Monotheletarum eſt deuolutus. Heraclio Imperatori, in Perſide agēti, filii duo & filiæ duæ obierūt. Ipſe vero, acceptis viuificis lignis obſignatis, quēadmodū accepta fuerāt, atq; permāſerāt, Hieroſolyma

profectus, Modeſto pontifici & eius clero monſtrauit. Hi & ſigillum incolume atque intactum agnouerunt, & clauem ab eo ſumpſerunt. Imperator igitur ea Byzantiũ miſit; quæ Sergius in Blachernis repoſuit. Nec multo poſt Heraclius Byzantiũ e Perſide iter habens, multis cũ laudibus ſuſceptus, in vrbem duxit quatuor elephantes; quos in equeſtribus certaminibus in triumpho duxit, omni genere magnificentiæ vſus. Et quia de opibus magnæ Eccleſiæ pecuniam ſumpſerat, conſtituit vt e fiſco, & ipſi eccleſiæ & clero annua pecunia penderetur. Filium ſuum Conſtantinum conſulem fecit: & Heraclium Martinæ F. Cæſarem deſignauit. Cuius morte audita, in palatiis Erianis verſabatur. † Ac præfectus conductis & cõiunctis nauigiis in freto quod Anguſtum dicitur, tranſiit iuxta litora ſinus Phidaliç; & per pontem Barybyſſi fluminis in vrbẽ introiit. Deceſſit ex aqua intercute. Sub hoc Imperatore Heraclio, ducenta milia virorũ bello Iſaurico perierunt. Hic cum Sergio patriarchæ maximã pecuniam, & aurum & argentũ & gemmas pretioſas mitteret, illa omnia ſubmerſa ſunt.

IVSTINIANVS RHINOTM.

IVSTINIANVS Rhinotmetus (id eſt præciſo naſo) Romanorum Imperator, Conſtantini F. præter mala cætera, Reipubl. muneribus præficiebat viros inhumanos & crudeliſſimos: quorũ erat Stephanus eunuchus Perſa, imperatoriç pecuniæ quęſtor, (qui, cum obuios quoſq; multum vexaret, audacia ſua etiam aduerſus Imperatoris ipſius matrem vſus, flagellis eam in curru, vt litteratores pueros, cecidit) ac Theodotus quidam, qui in clauſtro fuerat, in Thraciæ partibus anguſtiarum, publicorum vectigalium quæſtor; quem vulgus Logothetam generalẽ fecit. Is inſigni crudelitate pecuniam exigebat, funibus ſublimes ſuſpendendo, & palearum fumo illuſtriſſimos quoſq; necando. Leontiũ ducẽ Orientis, & Patricium Iſaurũ, trienniũ in cuſtodia tenuit Iuſtinianus: poſt Græciæ ducẽ deſignauit. quẽ Paulus, monaſterii Calliſtrati

ἀφίκετο, καὶ Μοδέστῳ τῷ ἀρχιερεῖ καὶ τῷ αὐτοῦ κλήρῳ ταῦτα ὑπέδειξεν. οἱ δὲ, τήν τε σφραγῖδα σώαν ἐπεγίνωσκον καὶ ἀνέπαφον, τήν τε κλεῖδα τὴν παρ' αὐτοῦ ἤγαγον, καὶ προσεκύνησαν καὶ ὕψωσαν· καὶ ἐς τὸ Βυζάντιον ἐξέπεμψεν ὁ βασιλεύς. ἃ δὴ Σέργιος ἀρχιερεὺς εἰς Βλαχέρνα ὑπεδέξατο. καὶ μετ' οὐ πολὺ Ἡράκλειος εἰς Βυζάντιον ἐχώρει, δεχθεὶς μετὰ πολλῆς εὐφημίας. Ὁ αὐτὸς Ἡράκλειος ἐκ Περσῶν εἰς τὸ Βυζάντιον δ' ἤγαγεν ἐλέφαντας· οὓς δὴ καὶ εἰς τοὺς ἱππικοὺς ἀγῶνας ἐθριάμβευσεν ἐπὶ τῇ τῆς πόλεως τέρψει, πάσαις δωρεαῖς φιλοτιμησάμενος. ἐπεὶ δὲ ἦν ἑλὼν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἐκ τοῦ βασιλέως ταμιείου αὐτῇ τε καὶ τῷ κατ' αὐτὴν κλήρῳ ἐτήσια χρήματα ἔταξε παρέχεσθαι. καὶ Κωνσταντῖνον υἱὸν αὐτοῦ παρασκευάζει ὑπατεῦσαι· Ἡράκλειόν τε τὸν ἀπὸ Μαρτίνης, καίσαρα προχειρίζεται. πυθόμενος δὲ ἀποθανεῖν, ἐν τοῖς εἰς τὰ Ἠρία παλατίοις διέτριβε. καὶ συναγαγὼν ὁ ὕπαρχος, καὶ συζεύξας πλοῖα εἰς τὸν πορθμὸν τοῦ καλουμένου στενοῦ, διέβη κατὰ τὰς ἀκτὰς τοῦ καλουμένου κόλπου Φειδαλίας· καὶ διὰ τῆς γεφύρας τοῦ καλουμένου Βαρυβύσσου ποταμοῦ, εἰς τὴν πόλιν εἰσῆλθε. ὑδέρῳ δὲ τὸν βίον καταστρέφει. Ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλέως Ἡρακλείου σ' χιλιάδες ἀνδρῶν διεφθάρησαν ἐν τῷ πρὸς Ἰσαύρους πολέμῳ. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἡράκλειος χρήματα πλεῖστα καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ λίθους πολυτελεῖς πέμπει· ἅπερ βρύχια γέγονεν, ἐπὶ Σεργίου πατριάρχου.

ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ, Ὁ ΡΙΝΟΤΜ.

Ἰουστινιανὸς ὁ Ῥινότμητος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, υἱὸς Κωνσταντίνου. ὃς πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς, καὶ ἐς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς καθίστη ἄνδρας ἀπηνεῖς καὶ ὠμοτάτους· ὧν ἦν Στέφανος ὁ εὐνοῦχος Πέρσης, ταμίας τῶν βασιλικῶν χρημάτων· καὶ πολλὰ τοὺς ὑπὸ χεῖρα αἰκιζόμενος, ἄχρι καὶ εἰς τὴν μητέρα Ἰουστινιανοῦ τὴν τόλμαν ἐξώκειλε, μάστιγας αὐτῇ ἐν ὀχήματι, ὡς οἱ γραμματισταὶ τοῖς παισὶν, ἐπιθέμενος. καὶ Θεόδοτόν τινα, ἔγκλειστον γεγονότα, κατὰ τὰ Θρακῷα μέρη τοῦ στενοῦ, τῶν δημοσίων λογιστὴν ὃν τὸ δημῶδες λογοθέτην γενικὸν ἐποίησεν. ὃς ὑπερβολῇ ὠμότητος, τὰ χρήματα ἔπραττε μετεώροις σχοινίοις ἀναρτῶν καὶ περικαπνίζων ἀχύροις τοὺς περιφανεστάτους ἀπέκτεινε. καὶ Λεόντιον στρατηγὸν τοῦ ἀνατολικοῦ, [καὶ Πατρίκιον Ἴσαυρον,] * τρισὶν ἔτεσιν ὑποφρούριον ἐποίησεν Ἰουστινιανὸς, ὕστερον δὲ στρατηγὸν Ἑλλάδος ἀπέδειξεν· ὃν Παῦλος, τῆς Καλλιστράτου

μονῆς μοναχὸς ἀστρονόμος, καὶ Γρηγόριος Καππαδόκης, ἡγούμενος τῆς τοῦ Φλώρου μονῆς, προεμαντεύσαντο ἐγκρατῆ γενήσεσθαι τῆς ἀρχῆς· καὶ ἐγκρατὴς τῆς βασιλείας ἐγένετο. ¶ Θεόδοτος. οὗτος ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ ὕπαρχος ἦν τῶν στρατιωτῶν. ὃν παραλύσας τῆς ἀρχῆς, Πέτρον ἐπέστησε Βαρσυάμην καλούμενον· ὃς πάλαι μὲν ἐπὶ τῆς τοῦ χαλκοῦ τραπέζης καθήμενος, κέρδη αἰσχρότατα ἐκ ταύτης διεπορίζετο τῆς ἐργασίας, τὴν περὶ τοὺς ὀβολοὺς κλοπὴν εὖ μάλα τεχνάζων, καὶ τοὺς αὐτῷ ξυμβάλλοντας ἀεὶ τῶν δακτύλων τάχει ἐκκρούων, δεξιός γε ἦν κλέψαι, μετὰ τῶν αὐτῷ περιπεπλωκότων ἀναιδῶς ἁλοὺς δὲ ὀμόσαι, καὶ τῶν χειρῶν τὸ ἁμάρτημα τῷ τῆς γλώττης παρακαλύψαι θράσει. ἐν δὲ τοῖς τῶν ὑπάρχων στρατηγοῖς καταλεχθεὶς, ἐς τοσοῦτον ἀτοπίας ἐλήλακεν, ὥστε τῷ βασιλεῖ ἀρέσκειν ἐς τὰ μάλιστα, καὶ ἐκ τῶν ἀδίκων αὐτοῦ βουλευμάτων ῥᾷστα ὑπουργεῖν τὰ ἀμήχανα. τούς τε στρατευομένους ἀποστερῶν τὰς συντάξεις ἁπάσας, καὶ ὠνίους τὰς ἀρχὰς ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον προθήσας. ¶ Ἀέναον, τὸ ἄπαυστον, ἀεὶ ῥέον] ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς, ὥσπερ ποταμὸς ἀέναος, ἐς ἡμέραν ἑκάστην ἐδῄου τε καὶ ἐληΐζετο τοὺς ὑπηκόους.

monachus, aſtronomus: & Gregorius Cappadox, monaſterii Flori ductor, imperio potiturum prædixerũt: itaque factum eſt. ¶ Theodotus ſub Iuſtiniano legionum fuit præfectus. Quo abdicato, Imperator ei magiſtratui præfecit Petrum Barſyammen cognomento: qui cum olim ad menſam æris ſederet, ſordidiſſimas ex eo quæſtu corraſit opes; obolorum fur ſollers, & contrahentes cum ipſo celeritate digitorum decipiens: & deprehẽſus, peierare paratus, manuum peccatum linguæ tegens cõfidentia. Inter præfectorum vero duces aſcitus, eo inſolentiæ venit, vt Imperatori maxime placeret, & rerum iniuſtarum conſilia inexplicabilia facillime explicaret, tum milites omnibus ſtipendiis fraudando, tum magiſtratus magis etiã quam olim venditando. ¶ *Αἔνναον, perenne, perpetuo fluens*] Iuſtinianus vero, vt fluuius perennis, in dies ſingulos populabatur ac deprædabatur ſubditos.

ΦΙΛΙΠΠΙΚΟΣ Ὁ ΒΑΡΔ.

Φιλιππικὸς, ὁ καὶ Βαρδάνης, Ἰουστινιανὸν βασιλέα ἀνελὼν, ἀσέμνως καὶ ῥαθύμως τὰ βασίλεια διέπων ἐφαίνετο. τούς τε ἐν τῇ οἰκουμενικῇ συνόδῳ πατέρας, ἀναθέματι καθυπέβαλε, τὰ παρ' αὐτῶν ἐνθέως δογματισθέντα, δύο τοῦ σωτῆρος θελήματα καὶ ἐνεργείας, μὴ ἀποδεχόμενος· συλλήπτορας εὑρηκὼς, Ἰωάννην τὸν τηνικαῦτα τῆς πόλεως ἀρχιερέα, καὶ Γερμανὸν τὸν Κυζίκου μητροπολίτην, καὶ ἑτέρους ἱερεῖς καὶ συγκλητικοὺς πλείστους.

PHILIPPICVS BARDANES.

Philippicvs, qui & Bardanes, Iuſtiniano Imperatore interfecto, viſus eſt inhoneſte & ſupine imperium adminiſtrare. Et patres in œcumenico concilio anathemate notauit, diuinitus ab illis decretas duas in Seruatore voluntates & actiones, non probans: cum adiutores haberet Ioannem tum pontificẽ vrbis, & Germanum Cyzici metropolitanũ, & alios ſacerdotes ac ſenatores plurimos.

ΑΡΤΕΜΙΟΣ.

Ἀρτέμιος, ὁ καὶ Ἀναστάσιος, βασιλεὺς Ῥωμαίων αἰσθόμενος στόλον Σαρακηνῶν ἔρχεσθαι κατὰ τῆς πόλεως, Ἰωάννην ἐφίστησιν ἡγεμόνα τοῦ πολέμου, διάκονον τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ λογιστὴν τῶν φόρων, ὃν γενικὸν καλοῦσιν. ὃς πρὸς τῇ Ῥόδῳ γενόμενος, καταστασιασθεὶς ὑπὸ τοῦ πλήθους, ἀναιρεῖται.

ARTEMIVS.

Artemivs, qui & Anaſtaſius, Romanorum Imperator: cum Sarracenorũ claſſem vrbem petere ſenſiſſet, Ioannẽ bello præficit, magnæ Eccleſiæ diaconum, ratiocinatorem tributorum, quem generalem dicunt. Is cum Rhodum appuliſſet, orta ſeditione, a populo interficitur.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ Ὁ ΚΟΠΡ.

Κωνσταντῖνος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, υἱὸς Λέοντος τοῦ εἰκονομάχου τοῦ Ἰσαύρου. ἐκ λέοντος δὲ ἀνέφυ ποικιλότροπος πάρδαλις· ἐκ σπέρματος ὄφεως, ἀσπὶς δεινὴ, καὶ

CONSTANTINVS COPR.

Constantinvs, Imp. Romanorũ, Leonis iconomachi Iſauri fili⁹. E leone autem nata eſt verſuta pardalis; de ſerpẽtino ſemine, aſpis atrox, &

ſerpens volaticus: e Dane, Antichriſtus. Hic patris imperii & impietatis ſucceſſor, & libidinibus, & dæmonum inuocationibus, & aliis improbis ſtudiis deditus atque vacans, eximium inſtrumentũ & ſupra modum opportunum patris ſui & præceptoris exſtitit diaboli: eo vecordiæ & veſaniæ redactus, vt lege ſanciret, ne quiſquam prorſus ſeruorum Domini ſanctus diceretur: ſed & vt eorum reliquiæ conſpuerentur, nec eorum interceſſio peteretur: nihil enim eos poſſe. Deinde adiecit homo profanus; *Ne Mariæ quidem interceſſionem quiſquam petat: neq; enim iuuare quemquam poteſt. Neque etiam hæc Deipara nominetur.* In manus itaque ſumpto ſacculo auri pleno, & omnibus monſtrato, rogauit, quanti eſſet? Qui cum dixiſſent, Magni: rurſus effuſo auro quæſiuit, quanti eſſet ſacculus? cum reſpondiſſent, nullius eſſe pretii: *Sic*, inquit, *Maria etiam.* (neque enim Deiparam miſer illam vocari voluit) *Dum enim Chriſtum in ſe haberet, honorata fuit: poſtquam autem eum peperit, nihil ab aliis differt mulieribus.* O audacem blaſphemiam Saracenicæ religionis, & Iudaicæ ſententiæ! Venerem enim colebat, & humanas hoſtias immolabat vltra vrbem: vbi S. Mauræ æde deſtructa, & in carnificinam mutata, Mauram locum illum dixit; in quo ſacra illa peragebat, & pueros mactabat. Teſtimonio eſt Flauii puer; quem occulte ab eo immolatum Deus patefecit.

ὄφις πετόμενος· ἐκ Δὰν, ἀντίχριστος. ἐπεὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν καὶ ἀσέβειαν διαδεξάμενος, καὶ ἀσελγείαις καὶ δαιμόνων ἐπικλήσεσι, καὶ ἄλλοις πονηροῖς ἐπιτηδεύμασι χαίρων καὶ σχολάζων, ἐξαίρετον ὄργανον καὶ λίαν ἐπιτήδειον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ διδασκάλου γέγονε διαβόλου. καὶ γὰρ εἰς τοσαύτην ἀπόνοιαν καὶ παραπληξίαν ἐξώκειλεν, ὡς καὶ θεσμὸν ἐπὶ λαοῦ καθολικὸν ἐκθέσθαι, μὴ λέγεσθαί τινα τῶν θεραπόντων Κυρίου τὸ παράπαν ἅγιον, ἀλλὰ καὶ τὰ λείψανα τούτων εὑρισκόμενα διαπτύεσθαι, καὶ μηδὲ πρεσβείαν αὐτῶν ἐξαιτεῖν· οὐδὲν γὰρ ἰσχύουσιν. εἶτα προσθεὶς, ὁ παμβέβηλος λέγει, Μηδὲ τῆς Μαρίας ἐπικαλείσθω τις πρεσβείαν· οὐ γὰρ δύναται βοηθεῖν τινί· μηδὲ αὖ πάλιν αὕτη θεοτόκος ὀνομαζέσθω. καὶ δὴ λαβὼν ἐν χερσὶ βαλάντιον πλῆρες χρυσίου, καὶ ὑποδείξας αὐτὸ πᾶσιν, ἤρετο τίνος ἄξιόν ἐστι. τῶν δὲ πολλοῦ εἰπόντων, κενώσας τὸ χρυσίον, πάλιν ἤρετο τίνος ἐστὶν ἄξιον, καὶ λέγουσιν οὐδενός. οὕτως (ἔφη) καὶ ἡ Μαρία· (οὐδὲ γὰρ θεοτόκον ὀνομάζεσθαι ὁ ἄθλιος ἠξίου) ἕως μὲν γὰρ εἶχε τὸν Χριστὸν ἐν ἑαυτῇ, τετιμημένη ὑπῆρχεν· ἀφ' οὗ δὲ τοῦτον ἀπέτεκεν, οὐδὲν τῶν λοιπῶν γυναικῶν διενήνοχε. φεῦ τῆς τολμηρᾶς βλασφημίας τοῦ σαρακηνοπίστου καὶ ἰουδαιόφρονος. τὴν γὰρ Ἀφροδίτην ἐτίμα, καὶ ἀνθρωποθυσίας ἀνέφερε πέραν τῆς πόλεως, ἔνθα ὁ τῆς ἁγίας Μαύρας ναός· ὅνπερ ἐδαφίσας καὶ φονευτήριον ποιήσας, Μαύραν ὠνόμασε τὸν τόπον· ἐν ᾧ καὶ νύκτωρ ἐπετέλει θυσίας, καὶ παῖδας κατέσφαττε. καὶ μάρτυς τὸ πρὸς θυσίαν σφαγιασθὲν τοῦ Φλαμίου παιδάριον. ὅπερ ἐν παραβύστῳ θύσαντος αὐτοῦ, τοῦτο ὁ θεὸς ἐποίησεν ἔκδηλον.

MICHAEL.

MICHAEL, Imperator Romanorum, poſt Leonem Armenium, nonnihil remiſſa ſuperioris temporis vexatione, tantiſper dum ii qui in carcere, ærumnis, exſilio erant, libertatem & relaxationem ſomniarent: clam ſui anteceſſoris, infamis & impii, Deo inuiſam ſententiam fouebat: eodemque reti atrocis ſectæ, veluti piſcis irretitus, putidis & impiis dogmatibus per ſummam vecordiam & amẽtiam eſt immortuus. Supra modum enim & profanus & illiteratus fuit; cum inſcitiam paternæ vecordiæ & inſolentiæ, iuſti patrimonii loco, hereditario iure accepiſſet.

ΜΙΧΑΗΛ.

Μιχαὴλ, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ μετὰ τὸν Ἀρμένιον Λέοντα βασιλεύσας. ὃς μικρόν τι τῆς παρακατεχούσης κακίας ὑπενδοὺς, ὅσον τοὺς ἐν εἱρκταῖς καὶ πόνοις καὶ ἐξορίαις, ἐλευθερίαν τε καὶ ἄνεσιν φαντάζεσθαι ὀνειρώδη, τὸ τοῦ προηγησαμένου δυσωνύμου καὶ δυσσεβοῦς ὑπέθαλπε θεοστυγὲς φρόνημα· καὶ ὁμοίως τῷ αὐτῷ ἀμφιβλήστρῳ περιπαρεὶς τῆς δεινῆς αἱρέσεως ἰχθύος δίκην, τοῖς τῶν δογμάτων σαπροῖς καὶ ἀσεβέσιν ἐναπέθανεν, ἐξ ἀκροτάτης ἀβελτηρίας τε καὶ ἀλογίας. ἀμύητος γὰρ σφόδρα καὶ ἀπαίδευτος ἐτύγχανεν. ἀμαθίαν δὲ ἐκ πατρῴας ἀλογίας καὶ ἀπειροκαλίας, ὥσπερ ἰδικὴν οὐσίαν, ἐκληρώσατο.

ΘΕΟΦΙΛΟΣ.

Θεόφιλος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, υἱὸς Μιχαὴλ τοῦ Ἀμορραίου, πατὴρ Μιχαήλ· ὃς ἐς τοσαύτην ἀφιλοθεΐαν καὶ ἀπόνοιαν ἐξώκειλεν, καὶ τὴν τοῦ Κοπρωνύμου χαλεπὴν καὶ μυσαρωτάτην αἵρεσιν διαδεξάμενος καὶ ἀνακαινίσας, ὡς ἐν μηδενὶ ἧττον ὀφθῆναι τῆς ἐκείνου δυσσεβείας καὶ παροινίας, τυραννίδος τε καὶ ἐμβροντησίας, ὁ πεφενακισμένος καὶ ματαιόφρων. ἐπεὶ οὖν τῇ αὐτῇ συσχεθεὶς τῶν ἀσεβῶν ἐκείνων καὶ παλαμναίων ἀπάτῃ, καὶ παραπληξίᾳ τῆς ἐκ Μανιχαϊκῆς μανίας καὶ Ἀρειανῆς λύσσης ὁρμωμένων πάλαι, διωγμὸν καὶ αὐτὸς κατὰ τῆς ἐκκλησίας ὡσαύτως ἐπεμελείνετο, συμμύστην καὶ σύμμαχον καὶ συνίστορα τῆς αἱρέσεως ἔχων ὁ δεύτερος Νεκτεναβὼν, τὸν πατριάρχην Ἰωάννην, μᾶλλον δὲ μαντιάρχην ἢ δαιμονιάρχην, τὸν νέον ὄντως Ἀπολλώνιον, ἢ Βαλαὰμ, ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις ἀναφανέντα λεκανομάντιν, καὶ πάσης θεοστυγοῦς πράξεως καὶ τερατείας δεινὸν ὑποφήτην. ὑφ' οὗ καὶ τὰ γράμματα παιδευθεὶς ὁ δυσέλπιστος καὶ δείλαιος, ὑπηρέτης δόκιμος ἐχθίστων πραγμάτων, καὶ τοῦ διαβόλου ἐπιτήδειον ὄργανον γέγονεν. οὓς δὴ ἐνδίκως ὁ θεῖος λόγος ἐπαράσατο, σχετλιαστικῶς φάσκων, οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν, καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν, καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ τοῦ Κορὲ ἀπώλοντο, καὶ τὰ ἑξῆς.

THEOPHILVS, MICH. F.

THEOPHILVS, Imperator Romanorum, Michaëlis Amorræi filius, Michaëlis pater; in id Dei odium & amẽtiam incidit, vt odioſam Copronymi & deteſtandam ſectam ſuſceperit & renouarit; nec vlla re inferiorem ſe impietate illius & væcordia & tyrãnide & furore præbuerit: homo væcors & delirus. Ea igitur impiorũ illorum & ſicariorum fraude ac ſtupore implicatus, qui a Manichæa inſania & Ariana rabie propagati ſunt, perſecutionem & ipſe eodem modo contra Eccleſiam inſtituit, alter Nectenabo; collega & adiutore & conſcio patriarcha Ioanne, vel potius mantiarcha aut dæmoniarcha; nouo omnino Apollonio, aut Balaamo noſtris temporibus exorto, lecanomante, & omnis inuiſæ Deo actionis, præſtigiarum omnium acri miniſtro. A quo litteras etiam edoctus homo infelix atque inſtabilis, probatus odioſiſſimarum rerũ miniſter, & idoneum diaboli inſtrumentum extitit: quos iure diuinus ſermo exſecratur, cum querimonia, dicẽs: *Væ ipſis; quia viam Caini ſunt ingreſſi, & errore mercedis Balaami ſunt effuſi, & aduerſatione Coræ perierunt*, & cetera.

EX ANTIQVITATIBVS CONSTANTINOPOLITANIS; *Palatinæ bibliothecæ libro.*

Ab anno ṽCCCCL, *hoc eſt* XXVI *Hyrcani; Caius Iulius imperauit annos* IIII, *5450*

Auguſtus imp. annos LVI, *5506. Hoc etiam* † *menſe Dominus noſter* IESVS CHRISTVS *ſecundũ carnem naſcitur Bethleemi in Iudæa, ex ſemper* • *virgine Maria: patiturq; paſſionẽ voluntariã* XVIII *Tiberii anno. nã* XV *anno eiusdem Tiberii, baptiZatus eſt.*

Tiberius imperauit ann. XXII, *5528*

Caius alter, imp. ann. IIII, *5532*

Claudius imp. ann. XIIII, *5546*

Nero filius eius, imp. ann. XIIII, *5560*

Veſpaſianus imp. ann. X, *5570*

Titus imperauit ann. III, *5573*

Sub hoc Imp. Hieroſolyma deuenerunt ad extremam deſolationem.

Domitianus imperauit ann. XV, *5588*

Nerua imperauit ann. vnum, *5589*

Traianus imp. ann. XIX, *5608*

Adrianus imperauit ann. XXI, *5629*

T. Antoninus imp. ann. XXIII, *5652*

M. Antoninus imp. ann. XIX, *5671*

Commodus imp. ann. XIII, *5684*

Heluius Pertinax imp. menſ. VI, *5684*

Seuerus imperauit ann. XVIII, *5702*

Antoninus Seueri filius, imperauit annos VII *5709*

† *Auitus imperauit ann.* II, *5711*

Macrinus imp. ann. II, *5713*

Alexander * *Magnus imperauit annos* XIII, *5726*

Maximinus imperauit ann. III, *5729*

Gordianus imp. ann. VI, *5735*

Philippus imp. annos VII, *5742*

Decius imperauit ann. vnum, *5743*

Gallus & Voluſianus imperarunt annos II, *5745*

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

Ἀπὸ ἔτους ͵ευν, τουτέστιν τῷ κϛʹ τοῦ Ὑρκανοῦ: Γάϊος Ἰούλιος ἐβασίλευσεν ἔτη δʹ, ͵ευνʹ

Αὔγουστος ἐβασίλευσεν ἔτη νϛʹ, ͵εφϛʹ. τούτῳ δὲ † μηνὶ ἔτι γεννᾶται ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κατὰ σάρκα ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, ἐκ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάσχει τὸ ἑκούσιον πάθος ἐν τῷ ιηʹ ἔτει Τιβερίου. τῷ γὰρ ιεʹ ἔτει τοῦ αὐτοῦ Τιβερίου ἐβαπτίσθη.

Τιβέριος ἐβασίλευσεν ἔτη κβʹ, ͵εφκη

Γάϊος ἄλλος, ἐβασίλ. ἔτη δʹ, ͵εφλβ

Κλαύδιος ἐβασίλ. ἔτη ιδʹ, ͵εφμϛ

Νέρων ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσεν ἔτη ιδʹ, ͵εφξ

Οὐεσπασιανὸς ἐβασίλ. ἔτη ιʹ, ͵εφο

Τίτος ἐβασίλευσεν ἔτη γʹ, ͵εφογ

Ἐπὶ τούτου τὰ Ἱεροσόλυμα εἰς ἐσχάτην ἐρήμωσιν ἦλθεν.

Δομετιανὸς ἐβασίλ. ἔτη ιεʹ, ͵εφπη

Νερούας ἐβασίλ. ἔτος ἕν, ͵εφπθ

Τραϊανὸς ἐβασίλ. ἔτη ιθʹ, ͵εχη

Ἀδριανὸς ἐβασίλ. ἔτη καʹ, ͵εχκθ

Τίτος Ἀντωνῖνος ἐβασ. ἔτη κγʹ, ͵εχνβ

Μάρκος Ἀντωνῖνος ἐβασ. ἔτη ιθʹ, ͵εχοα

Κόμμοδος ἐβασίλ. ἔτη ιγʹ, ͵εχπδ

Ἐλούιος Περτίναξ ἐβασ. μῆνας ϛʹ, ͵εχπδ

Σευῆρος ἐβασίλ. ἔτη ιηʹ, ͵εψβ

Ἀντωνῖνος, ὁ υἱὸς Σευήρου, ἐβασίλευσεν ἔτη ζʹ, ͵εψθ

* Ἄβιτος ἐβασίλ. ἔτη β, ͵εψια

Μακρῖνος ἐβασίλ. ἔτη βʹ, ͵εψιγ

Ἀλέξανδρος * ὁ μέγας, ἐβασίλευσεν ἔτη ιγʹ, ͵εψκϛ

* Μαξιμιανὸς ἐβασ. ἔτη γʹ, ͵εψκθ

* Γόρδιος ἐβασίλευσεν ἔτη ϛʹ, ͵εψλε

Φίλιππος ἐβασίλευσεν ἔτη ζʹ, ͵εψμβ

Δέκιος ἐβασίλευσεν ἔτος α, ͵εψμγ

Γάλλος καὶ Βολουσιανὸς ἐβασίλευσαν ἔτη βʹ, ͵εψμε

Οὐαλερια-

Οὐαλεριανὸς καὶ Γαλιηνὸς ἐβασίλευσαν ἔτη ιέ,	,εψξ	Valerianus & Gallienus imperarunt annos XV,	5760
Κλαύδιος ἐβασίλευσεν ἔτος ά,	,εψξα	Claudius imperauit ann. vnum,	5761
Αὐρηλιανὸς ἐβασίλ. ἔτη ϛ',	,εψξζ	Aurelianus imp. ann. VI,	5767
Τάκιτος καὶ Φλωριανὸς ἐβασίλευσαν ἔτη γ',	,εψο	Tacitus & Florianus imperauerunt annos III,	5770
Πρόβος ἐβασίλ. ἔτη ϛ',	,εψοϛ	Probus imperauit annos VI,	5776
Κάρος, Καρῖνος, καὶ Νυμεριανὸς, ἐβασίλευσαν ἔτη β',	,εψοη	Carus, Carinus, & Numerianus, imperarunt annos II,	5778
Διοκλητιανὸς ἐβασίλ. ἔτη κ,	,εψϟη	Diocletianus imp. annos XX,	5798
Σευῆρος ἐβασίλ. ἔτος ά,	,εψϟθ	Seuerus imp. annum I,	5799
Κώνστας ὁ Χλωρὸς, ἐβ. ἔτη δ',	,εωγ'	Conſtans Chlorus imp. ann. IIII,	5803

Βασιλεῖς Χριστιανῶν.		Imperatores Chriſtiani.	
Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς τοῦ Χλωροῦ, ὁ μέγας, ἐβασίλευσεν ἔτη λγ',	,εωμα	Conſtantinus Chlori filius, cognomento Magnus, imp. ann. XXXIII,	5841
Κωνστάντιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσεν ἔτη κδ',	,εωξε	Conſtantius, filius eius, imperauit annos XXIIII,	5865
Ἰουλιανὸς ὁ παραβάτης, ἐβασίλευσεν ἔτη β',	,εωξζ	Iulianus apoſtata, imperauit annos II,	5867
Ἰοβιανὸς ἐβασίλ. ἔτος ά,	,εωξη	Iouianus imp. ann. I,	5868
Οὐαλεντινιανὸς ἐβασ. ἔτη ιβ',	,εωπ	Valentinianus imp. ann. XII,	5880
Οὐάλης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσεν ἔτη γ',	,εωπγ	Valens, frater eius, imperauit annos III,	5883
Θεοδόσιος ὁ μέγας, ἐβασίλευσεν ἔτη ιζ',	,εϡ	Theodoſius magnus imp. annos XVII,	5900
Ἀρκάδιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσεν ἔτη ιγ',	,εϡιγ	Arcadius, filius eius, imperauit annos XIII,	5913
Θεοδόσιος ὁ μικρὸς, ἐβασίλευσεν ἔτη μβ',	,εϡιε	Theodoſius minor imperauit ann. XLII,	5953
Μαρκιανὸς ἐβασίλ. ἔτη ϛ ὑ',	,εϡξα	Marcianus imp. ann. VI, S.	5961
Λέων ὁ μέγας, ἐβασ. ἔτη ιζ',	,εϡοη	Leo magnus, imp. ann. XVII,	5978
Λέων ὁ μικρὸς, ἐβασίλ. ἔτος ά,	,εϡοθ	Leo minor, imp. ann. I,	5979
Ζήνων ἐβασίλευσεν ἔτη ϛ ὑ',	,εϡϟϛ	Zeno imp. annos VI, S.	5996
Ἀναστάσιος ἐβασίλ. ἔτη κζ',	,ϛκγ	Anaſtaſius imp. ann. XXVII,	6023
Ἰουστῖνος ὁ γέρων, ἐβασ. ἔτη θ ὑ',	,ϛλβ	Iuſtinus ſenior, imp. ann. IX, S.	6032
Ἰουστῖνος ὁ νέος, ἐβασ. ἔτη ιγ'	,ϛπδ	Iuſtinus iunior, imp. ann. XIII,	6084
Τιβέριος ἐβασίλ. ἔτη δ',	,ϛπη	Tiberius imp. ann. IIII,	6088
Μαυρίκιος ἐβασίλ. ἔτη κ',	,ϛρη	Mauricius imp. ann. XX,	6108
Φωκᾶς ὁ τύραννος, ἐβασίλ. ἔτη η',	,ϛριϛ	Phocas tyrannus, imp. ann. VIII,	6116
Ἡράκλειος ἐβασίλευσεν ἔτη λ',	,ϛρμϛ	Heraclius imp. ann. XXX,	6146
Κωνσταντῖνος ἐβασίλ. ἔτος ά,	,ϛρμζ	Conſtantinus imp. ann. I,	6147
Κωνσταντῖνος ἐβασίλ. ἔτη κζ',	,ϛροδ	Conſtantinus imp. ann. XXVII,	6174
Κωνσταντῖνος ὁ πατὴρ Ἰουστινιανοῦ, ἐβασίλευσεν ἔτη ιζ',	,ϛϟγ	Conſtantinus, Iuſtiniani pater, imperauit annos XVII,	6193
Ἰουστινιανὸς τὸ πρῶτον ἐβασίλ. ἔτη ί,	,ϛσγ	Iuſtinianus imp. primum annos X,	6203

Leo imperauit annos III, 6206	Λέων ἐβασίλ. ἔτη γ', ,ϛσϛ
Tiberius Hapſimarus, imperauit annos VII, 6213	Τιβέριος Ἀψίμαρος, ἐβασίλευσεν ἔτη ζ', ,ϛσιγ
Iuſtinianus, & Tiberius eiusdem filius, iterum imperauit ann. VI, 6219	Ἰουστινιανὸς, καὶ Τιβέριος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, πάλιν ἐβασίλ. ἔτη ϛ', ,ϛσιθ
Philippicus Bardanes, imper. ann. XII, *menſes* VIII, 6221	Φιλιππικὸς ὁ Βαρδάνης, ἐβασίλευσεν ἔτη ιβ', μῆνας η', ,ϛσκα
Anaſtaſius Artemius, imperauit annos II, 6223	Ἀναστάσιος ὁ Ἀρτέμιος, ἐβασίλευσεν ἔτη β', ,ϛσκγ
Theodorus Atramytenus imperauit annum I, *S.* 6224	Θεόδωρος ὁ Ἀδραμυττηνὸς, ἐβασίλ. ἔτος α ὑ', ,ϛσκδ
Leo Iſaurus imp. ann. XXIIII, 6248	Λέων ὁ Ἴσαυρος, ἐβασίλ. ἔτη κδ', ,ϛσμη
Conſtantinus, filius eius, imp. annos VII, 6304	Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσεν ἔτη ζ', ,ϛτδ
Irene, mater eius, ſola imperauit annos V, 6309	Εἰρήνη μόνη, ἡ μήτηρ αὐτοῦ, ἐβασίλευσεν ἔτη ε', ,ϛτθ
Nicephorus ex legotheta, imper. annos VIII, *menſes* IX, 6318	Νικηφόρος ὁ ἀπὸ λογοθέτου, ἐβασίλευσεν ἔτη η', μῆνας θ', ,ϛτιη
Stauracius, filius eius, imperauit menſes III.	Σταυράκιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσε μῆνας γ'.
Michael Rangabe, imperauit annum I, *menſes* IX, 6320	Μιχαὴλ ὁ Ῥαγγαβὲ, ἐβασίλευσεν ἔτος α', μῆνας θ', ,ϛτκ
Leo Armenius, imperauit annos VII, *menſes* V, 6327	Λέων ὁ Ἀρμένιος, ἐβασίλευσεν ἔτη ζ', μῆνας ε', ,ϛτκζ
Michael Balbus, imperauit ann. VIII, *menſes* IX, 6336	Μιχαὴλ ὁ Τραυλὸς, ἐβασίλευσεν ἔτη η', μῆνας θ', ,ϛτλϛ
Theophilus, filius eius, imperauit annos XII, *menſes* III, 6348	Θεόφιλος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσεν ἔτη ιβ', μῆνας γ', ,ϛτμη
Theodora, cum Michaele filio, imperauit annos XIIII, 6362	Θεοδώρα, σὺν υἱῷ Μιχαὴλ, ἐβασίλευσεν ἔτη ιδ', ,ϛτξβ
Michael, filius eius, ſolus imperauit annos XII, 6374	Μιχαὴλ μόνος, ὁ υἱὸς αὐτῆς, ἐβασίλευσεν ἔτη ιβ', ,ϛτοδ
Baſilius Macedo imperauit annos XIX, 6393	Βασίλειος ὁ Μακεδὼν, ἐβασίλευσεν ἔτη ιθ', ,ϛτϟγ
Leo, filius eius, imperauit annos XXV, *menſes* VIII, 6419	Λέων ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσεν ἔτη κε', μῆνας η', ,ϛυιθ
Alexander, frater eius, imperauit menſes XIII, 6420	Ἀλέξανδρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσε μῆνας ιγ', ,ϛυκ
Conſtantinus, Leonis filius, cũ matre imperauit annos VII, *6427. Idem cũ Romano ſocero ſuo imperauit annos* XXVI, *6453. Rurſus idem ſolus imp. annos* XV: *in uniuerſum annos* XLVIII, 6468	Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς Λέοντος, σὺν τῇ μητρὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ζ', ,ϛυκζ. Ὁ αὐτὸς σὺν τῷ πενθερῷ Ῥωμανῷ ἐβασίλευσεν ἔτη κϛ', ,ϛυνγ. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς μόνος ἐβασίλευσεν ἔτη ιε'. τὰ πάντα μη', ,ϛυξη
Romanus, filius eius, imp. ann. III, 6471	Ῥωμανὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐβασίλ. ἔτη γ', ,ϛυοα
Nicephorus Phocas, imp. ann. VI, *S.* 6478	Νικηφόρος ὁ Φωκᾶς, ἐβασ. ἔτη ϛ ὑ', ,ϛυοη
Ioannes Tzimiſches, imp. ann. VI, *S.* 6484	Ἰωάννης ὁ Τζιμισκῆς ἐβασ. ἔτη ϛ ὑ', ,ϛυπδ

Βασίλειος

Βασίλειος καὶ Κωνσταντῖνος, ἐβασίλευσαν ἔτη νγ', ͵ϛφλζ

Ρωμανὸς ὁ Αργυρόπυλος, ἐβασίλευσεν ἔτη ε', μῆνας ε', ͵ϛφμβ

Μιχαὴλ ὁ Παφλαγὼν, ἐβασ. ἔτη ζ', ͵ϛφμθ

Μιχαὴλ ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσε μῆνας δ'.

Κωνσταντῖνος ὁ Μονομάχος, ἐβασίλευσεν ἔτη ιγ ὑ', ͵ϛφξγ

Θεοδώρα ἡ Παφλαγόνα, ἐβασίλευσεν ἔτος α ὑ', ͵ϛφξδ

Μιχαὴλ ὁ ἀπὸ τοῦ στρατιωτικοῦ, ἐβασίλευσεν ἔτος α', ͵ϛφξε

Ισαάκιος ὁ Κομνηνὸς, ἐβασίλευσεν ἔτη β', μῆνας β', ͵ϛφξζ

Κωνσταντῖνος ὁ Δούκας, ἐβασίλευσεν ἔτη ζ', μῆνας ζ', ͵ϛφοδ

Εὐδοκία ἡ τούτου γυνὴ, ἐβασίλ. μῆνας ζ'.

Ρωμανὸς ὁ Διογένης, ἐβασ. ἔτη γ ὑ', ͵ϛφοζ

Μιχαὴλ ὁ υἱὸς τοῦ Δούκα, ἐβασίλευσεν ἔτη ϛ ὑ', ͵ϛφπγ

Νικηφόρος ὁ Βοτανειάτης ἐβασίλ. ἔτη γ', ͵ϛφπϛ

Αλέξιος ὁ Κομνηνὸς, ἐβασίλευσεν ἔτη λζ', μῆνας δ', ͵ϛχκγ

Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ πορφυρογέννητος, ἐβασίλευσεν ἔτη κδ', μῆνας η', ͵ϛχμζ

Μανουὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ πορφυρογέννητος, ἐβασίλευσεν ἔτη λη', ͵ϛχπε

Αλέξιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ πορφυρογέννητος, ἐβασίλευσε μῆνας ϛ'.

Ανδρόνικος ὁ Κομνηνὸς, ὁ ἀνελὼν Αλέξιον τὸν πορφυρογέννητον, ἐβασίλευσεν ἔτη β ὑ'.

Ισαάκιος ὁ ἄγγελος, ἐβασίλευσεν ἔτη η ὑ'.

Αλέξιος Κομνηνὸς, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ ἐκτυφλώσας καὶ ἐξεώσας τῆς βασιλείας τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Ισαάκιον, ἐβασίλ. ἔτη θ ὑ'.

Αλέξιος ὁ υἱὸς Ισαακίου, ἐβασίλευσε μῆνας θ', ἡμέρας ι.

Αλέξιος ὁ Μούρτζουφλος, ὁ ἀνελὼν τὸν υἱὸν Ισαακίου τὸν Αλέξιον, ἐβασ. μῆνας β', ἡμέρας ι' οὗ καὶ βασιλεύοντος παρεδόθη ἡ πόλις τοῖς Λατίνοις, ἐν ἔτει ͵ϛψιβ', κατὰ τὴν ιβ' τοῦ Απριλλίου μηνὸς, ἡμέρα δευτέρα τῶν βαΐων.

Θεόδωρος ὁ Λάσκαρις, ἐβασίλ. ἔτη ιθ'.

Ιωάννης ὁ Δούκας, ἐβασίλευσεν ἔτη λγ'.

Baſilius & Cōſtantinus, imperarunt annos LIII, 6537

Romanus Argyropylus, imperauit annos V, *menſes* V, 6542

Michael Paphlago imp. ann. VII, 6549

Michael, eius ex fratre nepos, imp. menſes IIII.

Conſtantinus Monomachus, imperauit annos XIII, *S.* 6563

Theodora Paphlagona, imperauit annum I, *S.* 6564

Michael ex militari, imperauit annum I, 6565

Iſaacius Comnenus, imperauit annos II, *menſes* II, 6567

Conſtantinus Duca, imperauit ann. VII, *menſes* VII, 6574

Eudocia, uxor eius, imp. menſes VII.

Roman⁹ Diogenes, imp. ann. III, *S.* 6577

Michael, Ducæ filius, imperauit annos VI, *S.* 6583

Nicephorus Botaneates, imperauit annos III, 6586

Alexius Comnenus, imp. ann. XXXVII, *menſes* IIII, 6623

Conſtantinus, filius eius, cogn. Porphyrogennetos, imp. ann. XXIIII, *menſes* VIII, 6647

Manuel, filius eius, cogn. Porphyrogennetos, imp. ann. XXXVIII, 6685

Alexius, filius eius, cogn. Porphyrogennetos, imperauit menſes VI.

Andronicus Comnenus, qui Alexiū Porphyrogennetū interemit, imp. ann. II, *S.*

Iſacius Angelus, imp. annos VIII, *S.*

Alexius Comnenus, frater eius, qui fratrem Iſacium & oculis & imperio priuauit, imperauit annos IX, *S.*

Alexius, Iſacii filius, imperauit menſes IX, *dies* X.

Alexius Murtzuphlus, qui Alexium Iſacii filium interemit, imp. menſes II, *dies* X. *ſub cuius imperio vrbs Latinis eſt tradita, anno* 6712, *Aprilis menſis die* XII, *poſtridie palmarum.*

Theodorus Laſcaris, imp. annos XIX.

Ioannes Duca, imp. annos XXXIII.

Theodorus, filius eius, imperauit annos III, *menſes* X.

Ioannes, filius eius, imper. menſes IIII, *dies* XV.

Michael Comnenus, cogn. Palæologus, imperauit annos XXIII, *menſes* XI, *dies* XI. *Idem Conſtantinopolim ex Latinis recepit, anno 6769, Iulii menſis die* XXV, *poſtridie ſanctæ Annæ. Idem e vita exceſſit Decembris die* XI, *Indictione* XI, *anno 6791.*

Θεόδωρος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσεν ἔτη γʹ, μῆνας ιʹ.

Ἰωάννης ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσεν μῆνας δʹ, ἡμέρας ιεʹ.

Μιχαὴλ Κομνηνὸς, ὁ παλαιολόγος, ἐβασίλευσεν ἔτη κγʹ, μῆνας ιαʹ, ἡμέρας ιαʹ. ὁ αὐτὸς παρέλαβε τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐκ τῶν Λατίνων τῷ ,ϛψξθʹ ἔτει, κατὰ τὴν κεʹ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς, τῆς ἁγίας Ἄννης ἡμέρᾳ δευτέρᾳ. Ὁ αὐτὸς ἀπεβίω κατὰ τὴν ιαʹ τοῦ δεκεμβρίου μηνὸς, τῆς ιαʹ ἰνδικτιῶνος, τῷ ,ϛψϟαʹ ἔτει.

E LIB. QVI TEMPOR. computatio inſcribitur.

ΕΚ ΤΙΝΟΣ ΧΡΟΝΩΝ ὉΜΑΔΟΣ.

C. Iulius Romæ imper. ann.	4	5458	Γάϊος Ἰούλιος Ῥωμαίων	δ	,ευνη
Cæſar Auguſtus	57	5515	Καῖσαρ Αὔγουστος	νζ	,εφιε
Tiberius	22	5537	Τιβέριος	κβ	,εφλζ
Caius Caligula	4	5541	Γάϊος	δ	,εφμα
Claudius	14	5555	Κλαύδιος	ιδ	,εφνε
Nero	14	5569	Νέρων	ιδ	,εφξθ
Veſpaſianus	10	5579	Οὐεσπεσιανός	ι	,εφοθ
Titus	3	5582	Τίτος	γ	,εφπβ
Domitianus	15	5597	Δομετιανός	ιε	,εφϟζ
Nerua	1	5598	Νερούας	α	,εφϟη
Traianus	18	5616	Τραϊανός	ιη	,εχιϛ
Adrianus	21	5637	Ἀδριανός	κα	,εχλζ
Ælius Antoninus Pius	20	5657	Αἴλιος Ἀντωνῖνος	κ	,εχνζ
Marcus Antoninus	16	5673	Μάρκος Ἀντωνῖνος	ιϛ	,εχογ
Commodus	12	5685	Κόμοδος	ιβ	,εχπε
Seuerus	18	5703	Σευῆρος	ιη	,εψγ
Antoninus Caracallus	7	5710	Ἀντωνῖνος Καράκαλλος	ζ	,εψι
Antoninus ali⁹, Heliogabalus	4,	5714	Ἀντωνῖνος ἄλλος	δ	,εψιδ
Alexander Mamææ	14	5727	Ἀλέξανδρος ὁ Μαμαίας	ιδ	,εψκζ
Maximinus	3	5730	Μαξιμῖνος	γ	,εψλ
Gordianus	6	5736	Γορδιανός	ϛ	,εψλϛ
Philippus	6	5742	Φίλιππος	ϛ	,εψμβ
Decius	1	5743	Δέκιος	α	,εψμγ
Gallus & Voluſianus	2	5745	Γάλλος καὶ Βουλουσιανός	β	,εψμε
Valerianus & *Gallienus*	15	5760	Οὐαλλεριανὸς καὶ Γαλλῖνος	ιε	,εψξ
Claudius	1	5761	Κλαύδιος	α	,εψξα

Αὐρηλια-

Αὐρηλιανός	ϛ	,εψξζ	*Aurelianus*	6	5767
Πρόβος	ζ	,εψοδ	*Probus*	7	5774
Κάρος καὶ Καρῖνος	β	,εψοϛ	*Carus & Carinus*	2	5776
Διοκλητιανός	κ	,εψϟϛ	*Diocletianus*	20	5796
Κωνσταντῖνος	λβ	,εωκη	*Conſtantinus*	32	5828
Κωνστάντιος	κδ	,εωνβ	*Conſtantius*	24	5852
Ἰουλιανός	γ	,εωνε	*Iulianus*	3	5855
Ἰοβιανός	α	,εωνϛ	*Iouianus*	1	5856
Οὐαλεντινιανός	ι	,εωξϛ	*Valentinianus*	10	5866
Οὐάλης	δ	,εωο	*Valens*	4	5870
Θεοδόσιος	ιϛ	,εωπϛ	*Theodoſius*	16	5886
Ἀρκάδιος	ιδ	,εϡ	*Arcadius*	14	5900
Θεοδόσιος ὁ νέος	μβ	,εϡμβ	*Theodoſius iunior*	42	5942
Μαρκιανός	ϛ	,εϡμη	*Marcianus*	6	5948
Λέων	ιη	,εϡξϛ	*Leo*	18	5966
Ζήνων	ιζ	,εϡπγ	*Zeno*	17	5983
Ἀναστάσιος	κζ	,ϛι	*Anaſtaſius*	27	6010
Ἰουστῖνος	θ	,ϛιθ	*Iuſtinus*	9.	6019
Ἰουστινιανός	λη	,ϛνζ	*Iuſtinianus*	38	6057
Ἰουστῖνος νέος	ιγ	,ϛο	*Iuſtinus iunior*	13	6070
Τιβέριος	δ	,ϛοδ	*Tiberius*	4	6074
Μαυρίκιος	κ	,ϛϟδ	*Mauricius*	20	6094
Φωκᾶς	η	,ϛρβ	*Phocas*	8	6102
Ἡράκλειος	λα	,ϛρλγ	*Heraclius*	31	6133
Κωνσταντῖνος	α	,ϛρλδ	*Conſtantinus*	1	6134
Κωνσταντῖνος	κζ	,ϛρξα	*Conſtantinus*	27	6161
Κωνσταντῖνος	ιζ	,ϛροη	*Conſtantinus*	17	6178
Ἰουστινιανός	ι	,ϛρπη	*Iuſtinianus*	10	6188
Λέων	γ	,ϛρϟα	*Leo*	3	6191
Τιβέριος ὁ καὶ Ἀψίμαρος	ζ	,ϛρϟη	*Tiberi⁹, qui & Apſimarus*	7	6198
Ἰουστινιανὸς πάλιν	ϛ	,ϛσδ	*Iuſtinianus rurſum*	6	6204
Φιλιππικὸς ὁ καὶ Βαρδάνης	β	,ϛσϛ	*Philippicus, qui & Bardanes*	2	6206
Ἀρτέμιος ὁ καὶ Ἀναστάσιος	γ	,ϛσθ	*Artemius, qui & Anaſtaſius*	3	6209
Θεοδόσιος ὁ Ἀδραμυτηνός	α	,ϛσι	*Theodoſius Adramytenus*	1	6210
Λέων ὁ καὶ Κόνων	κε	,ϛσλε	*Leo, qui & Cono*	25	6235
Ἀρταύασδος	γ	,ϛσλη	*Artauaſdus*	3	6238
Κωνσταντῖνος υἱὸς Λέοντος	λα	,ϛσξθ	*Conſtantinus Leonis filius*	31	6269
Λέων υἱὸς Κωνσταντίνου	ε	,ϛσοδ	*Leo Conſtantini filius*	5	6274
Κωνσταντῖνος υἱὸς Λέοντος σὺν τῇ μητρὶ Εἰρήνῃ	ι, μ. β.	,ϛσπδ	*Conſtantinus Leonis filius cum Irene matre ſua*	10, *m.* 2.	6284
Κωνσταντῖνος μόνος	ϛ, μ. θ.	,ϛσϟ	*Conſtantinus ſolus*	6, *m.* 9.	6290
Εἰρήνη ἡ μήτηρ αὐτοῦ πάλιν	β, μ. ϛ.	,ϛσϟβ. μ. ϛ	*Irene mater eius iterum*	2, *m.* 6.	6292, *m.* 6
Νικηφόρος	η, μ. θ.	,ϛτα. μ. γ	*Nicephorus*	8, *m.* 9.	6301, *m.* 3
Σταυράκιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ	β	,ϛτγ	*Stauracius filius eius*	2	6303
Μιχαὴλ καὶ Θεοφύλακτος	β	,ϛτε	*Michael & Theophyla-*	2	6305
Λέων ὁ Ἀρμένιος	ζ	,ϛτιβ	*Leo Armenius (ctus*	7	6312

Michael	*9*	*6321*	Μιχαὴλ	θ	,ςτκα
Theophilus filius eius	*12*	*6333*	Θεόφιλος ὁ ὑιὸς αὐτοῦ	ιβ	,ςτλγ
Michael filius eius cum Theodora matre	*14*		Μιχαὴλ ὁ ὑιὸς αὐτοῦ σὺν τῇ μητρὶ Θεοδώρᾳ	ιδ	
Michael ſolus	*11*		Μιχαὴλ μόνος	ια	
Michael & Baſilius	*1*		Μιχαὴλ καὶ Βασίλειος	α	
Baſilius Thrax	*19*		Βασίλειος ὁ Θρᾴξ	ιθ	
Leo & Alexander filii eius	*26*		Λέων καὶ Αλέξανδρος ὑιοὶ αὐτοῦ	κς	
Alexander & Conſtantinus	*1*		Αλέξανδρος καὶ Κωνσταντῖνος	α	
Conſtantinus ſolus	*7*		Κωνσταντῖνος μόνος	ζ	
Conſtantinus & Romanus ſocer eius	. . . .		Κωνσταντῖνος καὶ Ρωμανὸς ὁ πενθερὸς αὐτοῦ	. . . .	

IN

IN ROMANAE HISTORIAE GRÆCOLATINVM SYNTAGMA NOTATIONES FRID. SYLBVRGII.

IN FASTOS.

DIVERSITATEM quæ inter Græcos & Latinos Faſtos eſt, ſingulatim exponere, vt prolixum, ita & tædioſum foret. Itaq; generale tantum diſcrimen paucis exponam. Id primum eſt in quantitate; deinde in qualitate.

Quantitatis ratione primum additi ſunt nonnuſquā conſules quos Latini Faſti non agnoſcunt: deinde contra omiſſi ſunt vel conſules, vel alii magiſtratus qui pro conſulibus ordinariis rempublicam interdum adminiſtrarunt. *Additionis* primum genus eſt quo inſeruntur qui plane a Latinis abſunt: vt pag. 30, v. 21, Τιβέριος Καῖσαρ τὸ β', καὶ Σιλανὸν, abſunt a Latinis Faſtis: & eorum loco ponuntur qui ſexto ab illis anno in Græcis præcedunt, Τιβέριος Καῖσαρ ἢ Καπίτων. Sic pag. 16, v. 24 & 25: & p. 28, v. 41, 36, 37, 38. Ex quibus nonnulli ſuffecti fortaſſis fuerunt, nō ordinarii. Alterum additionis genus eſt, quo vnus conſulatus in duos dirimitur. vt pag. 26, v. 14 & 15, Κλαύδιος cū Πύλχρῳ idem eſt, & Βιβίας (ſeu Βαβίας) idem cum Σβιλίῳ. Sic pag. 30, v. 23 & 40. *Omiſſionis* exemplum eſt in ipſo ſtatim principio; vbi quarti & quinti anni conſules ſunt prætermiſſi. Itidemq; pag. 30, v. 30, incluſi Σιλανὸς ἢ Βάλβος, a m. ſ. exemplari abſunt. Rurſum ab initio nec Decemuiri, nec Tribuni militares, nec Tribuni plebis, nec Dictatores, qui pro conſulibus nonnumquam reip. præfuerunt, a Græcis faſtis ſunt expoſiti; vt ex vacantibus aliquot paginarum interuallis eſt perſpicuū. Conſules enim tantum recēſet iſte chronographus, vt etiam Caſſiodorus in ſuo Chronico. Eſt & alterum omiſſionis genus, quo duo conſulatus in vnū confunduntur: vt pag. 12, v. extremo, in annum vrbis 393 conferuntur Libo & Lænas; cum, ſecundum Latinos Faſtos, eo anno conſul fuerit Libo cum Ambuſto, & Lænas ſequenti anno cum Manlio Imperioſſo. Sed eſt & tertium *defectus* genus, non auctori, ſed tempori & poſteritati adſcribendū: quippe quorum iniuria complurium annorum conſules plane ſunt oblitterati: vt pag. 32, v. 14, interierunt conſulatus xx: pag. 50, v. 27, interciderunt conſulatus v: & pag. 56, v. 3, conſulatus x.

Qualitatis prima ſpecies ponatur *Transpoſitio*. Ea etſi rarior eſt, tamen vix vlla occurrit pagina, in qua non aliquod eius inueniatur exemplum. Ac primum multiplex facta eſt transpoſitio; complurium videlicet conſulum confuſio: vt pag. 12, in olympiade ρι' & ſequentibus. Deinde per longiora interualla facta eſt traiectio: vt pag. 30, Τιβέριος Καῖσαρ ἢ Καπίτων referuntur in annum vrbis 758, cum ſecundum Capitolinos faſtos cōſulatum geſſerint anno 764. Sed longe crebrior eſt altera qualitatis ſpecies, *Mutatio*; eaque & ipſa multiplex ac varia.

Mutatio enim primum eſt in ipſis nominibus: eaque duplex, directa, & obliqua. Directam voco, cum nomina gentilitia vel cognomina, inter ſe directe cōmutata ſunt: obliquam, cum nomina pro cognominibus, aut viciſſim cognomina pro nominibus ſunt poſita; eaque vel ſono affinia, vel longius diſcrepantia. *Nomina* longius diſcrepantia inter ſe commutata; vt Μάλιε pro Μετέλλε. Sono affinia, vt Κορνήλιος, Καρβίλιος, Σερβίλιος. Sic Μάλλιος, Μαύλιος, Μαλίνιος. quamquā Græci inter Μάλλιον & Μαύλιον non ſolent aliquid facere diſcriminis. *Cognomina* lōgius diſcrepantia inter ſe cōmutata: vt Βάσσου pro Δρύσου, Γεμίνου pro Κόσσε, Φλάκκου pro Παύλλου. Sono affinia, vt Σκηπίωνος pro Κηπίωνος. Sic Βάρωνος, Βάρου, Βύρου: Πείσων, Κείσωνος: Πεισωνιανοῦ, Κεισωνιανοῦ: itemque Αλβίνε, Αρβίνε, Βάλβινε, Κάλβινε, Σαβίνε, crebro inter ſe permutata reperiuntur. vt & Τύλλε ac Τρίτυλλε pro Ἰούλε ſæpe poſita. *Nomina pro cognominibus*: vt paſſim Ρούφλε & Αιμιλίε pro Ρούλλε & Αιλίε. Sic Βελιένε & Βαλίε pro Βελίσσου (ſeu Βελλίσσου) & Βαρε: Φυλβίου pro Φύλβε: Φλαβίε pro Φλάβου. Et contra, *Cognomina pro nominibus*: vt Ποστουμιανοῦ pro Ποστουμίε, Κωντίλλε pro Κωντιλίε. Itemq; Φλαμινίνε interdum pro Φλαμινίου: & cōtra Φλαμινίε pro Φλαμινίνε. Vbi hoc quoque obſeruatione dignum eſt, *poſteriorum temporum vocabula ſæpenumero pro priſci temporis vocabulis eſſe ſuppoſita*; quod ſcilicet recentiora, notiora; vetuſta, minus eſſent cognita: vt Ρουστικε pro Ρουτίλε ſeu Ρουτίλλε: Μακρίνε pro Μακερίνε: Μαμερτίνε pro Μαμερκίνε. ſic Τριτύλλε pro Ἰούλε, & ſimilia. Quin & *Prænomen pro cognomine* poſitum in tertio conſulatu; Πουπλίε ſcilicet pro Πυλβίλλε: qui idem olympiade ξζ' ſuperiore commutationis genere appellatur Ποιβλίλιος, gentilitio nomine perperam pro cognomine ſubſtituto.

Mutationis altera ſpecies, eſt litteræ ſyllabæve vnius aut plurīū a genuino ſcriptionis genere deflexio. Hæc quoque vel additione fit: vt Καπύλλου pro Καπύλε: vel detractione, vt Βάρωνος pro Βάρρωνος: Βατίνε pro Βατινίε, Vatinio: Αβεντινεσ pro Αβεντινήνσε, Auentinenſe. Et in qualitatis metaplaſmo, vel trāſpoſitione. vt Τυδιτάνου pro Τυδιτανε: vel permutatione, vt Α΄λλε pro Αάλε, Ahala. In permutationis genere ſæpenumero pro η in exemplari erat ι: vt Σίκε, Ριγούλε, Μυρίνα, pro Σήκε, Ρηγούλε, Μουρήνα. Item ι pro ι: vt Δομετε, Κορνοφικίε. Sæpius ε pro αι: vt Κεκίλιε, Αελίε, Αιβίνε, Αιμίλιου, Σκεβόλε, & eius generis alia, quæ Latini ſcribunt per *ae* diphthongum. Ac rurſum Κελιμοντανοῦ pro Cælimontano ſeu Cœlimontano. In quorum pleriſq; vt vitioſa pronuntiatio ſcripturæ errorē præbuit; ita in quibuſdam ad Græcam etymologiā aliquomodo alluſum eſt: vt in Αγγελέλαε & Σκαπτεινικός. in illo enim ad verbum ἀγείρειν, in hoc vero ad nomen Σκάπτειος alluſum videtur: ſicut etiam in Κόμοδος pro Κόμμοδος. Nonnumquam multiplicatus eſt metaplaſmus; vt in Ιψαίε pro Ὑψαίε. Sæpe longius a vera ſcriptura diſceſſum: vt Καμβίε pro Καιαε: Θεωξάνου pro Καισίκε: Οὐκρίου pro Ερευκε ſeu Ερυκίε. In Μάξου autem pro

Haſta, pene omnia Latinæ appellationis oblitterata ſunt veſtigia. Mutationis ſeu Variationis ea quoque notanda ſpecies, qua pro v conſonante, modo ȣ, modo β in Gr. ſcribitur: vt Βύλσωνος, Σεβήρου, Καλβίνου: & ȣήρου, ȣάλεντος, ȣινικίου. Sic pag. 30, Νέρβα: at 32 & 34 Νȣύα.

Mutationis tertia ſpecies eſt in flexione ſeu declinatione: vt cũ ꝓ perittoſyllaba flexione Latina, vſurpata eſt Græce flexio iſoſyllaba: vt Βετήρου, Vetere. Itemq; Ρήγου, Σακερδώτου, Rege, Sacerdote: & ſæpiſſime Λαινάτου, Ασπρηνάτου, Φιδηνάτου, Lænate, Aſprenate, Fidenate. ac rurſum Μαλουγινησίου, Σεκουλαρίου, Κερεαλίου, Maluginenſe, Seculare, Cereale. quin & Πορφυρίου pro Πορφυρίωνος, Porphyrione. In quibuſdam vtraque flexio vſurpata eſt: vt pag. 36, & Πραίσεντος & Πραισέντου. itemque 24, 17, Καρβου: at 26, 7, rectius Κάρβωνος. Sic nomina iſoſyllaba in ας, alia communi, alia Dorico more flexa ſunt: vt pag. 26, Κίννα, Μουρήνα, Μεσσάλα, Δολαβέλλα: & tamen ibidem Σύλλου, Κόττου. Sic pag. 30, Γάλβα καὶ Σύλλου, mixte: & paulo ante pure, Αγρίππα καὶ Γάλβα. itemque pag. 22, Γάλβα & Κόττα: & paulo ante Ταλίνου. Immo bis ibidem Νασικᾶ, & ſemel Νασίκου.

Vltima variatio, accentus eſt. cum enim paſſim vltima circumflexa legantur Κελημοντανοῦ, Βιβουλανοῦ, Σιλανοῦ, Σερρανοῦ, & eiuſdem generis alia: tamen Λαπεγίνου & alia quædam ſcripta in exemplari barytonως: ſicut etiam apud Pæanium 64, 47, Ρωμαίνδια. Eodem modo paſſim ſcriptum Πατρινοῦ: at 38, 51, Ματήρνου: accentu ſcilicet ad Latinam rationem conformato. Sic etiam in exemplari alicubi erat Γαλβά. Νερβά: & paſſim Πουβλικολά, Μεσσαλά, Αβιολά: (perperam acuto pro circumflexo poſito) & tamen Αγρικόλα, vt Δολαβέλλα, Μουρήνα, Κίννα. Ac quamquã talia frequentius penultima acuta ſcribuntur, tamen Doricum accentum prorſus in eorum quibuſdam reiicere nolim, modo circumflexe ſcribatur Μεσσαλᾶ, Αβιολᾶ, vt pag. 22 & Νασίκου & Νασικᾶ ſcribi, paulo ante dixi. Quod in genere hic de illis monere volui; vt quibus Dorica ratio magis placebit, eam pro arbitratu ſequi liceat. Nam pleraque omnia, etiam corrupta, bona fide exprimenda cenſui, appoſita mendoſæ ſuſpectæve ſcripturæ nota: vt ſagacibus ingeniis eſſet acuminis exercendi materia. tamen 36, 20, continere me non potui quin pro Ιεβηρίου contra exemplaris fidem Ιβηρίου reponerem: quippe quod illis temporibus nõdum adeo barbara inoleuiſſent nomina.

In Latina etiam expoſitione plerumque deprauata Græcæ ſcripturæ veſtigia expreſſi; appoſita & ibi corruptæ ſuſpectæve lectionis nota. In nonnullis tamen veriorem quandoque ſcripturam ſum ſecutus, nota Græcis quidem adiecta, in Latinis autem omiſſa: vt 4, 15, † Ρηγιλλιανοῦ, *Regillano*: 20, 12, Βάρωνος, *Varrone*: 16, 12, † Αβεντινησίου, *Auentinenſe*: & mox v. 44, † Κλεψινοῦ, *Clepſina*.

Hæc habui quæ in genere monerem. Quæ ſi quis ad ſpecialia & ſingularia reuocare volet, per ſingulas paginas facili negotio examen perſequi poterit: præſertim cum Latini faſti, velut exactior norma, e regione ſint oppoſiti, & verſus plerumque verſibus reſpondeant. Quamquam etiam in Indicem particularia quædam, licet pauca, ſunt relata.

De INDICTIONIBVS hoc addendum videtur, Chronicon noſtrum m. ſ. duo illarum facere initia. primum, a C. Iulii Cæſaris anno primo, Olympiadis 183 anno ſecundo, Lepido & Planco conſſ. Ibi enim primum hic titulus eſt; Αρχὴ Ινδικτιόνων: deinde ſubiungitur latior explicatio; his verbis; Απὸ α΄ ἔτους Γαΐου Ιουλίου Καίσαρος, & τῶν προκειμένων ὑπάτων, Λεπίδου & Πλάγκου, ἤγουν ιβ΄ καὶ αὐτῆς τοῦ Αρτεμισίου μηνὸς, Αντιοχεῖς τοὺς ἑαυτῶν χρόνους ἀριθμοῦσι· καὶ αἱ Ἰνδικτιῶνες δὲ χρηματίζειν ἤρξαντο, ἀπὸ πρώτης & αὐτῆς τοῦ Γορπιαίου μηνός. id eſt, *A primo anno Caii Iulii Cæſaris, & præmiſſis conſulibus, Lepido & Planco, ſeu a* XII *Artemiſii menſis, Antiochenſes ſua tempora numerant: ſed & Indictæ nominari cœperunt a primo die menſis Gorpiæi.* Αρτεμίσιος autem menſis in eiuſdem chronici margine Maius appellatur; & Γορπιαῖος, September; ſicut etiam apud Suidam; qui Macedonicas eſſe appellationes illas tradit. Exinde continuata Indictionum ſerie vſque ad Olympiadis 273 annum primum, poſt mentionem de morte Galerii Maximiani, ſubiicitur titulus hic; Ινδικτιόνων Κωνσταντινιανῶν ἐντεῦθεν ἀρχὴ, *Indictionũ Conſtantinianarum exinde initium.* vt duo Indictionum genera facere Chronographus iſte videatur, Iulianas ſcilicet & Conſtantinianas.

Ad CONSVLATVVM numerum pertinet adnotatio quæ in eodem Chronico ad penultimum Phocæ Aug. conſulatum adſcripta eſt; (60, 24) ὕπατοι δὲ ἀπὸ Φηλικιανοῦ καὶ Τατιανοῦ εἰσὶν σοβ΄, ἕως τοῦ πάσχα τῆς ιβ΄ ἡλιακῆς ἰνδικτιῶνος, τῆς νῦν ἐνισταμένης, (*Conſules vero a Feliciano & Tatiano ſunt 272, vſque ad paſcha duodecimæ Indictionis ſolaris, quæ nunc eſt.* Fuerunt autem Felicianus & Tatianus cõſules anno vltimo Conſtantini Magni, 46, 32.

IN EVTROPIVM.

In Eutropii editione ſuperiore, duas potiſſimum editiones ſecuti ſumus. Earum recentior, eſt Eliæ Vineti; vetuſtior, Antonii Schonhouii; vtraque ad manu ſcriptorum librorum fidem examinata. Schonhouius enim, ſe Gandenſem codicem ſecutum ait; Vinetus autem, Burdegalenſem. In hoc ergo tomo Græcolatino quia idem auctor cum Græco metaphraſte repetendus erat, id annitendum putaui, vt ipſe quoque veterem librum m. ſ. alicunde impetrarem. Et cum e Franciſco Modio, antiquorum librorum diligenti ſcrutatore cognouiſſem, optimæ notæ exemplar in Fuldenſi bibliotheca ſupereſſe, tandem eo per aſſiduas amicorum interceſſiones ſum potitus. Eum igitur nactus librum, cum ſuperiori editione noſtra contuli; ac pleriſque in locis meliorem, in nonnullis tamen etiam deteriorem comperi. Vt vero & lectorib. de vtriuſq; exemplaris diſcrepantia conſtaret, quæ in textu ipſo exprimere commode haud poteram, ea hic in Notationum libello, breuiter exponam, Latinum pariter & Græcum cuiuſque paginæ textum percurrendo.

Quod igitur attinet ad Breuiarii vocabulum, id Vinetum quoq; in ſuo exemplari inueniſſe, teſtatur eius præfatio. In Fuldenſi autem libro id ſemel maſculino fine vſurpatum eſt, initio libri 1, hoc titulo; INCIPIT BREVIARIVS EVTROPI: LIB. I. In ſequentib. autem, neutro genere: vt; BREVIARIVM AB VRBE CONDITA LIB. PRIMVS EXPLICIT. INCIPIT SECVNDVS. itidemque in fine libri III. & rurſum in fine

fine lib. 7; EVTROPI BREVIARIVM AB VRBE CONDITA LIB. VII EXPLICIT. INCIPIT VIII. itidemque in fine libri IX. In ceteris, libri duntaxat nomen vſurpatum eſt: vt in fine ſecundi; EVTROPI LIBER SECVNDVS EXPLICIT. INCIPIT TERTIVS. itidemque in fine quarti, quinti, ſexti, octaui, decimi. Noſtra vero inſcriptio, partim e veteribus illis, partim ex ipſo auctoris textu concinnata eſt. Verſu quinto, incluſum GOTHICO, abeſt a Fuld. cod. V. 10, protis in F. eſt hu: & ſeq. v. vita pro plur. h v tis.

Ad hiſtoriæ textum ipſum vt veniam, notationes quædam generaliores, in Indicem referentur; vt non vni tantum, ſed pluribus locis, atque adeo etiam pluribus auctoribus inſeruire poſſint: quæ vero commodum ibi locum non habent, hic peculiariter pertexentur: ac vulgatorum quidem exemplarium lectio littera. v exprimetur; Fuldenſis autem codicis ſcriptura, littera F. Vt ergo paucis notationis ſeriem perſequar, V. 8, incluſa, *Rea Siluia*, e Fuld. libro addita, agnoſcit etiam Græcus metaphraſtes. Sed *Rheam* nonnulli cum adſpiratione malunt, more Græco. V. 7, incluſum *anno*, additum e F.

Ad Græca vero vt tranſcendam, Παιανίας, ὄνομα κύριον, memoratur etiam a Suida. Sed μεταφράσαι τὴς ἐπιτομῆς Εὐτροπίου, τοῦ Ῥωμαϊστὶ ἐπιτεμόντος Λίβιον τὸν Ῥωμαῖον, ab eodem Suida conſcripſiſſe traditur Καπίτων Λύκιος: quem præter Iſauricorum libros octo, etiam περὶ Λυκίας καὶ Παμφυλίας ſcripſiſſe, idem Suidas auctor eſt. Stephanus Byzantius Eutropium quidem & ipſe citat, cum ſcribit, ἔστι δὲ καὶ Ἀρμενίας Καρχηδών, ὡς Εὐτρόπιός φησιν. ſed interpretis nomen apud eum non inueni. Rurſum Suidas in Tiberio, in Veſpaſiano, in Adriano; præterea in Antonino Pio, Antonino philoſopho, Aureliano, Diocletiano, Maximiano, Conſtantino item: & aliis nonnullis, Græcum Eutropii metaphraſtem ſecutus eſt: vt ex collatione liquido perſpicitur. Sed non tamen auctoris & ipſe recenſet, vt incertum ſit e Capitone, an alio paraphraſte, hæc deſumpſerit. Ab hac tamen verſione, illa quam Suidas eſt ſecutus, diſcrepat: vt luculenter cognoſces, ſi Suidæ collectanea, ordine infra digeſta, cum hac metaphraſi conferre libeat. Sigonius PÆANIVM vocat, vt Libanium, Apollonium, Macedonium, Gorgonium. Quoniam porro Suidas ſcribit, Eutropium Liuii confeciſſe epitomen, haud abs re ſuſpicetur aliquis eum memoria lapſum eſſe, ac Florum pro Eutropio ponere debuiſſe. nam *Lucii Annei Flori Epitoma de Tito Liuio*, exſtat etiamnum in vetuſtis bibliothecis: eidemque tribuuntur etiam *Periocha omnium librorum Liuii, a lib. I vſque ad* CXLII. ita enim vterque libellus in vet. membranis inſcribitur. Eutropius autem non Liuii ſolum fecit Epitomen, ſed Romanæ hiſtoriæ Epitomen vſque ad ſua tempora deduxit; CCCXL ann. vltra Liuianam hiſtoriam. Liuius enim vſque ad Tiberium Auguſti priuignum, Eutropius autem vſque ad Valentinianum & Valentem Aug. hiſtoriæ ſeriem pertexuit. V. 14, pro πειραζόμενοι, vetus liber aliam quoque ſcripturam habet, πιεζόμενοι: recte. V. 16, cum dicit πρὸ ... τῶν Μαΐων καλανδῶν, a Latino textu diſcedit. ſed XI *kal. Maias* agnoſcit cum Eutropio etiam Cicero, Solinus, Cenſorinus, Sextus Pompeius: & inter Græcos Plutarchus ac Theophilus Antiochenus: teſte Panuinio. vt ſcribere interpres debuerit, τῇ πρὸ ια΄ καλανδῶν Μαΐων: ſicut apud Plutarchum eſt in Romulo. V. 17, in exemplaris margine adſcripta erat adnotatio hæc; ἀπὸ Τρωϊκοῦ πολέμου ἕως ἐγγὺς υ μέχρι οἰκοδομήσεως Ῥώμης: hoc eſt, *a Troiano bello vſque ad vrbem conditam anni propemodum* CCCC.

P. 64, v. 1, incluſum *tunc*, abeſt a F. Sic *conſecratus* v. 9. V. 13, *rex creatus eſt*] F. *recreatus eſt*: minus recte. V. 18, *computatione*] F. *ſupputatione*. V. 21, incluſa &, addita e F. V. 26, F. *triginta & duo annos regnaſſet*. V. 29, incluſum *Marcius*, abeſt a F. c. minus recte. In Græco textu, v. 46 poſſis etiam legere κἀν τῇ πόλει *& in vrbe*, vt infra 205, 10.

P. 65, v. 1, *adiunxit*] F. *iunxit*. V. 11, *cenſum*] F. *cenſus*, plur. num. V. 14, *capitum* LXXXIIII *milia*] F. *capita* LXXXIII: id eſt, *capita octogintatria milia* quod loquendi genus apud ceteros quoque Cæſareæ hiſtoriæ ſcriptores obſeruaui, nominatim apud Trebellium Pollionē & Flauium Vopiſcum: & rurſum infra 68, 13: 74, 16: 78, 45. Ac ne inſolens plane tibi videatur hæc ſtructuræ forma, exemplum eius exſtat etiam in Græca Dionis Epitome infra, 357, 30: nec non in Græca metaphraſi huius libri, 78, 45. V. 17, incluſum *Superbi*, additum e F. c. itidemque *Roma* v. 26: at *ſua*, v. 18, ab eodem abeſt. V. 33, vulg. lib. *Brutus, parens, & ipſe Tarquinius*: quaſi tres hic ſignificentur, Brutus, pater Lucretiæ Lucretius, & Tarquinius Collatinus. ſed veram ſcripturam eſſe Fuldenſis libri, *Brutus, parens & ipſe Tarquinii*, declarat etiam Græca metaphraſis, Βροῦτος, γένος προσήκων τοῦ Ταρκυνίου. *Brutus, genere attingens Tarquinium*. *Parens*que & *Parentela*, pro Propinquus & Propinquitas, leguntur etiam apud ceteros Cæſareæ hiſtoriæ ſcriptores Latinos. Brutum autem Tarquinio conſanguinitate iunctum fuiſſe, docet etiam Dionyſ. Halicarn. 264, 4. V. 38 *quattuor & viginti* agnoſcit cum F. c. Græcus quoque metaphraſtes. vulgati libri habent *vigintiquinque*; vt Dionyſius Halicarn. & alii. In Græco autem textu, v. 5, mutilus eſt locus; librario per voces ſimiliter finitas in errorem impulſo. legendum videtur, τὸ βίον τὴν πλουτῶν ἐδέξατο παρ᾽ Ἀγκουΐων, παρ᾽ οὗ τὴν βασιλείαν αὐτὸς ἐκδέξατο. qua phraſi paulo poſt auctor vtitur v. 16 & 18: & rurſum infra 95, 41. V. 23, *Pometiam & Sueſſam* diuerſas vrbes facit etiam Meſſalla Coruinus 378, 26. ſed perperam. Vnum enim idemque oppidum fuiſſe teſtantur Dionyſius, Liuius, Plinius, Florus, alii: & hoc ipſo in loco etiam Fuldenſis codex. Hæc autem Sueſſa, Volſcorum vrbs, *Sueſſa Pometia* dicta fuit, quod in Pometinis campis ſita eſſet: ad differentiam *Sueſſæ Aurunca*, quam (teſte Liuio, lib. 8) Aurunci, oppido ſuo deſerto, profugi cum liberis & coniugibus, communierunt, & a ſe denominarunt. Quas etſi loco eaſdem, temporibus tantum diuerſas quidam exiſtimant, Sigonius tamen & loco & tempore diremptas fuiſſe innuit, lib. 1 De antiquo iure Italiæ, cap. 3, 5, 10: & rurſum lib. 2, cap. 5. Apud Ptolemæum quoque inter mediterranea Campaniæ oppida legitur Σύεσσα: quæ vero apud eundem in maritima Campaniæ ora dicitur Σίνεσσα, aliis eſt *Sinueſſa*; vt tradit Ortelius. Verior ergo lectio eſſet; Γαβίας, & Σύεσσαν τὴν Πωμεντίαν; ſeu, Γαβίους, καὶ Σύεσσαν τὴν Πωμεντίνων πόλιν, vt Dionyſius Hal. nominat. V. 25, fortaſſe cum præpoſitione legendum, ... Καπιτωλίου

V.27, incluſa, τὴν ἀρχὴν, librarius omiſerat. tu ſi τὴν βασιλείαν malis, per me licet. Sed & ante hæc ipſa deſiderari videtur ἀφιστῶσαι, ἀπέχουσαι, aut ſimile quodpiam participium, cum præcedente ſubſtantiuo πολίχνην iungendum. quamquam eadem ellipſis etiam paulo poſt, 66, 41, iterum vſurpata eſt. V.41, margini exemplaris hæc adſcripta eſt adnotatio; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης, ἕως τέλους τοῦ ἑβδόμου τῶν βασιλέων, καὶ ἀρχῆς τῶν ὑπάτων, ἔτη σμγ΄: id eſt, *ab vrbe condita, vsque ad finem ſeptimi regis, & initium conſulum, anni* 243. V.44, pro ἐν τῷ, fortaſſe ſcribendum αὐτῆς: vel etiam ὄντα. V.48, cum τῶν ſubaudiendum συμβαίη, ἐνδέχοιτο, vel ſimile quodpiam verbum finitum.

P. 66, v. 1, *annum vnum haberent*. ſed *annuum* cum Fuld. cod. agnoſcit etiam Gr. interpr. V.27, incluſa *in*, addita e F. Sic *ei* v.37. V.40, *conſenuit* pro vulg. *perſenuit* repoſitum e F. c. In Græco textu, v.10, Latina verba, *accepto*, & *migrauit*, minus recte intellexit metaphraſtes. Eutropii mens hæc eſt; τὴν οὐσίαν λαβὼν ἅπασαν, ἀπῴκησεν ἐκ τῆς πόλεως: ſicut etiam apud Dionyſium Hal. 286, 31, Sp. Lucretius eidem Collatino ſuadet, πάντα τὰ ἑαυτοῦ λαβόντα, ἑτέρωθί ποι τὴν οἴκησιν μεταθέσθαι: & pag. ſeq. Dionyſius ipſe refert, Collatinum, dono acceptis ex ærario talentis viginti, migraſſe Lauinium. Quapropter etiam v.30, pro ἀπομεθίστης rectius idem metaphraſtes dixiſſet ἀποικήσαντος. V.17, omiſſum Tarquinii iunioris prænomen, Ἄρρυς, ſeu Ἄῤῥος: vtroque enim modo apud Dionyſ. legitur. V.22, in exemplaris margine addita eſt hæc adnotatio; οὗτός ἐστιν ὁ Ποπλικόλας ὃν Πλούταρχος Σόλωνι παράλληλον τίθησιν, *Hic eſt Poplicola quem Plutarchus in Parallelis cum Solone componit*. V.41, adiectio illa metaphraſtæ, καταπλαγεὶς τὸν Μούκιον, cum iis quæ ſequuntur, a ceteris hiſtoricis non Tarquinio, ſed Porſennæ tribuitur. quapropter hic vitioſa eſſe videtur transpoſitio; incertum interpretis an librarii culpa. Hiſtoriæ conuenientior eſt hæc lectio; ὡς εἶδεν αὐτοῦ τὰ περὶ τῆς βασιλείας οὐ χωροῦντα κατὰ νοῦν, (ἤδη γὰρ καὶ Πορσίννας σπονδὰς ἐπεποίητο πρὸς Ῥωμαίους, καταπλαγεὶς τὸν Μούκιον ἐπιβαλόντα τῇ φλογὶ τὴν δεξιὰν, εἰκόνα τι γενόμενον ἀνδρείας τε καὶ καρτερίας τῶν Ῥωμαίων) ἐν Τουσκόλῳ, πολιχνίῳ τῆς Ῥώμης οὐ πόῤῥω, μετῴκησε σὺν τῇ γαμετῇ καὶ τοῖς φιλτάτοις, τεσσαρεσκαίδεκα διετέλ. ἐνιαυτοὺς, ἐκεῖ τε καταγήρασε. Refert autē hoc Mucii facinus etiā Liuius & Florus. Tarquinium vero non Tuſculi, ſed Cumis conſenuiſſe, ſcribit Dionyſius 358, 12. V.46, legendum videtur cum præpoſitione, μετὰ τὴν νίκην ἐθριάμβευσαν. ſed tamē infra quoque (85, 32) ſine præpoſitione repetitur hoc ipſum loquendi genus.

P. 67, v. 2, incluſum *factus*, abeſt a F. V.25, *ſequenti anno*] F. *ſequente anno*. V.36, incluſum *ſuam*, non agnoſcit F. c. Gr. t. v. 11, mutilatum eſſe locum, oſtendit antecedēs disiunctiua ἢ. Dionyſius 336, 17, duplicem & ipſe Dictatoris etymologiam affert: alteram, paſſiuam, διὰ τὴν ὑπὸ τοῦ ὑπάτου γενομένην ἀνάῤῥησιν, propterea quod a conſule dicebatur: (cuius etymi Varro quoque meminit, lib. 4. De lingua Lat.) alteram, actiuam, διὰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ κελεύειν καὶ διατάττειν ὅ τι θέλοι: ſicut ſcilicet *Edicta* quoque Latine appellātur τὰ ἐπιτάγματα καὶ αἱ διαγραφαὶ τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων. V.17, vel αὐτῆς ſcribendum videtur, vel αὕτη ἡ ἀρχή: vt infra 71, 26. V.26, exemplaris margini hæc adſcripta eſt adnotatio; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τῆς τῶν δημάρχων καταστάσεως, ἔτη σξ΄ ἐγγύς: id eſt, *Ab vrbe condita vsque ad conſtitutos Tribunos plebis, anni circiter* 260. V.29, poſt τῶν ὑπάτων deeſt αἱρουμένων, vel ſimile quodpiā participium. V.40, exemplaris margini hæc adſcripta erat adnotatio; οἱ δήμαρχοι, τῷ β΄ ἔτει τῆς ἑαυτῶν ἐξουσίας ἐπαρθέντες κατὰ τῶν ὑπάτων, ἐξόριστον τῆς Ῥώμης ἐποίησαν Γάϊον Μάρκιον· ὃν Πλούταρχος παράλληλον τίθησιν Ἀλκιβιάδῃ τῷ Ἀθηναίῳ: id eſt, *Tribuni plebis, ſecundo poteſtatis ſuæ anno aduerſus conſules elati, Roma in exſilium exterminarunt Gaium Marcium: quem Plutarchus in Parallelis componit cum Alcibiade Athenienſe*. Vbi etiam nota Marcium prænomine Gaium dici, cum in vtroque textu, Latino & Græco, appelletur Quintus. V.45, a mente auctoris, atque adeo etiam ceterorum hiſtoricorum, diſceſſit metaphraſtes; nec conſtare hiſtoria poteſt, niſi pro ἔφη legatur ἔμεινε. propior Latini textus hæc eſt verſio; καὶ πολιορκήσας τὴν πατρίδα μᾶλλον, τοὺς εἰρήνην ἐπαγγέλλοντας πρέσβεις ἀποπεμψάμενος, εἰ μὴ ἥ τε μήτηρ αὐτοῦ Οὐετουρία, καὶ ἡ γαμετὴ Οὐολουμνία, πρὸς αὐτὸν ἐκ τῆς πόλεως ἦλθον.

P. 68, v. 1, in vtriusque conſulis prænomine variat F. c. in quo ſcriptum eſt; *Gaio Fanio, & Lucio Verginio conſſ.* Vbi vt *Fanius* per *n* ſcriptum, ita mox *Fania familia*. V.13, F. *ciuium capita centum milia, trecenti, decemnouem*. de quo loquendi genere ſupra quoque dictum ad 65, 14. V.40, v. l. *Marco Æmilio*. ego *Mamercum* cum F. c. cum Græca metaphraſi & Faſtis Capitolinis malui. Gr. metaphraſ. v.22, mutilatus & corruptus eſt locus. lectio requiritur talis quæpiam; τὸν ἱδρῶτα τὸν ἀπὸ τῆς γεωργίας ἀπομορξάμενος, (ſeu ἀπομαξάμενος) τό τε σχῆμα μεταβαλὼν, βαβίαν ἐνέδυ. τόγαν στρατηγικὴν αὐτοὶ ὀνομάζουσι. V.26, exemplaris margini adnotatio adſcripta hæc; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τῆς τῶν δέκα ἀρχῆς ὑπατικῶν ἀνδρῶν, ἔτη τα΄: ὀλυμπιὰς πδ΄. id eſt; *Ab vrbe condita vsque ad imperium decemuirum conſularium, anni* CCCI; *olympias* LXXXIIII.

P. 69, v. 1, F. *Poſt viginti annos*. V.36, F. *cœpit Roma creſcere*: & v.39, *atque omnibus deletis earundem exercitibus occupauit*. V.44, pro *& ciuitates* F. c. habet *octo ciuitates*: Gr. metaphraſis ὀκτὼ πόλεις. Gr. t. v. 3, exemplaris margini adſcripta hæc adnotatio; οὗτός ἐστιν ὁ Κάμιλλος, ὃν παράλληλον τίθησι Πλούταρχος Θεμιστοκλεῖ τῷ Ἀθηναίῳ: id eſt, *Hic eſt Camillus quem Plutarchus in Parallelis componit cum Themiſtocle Athenienſe*. V.30, titulus iſte, Βιβλίον β΄, a me additus eſt: itidem etiam in ſequentibus. librorum enim nulla erat in Græco exemplari diſtinctio. Sequenti v. margini exēplaris adnotatiuncula hæc adſcripta erat; ἔτη τξε΄, ὀλυμπιὰς ρ΄: *anno* 365, *olympias* 100. V.39, fortaſſe ſcripſit metaphraſtes, αὐτήν τε εἷλε τῶν Βολούσκων πόλιν, καὶ ἐπίεσεν Ἐβύσκων. ſed Αἴκων vel Αἰκίκλων pro Ἐβύσκων legemus rectius; cum Eutropius dicat *Æquorum vrbem*. Dionyſius Αἰκανοὺς appellat.

P. 70, v. 5, F. *præſumpſerunt*: & mox, *triennium perſeuerauerunt*: & v.12, *adlatus eſt*: & mox, *qui ad Italiam venerant*. V.16, *congreſſus*] F. *progreſſus*. V.24, *ducti*] F. *ducta*: ſimplici ſtructuræ forma. V.31, incluſum *Camillo*, abeſt a F. V.38, *ita vt--dederit*] F. *ita--dedit*. Gr. t. v. 3, poſt ἐπὶ πολὺ, deſideratur verbum διεγένετο, διέμεινε, vel ſimile aliud, cum gen. caſ. articulo τῶν. In ſequentibus aliquantum ab auctore diſceſſit metaphraſtes. Quot vero annis tribuni militares conſulari poteſtate fuerint, quot item tribuni plebis, e Faſtis perſpicitur luculentius; præſertim vero e Græcis; in quibus illi extraordinarii magiſtratus ſunt omiſſi. V.32, corruptus eſt lo-

eſt locus: ac talis quæpiam requiritur lectio; ἢ αὐτῶν τῶν πολιτῶν συνελέγη τὸ σράτευμα. δίχα ἢ ἢ αὐτῶν συνέξεις ἐγένετο. & cùm in Latino textu tyronum fiat mentio, poſt σράτευμα addendum fortaſſe νεολέκτων σωμάτων, aut νεοςρατιώτων σωμάτων. (ſic enim tirones vocant Gloſſæ vet.) vel, retento adiectiuo πολιτῶν, addendum ei ſubſtantiuum νέων.

P. 71, v. 11, incluſa, e F. c. addita, agnoſcit etiam Gr. metaphraſis. V. 28, incluſa, vt ab aliis quibusdam exemplaribus abſunt, ita etiam a Gr. metaphraſi: at non a F. c. Gr. t. v. 1, incluſa præpoſ. ἀπὸ, addita ex Suida. V. 4, pro corrupto ἠλάθη, legendum videtur ἠλάθη, vel ἐκλήθη. V. 20, pro λοιπῶν, aptius ſcribemus λοιπὸν, vt cũ alibi paſſim, tum 69, 16. V. 47, maior erit ſtructuræ conuenientia, ſi pro τὸ ἐπωνύμως legamus τὸ ἐπώνυμον, *cognomen.* In ſequenti commate exemplar habet αὐτοῦ, errore ambiguo. tu ſi noſtrum αὐτὸ nolis, reponere poteris αὐτοῦ.

P. 72, v. 4, incluſum *datus*, abeſt a F. c. V. 6, *eorum*] F. *ipſorum*. Seq. v. *Manius Curius*] F. *Marcus Curius*: itidemque Gr. metaphr. & hic, & infra 74, 10: niſi quod hoc poſteriore in loco habet Μάρκος. Sed Manium verum eſſe Curii prænomen, tradunt Sigonius & Panuinius. V. 9, *annos nouem & XL*] F. *annos quadraginta nouem.* V. 19, incluſa *m*, abeſt a F. c. V. 26, F. *qua cum Romanis agerentur.* Gr. t. v. 29, pro τὴν βασιλείαν legendum eſſe τὴν Ἰταλίαν, Latinus textus arguit. V. 32, aptius fortaſſis ἐπὶ τούτῳ: & ſeq. v. τοῦ Πύρρου καταστάντος.

P. 73, v. 6, incluſum *redimendis*, abeſt a F. c. Sic etiam *vt*, v. 11. V. 28, vulg. l. *illic fore omnes, q.* Sed rectius F. *illic ferè omnes eſſe q.* V. 35, F. *Pyrrus tamen fugatus.* Gr. t. v. 16, conuenientius αὐτῷ προσελθεῖν, *ſe adiungeret*: vel, αὐτοῦ προσελθεῖν, *ipſi ſe adiungeret, ad eum ſe conferret.* Sic v. 19, pro τόπῳ non minus apte legeris πόνου, gen. caſu.

P. 74, v. 1, incluſum *ſe*, additum e F. Contra incluſum prænomen *Manius*, v. 8, ab eodem F. abeſt. V. 16, F. *Gaio Fanio Licinio, Gaio Claudio Canino conſſ.* Vbi vt vitiata ſunt cognomina, ita etiam in Gr. exemplari perperam ſcriptum erat Λικίνιος & Καμινίας, pro Λίκινος & Κανίνας: nec multo rectius in Faſtis Gr. p. 16, v. 1. Seq. v. annus vrbis integris verbis in F. eſt expreſſus; *quadringenteſimo ſexageſimo primo.* V. 22, F. *Quintogulinio.* V. 30, incluſum *iterum*, abeſt a F. Seq. v. annus vrbis in F. integris verbis eſt expreſſus; *quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.* Sic v. 36, *ciuium capita ducenta nonaginta duo milia, trecenta triginta quattuor.* Gr. t. v. 22, Pyrrhum tegula in caput iniecta, occiſum eſſe in Argiuæ vrbis oppugnatione tradit in eius vita Plutarchus. Hic autem exemplaris margini hæc adſcripta erat adnotatio; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τελευτῆς Πύρρου τοῦ Ἠπειρωτῶν βασιλέως, ἔτη υξα΄: id eſt, *ab vrbe condita vſque ad mortem Pyrrhi Epirotarum regis, anni* 461. V. 33, aptius ὑπὸ Ῥωμαίων, *a Romanis.* V. 43, exemplaris margini hæc adnotata erat cenſus ſumma; ἀνδρῶν μυριάδες ἐγγὺς λ΄ τότε ἦσαν ἐν Ῥώμῃ: *hominum circiter* 30 *myriades* (id eſt trecenta milia) *tunc erant in vrbe Roma.* V. 46, rectius ἐν τῇ Σικελίᾳ.

P. 75, v. 7, *paratum eſt*] F. *geſtum eſt*, in textu: in marg. *paratum eſt.* V. 16, *XXXI naues*] F. *triginta & vnam nauem.* V. 20, incluſum *etiam*, additum e F. V. 23, *vicit*] F. *vaſtanit.* V. 32, incluſum, *oppidis*, abeſt a F. c. V. 37, vulg. l. *cum VIII elephantis.* ſed Fuld. ſcripturam, *decem & octo*, agnoſcit etiam Gr. metaphr. Gr. t. v. 11, margini exemplaris adſcripta hæc adnotatio; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τοῦ πρώτως θαλάσσης ἐπιβῆναι Ῥωμαίους καὶ ναυμαχῆσαι Καρχηδονίοις, ἔτη υο΄ ἐγγιστα. id eſt, *ab vrbe condita vſq; ad id tempus quo Romani primùm ingreſſi mare, nauali prælio cum Carthaginenſibus conflixerunt, anni proxime* 470. V. 27, π vel tollenda videtur, vel in τότε mutanda.

P. 76, v. 6, incluſum *omni*, abeſt a F. V. 7, *remanſerunt*] F. *refugerunt.* Ibidem mox v. l. *quindecim milia cum Imp. Reg. capta.* ſed quingentos tantum hic cum F. agnoſcit Gr. metaphr. V. 36, *cum CXXX elephantis*] *cum triginta elefantis*, F. ſed vulg. ſcripturam probat etiam Gr. metaphr. Seq. v. XX *milia* probat idem metaphraſtes: F. c. habet *ducenta milia.* V. 31, *CXXX elephantorum*] F. *triginta elefantorum*; omiſſo centenario: Gr. m. indefinite, *elephantorum magnitudo & multitudo.*

P. 77, v. 9 & 11, incluſa, abſunt a F. Itidemque v. 27. At quæ v. 36 ſunt incluſa, ex eodem F. ſunt addita. Gr. t. v. 39, cum præpoſ. legendum videtur, τῇ κατὰ τὴν Ἄφρων μάχῃ.

P. 78, v. 5, *CXXV demerſa*] F. *quinque & viginti demerſa*, omiſſo numero centenario: quem tamen & Gr. m. agnoſcit. Ibidem mox idem F. *triginta duo milia hominũ capta, XII milia occiſa.* Sed ibi quoque vulg. ſcripturam probat Gr. m. V. 28, *per XXII annos*] F. *triginta & tres*: Gr. m. *viginti & tres.* Gr. t. v. 45, accuſ. εἶναι ea ſtructuræ forma excuſari poteſt, quæ ſupra adnotata eſt ad 65, 14: præſertim cum itidem apud Trebelliũ Pollionem in vita Claudii legamus, *annuos frumenti modios tria milia, laridi libras duo milia, vini veteris ſextarios tria milia quingentos.* alioqui vſitatior loquendi forma eſt εἶναι μυριάδας κ΄.

P. 79, v. 1, *tum bella reparare tentabant*] F. *tamen bellum rep. temptabant.* V. 19, incluſa præpoſ. *a*, addita ex F. V. 20, *per conſulem*] F. *per conſules*, plur. num. V. 30, incluſum *ſuo*, abeſt a F. Gr. t. v. 21, margini exemplaris adſcripta hæc adnotatiuncula; ὅτι τὰ ὄρη τῶν Ἄλπεων διορίζουσιν Ἰταλίαν ἐκ Γαλατῶν: *Alpium montes, Italiam a Gallis determinant.* V. 29, cum præpoſitione legendum videtur μετὰ τὴν νίκην, vel διὰ τὴν νίκην: quod alibi ἐπὶ τῇ νίκῃ. V 34, de Cn. Cornelio Scipione, margini exemplaris hęc adſcripta erat adnotatio; οὗτος, πατὴρ ἦν τοῦ τὴν Ἀφρικὴν δουλώσαντος ὕστερον Σκιπίωνος, *hic pater fuit Scipionis eius qui poſt ſubegit Africam.*

P. 80, v. 1, F. *centum quinquaginta milium. Huic R.* Græca metaphraſis tantum CXL *milia* agnoſcit. V. 2, *per legatos*] F. *per legatum.* V. 5, *bello abſtineret*] F. *bellum abſtineret.* V. 6, incluſa *ſed*, abeſt a F. V. 7, *reddita*] F. *data ſunt.* V. 15, *adhuc ea parte inuias*] F. *tum ea p. inu.* V. 16, XX *milia*] F. XI *milia*: Gr. m. tantum *decem milia.* V. 25, *conflixit*] F. *confligit.* V. 33, *ab impetu*] F. *ab ambitu.* Mox, *quingenteſimo & quadrageſimo*] F. *quingenteſimo & quinquagenſimo.* ſed *quadrageſimum* agnoſcit etiam Gr. m. Gr. t. v. 17, poſt τὰς καλουμένας Ἄλπεις deſiderari videtur epitheton Ποινάς: de quibus viſe Ammianum Marcell. 328, 10. V. 36, de Fabio hæc margini exemplaris adſcripta erat adnotatio; οὗτος ὁ Φάβιος ἐστὶν ὃν παραβάλλει πάνυ Πλούταρχος Περικλεῖ τῷ Ἀθηναίῳ: *hic eſt Fabius quem Plutarchus in Parallelis componit cum Pericle Athenienſe.*

P. 81, v. 1, poſt *altero conſule*, in F. additum ſcholion hoc, *id eſt Æmilio Paulo.* V. 8, *aut occiſi*] F.

& occiſi. V.31, XX *elephanti*] F. XXX *elefanti*. Gr. t. v. 10, αὐτῆς excuſari per ſyllepſin poteſt. alioqui congruentius eſt αὐτῆς. Seq. v. ὅ aduerbialiter accipiendum pro *vbi, quo in caſu*. V.46, ante ὑπο-χ... deeſt συμμάχους, ſeu συμμαχῶν, aut tale quidpiam; vt e Lat. textu clarum eſt. Seq v. αὐτῆ pro ſingulari αὐτοῖς poſitum videtur ad vitandam ambiguitatem.

P. 82, v. 26, *a fratre Aſdrubale*] F. *a fratre Haſdrubalis*: rectius, *a fratre eius Haſdrubale*; vt v. 8. V. 31, *nobiliſſima vrbe*] F. *nobiliſſima vrbs*: hyperbolicè. ablatiuum caſum agnoſcit hic etiam Gr. m. V. 35, *rege Aſiæ*] F. *rege Iſauriæ*. ſed *Aſiæ* probat etiam Gr. m. & ipſe F. c. infra 88, 26: 90, 28. V. 41, incluſa præpoſ. *cum*. abeſt a F. c. In Gr. t. v. 35, de Marcello in exemplaris margine adſcripta hæc adnotatio; τοῦτον τὸν Μάρκελλον παραβάλλει τῷ Πελοπίδᾳ Πλούταρχος Πελοπίδᾳ τῷ Θηβαίῳ: *hunc Marcellum Plutarchus in Parallelis componit cum Pelopida Thebano.*

P. 83, v. 17, *omnes fere Hiſpani*] F. *omnes Hiſpaniæ*. V. 24, *hominum*, add. e F. V. 38, *reddiderunt*] F. *dediderunt*. In Gr. t. v. 5, de Scipione altero, adſcripta eſt exemplaris margini adnotatio hæc; οὗτός ἐστι Σκιπίων ὁ υἱὸς τοῦ προειρημένου Σκιπίωνος, ὁ τὸν Ἀννίβαν πλεῖον ἐπιτρεψάμενος: *hic Scipio eſt filius ſupradicti Scipionis, idemque Annibalem plane proſtigauit.* V. 54, ante τῆς Ἰταλίας deſideratur, μεθεστῶτες, vel ſimile quodpiam participium: vt patet ex 81, 19.

P. 84, v. 23, F. *cum quatuor & quingentis milibus; vndecim milibus occiſis*: corrupte. vulgatam lectionem confirmat etiam Gr. m. V. 32, incluſa, abſunt a F. c. & Gr. m. V. 35, vulg. XLV *dies bis inductæ datæ ſunt*: ad quam ſcripturam accedit aliquomodo Gr. m. Sed F. lectio *diebus*, pro *dies his*, eſt aliquanto concinnior. In Gr. t. v. 21, fortaſſe legendum, θείᾳ γὰρ ἐπιπνοίᾳ χρῆσθαι ἐπιστεύετο. τοσαῦτα κατώρθου: *diuino enim afflatu vti credebatur: tot & tanta gerebat feliciſſime.* V. 39, exemplaris margini adſcriptum ſcholion hoc; ὅτι ιζʹ ἔτη Ἀννίβας ἐδῄου τὴν Ἰταλίαν: *ſeptemdecim annos Italiã populatus Annibal.*

P. 85, v. 8, F. *additu quingentis milib. argenti ponderibus, centum milia librarum*. ſed *addita* legendũ eſſe, ſtructuræ lex oſtendit. V. 26, *octingenta*] F. *octoginta*. & mox, *cetera ſupellectilis copioſa*. V. 36, F. c. ſic diſtinguit; *Tranſacto Punico bello, ſecutum eſt Macedonicum. Contra Filippum regem quingenteſimo quinquageſimo & primo a.* Et mox, *aduerſum Filippum rem proſpere geſſit.* V. 47, vulg. *defenderent*. ſed plusquamperf. *defenderant* cum F. c. agnoſcit etiam Gr. m. Incluſa *vi*, ibidem, abeſt a F. In Gr. t. v. 24, conuenientius fortaſſe ſingulare ἤρξατο. *cœpit*, ſeu *cœptum eſt*. V. 40, exemplaris margini adſcriptum ſcholion hoc; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τοῦ Μακεδονικοῦ πολέμου, ἔτη φνʹ: *ab vrbe condita vſq. ad bellum Macedonicum, anni* 550. V. 47, incluſa καί, addita ſunt e præced. pag. v. 47.

P. 86, v. 4, incluſa, *obſidem daret*, abſunt a F. Sic v. 25, incluſa *&*, abeſt ab eodem F. Græcus metaphraſtes legit, *circa Magneſiam ad Sipylum, Aſiæ ciuitatem.* V. 31, vulg. IIII *milia equitum*. ſed *tria* cum F. c. agnoſcit etiam Gr. m. Seq. v. incluſa, *Antiochus*, & pr. *que*, abſunt a F. In Gr. m. v. 4, legendum videtur τὸν υἱὸν Ἀντιόχου. V. 8, legi poteſt ὑπὸ σπονδαῖς, vel ἐπὶ σπονδαῖς: vel plenius etiam, ὑποσπόνδους τι λαβεῖν. V. 18, cum ὁ Μακεδόνων, ſubaudiendum βασιλεύς: vel legendum ὁ Μακεδὼν Φίλιππος.

P. 87, v. 19, & 24, incluſa, *regem* & *rex*, abſunt a F. c. V. 26, vulg. *P. Licinius conſul, eſt a rege gr. victus*. ſed F. lectionem probat etiam Gr. m. V. 36, F. breuius, *fraterque ſimul in pot. R. ven.* V. 43, *fugit integer*] F. *inter fugit*: corrupte (vt videtur) pro, *integer fugit*. In Gr. m. v. 22, maior erit ſtructuræ conuenientia ſi legamus, Πτολεμαίῳ τῷ Αἰγύπτου, & Μασσινίσσῃ τῷ Νομάδων, ſ. βασιλεῦσι: vel, Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτου & Μασσινίσσην τὸν Νομάδων, vt paulo poſt dicit τὸν Ἰλλυριῶν Γένθιον. V. 31, in exemplari duplex erat ſcriptura, αὐτοῖ, & αὐτῶν. ſed conuenientius tamẽ αὐτὸν vel αὐτούς: & fut. temp. παραδοθησομένους: id eſt, iis qui ad deditionem ipſos compulſuri eſſent, ſi ſponte ſe nollent dedere. V. 39, in exemplari erat accuſ. caſu ἡμέρας. ſed vel ἡμέραις legendum eſſe, vel ἡμερῶν, ſyntaxeos regula oſtendit. Sequenti verſu etſi Latino more non eſt expreſſa notatio temporis, vere tamen & recte expreſſus eſt eius ſenſus.

P. 88, v. 4, vulg. *hæ leges datæ ſunt*. V. 6, incluſa, *vt appareret*, abſunt a F. V. 8, vulg. *conuentu inſinitorum populorum*. ſed *finitimorum* cum F. agnoſcit etiam Gr. m. V. 13, incluſa *in*, addita e F. V. 15, *rebellarant*] F. *rebellabant*. V. 23, incluſum prænomen *Caius*, abeſt a F. Sic *dona* v. 29. V. 38, F. *anno quinquageſimo primo*; integris ſcilicet verbis expreſſo numero. V. 39, incluſa vox *bellum*, abeſt a F. V. 49, F. *multa conſulibus proſpere geſta ſunt*: more Græco. In Gr. m. v. 11, rectius, & νικῶν τοῖς ὅπλοις, & δοκεῖ νενικημένος εἶναι. V. 17, πεντηκαιδεκήρης (ſeu, vt in Latino textu eſt, ἑκκαιδεκήρης) deſcriptio non videtur ſatis accurata. cum enim Plinius lib. 32, vbi de echeneide agit, ſignificet quinqueremem ſeu πεντήρη, a quadringentis remigibus actã fuiſſe, ducenis ſcilicet ex vtroque latere: & Plutarchus atque Athenæus, Philopatoris τεσσαρακοντήρη actam fuiſſe a quattuor milibus remigum: conjicere licet, πεντηκαιδεκήρη vix habuiſſe intra mille remiges: ideoque fortaſſe dicendum fuiſſe, ὡς πεντακοσίους χωρεῖν ἐρέτας ἐξ ἀμφοτέρων τῶν πλευρῶν. Aut, ſi ἑπτήρης (i. ſeptiremis) habuit tantum quadragintanouem remiges, vt pictura eius innuit apud Bayfium, pag. 37: πεντηκαιδεκήρης minimum habuit remiges nonagintaocto, quadragintanouẽ ſcilicet ex vtroq; latere.

P. 89, v. 5, incluſa, abſunt a F. c. ſed agnoſcit ea tamen Græcus metaphraſtes. V. 7, F. *anno vitæ nonageſimo ſeptimo*; numero in egris verbis expreſſo; ſequente tamen per notas abbreuiato. V. 12, & 16, incluſa, *de* & *poſt*, abſunt a F. Sic *ex militibus* v. 26. V. 35, F. *Andriſcus, idem qui & Pſeudophilippus*; omiſſo verbo *dicitur*. V. 40, *ſeptemdecim*] F. XVI: id eſt ſexdecim: quem numerum agnoſcit etiam Gr. m. V. 42, incluſa, de androgyno, nec F. agnoſcit, nec Gr. m. Gr. t. v. 3, de Maſiniſſa exemplaris margini adnotatum eſt ſcholion hoc; Μασανάσης ὁ τῶν Νομάδων ἡγεμών, ἐτῶν ϟζʹ: *Maſanaſſes, Numidarum dux, annorum* 97. vbi etiam nota, Μασανάσσην & Νομάδας dici, qui ab interprete Latino more nominantur Μασσινίσσας & Νυμίδας. V. 17, exemplaris margini adſcripta eſt hæc adnotatio; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τελείας κατασκαφῆς τῆς Καρχηδόνος, ἔτη ψεʹ: *ab vrbe condita vſque ad extremam Carthaginis euerſionem, anni* 705. V. 19, rectius κατὰ τοὺς χρόνους: quia in L. t. eſt *interim*. Sic v. 24, verius ἐπιπλεῖον, vt paulo ante ἐπὶ αὐτῇ χωρήσας. V. 41, αὐτοῖς vel ἐμφατικῶς accipiendum videtur, vel αὐτούς legendum. Præterea hoc ipſum membrum præcedenti videtur eſſe præponendum; hoc ordine; οἰκετικὴν συμμίξας στρατιάν, ὥστε αὐτοὺς τοὺς ὁπλίτας εἰς ἐξακισχιλίους πλεῖον πρὸς τοῖς μυρίοις, ἐπιχείρει πολεμεῖν, *collecto ſeruitiis exercitu, adeo vt etiam ipſi armati* (præter ceteram

ceteram videlicet turbam) *ad ſedecim milia efficerent, bellare aggreſſus eſt.*

P. 90, v. 13, incluſum, *ignobilem*, abeſt a F. Sic *bello*, v. 25: *etiam*, v. 32: & *Romanos iunit*, v. 42. Gr. t. v. 1, congruentius ἤρξατο πολέμου, vel ἤρξατο πολεμεῖν: & v. 5, ὡς ἐν τῷ λαβεῖν, *vt animo praſumeret, vt animum induceret.* In ſequentibus, v. 7, primum Σκηπίων perperam poſitus pro Κηπίων ſeu Καιπίων: vt etiam pag. praeced. v. 47. deinde, reſponſum Viriathi percuſſoribus datum, non a Caepione, ſed a ſenatu, ad quem illi fortaſſe ob grandiora poſtulata remiſſi fuerunt, datum videtur. quod etſi non diſerte affirmat Eutropius, oblique tamen innuit. Appianus certe diſertis verbis prodit, Caepionem legatos Viriathi, ad pacem petendā miſſos, pecunia corrupiſſe, promiſſiſque ingentibus oneratos ad Viriathum occidendum impuliſſe. Et libei De viris illuſtribus, *Cepio*, inquit, *cum vincere eum aliter non poſſet, duos ſatellites pecunia corrupit: qui Viriathum humi depoſitum peremerūt. Quæ victoria, quia empta erat, a ſenatu non probata.* Nec multo aliter Liuii epitoma, & Valerius Maximus: vt ex iis Sigonius prolixe refert 196, 38.

P. 91, v. 7, incluſa *enim*, abeſt a F. V. 15, F. numero integris verbis expreſſo habet, *anno ſexcenteſimo viceſimo ſeptimo.* alter autem eius anni conſul, a Sigonio & Panuinio nominatur *Caius Sextius Caluinus.* V. 25, F. c. *ſexcenteſimo & tertio anno ab vrbe condita*; Gr. m. *ſexcenteſimo & triceſimo:* numero vtrobique mutilato. Faſti Capitolini annum eum faciunt ſexcenteſimum triceſimū quintum. V. 34, poſterius periodi membrum, *alterum ex Thracia*, abeſt a F. c. ſed agnoſcit illud etiam Gr. m. Gr. t. v. 14, cum copula legendum videtur καὶ ἵππευσαν. V. 30, pro πάλιν in exemplari erat πάλιν: nihil ad rem. V. 39, metaphraſtes Latina Eutropii verba *ex Gallia*, cum praecedentibus coniunxit: quaſi auctor ſignificare voluerit Cimbros eſſe populum Galliae: cum verius ſit quod alii tradunt, Cimbros primum e Germaniae transrhenanae plagis maritimis in Galliam excurriſſe, poſt e Gallia in Italiam progreſſos eſſe. atque adeo Eutropius ipſe, pag. ſeq. v. 31, Cimbros & Teutonas Germanorum gentes facit. Tutius ergo Eutropii locum ſic vertiſſet; ὅτι Κίμβροι ἐκ τῆς Γαλλίας (ſiue Γαλατίας) ἔφοδον κατὰ τῆς Ἰταλίας ποιήσασθαι. Paulo poſt etiam in belli Iugurthini cauſa, pater cum filiis eſt confuſus, & quaedam inſuper omiſſa: ſed librarii potius, vt videtur, quam metaphraſtae culpa. lectio igitur eius loci ſic fortaſſis interpolanda eſt: αἰτίαν ἔχων τὸν Ἀδαρβάλου καὶ Ἱεμψάλου φόνον· οἳ παῖδες ἦσαν τῷ βασιλεύσαντος Νουμιδῶν Μικίψου, ἀδελφοὶ δὲ Ἰουγούρθου, τῆς τε βασιλείας συμμέτοχοι, φίλοι δὲ καὶ σύμμαχοι Ῥωμαίων γεγονότες.

P. 92, v. 7, incluſa, addita ſunt e F. c. ſed cum *cepit* proxime antecedat, fortaſſe legendum, *multas ciuitates ipſius in deditionem accepit*: vt ſupra 90, 25. Id ſane arguit Gr. m. ᾧ τε πλεῖσται αὐτοῦ προσεχώρησαν αἱ πόλεις, *& ciuitates ad eum acceſſerunt pleraque omnes.* V. 35, incluſum *attrite*, abeſt a F. c. V. 36, vulg. *Punicis bellis.* Gr. metaphraſtes haec omiſit. Ibidem mox vulg. *venirent.* ego *redirent* cum F. malui; quia Galli aliquoties in Italiam redierunt; & ſimilis praepoſitionis repetitio ſupra quoque fuit 83, 28.

P. 93, v. 4, incluſa, *contra eos*; & mox v. 5, *eo*, abſunt a F. c. Idem paulo poſt habet, *L milia capta.* ſed L X agnoſcit cum vulg. ed. etiam Gr. m. ἑξήκοντα μυριάδες. V. 14, incluſum *anno*, abeſt a F. Sic *facta* & *nec*, v. 27, & 29. Viciſſim incluſa *ſed*, v. 34, ex eodem F. addita. Mox idem F. *ſexcenteſimo ſecundo*: Gr. m. *ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſecundo*: ille, omiſſo ſexagenario; hic, decade ad eum addita. Sigonius e faſtis Capitolinis annum eum facit 665. Gr. t. v. 17, poſt Πικέντες omiſſum hoc commation Μαρσοί τε, vt partim e Latino textu, partim ex ſequenti narratione perſpicitur. Immo ſociale hoc bellum a Marſis *Marſicum* eſt appellatum. V. 20, pro ὑπὸ τῆ, procul dubio legendum, πρῶτον. V. 31, malim, πλεονεκτοῦντι ἀεὶ καὶ συμπλεκόμενος καὶ νικῶν. V. 33, exemplaris margini adiectum hoc ſcholion; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τῆς πρώτης ὑπατείας Σύλλου, ἔτη χξβ΄. τοῦτον δὲ τὸν Σύλλαν ὁ Πλούταρχος παρέβαλεν τῷ Λυσάνδρῳ: *Ab vrbe condita vsque ad primum Syllæ conſulatum, anni 662. Hunc vero Syllam Plutarchus in Parallelis componit cum Lyſandro.* V. 47, κατειληφότος abſolute accipiendum eſt: vt ſeq. p. v. 45, καταπροδούντος. vel in praeced. membro legendum τοῦ Μιθριδάτου.

P. 94, v. 3, *dimicauit*, abeſt a F. c. & contra ex eodem ſeq. v. additum *armatus.* V. 19, incluſa *ad*, abeſt a F. c. V. 31, C X X] F. *centum & viginti*: integris verbis expreſſo numero. V. 29, *ipſamque vrbem cepit*] F. *ipſaſque Athenas cepit.* V. 35, *contra quem*] F. *contraque.* Et mox, *quindecim milia*, pro *viginti milia*: ſicut etiam Gr. m. V. 40, F. *iuſſit cum Sylla de pace agi.* Gr. t. v. 45, καταπροδούντος abſolute poteſt accipi. verius tamen fortaſſe accuſ. caſu legerimus καταπροδοῦντα: vt librarii incuria pro ὸς per α caudatum, perperam ſcriptum ſit ος. cuius generis commutationes, in m. ſ. libris valde ſunt frequentes.

P. 95, v. 17, incluſa *&*, abeſt a F. c. Mox pro *VII milia*, idem F. c. habet *ſex milia*: vt etiam Gr. m. Sequentia in eodem codice ſic leguntur; *ſex cepit, centum XXIIII ſuos ammiſit.* V. 24, incluſa, *& Marius*, abſunt a F. Sic *tamen*, *eius*, v. 26 & 28. V. 33, L X X X] F. L X X; vt etiam Gr. m. ἑβδομήκοντα. V. 39, incluſum *atque*, additum e F. c. Contra, incluſum *traditis*, v. 41, ab eodem F. abeſt, itemque a Gr. m. V. 42, incluſam praepoſ. *a*, agnoſcit quidem F. ſed Gr. m. ſine praepoſitione legit *ſecundus Sylla.* Gr. t. v. 11, pro οἰκίας & καθελὼν, in exemplari erat ὑγίας καταλύοντος: nihil ad rem. V. 20, ab auctore diſceſſit metaphraſtes. non enim Eutropius dicit Scipionem ſeſe cum exercitu tradidiſſe; vt metaphraſtes vertit; ſed, τὸν Σκηπίωνα μετὰ τῆς συμπλοκῆς, τὸ αὐτοῦ στράτευμα διαιρεθὲν ἐκδοῦναι παρέλαβε.

P. 96, v. 8, vulg. *tractata ſunt.* ſed *tracta* cum F. c. agnoſcit etiam Gr. m. V. 12, C C C] F. *ducentos*, itemque Gr. m. V. 28, incluſum *Metellus*, abeſt a F. V. 32, *a ſuis*] F. *per ſuos.* V. 33, *datus eſt*] F. *datur.* V. 35, F. *populo Romano*; datiuo caſu. Gr. m. v. 2, cum ἐκράτησε ſubaudiendum ἦν. Ibidem rectius κατὰ Μιθριδάτου, gen. caſu, vt cum alibi paſſim, tum 90, 35. V. 5, in exemplari erat τὸν Ἀφρον: duplici errore. legendum enim κατὰ τὸν Ἀφρον: vel prolixius, τὸν ἀπ' Ἀφρων θριάμβευσε θρίαμβον: vel alio quopiam modo conſimili. Sic v. 8, pro τῆς Ῥώμης datiuo caſu legendum τῇ Ῥώμῃ, vel potius τοῖς Ῥωμαίοις. V. 12, rectius τῶν αἰδιδίων, *adolinum*: & ſeq. v. πλείονες, vt cum alibi, tum 868, 22.

P. 97, v. 1, *in deditionem redegit*] F. *ad dicionem r.* V. 6, incluſa, *pro conſule*, abſunt a F. ſed agnoſcit ea Gr. m. V. 16, F. *ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſe-*

ſexto; numero plenis verbis expreſſo. V.26, *Cyzico capto*] F. *Cyzico capta*. V.35, incluſa, *hominum ex parte*, abſunt a F.c. Sic &, v.40. V.41, *ducibus*] F. *duce*, ſingulari fine. In Gr. m. v.11, & ſequentibus, primum temporis notatio aliter expreſſa eſt: τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος, pro, ὅτε τις ἥρως ἑνός. Deinde, in triumphorum expoſitione, facta eſt & contractio & mutatio. Latina enim verba talem quampiam requirunt metaphraſin; ὅτω κτ᾽ τ̀ αὐτὸν χρόνον πολλοὺς ὁμοῦ κατήχθησαν θρίαμβοι· Μετέλλου, κτ᾽ Ἰσαυρῶν Πομπηΐου, ὁ δεύτερος, κτ᾽ Ἰσαυρῶν ἢ αὐτὸς Κουρίωνος, κτ᾽ Μακεδόνων Σερβιλίου, κατ᾽ Ἰσαύρων. Verius ergo dixiſſet, ἢ τὰ θρύλματα παρὰ τοῖς Ἰλλυριοῖς, Μακεδόσι τε, ἢ Ἰσαύροις, καὶ Ἰσαυρικοῖς. nam de vrbano triumpho, id eſt ob res vrbanas acto, nulla in Latino textu eſt mentio: nec ob ciuiles victorias vſurpati fuerunt triumphi, illis præſertim temporibus. Illyricus autem triumphus, referendus erit ad Coſconium: licet nec de eo quidquam memoret Eutropius.

P.98, v.3, *imponitur*] F. *impoſitus*. V.16, *quo ingentes*] F. *coniungentes*: perperam. V.22, incluſum, *Armenia*, abeſt a F. Sic mox v.24, *Meſopotamiam occupauerat*. V.27, F. *Tigrane certam ciuitatem Arzianena, nobiliſſimam regni Armeniaci, cœpit*. Et mox, *cum* VII *milibus quingentis clibanariis*. V.31, *octodecim*] F. x & VIII. V.35, *quos in Ponto Lucullus reliquerat*] F. *quoque in Ponto Lucullus ceperat*: corrupte. V.36, *regiones victas*] F. *legiones victas*: perperam. V.49, incluſa *ad*, abeſt a F.c. In Gr. t. v. 9, de Lucio Lucullo hæc exemplaris margini adſcripta eſt notatio; τοῦτον τ̀ Λεύκουλλον ὁ Πλούταρχος παραβάλλων τίθησι Κίμωνι τῷ Ἀθηναίῳ: *hunc Lucullum Plutarchus in Parallelis componit cum Cimone Athenienſe*. In ſequ. male nobis periit metaphraſeως huius pars neceſſaria.

P.99, v.18, incluſa &, abeſt a F.c. Sic *ei*, v.24. V.27, F. *quadraginta milia eius occidit, & viginti tantum de exercitu ſuo perdidit*: lōgiore ſtructuræ forma. V.30, incluſa &, addita e F. Contra incluſum *ei*, v.39, ab eodem F. abeſt. V.43, F. *in manibus ſuis conlocauit*. Sed Latinius *eius*. Gr. t. v. 13, participium ὤν, perperam e præcedentis participii fine repetitum videtur: ideoque remouendum. Seq. v. rectius fortaſſe, κύριοι δὲ Λιβύης ἐγένοντο. V.34, integrior lectio eſt; τῇ δὲ ἡλικίᾳ πρεσβυτέρου εἰς ἰβ᾽. ἢ δύο. quo loquendi genere infra vtitur metaphraſtes, 111, 32: 119, 7. V.38, congruentius ἀπέχοντα: vt reſpondeat regenti ſubſtantiuo φρουρίῳ. Verum hic quoque metaphraſtes ab Eutropio diſceſſit: cuius verba talem quampiam metaphraſin requirunt; παρέδωκεν ἑαυτὸν Πομπηΐῳ, εἰς τὸ Πομπηΐου ἀφικόμενος στρατόπεδον, δεκάτῳ ἢ ἕκτῳ σημείῳ ἀπέχον τῶν Ἀρταξάτων. V. 43, cōiunctio τε, cum redditionem nullam habeat, vel tollenda videtur, vel in ἢ mutanda.

P.100, v.13, incluſum *eo*, abeſt a F.c. V.24, F. *anno vrbis cōdita ſexcenteſimo nonagenſimo nono*. quē numerum etſi Græca quoque metaphraſis agnoſcit, tamen proxime ſequens numerus requirit vel cum vulg. editionibus LXXXIX; vel cum Capitolinis faſtis, xc. Capitolinum certe numerū probat metaphraſis v.47. V.26, *ſed ingenii pr.*] F. & *ingenii*: Gr. m. nulla ibi coniunctione vtitur. V. 30, incluſa *in*, abeſt a F. V.31, F. *nonagenſimo anno vrbis condita*. Variationis autem illius, *Anno ab vrbe cōdita*, & *Anno vrbis condite*, alia etiam exempla notata in Indice. V.36, vulg. *filius Mithridatis*. ſed plurale *filii*, agnoſcit cum F. etiam Gr. m. V.38, incluſum *pondus*, abeſt a F. Quæ lectio ſi vera eſt, Græciſmo excuſanda erit. Gr. t. v.7, pro δυοῖν, antecedens ſubſtantiuum ἀρχῶν requirit genitiuum ὄντων. V. 47, exemplaris margini adſcriptum ſcholion hoc; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τ̀ πρώτης ὑπατείας Ἰουλίου Καίσαρος, ἔτη χϟβ᾽, *ab vrbe condita vsque ad primum conſulatum Iulii Cæſaris, anni* 692. Is porro conſulatus ſi tribus annis ſuperiore fuit poſterior, vt Gr. m. tradit, ſequitur *nonum* e ſuperiore tollendum eſſe.

P. 101, v.11, *tricies centena milia*] F. *tricies ſexcenta milia*: perperam. V.36, incluſa *in*, addita e F.c. Seq. v. vulg. *Romani nominis fortuna*: Gr. m. *Romana reip. forma*. ego F. ſum ſecutus. V. 40, F. *atque ita vt ſine dubietate aliqua ei deferretur*. Gr. t. v.4, poſt Ἰλλυριοῖς deeſt tale quidpiam, ἐκ ψηφίσματος ἐπετράπη, *ex S.C. immiſſus eſt*. V.22, vt Græcus numerus Latino reſpondeat, legendum erit ἑβδομήκοντα ἢ ἑπτακοσίων ἐπὶ τοῖς ἑξακοσίοις: vel, τριῶν δέον ἑπτακοσιοστὸν ἔτος. in Latino enim t. eſt DCXCVII.

P. 102, v. 3, *tranſiuit*] F. *tranſit*. V.5, incluſum, *ſenatus*, abeſt a F. V.18, vulg. *equitum in ſiniſtro cornu* VII *milia*; *in dextro*, D. mihi F. lectio viſa eſt verior: præſertim cum eam probet etiam Gr. m. V.21, *populorum victores*] F. *bellorum victores*: Gr. m. vtrumq; expreſſit. V.37, incluſum *etiam*, additum e F. Gr. t. v.20, metaphraſtes breuitati ſtuduit, dum non cuiusque cornus equites ſeparatim, ſed vniuerſos ſimul expreſſit. talem enim metaphraſin Latinus textus requirit; ἱππεῖς μὲν ἐν μὲν τῷ λαιῷ κέρᾳ, ἑξακισχίλιοι· ἐν δὲ τῷ δεξιῷ, πεντακόσιοι. qui in vniuerſum faciunt MC. Sic v.47 poſt θεάμασι κεκαλυμμένον, deeſt adiectiuum χρυσῷ, *aureo*.

P.103, v.10, pro *dictatori* F.c. habet & *dictator*: perperam. ſimplicior & euidentior verborū ſtructura eſſet hæc; *ei dictatori magiſter equitum ante annum fuerat*. V.15, & 17, incluſa, *magni, contra hos*, abſunt a F. Sic *prælium*, v.26. V.44, vulg. *conſul eſt factus*. ego F. ſum ſecutus. De Bruti autem genere Eutropium a Dionyſio diſſentire, alibi quoque a me adnotatum eſt. Gr. t. v.22, commation iſtud, ἢ Λεύκιος Κάτων, non agnoſcunt Latina exēplaria. V.28, incluſum ἐπαχθῶν, a librariis omiſſum, ego e Latino textu inſerui. V.35, nota ὑπὸ cū diuerſis caſibus in vno eodemq; membro. V.40, poſt μάχαιραν deſideratur participiū φέροντες, ἔχοντες, vel aliud eiusmodi. V.47, pro ἔχοντες requiritur potius præteriti temporis participium, ἐσχηκότες vel σχόντες.

P.104, v.2, incluſum *quadam*, abeſt a F. Contra incluſum *Auguſto*, v. 23, ex eodem F. additum eſt. V.25, *Cæſaris magiſter eq. fuerat*] F. *Cæſaris*, gen. caſu. Datiuum probat idem loq. genus pag. præced. v.10. V.32, F. *vicenſimo anno*; numero plenis verbis expreſſo. Mox idem F. *ſenatum proſcribſit, cum Antonio ac Lepido remp. armis tenere cœpit*. V.39, perfectum præteritum, *occupauerunt*, agnoſcit etiam F. V. 48, *geſſerat*] F. *geſſerunt*. Gr. t. v.8, exemplaris margini adſcriptum ſcholion hoc; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης, ἕως τ̀ Ἰουλίου Καίσαρος σφαγῆς, ἔτη ψθ᾽: *ab vrbe condita, vsque ad cædem Iulii Cæſaris, anni* 709. V.11, cum τὸ ἔργον, ſubaudiendus genitiuus τ̀ σφαγῆς. V. 20, poſt participium ὢν deſideratur relatiuus articulus ὅν: vel illud ipſum huius loco ſubſtitutum eſt. V. 22, adiectiuum πρῶτος interpres de ſuo addidit. V.31, in exemplari erat ἰφθῶν. ſed vel ἰφθῶν legendum, vel ἴαμνον. V.39, conuenientius futurum, προσήκει.

P.105, v.3, *intra Italiam*] F. *in Italia*. V.12, F. *aduer-*

aduerſus Sextum Pompeium &c: poſtremo conuenit. Sed vulgata lectio, *pax poſtremo conuenit*, exſtat etiam infra 126,15. V.24, *Aſiam & Orientem*] F. *Orientẽ & Aſiam*. V.29, *ipſo pro victoria ceſſit*] F. *ipſis pro vict. ceſſ.* V.35, *ex qua*] F. *ex quo*, ſ. loco. V.39, F. *prapoſitmque ei Gneus Corn. Gall.* V.44, incluſa *poſt*, abeſt a F. V.49, F. *quinquaginta & ſex*; numero integris verbis expreſſo. Gr.t.v.8, exemplar hæc cum ſuperiorib. abſq; vllo interuallo coniungit. Deeſſe tamen aliquot verſus, arguit & Latinus textus, & tranſitio iſta μετ' ἐκεῖνον. V.23, poſt δημαγωγὰς deeſſe κατασκευάσας, vel ſimile quodpiã participium, declarat, præter Latinum Eutropii textum, etiam Dion infra 181,12. V.32, maior erit tẽporis conuenientia, ſi legas εἶχε & κατέφυγε. V.35, poſt & ἡ Κλεοπάτρα, non inconcinne addideris δέ. V.41, conuenientius fortaſſis ἐπίλεγε, ſine præpoſitione: id eſt ὑπατικὰς ἐζεύγνυτο, vt Dion infra loquitur 190,31. Præcedente autem verſu & ἄρχοντα Ῥωμαίων retineri poteſt, & ἄρχοντα Ῥωμαίοις pro eodem ſubſtitui. V.42, exemplaris margini adſcripta hæc adnotatio; ὅτι ὁ Αὔγουστος ν ϛ τὰ πάντα ἐβασίλευσεν, ἀρξάμενος ἀπὸ κ ἔτους τῆς ἡλικίας. ὧν τὰ μὲν ιβ σὺν Ἀντωνίῳ καὶ Λεπίδῳ, τὰ δὲ μδ μόνος. & ἔζησε πάντα ἔτη ἀπὸ γενέσεως οϛ: *Auguſtus imperauit annos in vniuerſum 56, exorſus a 20 ætatis anno. quorum 12 cum Antonio & Lepido, reliquos 44 ſolus imperio præfuit. vixit autem a natiuitate annos in vniuerſum 76.*

P.106, v.3, *ſepultus eſt*, F. c. ſcriptura eſt: vulg. *ſepelitur*. V.24, *ſicut per Tib.*] F. *ſic per Tib.* V.47, vulg. *priuignus eius*. ſed F. ſcriptura, *ei*, ſtructuram facit elegantiorem. Gr.t.v.14, τοῖς ὑπάτοις οὖσιν, videtur accipi poſſe pro τοῖς ὑπατεύουσι, *conſulatum gerentibus*: quia ſcilicet (vt Dio tradit pag.341) Auguſtus, ſtabilito principatu, ſic diuiſit cum S. P. Q. prouincias, vt ſibi relictis turbulentioribus & contumacioribus nationibus, penes ſenatum & populum eſſent pacatiores imbecillioresque prouinciæ; nempe Africa, Numidia, Aſia, Græcia cum Epiro, Dalmatici & Macedonici populi, Sicilia, Creta, Cyrenaica Libyæ regio, Bithynia cum adiacente Ponto, Sardiniaque & Bætica; quarum hic quoque nonnullæ nominantur. Verum cum in prouincias non conſules tunc mitterentur, ſed cõſulares, & quidem pluribus interdum poſt conſulatum annis; ſuſpicetur aliquis, verius eſſe τοῖς ὑπατικοῖς. At ne ſic quidem locus plane ſanatus videtur: ſed cum in Latino textu ſit, *Romano adiecit imperio*, exiſtimabit aliquis pro τοῖς ὑπάτοις οὖσι, reponendum eſſe τοῖς ὑπ' αὐτοῖς οὖσι, *iis qui ſub ipſorum* (ſenatus ſc. populique) *erant imperio*. Præterea mox pro Καλαβεία in Latino eſt Καρταβεία. & Δαλμάταις reponendum eſſe pro Δαλματία, ſatis declarant ſequentia. Latina certe talem quampiam poſtulant metaphraſin: οὐδέποτε γοῦν τὰ τῆς Ῥώμης περὶ αὐτοῦ ποιοῦντο ἐνόσησε. χωρὶς γὰρ τῶν ἐμφυλίων πολέμων, ἐν οἷς ἀήττητος διέμεινε, τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ δι' αὐτοῦ προσετέθη Αἴγυπτός τε & Κανταβεία· Δαλμάταις τε ἐπὶ τούτοις. V.23, etſi ambiguus eſt error in iſtis, ἐκ μέσου, conuenientius tamen eſſe videtur ἐν μέσῳ quam ἐκ μέσου.

P.107, v.1, F. *Gaius Tiberius ing. ſoc.* perperam. etſi enim ab Auguſto vitrico adoptatus eſt, tamen eius prænomen ad ſuum non adſumpſit, ſed retento prænomine, nomen tantum gentilitium mutauit. vnde & in Faſtis Panuinianis nominatur *Tiberius Iulius, diui Auguſti filius, diui Iulii nepos, Cæſar.* V.9, incluſum *nunc*, abeſt a F. V.11, F. ſcripturam *ſeptuageſimooctauo* probat etiam Gr. m. & Suetonius: at Paulus Diaconus habet LXXIII. Dion *ſeptuageſimoſeptimo.* Sic v.22, *vicenſimonono* agnoſcit cum F. eadem Pæanii metaphraſis: cum vulg. libri & hic & apud Paulum Diaconum habeant XXXIX. V.28, F. *Bellum Brittanis intulit.* V.30, *poſt Iulium Cæſarem*] F. *poſt Gaium Cæſarem*: itemque Gr.m. ſed ambigue. V.33, F. *vltra Brittanias.* V.36, *filioque ſuo Britannici nom. imp.*] F. *filio autem ſuo Brittanici n.i.* V.38 & 39, incluſa, *in*, *ac*, abſunt a F.c. Gr.t.v.11, pro τεσσαρακοστῷ Latini libri habent *vicenſimo*, εἰκοστῷ, etiam apud Paulum Diaconum & Suetonium: quin & apud Dionem infra, 244,40. V.29, poſt τοῦ Καλπουρνίου deeſt υἱὸς vel ἀδελφός, vt declarãt Latina Eutropii verba; & Dion infra 246,18. V.36, prioris ducis nomen corruptum eſt, alterius plane omiſſum. ex Latino textu legendum, διὰ Γναίου Σεντίου καὶ Αὔλου Πλαυτίου. V.39, primum omiſſa ſunt quæ de Claudii filio referuntur: ὥστε υἱὸν αὐτοῦ τῆς νίκης Βρεττανικὸν ἐπονόμασε. deinde quod de ciuilitate Claudii dicitur, recte intellectum expreſſumq; non eſt. Nec item in ſequẽtibus *proſequi* eſt προπομπεύειν, ſed potius προπέμπειν ſeu ἐπακολουθεῖν. Itaque talem quampiam metaphraſin requirunt Latina; οὕτω δὲ ἰδιωτικὸν τῶν φίλων ἐνίοις ἑαυτὸν παρέσχεν, ὥστε καὶ τὸν Πλαύτιον, εὐγενῆ ἄνδρα, πολλά τε ἀνδρείας ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπιδεδειγμένον, θρίαμβον τιμήσας, αὐτὸς προέπεμψέ τε θριαμβεύοντα, & ἐπὶ τὸ Καπιτώλιον ἀναβαίνοντα συνηκολούθησεν. nam προπομπεύειν eſt in pompa præire, nõ ſequi. Infra 111,16, hanc ipſam ciuilitatem vertit κοινότητα. itemq; 116,10: 127,30: 128,24: 129,41. V.46, rectius πρεσβεύων, *præteriens, antecellens*: vt infra 122,46: 128,24: 129,29.

P.108, v.2, incluſa *in*, addita e F. V.8, *& tragico*] F. *vel tragico.* V.10, F. *ſpectaculis* pro *ſpectaculi*: perperam; vt declarant ſequentia. V.[illegible], *Propter hoc Romana vrbs*] F. *Per hæc Romano orbi*: itemque Gr.m. recte. V.26, *de ſaxo*] F. *e ſaxo*: & mox tamen *e palatio*. V.27 & 28, incluſa, *eſt*, *in*, abſunt a F. Sic *eſt*, *vita*, v.28 & 29. Idem eodem v.28, pro *nam* habet *iam*: & v.41, *ſæpe proconſul*, vna voce compoſita. Gr.t.v.4, in vnum confuſa ſunt quæ diſtincte in Lat. textu de retibus & eorum funibus narrantur. verſio requiritur talis; ὥστε ἰχθύων θηρευτικὰ δίκτυα ἐκ χρυσοῦ κατασκευάσας, βλαττίνοις (ſeu ἁλουργίσι) αὐτὰ σχοινίοις ἐξεῖλκε. V.17, maior erit temporum congruentia, ſi legamus ἐκέλευσε, vt mox ſequitur ἐποίησε. V.22; poſt τὰ Ῥωμαίων, deſideratur κατέστη, ἐζεύχθη, vel ſimile quodpiam verbum. V.25, rectius συγχωροῦντος Πολέμωνος τοῦ τότε βασιλεύοντος Πόντου. V.28, verius καταλειφθείς, *derelictus, deſtitutus*: vt Latinus textus declarat. V.42, ἔστη pro ἀφείθη, h. e. ἔληξε, ſeu ἐπαύσατο. vel, εἰς pro ἐν accepta, ſenſus eſt, *in eo ſubſtitit.* at ἐν αὐτῷ ἐσβέσθη, *in eo exſtincta eſt*, & maiorem & inſolẽtiorem mutationem habet.

P.109, v.16, incluſa, *ad bellum*, addita e F. Itemque v.39, *in vrbe.* Contra, ab eodem F. abſunt incluſa v.17 & 42, *ipſum*, *cum*: Gr.t.v.5, pro αἰσχρῶς ἀποπνιγείς paraphraſtes debuiſſet potius dicere σφαγείς. non enim ſtrangulatum, ſed iugulatum fuiſſe Galbam, vt Eutropius, ita & Suetonius refert. ac Plutarchus quoque diſerte ſignificat eum ἐσφάχθαι, & Dio κατακεκόφθαι. vt nõ recte Latini verbi ſignificationẽ paraphraſtes intellexiſſe videatur. In Gloſſis certe veteribus *Iugulatores* ſunt σφάκται. Error idem etiam pag. ſeq. initio. V.25, non cohæret ſtructura, niſi verbũ ἐκύρωσε vertatur in participiũ κυρώσας, aut v.25, poſt ἐπήγαγε inſeratur copulatiua

α. V.33, poſt ἀλλ' omiſſum eſſe ἐστί, vel ſimile quid, Latinus textus arguit. V.37, pro διςμυρίοις Latinus textus habet *duo milia*, δισχιλίους: magna numeri diſcrepantia. V.41, ἐπιτίμιον pro προςτιμήματος, notatum etiam in ſeq. V.43, in verbo ἐνδιδόντας, præpoſitio ἐν perperam e præcedentis aduerbii fine repetita videtur eſſe.

P.110, v.1, F. *erecto coma capite, & ſubiecto ad mentum gladio*: Suetonius, *reducto coma capite, ceu noxii ſolent*. Gr. m. vertit, κρεμασθεὶς ἀπὸ τῆς κόμης, *e coma ſuſpenſus*. V.12, incluſa &, addita e F. V.14, F. *boſti confixerit*. V.18, incluſa, abſunt a F. V.25, *puniret*] F. *punierit*. V.30, incluſum *Tracheam*, non agnoſcit F.c. nec Gr.m. vt perperā ex antecedentibus repetitū videatur, pro *Thraciam* ſc. Gr.t.v.3, *iugulare* vertit interpres ἀποπνίγειν, vt item pag. præced. v.5, ἀγχόνῃ διαφθείρειν: quaſi idē ſit quod ſtrangulare. Verum iugulare idē eſſe quod σφάζειν, teſtātur non modo veteres Gloſſæ, ſed confirmat hic etiam Suetonius, cū ſcribit Vitellium minutiſſimis ictib. excarnificatū atq; confectum eſſe; & Dio, καταχοπῆναι. V.7, cum Latinis, *& die vno*, pugnant Græca, μιᾶς προςδεούσης ἡμέρας. niſi forte metaphraſtes ſcripſit, προςτεθείσης: de quo valde dubito.

P.111, v.7, incluſum *moderatiſſimus*, abeſt a F.c. V.14, *ita dimiſerit vt in ead.*] F. *& dimiſerit, & in ead.* V.16, incluſa, *& liberalitatis*, abſunt a F. V.19, *Praterea*, F. ſcriptura eſt: vulg. *Propterea*. Seq. v. *cuiquam praſtitiſſe*] F. *quicquam praſtitiſſe*. V.21, incluſa interiectio *ô*, abeſt a F. V.33. *gratias laudesq;*] F. *laudes gratiasq;*. Gr.t.v.3, defectus e Lat. textu expleri poteſt, ita: ἐτελεύτησε δὲ τῷ μʹ ἡλικίας ἔτει, ἄγοντος ὑπάτου, τῆς δ' ἀρχῆς ὑπάτου, ἢ ἡμέραις ἑπτὰ, ſeu ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ. quæ in Latino textu leguntur pag. præced. v.41. V. , quod metaphraſtes dicit, ὁμώνυμος μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν χρηματίσας τῷ πατρί, *poſt patris obitum eodē quo pater nomine dictus*, ſignificare videtur, Titum ante patris mortē appellatum fuiſſe tātummodo *Titum Flauium*; patre autē defuncto, aſſumpto eiuſdem cognomine, appellatū fuiſſe *Titum Flauiū Veſpaſianum*. In Faſtis tamen etiam viuo patre *T. Flauius Caſar Veſpaſianus* nominatur, pag. 33 & 35. Eutropiusq; ſimpliciter hic dicit, *qui & ipſe Veſpaſianus eſt dictus*, ὃ καὶ αὐτὸς ὁμωνύμως τῷ πατρὶ Οὐεσπασιανὸς ὠνομάσθη. V.23, cū τῷ πάθει ſubaudiendū παρ' αὐτοῦ. In ſequentibus verba Eutropii & reddidit metaphr. & veluti corollario quodā adiecto exornauit; nō inuenuſte.

P.112, v.8, incluſa *quidem*, abeſt a F. V.11, vulg. *legiones eius cum duce interfecta*. ſed ſingulare *legio* agnoſcit cū F. etiam Gr. m. Videtur aūt ſignificare legionē *Flauiam*. V.21, XLV] F.c. *tricenſimoquinto*. ſed XLV agnoſcit etiā Gr.m. & Dion. Seq. v. incluſa *cum*, abeſt a F. Sic v.46 & 48, incluſa, *nā*, *ciuitatem*, abſunt ab eodē F. Gr.t.v.7, in exemplari erat ἵνα pro ἐν. V.22, exemplaris margini adſcripta hæc adnotatiuncula; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως Νέρβα τοῦ αὐτοκράτορος, ἔτη ωνʹ: *ab vrbe condita vsque ad Neruam Auguſtum, anni 850*. V.29, rectius ἀποβαλομένη, tēpore præterito. V.42, metaphr. nimis late reddidit verba Eutropii. is enim nō modo Italici generis Traianum fuiſſe dicit, ſed etiam *Italica in Hiſpania natum*, ἐν Ἰταλικῇ τῆς Ἰσπανίας γεγενημένον: quā ciuitatem præter ceteros agnoſcūt etiam Ptolemæus & Stephanus Byzantius. Infra idem error 114, 27.

P.113, v.3 incluſum, *fuit*, abeſt a F. V.6, *reparauit*] F. *praparauit*. Incluſa, quæ mox ſequūtur, abſunt a F.c. ſed agnoſcit ea Gr. quoq; metaphr. Itidē *& milia*, v.10. V.11, pro vulg. *ſenes*, malui cū F. *tenuit*; quoniam Dacia illa Trāſdanubiana, Gallieni temporib. amiſſa, 121, 35; poſt ab Aureliano plane intermiſſa eſt, 123, 35. V.39, incluſum *tantū*, abeſt a F. Seq. v. *ac is*] F. *atque is*. Gr.t.v.14, membrum iſtud, Ἀλμάτας τε ὑφ' ἑαυτῷ κατέστησε, nō agnoſcūt Lat. Eutropii exēplaria: nec vel Δαλμάτας vel Σαρμάτας hic cogitare ſinunt ſequētia. V.19, legendū puto, καὶ μὴν καὶ τῶν Καρδουηνῶν καὶ Μαρδ. Carduenos. n. hic pro Adiabenis agnoſcit etiam F.c. V.46, ante vel poſt adiectiuum εἷς, omiſſum eſt ſubſtantiuum βουλευτής, vt declarat textus Lat.

P.114, v.3, *illum*] F. *ipſum*. V.10, *anno ſexagenſimo tertio, menſe vno, die quarto*, F.c. ſcriptura eſt: at vulg. l. *anno LXII, menſe nono, & die quarto*: Gr. m. *atatis annum agens ſexageſimumtertium, menſem nonum, diem quintum*. V.36, F. *propterea quia Tr.* Gr.t.v.7, legendum, πρὸς Σελευκείᾳ τῇ τῆς Ἰσαύρων: vel, πλησίον Σελευκείας τῆς τῶν Ἰσαύρων: vt in Latino, *apud Seleuciam Iſauria*. V.19, rectius συνίῃ, ſubiunctiuo verbi modo. V.27, idē a metaphraſte cōmiſſus error qui ſupra 112, 42. nam hic quoq; nimis late reddita ſunt verba Eutropii, *natus & ipſe Italica in Hiſpania*: quæ proprie ſonant; ἐγεγέννητο δὲ καὶ αὐτὸς ἐν Ἰταλικῇ τῆς Ἰσπανίας: vel, ἦν δὲ καὶ αὐτὸς τὴν πατρίδα Ἰταλικήσιος, ὡς Ἰσπανίας. ciues. n. huius Italicæ, Ἰταλικησίους fuiſſe dictos, (id eſt Italicenſes) teſtatur Stephanus Byzantius. V.29, & hiſtoria & ſtructura mutilata eſt; librarii fortaſſe magis quā metaphraſtæ culpa. Latina talē quampiam metaphraſin requirunt; καὶ τὰς ἐπαρχίας ἃς ὁ Τραϊανὸς κατεστήσατο, ὡς τὸ πρόσχημα κατέλιπε, τήν τε Ἀσσυρίας, Μεσοποταμίας τε καὶ Ἀρμενίας, τῆς φυλάττειν αὐτὰς στρατιᾶς ἀνακαλεσάμενος, συνέστησε τοὺς τῆς βασιλείας ὅρους ἐντὸς Εὐφρ.

P.115, v.2, *die vigēſimo*, F.c. ſcriptura eſt: Gr.m. *die nono*: vulg. ex his cōpoſita, *die XXIX*: quā probat etiā Dionis Epitome. V.19, *plurima nationes*] F.c. *prima nationes*. V.22, incluſum *omnes*, additū e F.c. Gr.t.v.10, procul dubio legendū τῷ Νυμᾷ Πομπιλίῳ: vt paulo poſt, v.35, τὸν Νυμᾶν Πομπίλιον. V.19, αὐτοῦ προίστατο, ſi vera lectio eſt, ſignificabit, αὐτῶν ἐκωλύετο, *is prohibebatur, ſeu excludebatur ab honorib.* Seq. v. Lat. textus, *regibus amicis*, pro ἀσπόνδους poſtulat cōtrariū ἐνσπόνδους. V.44, legendū puto, ἐκεῖνος δ' ἐν αὐτῷ πρὸς γένους ἐτύγχανεν Ἀντωνίνῳ τῷ Πίῳ, *ille vero Antoninus Piogener erat, ducta in matrimonium eius cōſobrina*.

P.116, v.4, F.c. *cum quadringenta milibus*: corrupte. verior ergo lectio, *quadraginta milib.* quam agnoſcit etiā Gr.m. V.15, incluſa præpoſitio *a*, abeſt a F.c. Seq. v. idē F. *ex infantia*: id eſt ab infantia, a teneris annis: & ſic etiā Gr.m. V.26, incluſum prænomen *Sextum*, non habet nec F.c. nec Gr.m. Sic eo. v.36. V.37, in F. etiā hæc lectio eſt; *vniuerſus exercitus Romanorum periérat*. Gr.t.v.9, legēdum puto, νόσου λοιμώδους τῆς ἀποπληξίας. V.12, exemplaris margini adſcripta hæc notatio; ἕτερος Μάρκος Ἀντωνῖνος, ὁ σοφός: *Alter Marcus Antoninus, Sapiēs ille, ſeu Philoſophus*. ἕτερος tamen, quod in textu eſt, potius ad propinquius Ἀντωνῖνος, quam ad remotius Μάρκος fertur; atq; appoſitiue potius accipiendum eſt; hoc ſenſu, ἕτερος Ἀντωνῖνος, ὁ Μάρκος, *alter Antoninus, Marcus ſcilicet*; ad differentiā Lucii defuncti. Seq. v. ſtructura & ſenſus paulo melius cōſtabunt, ſi legamus, ὃ θαῦμα μόνον ἄξιον ἔχειν, ἵνα ἡ πλείστης ἀπαριθμεῖν. Latinis magis reſpōderet hæc lectio; ὃ θαῦμα ἐστιν αὐτῷ ἐξεῖναι τὰς ἐπαίνους ἀπαριθμεῖν: vel ſimplicius ὃ ῥᾷον αὐτοῦ θαυμάσαι ἢ ἐπαινέσαι. aliī Suidas metaphraſin ſecutus eſt infra 868, 6. V.30, legendū vel, τῷ τῷ τε ἀείρεῳ, vt infra 359, 12: vel, expuncta illa coniunctione τε, τῷ ἀείρεῳ: vel certe pro τῷ τε ſcribendum τότε.

V.39,

V.39, Græca cum Latinis pugnát, niſi pro πολὺ πλῶμα τῶν ἀκαρπῶν, legamus πάμπληθες πλῶμα τῶν οἰκείων. Latina enim tale quiddam ſonant; καὶ τοσοῦτον βαρύτερος ἐφαίη, παρ᾽ ὅσον πᾶν τὸ Ῥωμαίων ςράτευμα ἐν αὐτοῖς διαλέλειπε. τοσοῦτον γὰρ ἐπ᾽ αὐτοῦ λοιμικῆς φθορᾶς ἐγένετο σύμπτωμα, ὥστε μετὰ τὴν Περσικὴν νίκην, ἐν Ῥώμῃ, ἐν Ἰταλίᾳ, ἐν πάσαις ταῖς ἐπαρχίαις, τῶν τε ἑτέρων πλῆθος ἐξαίσιον, καὶ τῶν ςρατιωτῶν αἱ δυνάμεις ὀλίγου πάσης τῆς νοσήματι ἐξέλιπον.

P. 117, v. 10, incluſa &, abeſt a F. c. V. 23, LXI] F. *ſexagenſimo*, omiſſo vnitatis numero; quē tamen etiam Gr. m. agnoſcit. V. 34, incluſum *atque*, additum e F. Seq. v. pro XII, F. c. habet *viginti duobus*: perperam. V. 38, *vt qui*] F. *& qui*. V. 40, ex *S. C.*] F. ex *ſenatuconſulto*, abſque finali genitiui caſus littera. Gr. t. v. 11, poſſis etiam legere, περιγενόμενον τῶν πραγμάτων: vt ad perſonā, non ad res, feratur participium. V. 12, incluſum μὴ rectius abeſſe, & Lat. textus, & ipſe ſenſus arguit. Sequentia, & mutilata & corrupta, ſic legi poſſunt; ἐπιςρεφεῖ τε τοῖς ἐπιφανεςέροις κατὰ τὸ γένος τὸ βασιλ. σύνεχε-σθαι. V. 26, ante participium ἐπιδειξαμένῳ deeſt μήτε λαμπρόν τι, vel μήτε γενναῖόν τι, aut tale quidpiā. V. 34, legendum, πρὸς τὰς διαῦτα ἐπιδεικνυμένους: vel, πρὸς τὰς αὐτόθι ἐπιδεικνυμένας.

P. 118, v. 6, *imperii Romani adminiſtrationem*] F. *imperii ſummam adminiſtr.* itemque Gr. m. V. 12, incluſa *ad*, abeſt a F. V. 13, *peruenit*] F. *venit*, ſine præpoſ. V. 20, incluſa &, abeſt a F. In Gr. m. legitur etiam tertium Seueri cognomen, *Adiabenicus*, a deuictis Adiabenis: cuius & Rufus meminit 553, 22: & Caſſiodorus 614, 17. V. 25, *Seuerus autem*] F. *Seuerus tamen*. V. 30, CXXXII agnoſcit cum F. c. etiam Gr. m. In vulg. ed. omiſſa centenaria nota, c. V. 33, *anno* XVIII, *menſe* IIII] F. *anno ſextodecimo, menſe tertio*: itidemque Gr. m. Dio, *anno ſeptimodecimo, menſe octauo, die tertio*. V. 35, vulg. *filios ſuos ſucceſſores reliquit*, ſed *filios duos*, agnoſcit cum F. c. etiam Gr. m. & confirmat Herodianus infra in Seueri conſecratione 539, 20: 540, 8. Gr. t. v. 35, pro ταῖς ἀρχαῖς rectius legemus ταῖς ἐπαρχίαις, *prouincias*.

P. 119, v. 1, *lauacra*, F. c. ſcriptura eſt: vulgata, *lauacri*, reſpicit antecedens ſubſtantiuum *opus*. V. 5, incluſum *vt*, abeſt a F. c. Gr. t. v. 3, fortaſſe rectius, πόθοις ἐς τοῦτόν τινα ἐδούλευσεν, ὥστε— V. 35, pro δεκάτῳ legendum potius τεσσαρεσκαιδεκάτῳ, ſeu τρίτῳ ἐπὶ δεκάτῳ, vt in Latino textu eſt *tertio decimo*. Herodianus quarto decimo imperii anno interfectū ſcribit.

P. 120, v. 10, *Aquileiæ occiſus*] F. *Aquileia*: vt infra quoq; 122, 27, *Mediolano cum fratre occiſus*: & rurſum 131, 12, *Nicomedia mortuus*. Itidemque in Victoris Epitome, 542, 5, vet. liber habet, *Sirmio in turri ferrata occiditur*; vt Schottus adnotauit. V. 26, incluſum *mox*, abeſt a F. c. Gr. t. v. 13, metaphraſtes ab auctore diſceſſit longius, dum *adhuc puer* vertit νέος κομιδῇ. rectius ita vertiſſet, συναρπάσθη δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ υἱός, παῖς ὢν ἔτι. nam adoleſcentiam attigiſſe hunc puerum, cum alii teſtantur, tum Capitolinus 231, 54. & pueritiæ limites vſque ad annum ætatis ſeptimum decimum extendi, teſtatur ipſe Vlpianus.

P. 121, v. 3, incluſum *eius*, abeſt a F. Idem F. ſeq. v. *interfecti ſunt, inter diuos referri*: ad quam ſtructuram perficiendam deeſt fortaſſe *meruerunt*. V. 35, F. *vaſtatis Galliis in Italiam penetrauerūt*. V. 43, *cœperūt vindicare*] F. *ceperant*, temp. plusquamperf. & abſq; diphthongo. V. 44, incluſum *iam*, abeſt a F. Gr. t. v. 8, rectius forſan ἐκςρατεύονται, vel ἐπιςρατεύουσι. V. 11, conuenientius ἐπ᾽ αὐτῶν, *ſub ipſis*, i. *ipſis rerum potientibus*. & v. 13, διαφθείραντων, actiue. V. 41, pro ἄλλα rectius legi Ἑλλάδα, e Lat. textu clarum eſt.

P. 122, v. 5, commatio iſti, *quod Mogontiacum*, in F. c. ſuperſcripta eſt & altera lectio, *apud Mogontiam*: quæ etſi aliquo modo poteſt conſiſtere, ſi finalis ſyllaba *cum* in aduerbiū temporale vertatur, durior tamen atq; obſcurior eſt: & cauſalem *quod* agnoſcit etiam Gr. m. V. 43, F. *ſeptimo decimo anno imperii*. Sed *die* legendum eſſe pro *anno*, cum ex aliis hiſtor. clarum eſt, tum ex Trebellio Pollione 269, 39. Gr. m. v. 6, δημοκοποῦν procul dubio vitioſum eſt, & vera lectio hæc, ὅτι δὴ Μεδιολάνων τὴν πόλιν. Seq. v. pro Αὐκίῳ Αἰλιανῷ, Latinus textus habet *Lolliano*, Λολλιανῷ. V. 15, poſt τοῖς ἀποσςείοις ἐπιβουλεύων, deſideratur λόχοις, γάμοις, vel ſimile quid; vt ex Lat. t. perſpicuū eſt. Infra ὡραῖ hoc ſignificatu dicit metaphraſtes, 125, 11. V. 44, concinnius, Κωνςάντιος τοῦ τῷ τεθνηκότος ἀδελφοῦ. Et ſeq. v. ποιεῖ pro ἔτι. V. 47, poſt τῆς βασιλείας omiſſum ſubſt. ἡμέραις: forſan ob metaphraſtæ dubitationem: quoniam ibi quidā codices pro die annum habent; euidenti errore, vt paulo ante in Lat. textus examine demonſtratum eſt.

P. 123, v. 5, *quiq;*] F. *quoq;*: minus conuenienter. V. 14, vulg. *occiſo marito Odenatho, qui Orientē ten.* Sed melior F. ſcriptūra. Incluſa quæ ſequuntur, *non, occidentiúq;, etiam*, abſunt a F. V. 29, *filii ſororis interfector*] F. *filiæ ſororis interemptor*. Gr. m. pluraliter & ambigue dicit τῶν ἀδελφιδῶν, *ſororis liberorum*. V. 40, incluſa *in*, abeſt a F. Gr. t. v. 21. rectius καθ᾽ ἑκάτερον, *de vtroq;*. V. 28, monetarii qui fuerint, ſat belle metaphraſtes expoſuit: ſed hiſtoriā nō item. Ea luculentius a Suida refertur infra in Collectaneis, 873, 42.

P. 124, v. 8, incluſum *locus*, abeſt a F. ſed non itē a Gr. m. Quæ vero paulo poſt ſequuntur, v. 9. nec F. agnoſcit, nec Gr. m. V. 17, *dignum memoria egit*] F. *dignum memoriae aegit*. V. 30, *morum tamē ciuil.*] F. *morum autem ciuil.* Incluſa, 31, 32 & 36, abſunt a F. & a Gr. m. Contra, incluſa v. 43 & 45, addita ſunt ex eodem F. Gr. t. v. 25, & omiſſa & addita ſunt nonnulla. Latina enim ita ſonant: Γάμους τε καὶ Παίονες ἀμπλακήματα ἐπῆλθεν. quod ſequitur commation, ὅτω πρότερον τῶν εἰδόσιν, additītiū eſt. Sequentia etiā, partim corrupta, partim trāſpoſitione obſcurata, ad Latini textus veſtigia ſic propius accedent; τῷ ςρατεύματι χρησάμενος χειρὶ, τό τε Ἀλαμανῶν ἔθνος πρὸς Σιρμίῳ, καὶ τὸ Αὔσιον ἐν Μυσίᾳ τῇ κάτω, ἀμπλακήσας κατεφύτευσεν.

V. 37, pro ἀνὴρ μοντήσιος, e Latino textu legendū ἀνὴρ Ναρβωνήσιος, vel τῆς πατρίδα Ναρβωνήσιος, *Narbone natus*. niſi forte malis Κάρος ὁ Ναρβωνήσιος: vt nulla additione facta, deprauata tantum corrigantur.

P. 125, v. 21, incluſa præpoſ. *a*, abeſt a F. V. 27, *omnium odio*, F. ſcriptura eſt: vulg. *omni odio*. V. 37, *partem Galliæ reformauit*] F. *pacem Galliæ reformauit*: quam lectionem probat etiam Gr. m. V. 38, *Poſt hæc tempora*] F. *Per hæc tempora*: ſuperſcripta & altera lectione, *hoc tempore*: pro qua poſteriore malim, *Eodem tempore*; vt Gr. m. habet, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον. V. 39. *in ſtrenuo militiæ ordine famam conſecutus*] F. c. *ſtrenue*: fortaſſe rectius *ſtrenua militia*. V. 47, incluſa, abſunt a F. c. ſed agnoſcit ea tamē & Gr. m. V. 49, incluſa, *omnem*, &, abſunt a F. c. Gr. t. v. 1, malet fortaſſe aliquis, δήμασι πανταχόθεν ἀθετοῦνας, vel δήμασι πανταχόθεν ἀθετοῦντος. ſed exemplaris ſcripturam, δήμασι πανταχόθεν ἀθετούντος,

tuetur ſtructuræ genus nõ multum abſimile, pag. præced. v.18, τὸ Ἀλαμανῶν κατεφρόνησαν ἀμπλάκιας. Sed v.14, procul dubio legendum, ὑμῶν διηγήσατο: & mox, ἀπευγέν περὶ πάντων: vel ſaltem, περὶ πάντας, *ſupra omnes*. V. 28, conuenientius aduerb. ὑπερφυῶς: vt ſupra 67, 9: 70, 23: & infra 228, 29. Sic v.34, verius haud dubie, ἐκ πλημμελῶν ἔργων. V. 41, pro συναγείρων ſtructuræ lex poſtulat vel συναγείρας, vel συναγείρει. quarum lectionum prior magis Attica eſt & venuſta; vt infra 269, 19.

P. 126, v. 33, F. *victoriam acerbe vſus eſt*; antiquo loquendi genere. V. 37, poſt *Galerius Maximianus*, deeſſe *aduerſus Narſeum*, cum ex Paulo Diacono manifeſtum eſt, tum ex Gr. m. & ex pag. ſeq. v. 4. Gr. t. v. 2, metaphraſtes diuiſe legit *quinque Gentiani*: vt etiã Zonaras, & Pomponius Lætus, 526, 16. ſed compoſ. *Quinquegentianos* agnoſcit præter Eutropium, Oroſium, Iordanem, etiam Euſebii Chronicon m. ſ. V. 11, conuenientius (opinor) συμβασιλεύοντος, præſ. temp. V. 16, rectius forſan ἑκάτερος, *vterque*. V. 21, melius fortaſſe dixiſſet, ἐπεχείρει ἐλθεῖν, omiſſa mentione τῶν πολεμίων: quod eo nomine Britannos citius quam Romanos aliquis intelliget. Et paulo ante, v. 18, omiſſa eſt temporis notatio, ἔτει ἑβδόμῳ. V. 41, legendum videtur, ἀφ' οὗ εἰς τάδε ἱκάνησι.

P. 127, v. 1, in F. c. duplex eſt ſcriptura, *ad vehiculum*, & *ante vehiculum*. priorem probat & Gr. m. & ſimilis narratio ſupra 106, 44. V. 4, de Narſeo quæ hic dicuntur, Græcus metaphraſtes expoſuit pag. præced. v. 44. V. 6, F. *ſimul fortitudine*; ſine copulatiua *que*. V. 21, incluſum *inuidia*, abeſt a F. c. Sic *primus*, v. 24. V. 26, pro *cunctis* F. c. habet *nunctis*. quod ex aduerbio *nuncupatim* corruptum videri poſſit: vt verior lectio ſit, *cũ ante eum nuncupatim ſalutarentur*: præſertim cum Gr. m. dicat, μέχρις αὐτοῦ βασιλεῦσιν τῇ κοινῇ προσηγορίᾳ ἐχρωμένων. ſed *cunctis* agnoſcit etiam Iordanes 651, 16, *ante eum omnes, vt iudices ceteri, ſalutabantur*: itidemq; Caſſiodorus 620, 17. V. 41, F. *vno die*, maſc. gen. Gr. t. v. 8, metaphraſtes non expreſſit participium *orans*: cum tamen potuiſſet dicere, ἀξιώσαντα ὡς αὐτὸν ὠθεῖν, vel τὴν ὁσίαν καὶ πάτριον δύναμιν, vt Dionyſ. Hal. loquitur 314, 6. V. 39, conuenientius actiuum παραδοῦναι, *tradere*.

P. 128, v. 2, pro *tum* F. habet *tamen*: minus apte. V. 13, incluſa *ad*, abeſt a F. c. Contra, incluſum *ita*, v. 17, additum e F. V. 28 & 30, incluſa, *cum*, *eis*, abſunt a F. Sic *en*, v. 38. Contra, incluſa v. 41 & ſequentibus, ex eodem ſunt addita: & confirmantur a Zoſimo infra, 672, 3. Gr. t. v. 1, locorum & perſonarum permutatio ac tranſpoſitio facta eſt. vera lectio hæc eſt; ἐλύοντο ὑπ' ἑαυτοῖς, ὁ μὲν Ἑρκούλιος, περὶ τὴν Αὐγουσταν Διοκλητιανὸς δὲ, ἐν Δαλματίᾳ, ἐν ἀγρῷ γηράσκων Σάλωνι. atq; adeo ita legendum eſſe, patet ex ipſa metaphr. pag. ſeq. v. 10: & 875, 16. V. 5, itidẽ verior hæc lectio, τὸ χαρίεν τῶν μόνος ἐλόμενος καὶ μεταλαβὼν τῆς ἀρετῆς εἶδος: quatuor duntaxat litteris mutatis. Suidæ collectanea infra 875, 15, agnoſcunt & ipſa verbum μεταλαβών: ſed paulo diuerſam habent huius Eutropiani loci metaphraſin. V. 10, tituli loco in exẽplari rubrica exarata erant hæc, Βασιλεία Γαλερίου καὶ Κωνσταντίου τοῦ πατρὸς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, *Imperium Galerii*, & *Conſtantii patris Conſtantini magni*: cum tamen ea ſcholii verius quam tituli formam habeant. V. 19, cum coniunctione legendum videtur, καὶ χρηστεύονται. V. 45, mutilus eſt locus. ſi legas ἔτι πρὸ τῆς τελευτῆς, *etiam ante obitum*, ſat bene conſtabit ſententia.

P. 129, v. 17, F. *aucte Maxentii opes*: ambigue. V. 27, incluſa *que*, abeſt a F. V. 32, F. breuius, *profugit Herculius, Maſſiliaque oppr*. Et mox, *ex ea enim*. V. 42, incluſum *eſt*, abeſt a F. Idem F. mox, *Ita vt reſp. tum a noƀ IIII Imperatorib; tenebatur*: fortaſſe rectius, *Itaque reſp. tum a nouis quattuor Imperatorib. tenebatur*: vt ſupra 126, 3: 128, 15.

P. 130, v. 7, incluſum *poſt*, abeſt a F. Sic *illi*, *eius*, v. 14 & 15. V. 29, vulg. libri *Conſtantinum*, accuſ. caſu. Ego nominatiuum cum F. c. malui: quoniam eum caſum agnoſcit etiam Gr. m. & *mutare* pro *mutari* non eſt infrequens. V. 30, F. *fauorabilis animi*: minus conuenienter. V. 43, F. *ingenti*, *apud barbaras gentes memoria gratiam conlocauit*: ſtructura per hypallagen inuerſa. V. 46, F. *omb; ibi*: fortaſſe rectius, *ab omnib. ſibi*: vt & Gr. m. παρὰ πάντων. Gr. t. v. 33, filii mẽtio etſi neq; hic in Lat. exemplaribus, neq; apud Paulũ Diaconum vlla fit, fieri tamen debet; vt patet ex Victoris Epitome, 543, 42: & Zoſimo 685, 19. itaque in Lat. textu legendum; *Criſpum filium, egregium virum*: & rurſum in Græco ἀδελφιδοῦ pro ἀδελφοῦ. V. 42, ſi ἐκείνων ad τοῖς ἀρετῆς referas, & infinitiuũ τὸ ſubaudias, ſenſus erit ſat commodus; *illarum eſſe*, ſeu *ab illis proficiſci putabatur*. verum ad Latinum textũ propius accedit hæc lectio; ἀλλ' ἥττων ἐκείνων ἐνομίζετο, *inferior illis videbatur*. Mox etiam rectius leges, καὶ ταύτην Σκύθας τι κατεπολέμησε. V. 47, poſt ἐπιπολὺ deeſt ἀντέσχε, vel ſimile aliquod verbum. Et mox conuenientius ἐφ' οἷς, *ſuper his*, *eo nomine*.

P. 131, v. 13, F. *mors eius eſt* & *iam*. V. 15, incluſum pr. *eam*, non habet F. c. nec verbum *eſt*, v. 25. Contra, incluſum *Is*, v. 16, additum e F. Gr. t. v. 21, poſt Κώνσταντα deeſt πολιορκῶν, vel ſimile participium. Et mox nominatiuo caſu legendum ὑποσχόμενος. V. 23, pro παρὰ ſenſus requirit præpoſ. περί. V. 45, poſt ἵνα δὴ, deſideratur ἐξὸν, vel δεχόμενος, aut ſimile participium abſolutum.

P. 132, v. 4, *& cunctis amabilem*] F. *in cunctis amabilem*. V. 7, incluſum *artium*, abeſt a F. Sic *que*, *paulo*, v. 19. Gr. t. v. 14, pro ἀδελφιδοῦς haud dubie legendum ἀδελφὸς: & cum in ſequentibus non Conſtantii, ſed Magnentii fiat mentio, Conſtantii nomen inſerendum eſt, totusque locus ita interpolandus; Νεπωτιανὸν δὲ, τὸν Κωνσταντίου ἀνεψιὸν, ἐξ ἀδελφῆς τῷ πατρὸς γεγενημένον. Latina breuius ita ſonant, Νεπωτιανὸν δὲ, τὸν Κωνσταντίνου ἀδελφιδοῦν, ſeu τὸν ἐξ ἀδελφῆς Κωνσταντίνου γεγενημένον. V. 26, poſt τοῖς κοινοῖς deeſt βλάβην, vel ſimile quid. Sequentis periodi defectus aliquomodo ſuppleri poteſt e ſimili optatione ſupra 102, 30. Reliqua vero explebit cui integrioris codicis meliore fato dabitur copia. Ego, quæ potui, in medium contuli.

P. 133, v. 5, incluſum *eſt*, abeſt a F. V. 11, pro *tamen* F. habet *tum*: quod ferri poteſt propter ſequentem conditionalem, *ſi*. V. 16, incluſum *aliquamdiu*, abeſt a F. V. 17, *ſexto kal. Iulias*] F. *x kl. Iul.* Incluſa quæ ſequuntur, abſunt ab eodem F. V. 20, *nequaquam*] F. *quamquam*: perperam. V. 21, incluſa &, abeſt a F. Vnde ſuſpicor veriorem eſſe ſcripturam hanc; *facundia ingentis promptitudine, memoria tenaciſſima*. V. 23, vulg. l. *tributorum*, *quatenus ferre poſſet, oppreſſor*. mihi F. ſcriptura viſa eſt conuenientior. V. 43, F. *x III. kl. Mar.* Sic v. 46, idem F.

ꝏ CXIIII.

GVILIEL-

GVILIELMI XYLANDRI AVGVSTANI IN IOANNIS XIPHILINI EPITOMEN e Dionis hiſtoria, Annotationes.

LECTORI CANDIDO S.

QVOD emendaui multis in locis tranſlationem huius Epitomæ, nemo debet exiſtimare factum a me eo conſilio quod in aliorum lucubrationes curioſius inquirere, aut alienæ laudi detrahere ſtatuerim. non enim is ſum qui reprehendendis aliis me oblectare aut velim, aut debeã: neque tantum mihi a meis rebus eſt otii, vt ſuperuacaneis id laboribus impendendum habeam. Sed quum librum hunc cum Græco exemplari contuliſſem, quod erat mei (vt qui mihi Dionem, quantum poſſem, illuſtrandum ſumpſiſſem) officii; offendiſſemque compluribus in locis aliter a Xiphilino & ipſo Dione quam ab interprete ſcriptum: putaui me cum bona eius venia id poſſe efficere, vt Xiphilini genuina verba lectores haberent. Itaq; vt caſtigaui verſionem eius, ita hic nonnulla loca, equidem de plurimis perpauca, annotare opus habui; quibus euidẽs fieret, nec curioſe nec maligne, ſed optima fide me hoc negotium tractaſſe. Quod omne ita accipiendum eſt, vt non voluiſſe me de exiſtimatione interpretis diminutionẽ facere, ſed potius ea in quibus opera ipſius potuiſſet requiri, can fide adiicere, intelligatur.

Pag. 139, v. 7, num. 1, *Quaſi fulmine conſternatus ceciderit*] pro his verbis, *Perterritus ceciderit.* ὥσπερ ἐμβρόντητος, in Græco ſcribe, non ἐμβρόντητος. Vox eſt ἀπὸ τῆς βροντῆς (*a tonitru*) deducta; ideo aduerbium ſimilitudinis ὥσπερ additum. Ibidem, v. 37, n. 2, *Principatũ in republ. affectans*] pro his verbis, *Rempublicam enim gerendam eſſe aiebat.* τὴν πολιτείαν ἄγειν ἠξίου. Ἀξιοῦν, *poſtulare ſibi aliquid*, crebro ſignificat: ἄγειν τὴν πολιτείαν, eſt, *primas in republica partes gerere.*

P. 140, v. 4, n. 3, *Qui erant ad alas, cadebantur*] ἐφονεύοντο μὲν τὰ περιέχοντα, mendoſe, pro περιέχοντες: niſi περὶ τὰ κέρατα malis. Sed prior lectio eſt Dionis, ideoque verior.

P. 141, v. 23, n. 4, *Sed Hyrcanum nihili facit; Ariſtobulum in vinculis habet, poſtquam is neque pecunias dat, neque arcem tradit: quorum vtrumque, deditionem faciens, promiſerat.* Hic locus vnus eſt ex iis qui maxime emendationem deſiderabant, quia contrarium Xiphilini verbis ſenſum continebat. Interpres ita habebat; *Sed vt Hyrcanũ nihili facit, ita Ariſtobulum veretur. Verum poſtquam is neque pecunias dat, neque arcem tradit, Pompeius (cui ille coram vtrumque promiſerat) Hieroſol. &c.* In Græco etiam legitur incommode, τὸν μὲν γὰρ Ὑρκανὸν οὐδενὸς λόγου ἀξιώσας, τὸν δὲ Ἀριστόβουλον δήσας. γὰρ abundat. & δήσας non eſt *Vereri*, verum *Ligare*, a verbo δέω, a quo δεσμός (*Vinculum*) deducitur. δήσας autem per ει, eſt φοβηθείς. Porro in Græco, [illegible] τὰ Ἱεροσόλυμα, ita ſcribe. [illegible] τὰ δὲ Ἱερὰ. Sed & hæc & totam hanc periodum male extulit interpres, hoc mẽdo (vt opinor) ſeductus. at Dionem legenti non eſt obſcura. V. 36, n. 5, *Ariſtobulus captiuus abducitur*] ἀνηνέχθη. Interpres, *Sublatus eſt.* ἀνάγεσθαι dixit, quod Romam abductus ſit Ariſtobulus.

P. 144, v. 13, n. 6, *Ipſe procul ab vrbe expulſus eſt, millia paſſuum circiter quadringenta ſeptuaginta*] Interpres, *Sexagintaſeptem.* Ceterum numero ſtadiorum, qui eſt 3750, denarius deeſt, quominus per octo diuiſus, 470 exhibeat.

P. 145, v. 34, n. 7, *Ad reliquam Galliam pertinet, & Hiſpaniam fere omnem.*] Non *Hiſpaniam* interpres, ſed *Iberniam*: quum ſit in Græco Ἰβηρίαν, quod nomen eſt Hiſpaniæ, a flumine Ibero. Itaque Dio etiam quodam loco τὰ περὶ τὸν Ἴβηρα dixit pro Hiſpania. Et per *Celticam*, intellige Germaniam.

P. 146, v. 15, n. 8, *Populique fauorem captat*] pro his verbis, *Remque publicam adminiſtrat.* τὴν πόλιν ἐδημαγώγει. Δημαγωγεῖν non eſſe idem quod *Rempubl. adminiſtrare*, (vt vertit Blancus) ſatis notum eſt. hinc δημαγωγοὶ dicti.

P. 147, v. 20, n. 9, *Memoriæ hominum commendabitur ſemp. &c.*] Pro ἐζήρκει τῷ αἰῶνι, ſcribo ἐξήρκεσε.

P. 149, v. 28, n. 10, *Sed tamen nullo magno momento pugnatum eſt*] pro his verbis, *Sed tamen ſero pugnatum eſt.* Βραδεῖαι μάχαι ſunt, non quæ ſero (vt erat hic verſum) committuntur, ſed quæ non ſtatim victoriam alteri parti, & finem bello adferunt. V. 33, n. 11, *Itaque permultis ſuorum amiſſis, quum ſibi interriret &c.*] pro his verbis, *Ipſe eos cõfertim trucidat; ſed tamen quum &c.* συχνοὺς ἀπέβαλε. Eſt autem ἀποβάλλειν, *Amittere*: ἀποβάλλεσθαι, *Abiicere*. quã differentiam poſſem ſexcentis ſcriptorum locis confirmare; niſi ante nos id alii docuiſſent. Itaque male interpres cõtrarium ſenſum poſuit; quum ex ipſa hiſtoria conſtet, Cæſari tum cladem fuiſſe illatam. V. 36, n. 12, *Tamquam confecto iam bello*] pro his verbis, *Tamquam eo prælio ſuperior fuiſſet.* ὡς καὶ διαπεπολεμηκώς. Eſt autem διαπολεμεῖν, non, *Prælio aliquo vincere*, ſed *Totum bellum conficere*, & (vt Liuius loquitur) *Debellare.* Ita Dio ſæpe vſurpauit; ita alii.

P. 151, v. 9, n. 13, *Cleopatræ imperio ſubiecti ſunt*] Interpres, *Cleopatræ ſe dediderunt.* Atqui παρεδόθησαν eſt paſſiuum; & ſic ſenſus ipſe docet. V. 22, n. 14, *Placet enim eiuſmodi facinorum ſceleſtorum vindictam, etiam præter rationem hiſtoriæ, rebus ipſis geſtis annectere.*] Interpres τὰ ἐπίχειρα vertit, *ea quæ in promptu ſunt*; non recte. ἐπίχειρα, *præmium* ſignificant, & id quod propter aliquod factum tribuitur alicui. eſtq; μέσον vocabulum, hoc eſt e numero eorum quæ in bonam & malã partem ſumuntur. In malam hic accipitur, vt & apud alios, & in hoc Æſchyli eleganti dicto; Τοιαῦτα μέντοι τἀγαθ᾽ ὑψηγόρου Γλώσσης, Προμηθεῦ, τἀπίχειρα γίνεται. V. 29, n. 1, *Ipſa octaua die* qua olim &c.*] pro his verbis, *Is intra illos octo dies quibus olim &c.* Nam eſt in Græco, ἐν αὐτῇ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ. Aſteriſcũ adieci; quia menſis nomen deeſt. V. 41, n. 2, *Eos quoque perterrefactos in ſuam poteſtatem redegit.* προσεποιήσατο. Interpres, *A ſe perterrefactos eſſe gloriatus eſt.* Quaſi vero προσποιεῖσθαι tantum *Simulare* ſignificet, & non ſæpius Dio ita vſurparit vt ego verti.

P. 152, v. 5, n. 3, *Nam ea vltro, poſt mortem Pompeii, Cæſari deditionem fecerant*] pro his verbis, *Nam is vltro poſt mortem Pompeii ad Cæſarem venerat.* Interpres hæc verba ad Domitium Caluinum incommode retulit; quum de Athenis ſint accipienda. Sed error Græci libri eum fefellit, vbi

eſt falſo προσχωρήσας, ſcribendumque προσχωρήσαντας.

P.153, v.18, n.4, *Romam, nemini obuio parcentes, venerunt*] pro his verbis, *Romam magnis itinerib. venerunt*. μηδὲν φειδόμενοι, falſo, pro μηδενός: quod impoſuit ipſi etiam interpreti.

P.154, v.29, n.5, *Licet ſe ipſe in hiſtoria ſatis infamauerit*] Interpres, *Magnis laudibus extulerit*. In Græco eſt vitioſe ἐσεμνύνατο. pro qua voce e Dione reſtituo ἐστηλοκόπησε; quod *Infamare* ſignificat.

P.155, v.9, n.6, *Magis irridebatur*] γέλωτα* προσωφλίσκανε. Tolle aſteriſcum, & lege, vt habet Dio, γέλωτα προσεπωφλίσκανεν. Et mox pro δῆμον repone δῆμον.

P.156, v.28, n.7, *Bogud, qui forte cum aliis ducibus non erat*] Βαγώνας male eſt in Græco; quod ſequutus eſt Blancus. Corrige, vt ſit Βογούας. V.40, n.8, *Sed de Octauio eius ſororis nepote portendebat*] ἀδελφῆς: ſcribe ἀδελφιδῆς. qua de re apud Dionē dixi.

P.157, v.2, n.9, *Quam Sylla cinctura laxitatem*] Interpres, *Mollitiem corporis*. male enim legebatur hic σώματος pro ζώματος. V.7, n.10, *Quam rem etſi Cicero non intellexerit, tamen rebus fractis ait*] pro his verbis, *Tamen imprudens ait*. Nam ἀφρόνως habetur in Græco.

P.158, v.38, *Suſpicionem attulit*] ὑπωπτεύθη ſcribe, non ὑπωπτεύεσθαι.

P.159, v.43, *In quo ſeptuaginta quinq; denarios populo viritim legauerat*] ἑβδομήκοντα ἑκάστῳ. καὶ πέντε addendum e Dione. Poſt, καὶ ὅσοι τῶν σκάψαι: pro τῶν pone καί.

P.160, v.20, n.12, *Quod P. Seruilius Caſca*] Pro Πλάνιος Σερουίλιος, ſcribe Πούπλιος. Dio.

P.164, v.37, n.1, *Deinde Vbium venientem*] In Græco etiam mendoſe fuit Ἰούνιον pro Οὔβιον.

P.169, v.21, n.2, *Edito ſcripto eam rem expoſuit*] ἐξέθηκε γράμμα. Interpres incommode, & hiſtoriæ inconuenienter, *Literam de ſuo nomine detraxit*.

P.171, v.10, n.3, *Qui vt Ionium mare tranſierunt*] *Ganium flumen* erat hoc loco; ſed vitio Græci codicis, vbi male Γάνιον pro Ἰόνιον legebatur: quod patet etiam ex Dione.

P.173, v.6, n.4, *Quinetiam aliquando alueo fluminis auerſo, munitiones eorum inundatione repleuit*] κατέκλυσε eſt hîc etiam apud Dionem, & id ſenſus requirit. κατέκλεισε legiſſe videtur Blancus.

P.176, v.37, n.5, *Tunc ambo ab armis diſcedunt, hac redituri in gratiam vſi præſcriptione; ad quam eō veniebant, quod eorum copiæ atque ſpes contrariæ erant. In eo fœdere &c.*] ἀντιπάλους eſt in Græco: quod ſignificat ἰσορρόπους, ἤγουν ἰσοδυνάμους, *æquales viribus*.

P.181, v.28, n.6, *Propterea quod eos comprehendere non potuiſſent propter nauium magnitudinem; tum quod imperiti vadorum, quæ erāt ad proximam terram, naues eo compellere nolebant. Quidam tamen exiſtimant Agrippam ſatis duxiſſe hoſtes in fugam conuertere; quod Cæſaris, non ſuam ipſius rem gereret. Nam familiaribus ſuis dicere ſolebat, &c.*] Totus hic locus parum apte fuit ante conuerſus. In Græco eſt πρὸς γῆν βραχέα ἔχουσαν, omiſſum ab interprete. His autem verbis *vada* intelliguntur, & ea loca vbi, aqua minus alta, impingere naues fundo & ſubſidere poſſunt. Hæc enim ſunt βράχεα Græcis: quo modo frequenter omnes loquuntur. vt Polybius lib. 1 de Romanis, Annibali Rhodio exitum in portu obſtruentibus, κατὰ δὲ τὰ πῆ τόπον ἔχοντα βραχέα, συνίστημα. Virgilius eleganter & vocabulum hoc, & ſignificationem, 1 Æneid. extulit, ſcribens, --*tres Eurus ab alto In breuia & Syrtes vrget, (miſerabile viſu) Illiditque vadis, atque aggere cingit arena*. Idem in 10 Æneid. -- *multi ſeruare recurſus Languentis pelagi, & breuibus ſe credere ſaltu*.

P.182, v.44, n.7, *Verum Cæſar eo veluti legato in rebus omnibus vtebatur; agitareque eum cum Sexto occulta colloquia ſuſpicatus, eam ſuſpicionem tamen nō patefecit, &c.*] pro his verbis, *Quamuis Cæſar eo veluti legato in rebus omnibus vteretur. Sed quum multa quæ contra Sextum parauerat, cum eo communicaſſet, cœpit eum ſuſpectum habere. quam ſuſpicionem tamen non patef. &c.* κοινολογεῖσθαι, eſt *Agitare conſilia cum aliquo*: referturque hîc ad Lepidum.

P.183, v.22, n.8, *Vixitque in Italia non ſine cuſtodia*] pro his verbis, *Vixitque in Italia ſine præſidio*: ἄνευ φυλακῆς: idque ſequutus eſt Blancus. Scribendum autem οὐκ ἄνευ φυλακῆς: id enim & hiſtoria requirit, & habet Dio.

P.192, v.9, n.9, *Sororis ſuæ filiam*] pro *Sororem ſuam*. ἀδελφὴν eſt in Græco, & Blancus id non recte ſequutus eſt. Scribendum ἀδελφιδῆν: fuit enim Agrippæ vxor, Marcella, Octauiæ filia.

P.193, v.49, n.10, *Nec ſunt reges aut dictatores appellati: quæ nomina ſemel ſunt profligata e republ. ſed eorum facta &c.*] pro his verbis, *Nec ſunt reges aut dictatores appellati oppreſſa & exſtincta republ. ſed eorum facta &c.* ἐκείνων, non ad Romanos, ſed ad regium & dictatorium nomen referri oportet.

P.195, v.49, n.11, *Non dico Dionis nomine*] αὐτὸν ὡς ὁ Δίων ὁ Προυσαεύς. Si ita ſcripſit Xiphilinus, (quod non puto certe) turpiter errauit, Diones confundens. Dio enim noſter, longe fuit alius a Pruſæo Dione, qui Chryſoſtomi nomen geſſit; vt etiam Suidas demonſtrat. Itaque ὁ Προυσαεύς aut dele, aut ὁ Νικαεύς ſcribe, [ex hac ipſa Epitome 413, 24.]

P.196, v.41, n.12, *Quibuſdam ludis*] pro his verbis, *In quodam mercatu*. ἐν πανηγύρει τινί. Blancus non recte hic, & ſæpe alias, *Mercatum* vertit.

P.197, v.47, n.13, *Sed oportebat nimirum Muſam, qui fortunæ, aut (vt ipſe ſentio) Dei opus ſibi ipſi adſcribebat, e veſtigio redargui. Marcellus, &c.*] pro his verbis, *Sed tum is medicus beneficio fortunæ, vel diuino (vt ego arbitror) vſus eſt. Marcellus enim, &c.* Et paulo poſt, *Is ex poſteris erat Marcelli eius*] pro, *Is nepos erat Marcelli, &c.* Hic vnus eſt e numero eorum locus, quos mutaſſe me non temere, ſed neceſſario, facile quiuis eruditus intelliget.

P.198, v.45, n.14, *Multa in Cæſarem maledicta iaceret*] pro his verbis, *Multa in Cæſarem, vt res poſtulabat, diceret*. Sic Blancus; falſam lectionem ſequutus, quæ hic eſt ἐπιτήδεια, pro οὐκ ἐπιτήδεια. Sic autem habet Dio; eſtque ἀποφθέγγεσθαι εἰς αὐτὸν οὐκ ἐπιτήδεια, *Obtrectare, Maledictis inceſſere*. Mox in Græco etiam *Elephantina* regio (χώρα) dicitur, quum ſit apud Dionem πόλεως (vrbis) nomen: idque recte eſſe teſtantur geographi.

P.202, v.27, n.15, *De Vedio vero Pollione, qui mortem obiit, &c.*] Ουίδιος Πωλίωνος, *Ouidio Polione* male. ſcribendum Οὐήδιος Πωλίωνος. ſic Dio, ſic Plinius, Tacituſque.

P.203, v.48, n.16, *Scribebaturque eorum ſententia. neque tamen vim ſenatusconſulti habebat, aut rata erat: ſed tantum Auctoritas ſenatus dicebatur. nimirum vt tamen ſenatorum ſententia nota eſſet. nam ea eſt verbi ſignificatio, &c.* Locus hic fuerat peruerſus, eſtque in Græco vitioſe, ὁ αὐκτωρ, pro αὐκτω-

ὑπογεγραμμένον ſcriptum. Si recte intelligatur, plurimum lucis affert bonis auctoribus, apud quos non perinde vt hîc, perſpicue inuenies, Senatuſconſultum ab Auctoritate quid differat.

P. 205, v. 33, n. 17, *Cæterum id factum eo recidit vt omnes iſtos Auguſtus offenderet, dum illi ſe negligi putabant*] pro his verbis, *Eueniteque iis omnibus temere vt mutuo ſibi infenſi eſſent; dum illi*, &c. Locus neceſſario emendatus.

P.206, v.13, n.18, *Vſqueadeo commotus eſt vt iram domi ſuæ continere non potuerit, ſed rem*] pro his verbis, *Vt domi contineri non potuerit, ſed rem*, &c. οἴκοι αὐτὸν κατασχεῖν. αὐτὸν ad θυμὸν refero, propter verbum κατέχειν. V. 40, n.19, *Tamen in gratiam reditum eſt, poſtquam Phraates Caium in Syria adeſſe expertus, domeſticamque ſeditionem ob ſui odium veritus, Armenia ceſſit*] pro his verbis, *Tamen, quod abierat ex Armenia, Cæſar ei reconciliatus eſt, quodque intellexit Caium eſſe in Syria, cuius odio domi motum fieri poſſe ſuſpicatus eſt. His*, &c. Confuſe hæc prius habebant.

P.215, v.43, n.19, *Nam Germani, quãtiſper paulatim, ac ratione ac cautela adhibita dediſcebant mores & inſtituta patria, eatenus mutatione vitæ non grauabantur, quam ne animaduertebant quidem. At poſtquam Varus, qui Syriæ præfectus fuerat, imperium Germaniæ accepit, & ad eam gentem immutandam ſubito animum adiecit, cœpitque Germanis perinde atq; ſeruis imperare, & pecuniam tamquam a ſubditis exigere, Germani id ferre non potuerunt*] pro his verbis, *Nam etſi Celtæ breui temporis ſpatio propter præſidia apud ſe collocata, dediſcerant mores & inſtituta patria, neque primo mutatione vitæ grauabantur: quippe non animaduertebant ſe immutatos eſſe: tamen, poſtquam Varus, qui Syriæ præfectus fuerat, ceperatque imperium Germaniæ, ac in ea cuncta adminiſtrabat cum imperio, propere venit in Galliam ad eam gentem immutandam ſubito, cœpitque Gallis perinde atq; ſeruis imperare, & pecuniam tamquam a ſubditis exigere, id Galli ferre non potuerunt.* Κελτοὺς, Germanos κέλτας, Germaniam eſſe, monuimus ante. κατὰ βραχὺ & ὁδῷ, ſignificat nõ *Breui temporis ſpatio*, ſed *Paulatim, Senſim, & quaſi furtiue.* & μετὰ φυλακῆς, *Caute* ſignificat. Totus locus deſiderabat emendationem.

P. 217, v. 25, n. 20, *Ideoque eam nihil præterea diſcutientes aut examinantes admitterent, vtrique, ne ſententiam diceret, interdixit. Itaque a pleriſque* &c.] pro his verbis, *Sed vt eam nihil præterea diſcutientes aut examinantes admitterent. Qua de re etſi poſtea vetuit ne ſermo amplius haberetur, tamen a pleriſque* &c. μηδὲ π αὐτῶν εἰπεῖν. Locus deprauatus Blancum ſeduxit. μηδέτερον ſcribe cum Dione.

P.223, v.8, n.1, *Quod ſi id tantum in Tiberio fuiſſet, cauere ſibi ab eo nemo, cui cum ipſo res fuiſſet, potuiſſet; quum omnia contrario atque is ſenſiſſet, modo accipiens vnuſquiſque, ea quæ is nolebat, velle, & non cupere ipſum ea quæ maxime expetebat, indicaſſet*] pro his verbis, *Quod ſi id in Tib. tãtum fuiſſet, haud obſcura eſſe potuiſſet eius voluntas iis qui tentaſſent ſtuduiſſentque eam habere cognitam. quippe omnia in contrariam partem accepiſſent. Nam & quum ſe aliquid velle negauiſſet, tum id eum deſiderare maxime: & quum cupere ſe dixiſſet, tum eum id nolle exiſtimaſſent. Sed præter* &c. Locus hic totus contra quam eſt in Græco, erat in Latino.

P.224, v.47, n.2, *Interdum palam ſuam ſententiam proponebat*] pro his verbis, *Interdum contra* differebat: ἄντικρυς; quod nõ *Contra*, (vt habet Blancus) ſed *Aperte*, eſt.

P.226, v.30, n.3, *Sæpiſſime ad ſpectacula, non ſolum* &c.] pro his verbis, *Sæpiſſime ad ſacrificia*, &c. θυσίας. ſed Dio habet θέας.

P. 227, v. 48, n. 4, *Hoc enim illudens ei dicebat*] Blancus, *De quibus mordere ſe atque reprehendere videbatur, ipſe non*, &c. Non recte: ſed & in Græco perperam legitur, ἵνα αὐτάγγελος ἐκεῖ τῶν αὐτῶν ἦν. & ἐπισκώπτων εἴπῃ, καὶ φθόνηται. Rectius apud Dionem eſt, ἵνα αὐτάγγελος αὐτοῦ, ὥς που & ἐπισκώπτων εἴπῃ, φθόνηται. Similis eſt ſarcaſmus Pyrrhi apud Virgilium in 2° Æneidos, qui Priamum obtrectantem ſibi, & exemplum patris Achillis obiicientem, occiſurus inquit,

—*referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelidæ genitori.*

P.228, v.2, n.5, *Reliquis ſatisfecit tricenis nummis viritim diſtributis*] κατὰ πέντε & ἑξήκοντα & ſic etiam apud Dionem, quum ex ſuperioribus liqueat, ἑβδομήκοντα ſcribendum.

P.229, v.5, n.6, *Magnam hominum manum ſibi coniunxit*] pro his verbis, *Magnam pecuniam conflauit.* Pecuniam Blancus. Sed πολλὰς hîc eſt: vt intelligi opus ſit ἀνθρώπους: id quod hiſtoria vult.

P. 235, v. 5, n.7, *Nec templum quod Auguſto*] ἡρῷον, non ſepulcrum (vt vertit Blancus) eſt, ſed templum quod deo indigeti ſeu heroi poneretur, hoc eſt homini in deorum numerum relato, τῷ ἥρωϊ.

P. 236, v.48, n. 8, *Nactus occaſionem, adortus eſt*] pro his verbis, *Nactus occaſionem perdidit.* καιρὸν λαβὼν ἐπέθετο. Eſt autẽ ἐπιθέσθαι, *Adoriri aliquem.*

P.237, v.5, n 9, *Condemnatus eſt a ſenatu, miſſuſque prætor qui eum vinctum ad ſupplicium duceret. Quumque id Tib.* &c.] pro his verbis, *Condemnatus eſt a ſenatu, vt, quum eſſet prætor futurus, in exſilium mitteretur. Quumque id Tib.* &c. Verba in Græco deprauata ſequutus fuit interpres: quæ ſi e Dione (vt & multa alia) emendaſſet, melius Xiphilino conſuluiſſet. Scribi autem debet pro στρατηγήσοντά τι, στρατηγὸν τὸν δήσοντά τι: & pro ἐπιθεῖαι αὐξοντες, ὑπηρεῖαι ἄξοντα. & deinde ad καθ' ὃ adiiciendum ἤδη.

P. 242, v. 9, n. 10, *Prius a carnifice vitiata*] pro his verbis, *Prius a plebe interfecta.* πρὸς δὲ τοῦ δημίου ὑπὸ τοῦ δημίου, lege, non δήμου: quod impoſuit Blanco.

P.246, v.25, n. 1, *Tum primum ſimul conſulatum geſſit, ac ſenator factus eſt* &c.] pro his verbis, *Tum primum conſulatum geſſit* &c. ὑπάτευσεν ἅμα & ἐβούλευσεν. ſcribe ἐβούλευσεν.

P.252, v.36, n.2, *In Britanniam, in litore inſtructis militibus*] pro his verbis, *Vione inſtructis* &c. ἐν τῷ οὐιόνι ἀγωνιζάζεις eſt in Græco: quod ſequutus eſt Blancus. Atqui ſcribendum, ἐν τῷ ἠιόνι.

P.253, v. 11, n. 3, *Caſſium Becillinum*] pro his verbis, *Caſſium Melinum.* In Græco eſt Βεκιλλῖνον, apud Dionem etiam. ego Βεκιλλῖνον ſcriberem: hoc enim eſt cognomẽtum Caſſiæ familiæ. Et Sp. Caſſius, qui propter affectati regni ſuſpicionem periit, (quæ hiſtoria eſt apud Liuium libro ſecundo ab v.c.) diſerte Becillinus a Cicerone in Lælio nominatur. *Num Becillinum* (inquit) *amici regnum appetentem, num Sp. Melium iuuare debuerunt?* Supra autem dixerat, *Quis autem eſt qui Tarquinium Superbum, qui Spurium Caſſium, Spurium Melium non oderit?*

P.261, v.1, n.1, *Cæterũ Meſſalina apud ſe Mneſterem habebat*] pro his verbis, *Amatorem habebat.* Μεσσαλίνα δὲ τὸν Μνηστῆρα εἶχεν. Blancus μνηστῆρα com-

mune nomen putauit, ideoque *amatorem* vertit: quaſi vero procus & amator idem ſint, quorum prior Græcis eſt μνηστήρ. Et paulo poſt, v. 11, *Et Mneſteri parcerent*] pro his verbis, *Amanti parcerēt*, &c.

P. 263, v. 7, n. 2, *Quod quum Claudius audiuiſſet, Aſiaticum necauit; vt quem conſcium culpa ſeipſum morte iam damnaſſe exiſtimaret*] pro his verbis, *Quod quum Aſiaticus audiuiſſet, conſcius culpa, ratus, que ſe iam condemnatum eſſe, mortem ſibi conſciuit*. Peruerſus fuit hic totus locus ante.

P. 271, v. 18, n. 3, *Non ergo percuſſor Neronis ſeipſum iam vita ſpoliauit?*] pro his verbis, *Igitur (inquit) percutiens Nerone̅ interfeciſſet?* ἐκεῖνος ἤδη Νέρωνα τύπτων, αὐτὸν κατηχρήσατο; αὐτὸν ſcriberetur melius: eſt enim ad Montanum referendum: quod non ſenſit Blancus. Hoc autem reſponſo effecit Nero vt Montanus ſibi ipſi manus afferret. Addam Taciti verba de libro decimotertio: *Iulius quidem Montanus, ſenatorii ordinis, ſed qui nondum honorem capeſſiſſet, congreſſus forte per tenebras cum principe, quia vim tentantem acriter repulerat, deinde agnitum orauerit, quaſi exprobraſſet, mori adactus eſt.*

P. 279, v. 16, n. 4, *Vt contra Auguſtum & Caligulam egimus, nauigationem tentare periculoſum eſſe oſtendimus*] Blancus, *Vt contra Auguſtum & Caligulam, magna & metuenda claſſe contendimus.* Atqui neque in Græco eſt tale quidquam, neque in hiſtoria.

P. 284, v. 12, n. 5, *Tigellinumque Sophronium, qui & petulans*, &c.] Is apud Tacitū libro decimoſeptimo, Ophonius Tigillinus legitur; mendoſe nimirum, pro Sophonius. Et fortaſſis hîc Σωφώνιος ſcribendum.

P. 289, v. 20, n. 6, *Quamquam Patauii in patria tragœdiam egit* &c.] Interpres, *Quamquam in Potamia patria*: ſequutus mendam Græci codicis, vbi pro Παταβίῳ legitur Ποταμίᾳ. Pro *Quamquam* autem, ſcribendum docet ſenſus, *Et quod*: idque liquet ex his Taciti verbis lib. 16, *Eaque offenſa altius penetrabat; quia idem Thraſea Patauii, vnde ortus erat, ludis caſticis a Troiano Antenore inſtitutis, habitu tragico cecinerat.*

P. 292, v. 29, n. 7, *Nero currum agitans, aeu pictus erat*] pro his verbis, *Nero dum currum agitaret, plagam accepit. Plagam accepit*, abſurde hîc erat poſitum. ἐνίκα, eſt in textu Græco.

P. 295, v. 17, n. 8, *Cum Nerone & Sabina nomen iam gerente Sporo*] pro his verbis, *Cum Nerone & Sabina & Sporo.* μετὰ τῆς Σαβίνης τοῦ Σπόρου. non, *Sabina & Sporo.*

P. 304, v. 12, n. 1, *Qui ſub Nerone valuerant*] pro his verbis, *Ex obſcuris clari euaſerant.* ἐπιπολασάντων. At ἐπιπολάζειν non eſt (vt vertit Blancus) *Ex obſcuro clarum euadere*, ſed *Valere, Eſſe in aliqua auctoritate & notitia.* Hinc apud Ariſtotelem etiam non vno in loco δόξαι αἱ ἐπιπολάζουσαι dicuntur ex opiniones ſiue ſententiæ, quæ præ reliquis valent, & in aliquo numero habentur.

P. 316, v. 15, n. 1, *Comiſſationes exprobrabant: nam ventre obeſo erat*] pro his verbis, *Immenſa enim gula erat.* Hoc enim eſt γαστρίμαργος, non *Immenſa gula*.

P. 319, v. 31, n. 1, *Ita hi maledicendi libidinem ſuam, qua ſemper laborarunt, abunde explebant*] Addendum eſt his; *etiam vitæ periculum temere ſubeuntes*: quo verbum ἐρριψοκινδυνούντων exprimatur; quod inter emendandum feſtinantem latuit. nam Blancus mirifice locum hunc extulit, *Qua cum tempore diuerent, eadem petulantia qua ducedebant e vita, inferos explebant.* In Græco eſt, ἐ οἱ μὲν οὕτω τῆς ἐρριψοκινδυνούσης, καὶ τῆς ἀπαλγησίας, ὑφ' ἧς ἀεί ποτε κακῶς ἀπηλλάττοντο, ᾅδην ἐνεφορήσαντο. Ἀπαλλάττειν eſt id quidē *Mori* apud Græcos; ſed vocabula, ἀεί ποτε κακῶς, hanc ſignificationem non admittunt; ne dicam ſenſum ab ea abhorrere. Porro autem κακῶς ἀπαλλάττειν, eſt *Male habere, Laborare*; [vel *Male excipi* ſeu *tractari*] vt apud Polybium, ἀναθαρρήσαντες ἤδη οἱ πολέμιοι, καὶ τὸ κακῶς ἤδη ἀπαλλάττοντες. Et in apologo de cauda draconem totum ducere volente, apud Plutarchum initio Agidis, αὐτήν τε κακῶς ἀπαλλάττειν, [illegible] [illegible]. vtor enim exemplis quæ potiſſimum ſuccurrunt. ᾅδην autem & ᾅδην (quod *Inferi* ſignificat) diuerſa ſignificare, vel pueri ſciunt. Et ἐμφορεῖσθαι, ſignificat *Seipſum explere*; a cibo & potu ſumpta metaphora hôc loco. dicimus enim ἐμφορεῖσθαι κρεῶν, οἴνου, &c.

P. 320, v. 45, n. 2, *Quum Veſpaſianus videns Imperatorem*] pro his verbis, *Quum videret Imperatorem contra* &c. Peruerſa hæc fuere antea.

P. 324, v. 39, n. 1, *Manifeſt atq, eum fœliciorem quam virtuoſiorem fuiſſe*] pro his verbis, *Ita vt virtus eius maiorem felicitatem nacta ſit.* ἐλέγχθεις ὅτι εὐτυχίᾳ πλείονι ἢ ἀρετῇ ἐχρήσατο. quæ incommode erant reddita.

P. 325, v. 44, n. 2, *Dum in ſe coit*] pro his verbis, *Ex locorum vicinitate concaua facta ſit.* συνιζάνειν eſt, non *vicinum eſſe*, ſed *coire in ſe*. Hinc συνίζησις figura apud grammaticos.

P. 332, v. 29, n. 1, *Poſtremo puer ille qui antè dæmonem repræſentauerat vnicuique, oblatus eſt*] pro his verbis, *Poſtremo puer dæmonion vnicuique, lotus & ornatus, obtulit.* ἐ τέλος ὁ παῖς ἐκεῖνος τὸ δαιμόνιον Eadem eſt loquutio, quæ ſupra 295, v. 3, μετὰ τῆς Σαβίνης τοῦ Σπόρου: quod fefellit interpretem. Cæterum in Græco poſt κεκοσμημένος deeſt aliquid, vt εἰσῆλθε, aut εἰσεκομίσθη.

P. 335, v. 3, n. 2, *etſi nepos eius erat, duxeratq, vxorem Flauiam Domitillam, propinquam ipſius*]. Hic locus peruerſus eſt. quem quia inter emēdandum non animaduerti, nunc ita legendum moneo; *etſi propinquum ſuum, quique Flauiam Domitillam, Domitiani conſanguineam, vxorem habebat.*

P. 337, v. 6, n. 3, *Non letale illud quidem: ſed a Domitiano ad terram proſtratus eſt*] pro his verbis, *Non letale illud quidem, ſed tamen graue, vt eo accepto proſtratus iaceret* &c. Peruerſa hæc erāt mirum in modum. V. 45, n. 1, *Seras philoſophus*] Merula, qui hæc ante verterat, *Suras* legit.

P. 342, v. 12, n. 1, *Sed Decebalus Longino*] pro his verbis, *Itaque Traianus Longino.* Locus ante contrario ſenſu editus. V. 38, n. 2, *Quod forte nactus erat*] pro his verbis, *Cuius ei magna copia erat.* φαρμάκου εὐπορήσας, eſt in Græco textu.

P. 348, v. 5, n. 3, *Quod ſi ïs halitus ſeſe altius efferret, habitari certe circa eum locum non potuiſſet: nunc quaſi in ſe reuolutus ille, in ſuo loco continetur. Ego quidem* &c.] pro his verbis, *Qui locus quamuis longus latusque pateret, tamen ob eam cauſam non eſſet habitabilis: nunc autem, quaſi circumſcriptus, deſertus eſt. Ego quidem* &c. Hic locus eſt eorum e numero, quos emendare opus habui.

P. 350, v. 32, n. 4, *Ælio Adriano in Syria*] Scribe cum Xiphilino, *P. Ælio Adriano*.

P. 356, v. 23, *Claudianopolim appellamus*] Scribe *Claudiopolim*, Κλαυδιόπολιν.

P. 357, v. 6, n. 1, *Cuniculis muniebant, & mœnibus*] Pro *Cuniculis*, inepte erat *Pabulis*. neque eſt

curdo-

cur demonſtrem ὑπονόμους eſſe cuniculos.

P. 362, v. 40, n. 1, *Praeterea ferunt, deducto montis vertice, in continenti terra maritimum fluctum erupiſſe, ſpumamque puri & limpidi maris procul inde in terram proiectã fuiſſe. Ac de* &c.] pro his verbis, *Praeterea ferunt e mari mediterraneo fluctum in culmen montis longo internallo diſiunctum perueniſſe, proieciſſeq. ſpumam longiſſime in continentem limpido ac tranquillo mari.* Hic locus peſſime habebat ante, quod intelligent ſtatim qui conferent.

P. 365, v. 11, n. 1, *Idque etſi propterea viſus eſt dicere quod humili loco natus is erat; tamen euenit poſtea vt fortuna hunc ei honorem tribueret. Imperator* &c.] pro his verbis, *Idque propterea viſus eſt dicere, quod ex humili loco natus, clarus euaſiſſet, quodque eſſet futurum (ſicut euenit poſtea) vt eundem fortuna deprimeret. Imp.* &c. Et hæc contrario, aut nullo verius ſenſu ante legebantur. In Græco quoque non ſatis conſtant. ἀναδενδράδα quidem certe legendum ὑφ᾽ ἕν.

P. 574, v. 11, n. 2, (*nam ea tum accidit rerum Romanarum mutatio*) *dilabitur*] pro his verbis, *& in ea facta quæ Romanos qui tum fuere, noſque ipſos arguunt, delabitur.* κατεψευσμένων in Græco eſt, vox ſuſpecta mendi. Interpres reliqua non expreſſit.

P. 375, v. 25, n. 1, *Cardianum*] Mox *Condianum* dicit; alterutrum falſo.

P. 387, v. 29, n. 1, *Pertinax Afer erat natione*] pro his verbis, *Libs erat natione* &c. Et hoc mendum hîc emendabo; quod ante properantem me fefellit: ἦν δὲ ὁ Περτίναξ Λίβυς ἐξ Ἄλβης Πομπηΐας. Pro Λίβυς, ſcribe Λίγυς: & pro *Afer*, *Ligur*. Alba enim Pompeia, vrbs eſt Liguriæ, teſte Plinio libro tertio, capite quinto. Et Herodianus Pertinacem diſerte Italum nominat.

P. 391, v. 49, n. 1, *Dicebantque Iuliano*] λεγόντων ὅτι τι Ἰουλιανὸς, &c. Ita ſcribe, λεγόντων τῷ τι Ἰουλιανῷ, ὅτι Συλλ. τας. δὲ, τί οὖν σὺ προέστης;

P. 392, v. 31, n. 2, *Non equidem ſeruilibus animis, ſed ante cœnati, per milites medios perrumpentes, introimus in ſenatum*] pro his verbis, *Subiugum ſeruitutis miſſi & cœnati conuenimus; impulſique a militibus, introimus* &c. Blancus non animaduertit particulæ οὐχ ὅτι vim; quum ſignificet *Non modo non*, & reddatur ei ἀλλὰ καὶ. Idem ὠσάμενοι paſſiue vertit, quum ſit medium, & actiue ſignificet.

P. 404, v. 37, n. 1, *In his ſeptem turres a portis Thraciis ædificatæ ſpectabant ad mare; quarum reliqua quidem, per ſe vocales nõ ſunt: quod ſi quis in prima turri vocem emiſiſſet, aut lapidem in eam coniciſſet, tale erat in ea artificiũ ac machina, vt is ſtatim ſonus ad ſecundam, indeq. ad tertiam & omnes deinceps non interceptus perferretur. Dum muri* &c.] pro his verbis, *In his ſeptem turres a portis Thraciis ædificatæ ſpectabant ad mare; in quibus ſiquis ex cuſtodibus occurriſſet alteri, ſilentio tranſibat. Quod ſiquid primo ſignificauiſſet edito clamore, aut iactu lapidis; aut ſi adhibita aliqua machina loquutus eſſet, proximo, vt idem faceret, tradebat. Quod quum deinceps ad omnes eodem modo perueniret, non ſe conturbabant inuicem; ſed omnes viciſſim, quiſque ab eo qui præcedebat, vocem machinamque excipiebant, tranſmittebantque ad eum qui proxime ſequeretur.* Totũ hunc locum longe elegantiſſimum, ita peruerſum inueni, vt non potuerim non denuo vertere.

P. 410, v. 33, n. 2, *Cuius cædis cauſam imputauit militibus*] pro his verbis, *Cuius cædis cauſa timorem incuſſit militibus.* & πόνου τὸν φόβον. Legendum φόνου, non φόβον: quæ falſa vox interpretem decepit.

P. 424, v. 42, n. 3, *criminari ſolebat incontinentes ob eamque cauſam leges de mœchis tulit, ex quibus quãplurimi in ius vocati ſunt*] pro his verbis, *ob eamque cauſam leges de mœchis tulit, ex quibus quamplurima cædes factæ ſunt.* & ἐγκαλεῖν μὲν τοῖς μὴ φρονοῦσι. ſcribe σωφρονοῦσι. & pro οὔσαις πλεῖσται, ὅσαις πλεῖσται. Reliqua male erant verſa, neque enim γραφαὶ ſunt *cædes*, ſed *accuſationes*. & ἐπεξελθεῖν τῇ γραφῇ, non eſt, *Incidere in accuſationem*, ſed *Perſequi iudicio crimen.*

P. 438, v. 12, n. 1, *opportune te vidimus*] διὰ χρόνου, *Diu te non vidimus.*

P. 440, v. 25, n. 1, *Sed multo plures equitum & ſenatorum per calumniã interemerat*] pro his verbis, *Macrinus quoque magnum numerum equitum & ſenatorum per calumniam interemit.* Blancus hæc male ad Macrinum retulit. V. 48, n. 2, *Accelerauit ei mortem cancer*] pro *Carcinus*. ὁ καρκῖνος non eſt proprium nomen.

P. 449, v. 19, n. 1, *Ad regionem Chalcedonenſium*] pro, *Carthaginenſium*. πρὸς τὴν τῇ Καρχηδονίᾳ. legendum Χαλκηδονίᾳ: eſt enim Chalcedo, Byzantio propinqua, Carthagine remotiſſima.

P. 452, v. 22, n. 1, *Iupiter e multis* &c.] Verſus ſunt Iliadis libro vndecimo.

IN DIONIS EPITOMEN XIPHILINIANAM NOTATIONES FRID. SYLBURGII.

IN Dionis Epitome, (vt in Præfatione ſupra expoſui 134) præter vulgatas editiones vſus ſum primum manuſcripto libro bibliothecæ Palatinæ, ex Italia quondam empto: deinde duobus impreſſis exemplaribus, quæ clariſſimorum virorum manu aliquot in locis emendata, vel adnotatione aliqua illuſtrata erant; nempe Ioachimi Camerarii, & Guilielmi Xylandri. Præterea Dauid Hœſchelius, pro ſuo erga me ac remp. ſtudio, vltro communicauit quæ vel ab Hieronymo Wolfio, vel ab ipſo fuerant obiter adnotata. Demum ex Hiſpaniis diligentiſſimus vetuſtatis ſcrutator Andreas Schottus, dittographias miſit, quas e m. ſ. libro (is Georgii Merulæ olim fuit, poſt Iac. Hurtadi Mendozæ, & tandem Franc. Mendozę, Cardinalis Burgẽſis) depromptas habebat; additis etiam ſuis nonnuſquam adnotationibus. Ad has ſuppetias adſciui ego primũm Dionẽ ipſum, & excerptas e Dione legationes; deinde vtrumque Latinum interpretem, Xylandrum & Blancum: tum quæ a doctiſſimis noſtri ſeculi criticis, Brodæo, Turnebo, Leopardo, Stephano, Lipſio, aliiſve animaduerſa reperiebam. Adhæc de meo quoque contuli nonnulla; vt deinceps ſuo loco indicabitur. Sicut autem in Eutropio, ita hic quoque generalia in Indicem referentur; vt non vni tantum, ſed pluribus etiam locis, atque adeo pluribus auctoribus inſeruire poſſint. In Latino textu, numerales notæ 1, 2, 3, Xylandri adnotationes indicant: aſteriſci autem, ſi nulla in margine appoſita ſit notatio, aliam loci verſionem in his meis adnotationib. deſignant. Vt ergo in Notationũ inſtituto curriculo pergam, vulgatam huius Epitomes inſcriptionẽ confirmant etiam ſequentia. primum enim 148, 2,

τιμῆς vocabulum iteratur: deinde 196,2,& nomen oct umque ſuum auctor iterum exprimit, & tempus quo Epitomen iſtam confecerit, deſignat. Lipſius Epiſtolicarum quæſtionum libro 4, epiſt. 9, vocat *Dionis Epitomen a Xiphilino*; & lib. 5, epiſt. 22, *Dionis abbreuiatorem Xiphilinum*. Incluſa, quæ titulum ſequuntur, abſunt a Pal. c.m.ſ. Contra, incluſa μὲ, v.12, addita ex Pal. & Merulæ c. Rurſum incluſa ὑγροῦ ῥᾳδίως, v.34, abſunt a P. Ammianus Marcellin. 418, 17, puluere tantum naphthâ incenſam exſtingui poſſe tradit. V.37, incluſa δή abeſt a P. at ſequens ὡς addita e Xyland. & Stephano. V.39, ἤδη pro vulg. ἤδη repoſitum e P. V.43, pro εἴδωσι P. habet εἴδωσαν, nullo prorſus ſignificationis diſcrimine. In Lat. verſ. v.16, pro *miſſus* interpres aptius fortaſſe dixiſſet *profectus*, ſeu *expeditione ſuſcepta*. nam στέλλεσθαι non tantum *mitti* ſignificat, ſed etiam *proficiſci*, vt cum alibi ſæpe, tum 205, 35.

P.138, v.8, pro ταύτην malim καὶ αὐτὴν, *& ipſam*: vel ſaltem ἢ ταύτην. V.29, fort. l. αὐξηθὲν νεῶν ἢ στόλον, *auctum nauium etiam claſſe*, i. tanta nauium copia, vt etiam iuſtam claſſem ſibi compararint. Lat.t.v.14, *infidis*] Gr. *immorigeris, refractariis*. Et mox, *acerin rer. geſt. rat. expoſc.*] Gr. *in operibus ſeu officiis exigendis*.

P.139, v.3, ἐν γε τούτῳ] P. ἐκ γε τούτων, *ſaltem iſta ratione*. V.9, σφαλῇ pro vulg. ἀφῇ repoſitum e P. & M. V.34, P. & M. ἐν αὐξήσει. Seq. v. pro τινα idem P. habet τίν' ἄλλον, *quem alium*. Lat.t.v.9, rectius Gr. ſic vertentur: *Quod ſi ille a vobis ad hæc emiſſus offenderit, (vt cum in aliis multis, tum præſertim in maritimis certaminibus fieri aſſolet) quemnam pro eo ad res magis neceſſarias inuenietis?* Et mox; *vniuerſa multitudo, velut ex compoſito, excl. Te.* Paulo poſt, *a mari ſurſum verſus*; qua de re ſupra quoque, 137, 20. V.36, *remp. enim gerere cupiebat; oſtend.*

P.140, v.6, ἐπ' αὐτῷ legitur etiam apud Dionem, pag.12. ſed aptius fortaſſis ἐπ' αὐτοῖς. V.20, ὡς ante ἑτέρων habet etiam P. ſed tollendum potius videtur. Lat.t.v.18, ſi νομὸν legas, locum ita vertes; *ſub Cappadocia præfectura cenſentur*; ſeu, *ad Cappadociæ præfecturam pertinent*.

P.141, v.18, κατοικοῦντας reſpicit non τὴν Παλαιστίνην, ſed incolas eius; per ſyllepſin: vt infra quoque cum alibi, tum 803, 11. V.23, incluſa οὐ expungitur a Xyl. velut ex præcedenti membro perperam repetita. Contra, incluſa δὲ, v.16, ex eodem X. & Dione addita. V.40, incluſa ὡς abeſt a P.c. ſed exſtat ea etiam apud Dionem pag.21. Lat.t.v.5, fortaſſe interpres ſcripſit, *qui ipſum adiuerant*: vt in Gr. eſt τοὺς προσιόντας αὐτῷ, *eum adeuntibus*. Paulo poſt etiam pro *coniunxit* rectius dixiſſet (vt in Græco eſt) *conſtituit*; i. compoſuit, ordinauit. V.44, Blancus verterat, *vt legis confidentia ſuperior eſſet*. poſſis etiam ſic reddere, *vt etiam ad legis ſuæ libertatem omni virium contentione eniterentur*. i. vt etiam legem ac religionem ſuam magna libertate profiteri auderent, totisque viribus aſſerere niterentur.

P.142, v.29, καὶ legitur etiam apud Dionem p. 21. ſed aptius vel καὶ, id eſt ἢ ἐν: vel ſimpliciter καί. V.20, ad τὴν διὰ τεσσάρων καλουμένην ἁρμονίαν, hæc adnotat Schottus; Immo dies, vt nunc nominantur, procedunt proportione διὰ τεσσάρων, & διὰ πέντε: ſi primũ diẽ tribuimus Soli, ſecundum Lunæ, tertiũ Marti, & ſic deinceps. Idem mox ad v.32, de duplici dierum ratione hæc adnotat; Prima ratio eſt hæc;

III	Luna	II
V	Mercurius	IIII
VII	Venus	VI
II	Sol	I
IV	Mars	III
VI	Iupiter	V
I	Saturnus	VII.

Secunda ratio eſt hæc;

Saturnus	I
Iupiter	II
Mars	III
Sol	IV
Venus	V
Mercurius	VI
Luna	VII
Saturnus	IIX
Iupiter	IX
Mars	X
Sol	XI
Venus	XII
Mercurius	XIII
Luna	XIV
Saturnus	XV
Iupiter	XVI
Mars	XVII
Sol	XIIX
Venus	XIX
Mercurius	XX
Luna	XXI
Saturnus	XXII
Iupiter	XXIII
Mars	XXIIII
Sol.	ab hoc nomen habet dies

ſecundus. Hæc ibi Schottus. V.41, P. & M. ἀφαιρουμένην, præſ. tempore: itemque Dio p.22.

P.143, v.1, λήψῃ pro vulg. λήψῃ repoſitum e P.c. & Dione, p.22. Paragraphi nota ¶ v.15, addita e P.c. quæ ideo fortaſſe appicta eſt, quia poſt longiorem veluti παρέκβασιν nunc demum ad primarium huius Epitomes ſcopum acceditur, Cæſaream videlicet hiſtoriam. V.45, rectius ἐμέμνητο. Paulo ante quoque, v.43, ſi malis δυνάμει τῷ λόγῳ, per me licet.

P.144, v.38, P. ἐπέπεμψαν: non inconuenienter. locus eſt apud Dionem p.61.

P.145, v.31, Græca ſic potius videntur reddenda; *longitudineq; adæquat Galliã reliquam & Hiſpaniam fere omnẽ, in pelagus protenta.* Sed & paulo ante, v.20, rectius legi *ad aquam perennem*, ex Indice cognoſces, in voce φαιόν. V.38, τεκμαιρομένοις præſenti tempore legitur etiã apud Dionem, p.72: fortaſſe tamen conuenientius aoriſtum τεκμηράμενοι.

P.146, v.18, P. χρηματίζεσθαι, errore ambiguo, pro χρηματίζεσθαι ſc. vel χρηματίσασθαι. V.22, pro ναΐσκος apud Dionem eſt νεὼς, pag.82. V.25, ἐς ὀξὺ legitur etiam apud Dionem. itaq; cum ſequenti accuſatiuo τὸ σύριγγα ſubaudienda eſt præpoſitio κατά. V.34, incluſam γὰρ omittit P.c. & mox diuerſa præpoſitione habet ἐκπομπῇ. ſed vulgata lectio exſtat etiam apud Dionem. Lat.t.v.19, Græca ita fere ſonant; *Nam quæ Aquila nominatur, (eſt autem parua ædicula, in eaque collocata eſt aquila aurea; erigiturque in omnibus per delectum conſcriptis exercitibus; & ab vno viro geſtatur ſuper haſta procera, cuius ima pars in acutam cuſpidem coacta eſt, vt in terra defigi poſſit) ex his igitur aquilis vna tunc Euphratem cum eo tranſire noluit.* Eius ædiculæ

ſiue

ſiue ſacelli meminit etiã Herodianus infra in Antonino Caracalla 544, 16.

P.147, v. 6, lacunula eſt etiam in P. c. ſed quid omiſſum ſit, incertum eſt. Locus apud Dionẽ exſtat p.81. V.8, pro ἰφϑίρη P. habet ἰφϑάρη, ſignificatione prorſus eadem, ſed ſono duriore. V.10, pro ὅτω idem habet τῶι: & v. 22, καὶ Ῥωμαίυς, *etiam Romanos*. ſed & illa lectio vitioſa eſt, & hæc minus vera.

P.148, v.5, pro ζωτίω in prima Xiphilini editione ſcriptum ζῶντες. vnde W. legit ζῶντες πυϑόμενα μὲ, quia in ſequenti membro mentio fit τῆς ἔργου. atque adeo apud Dionem quoque, p. 110, legitur, τὸ ὄνομα τῆς δικτατωρείας ἀπεῖπε, *dictatura nomen abdicauit*. poteſt tamen & ζωτίω retineri. V.19, Καισαρείως ὀνομάσαντες] P. Καισαρείως ὀνομάζοντες. V. 25, incluſum Ἀπαμεία, additum e P. & M. V.28, τῷ ἄλλῳ ποταμῷ, agnoſcit etiam interpres: ſed procul dubio legendum τῷ Ἄνᾳ, *ad Anam fluuium*: vt & P. ac M. c. habent, & Dio 112.

P.149, v. 25, incluſa ὑπ' αὐτοῦ addita e D. 114. ſed concinnior W. lectio, καὶ πολλαὶ μὲ μάχαι: quoniam hic proxime antecedit αὐτοῦ, apud Dionem vero inter hanc & ſuperiorem periodum aliæ ſunt interiectæ. V. 41, Stephan. mauult ἀϑλεῖα τὰ πολεμικά. ſed πολέμια infra quoque aliquoties hac ſignificatione vſurpatur, & apud Dionyſ. Halic. frequentiſſime.

P.150, v.2, γὰρ pro vulg. καὶ repoſita ex W. Apud Dionem 117 alia eſt membrorum connexio: idcoque ibi hæc particula non exſtat. V.25, incluſa abſunt a P. ſed agnoſcit ea etiam D. V.28, W. paſſiue legit ἐφονεύοντο. ſed actiuum ἐφόνευον & apud D. ipſum legitur, & narrationi magis conuenit. ſignificare namque auctor vult, multos etiam ſemimortuos aduerſariis cædem intuliſſe. Lat. t. v. 29, interpres rectius dixiſſet *paanem canebant*: vt Virg. quoque, *latum paana canentes*.

P. 151, v. 24, in P. c. titulus eſt hic, Καῖσαρ Ἰούλιος: omiſſo ſc. prænomine, & præpoſito cognomine: vt ſupra 143, 16. V. 31, poſt ὀδόη Xylander menſis nomen omiſſum putat. ſed fortaſſe potius expungendum hoc vocabulum, vt ſuppoſititium. fieri enim potuit vt vocalis ᾳ primum e præcedẽtis nominis fine a librario perperam ſit repetita, deinde ab alio per incuriam in vocabulum eius numeri quem alioqui ſignificat, conuerſa. Apud Dionem certe nulla numeri mentione legitur, pag. 122, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ποτε τὰ τε τῦ Μιϑριδάτου & τὰ τῆς χαλεπώτων ἐπινίκια ἤγαγε. Plutarchus Pompeium interfectum ſcribit μιᾷ ὕστερον ἡμέρᾳ τῆς γενεθλίου, *vno die poſt natalem ſuum*. Sequenti verſu pro ἐπὶ νίκαις rectius legi ἐπινίκια, vt apud Dionem eſt loco iam citato, viderat etiam W. Lat. t. v. 21, Græca ſic potius ſonant: *Conſentaneum eſt enim, ſceleſtorum facinorum pramia, etiam in hiſtoria contextu, cetera & proxime ſecundum ipſa facinora, ſubiungi.* Wolfius ſecundum huius periodi comma mancum eſſe putat, atque ita legit, τῶν ἀσεβῶν ἔργων ὅμοια τῇ καὶ ἐπίχειρα. ſed vulgata lectio eo ſenſu quo expoſui, non male conſiſtit. eandemque confirmat auctor ipſe, dum & hic ſtatim facinori pœnam attexit, & infra eandem repetit, 153, 4. Et v.40, *eoſque quoque inſuper exterrefactos in ſuas partes traduxit.*

P. 152, v.11, P. ὑπεχόντων: quod cum præced. ἐπιπέμψας belle congruit. V.19, idem P. προεδίδωσι, præterito perfecto: mox tamen v. 27, præſ. temp. προδίδωσι. Lat. t. v. 45, Græca ſic magis ad verbum expreſſeris; *Et alii ergo multi in mare deciderunt, & Caſar ipſe male periiſſet, partim veſtimentorum pondere, partim Ægyptiorum iaculis; (cum enim purpurea eſſent veſtimenta, facilius in ea dirigebantur ictus) niſi & illa abieciſſet, & poſt natatu aliquouſq. prouectus, nauiculam conſcendiſſet.*

P. 153, v. 18, προπλευσούμενοι, *pranauigaturi*, eſt etiam apud D. 136. in P. autem προσπλευσούμενοι minus cõuenienter. Mox etiam rectius apud Dionem eſt μηδενὸς φειδόμενοι: & ſeq. v. ὑπ' αὐτοῖς: illic genitiuo, hic accuſatiuo caſu. V.23, aptius προεπέμψε P. & Dio 137, 2. V. 28, pro ἄτε in P. eſt ἄλλα: nihil ad rem. V. 44, poſtremum periodi membrum procul dubio e duobus in vnum librarii vitio eſt contractum. videtur enim Xiphilinus ſcripſiſſe, ὡς τε ἐναντίως δι' αὐτῶν, & αὐτοὺς δι' ἐναντίων κατεργαζόμενος, *& hoſtes ipſorum manibus, & ipſos manu hoſtium conficiens.* Dicommaton autem eſſe debere hoc membrum, indicat primum particula τε abſque redditione poſita: deinde confirmat Dio 137, 40, καὶ τοὺς ἐναντίους ἅμα δι' αὐτῶν κατεργάζετο, & ἐκείνους ἀπωλλύει. Lat. t. v. 37, interpres diuiſe legit ἐν τέλει: verior ſenſus eſt; *aſſignatoque integro ſtipendio, promiſit ſe daturum qua ſtato militia tempore completo, dari conſueuerunt.* Poſt etiam, v. 42, malim *promptos gnauoſque fore milites*. Gr. ſonant: *abſque tergiuerſatione cum ipſo militaturos.*

P. 154, v. 17, inter ὄντι & ἀπογνόντα in P. c. interiecta eſt præpoſitio μετ': quæ locum ibi habere nequit, niſi abſolute accipiatur pro μετὰ ταῦτα. V. 27, pro ἐπίωσεν apud D. 144, contrario & luculento ſenſu eſt ἐστηλίτευσεν, *notauit, infamauit*, velut facinore ſuo publice in columnam infamium inciſo. V. 35, τὰς αἰχμαλώτους fœm. genere habet etiam P. c. Interpres maſc. gen. vertit *inter captiuos*. V. 46, ἀπέδωκε indicatiuo modo appoſitum coniunctioni ἄν, quia ſubiunctiuum eius verbi aoriſtum non eſt in vſu. Lat. t. v. 19, rectius interpres dixiſſet *in ſingulare certamen*, ſeu *in duellum*. vel ſic potius, *ſingulari certamine concurrerit, cum eoque mortuus ſit*. qua de re & Florus 418, 43.

P.155, v. 1, P. & M. & κριϑήσεσϑαι: itemque Dio 147. id eſt, *& reum futurum & pœnas luiturum eorum qua contra leges feciſſet*: vel, *& accuſatum & damnatum iri ob ea q.* V. 6, προεξωφλήκεσαν P. & M. c. ſcriptura eſt: apud D. geminata præpoſitione ſcriptum προεξαπωφλήκεσαν. V.7, apud D. eſt ἐκ τοῦ δείπνου ἐξῄεσαν, *a cœna diſceſſerant*. Lat. t. v. 35, ſic magis ad verbum reddideris Græca; *Equeſtri etiam ludo, qui Troia nominatur, vetere inſtituto decurrebant patricii generis pueri: & curuli certamine adoleſcentes honore illis pares concertabant.* Meminit & Sueton. 28, 17: & Dionyſ. Halicarn. 475, 29.

P. 156, v.10, apud D. 149, eſt, ἐπειδὴ & ἑβδομήκοντα ἡμέρας ἐμβαλεῖν: itemque in Xylandri verſione, *intercalatis ſeptem ac ſexaginta diebus*. Eandemque lectionem confirmant quæ de anno xv menſium refert Sueton. 8, 37. V. 39, ἀδελφῆς legitur etiam in P. & apud D. 145, 5: ac rurſum infra initio Octauii, 161, 7: & apud D. 178, 14: immo etiam apud Eutropium ſupra 104, 18, Octauius Cæſaris ἀδελφιδοῦς nominatur. ſed Xylander probat ἀδελφιδῆς, ex Sueton. 18, 47. Lat. t. v. 48, malim *laxiore veſte*, aut *fluxiore veſte*, vt Suet. 9, 46.

P. 157, v. 2, ὀνόματος eſt etiam apud D. 154. ſed

conuenientius Xyl. legit ζώμαβε: vt mox v. 5, τὸ κακῶς ζωννύμενον. Suet. quoque 9, 46, fluxiore cinctura vſum ſcribit Cæſarem. V. 6, incluſa δὴ, addita ex P. V. 20, de Brutiorum quod refert Dio, affirmat etiam Eutropius 103, 42: ſed negat Dionyſius Hal. 192, 6. V. 25, in vulg. ed. eſt καλαστῆναι. quod etſi ferri aliquo modo poteſt, rectius tamen P καταστῆσαι, ſignif. actiua; vt etiam apud Dionem eſt αὐθεῖναι. V. 28, incluſa δὴ, addita e P. V. 46, M.c. εὐφημίᾳ. qui caſus ſi placeat, vt placere poteſt in cauſſali ſignificatione, mox eodem caſu legendum fuerit ἐπιλαθέσθαι. V. 47, articulus τὸ, additus e P. & M. Lat. t. v. 1, ſunt qui ὑπόδησιν *calciatum* interpretari malint. ſed Blancum recte vertiſſe *caligas*, auctor ipſe infra declarat 175, 11. viſe & Sueton. 9, 45.

P. 158, v. 16, ἐγεγένητο vno ν ſcriptum etiam in P. rectius. at v. 18, pro nomine Δία vt in vulg. ed. & P. ſic etiam apud D. 160 ſuppoſita præpoſitio διὰ: nullo ſenſu. nam per Δία Ἰούλιον alludit Dio ad *Diuum Iulium*, ſeu *Diuum Iulium*; quaſi Diioue prognatum. V. 22, χρήματα repoſitum e P. vulg. χρώματα legitur etiam apud D. quę ſcriptura ſi Dionis eſt, facti celeritatem deſignat; vt in illo, *dictum, factum*. V. 27, incluſa, ὅτι τάχιστα, addita e P. & M. & Dione ipſo. V. 35, pro ὑποπτεύεσθαι omnino vel cum W. legendum ὑποπτεύειν: vel ὑποπτεύεσθαι cum X. vel ſaltem ὑποπτεύσῃ. V. 38, malim, τῷ Μαξίμου τῷ Βρ βήματι: vt apud D. 162, τῷ πόντῳ βήματι. Lat. t. v. 3, Græca ſic magis ad verbum expreſſeris: *Atqui enim, urbem tantæ magnitudinis, quaeque orbis noſtri aſpectus patentis maximam pulcherrimamque partem tenet, & vt multas magnasque opes poſſidet, ita etiam hominum in ſe multos variosque mores habet, tum actiones pariter fortunasque varias publice ac priuatim experitur, nullo modo poſſe ſub populari regimine moderationem vti; facilius que vnum aliquem bonum quam multos inueniri; pluraq; ac maiora incommoda a multis malis quam ab vno manare neceſſario.* V. 19, Blancus verterat, *Deum & dominatorem rerum omnium Iouem coram nominare.* Ego ſic mallem; *Ac tandem ſupra cetera omnia, Deum quoque communibus ſuffragiis creantes, & Diuum Iulium (vel Dijouem Iulium) aperte appellarunt, & templum ei cum area dedicarunt, eiusque ſacerdotem Antonium, vt Dialem aliquem flaminem, deſignarunt.*

P. 159, v. 3, ἐξιδρώσας legitur etiam apud D. 161. ſed procul dubio ſcribendum ἐξιδίσῃ, *exſudaret*, i. excerneret in illo alui fluore. V. 32, P. κώμας pro ἐνεάσας: quod probat etiam interpres. Mox quoque rectius πεσεῖν ἀβεῖν quam πεσεῖν λαβεῖν. Dio aliis verbis vtitur 169. V. 41, apud D. 170, eſt πέντε καὶ ἑβδομήκοντα, LXXV. Sueton. 17, 1, populo viritim trecenos ſeſtertios a Cæſare legatos ſcribit. V. 46, pro τι, antecedens μὲν poſtulat δέ. Lat. t. v. 35, Græca ſic magis ad verbum ſonant; *Cum porro inter eos conueniſſet, ac Brutus ad Lepidum, velut cognatum ſuum; Caſſius vero ad Antonium ſe contuliſſet; atque vna cœnantibus cum alia (vt in talibus conſentaneum eſt) dicerentur multa, tum Antonius Caſſium interrog.*

P. 160, v. 14, P. & M. ἀνάξιον. V. 17, pro prænomine Πούπλιος in vulg. exempl. ſcriptum Γάιος: vt Blancus quoque verterat, *quod Seruilius Caſca, homo locuples.* ſed Πούπλιος eſt etiã apud Dionem 177, 2: & rurſum infra 176, 30: 196, 35. V. 26, pro βασιλείαν P. habet βασιλειῶν, *regnis*. Lat. t. v. 24, Græca ita ſonant; *cum ei rerum a Cæſare ordinatarum examen commiſſum eſſet*; ſeu, *cum ei demandatum eſſet vt res a Cæſare ordinatas examinaret*. videtur enim διοίκησις ibi potius eſſe ordinatio & diſpoſitio vltimæ voluntatis, quam adminiſtratio.

P. 161, v. 17, ἀδελφῆς pro ἀδελφιδῆς ſupra quoque legitur 156, 39. ac fortaſſe ita ſcriptum ab ipſo auctore: præſertim cum idem Eutropius quoq; ſcripſerit 104, 16. Suetonius tamẽ & alii, Cæſaris pronepotem faciunt Octauium. vnde Xylander vtrobique legit ἀδελφιδῆς. V. 10, incluſa, ἐγράφη μὲν, addita ex P. & M. & ipſo Dione. V. 11, ἀδελφῷ eſt etiam apud D. ſed Xyl. legit ἀνδρὶ, *viro, marito*, ſecundo ſcilicet: vt Suetonius quoq; 19, 38, L. Philippum Octauii vitricum facit. V. 15, pro τὸ ἐξουσίας rectius apud D. legitur τὸ οὐσίας: itidem q; apud Eutropii metaphraſten ſupra 104, 18. Sequenti v. & vulgati libri & P. c. habẽt ὅτι καὶ, ordine inuerſo. noſtra lectio καὶ ὅτι, exſtat etiam apud D. V. 17, P. ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος αὐτοῦ, *ex ipſo Apolline*. ſed αὐτὸ legitur etiam apud D. Ibidem M. κεκινημένη. V. 35, incluſum ἰδὼν, additum e P. c. V. 44, Dio 179 pluraliter habet μάστιγας, *flagra*. Lat. t. v. 40, Græca ita ſonant; *rapto e manibus eius pane, in altum ſubuolauit; mox volatu delapſa, eum illi reddidit*. Suetonius paulo exactius 59, 17. A Dionyſio & Liuio ſimile quid narratur de Tarquinio Priſco; itemq; in Viris illuſtr.

P. 162, v. 15, & πεσημαίνειν ferri poteſt, & πεσημαίνων ſubſtitui. apud D. 179 eſt πεσημαίνει. V. 20, pro μέγα Dio habet μεγάλα: & mox P. & M. ἐπιπλεῖστον pro ἐκπίπτως. V. 35, apud D. eſt τὸ κλῆρον αὐτὸν διαδέξασθαι, per hypallagen aut ellipſin. X. & W. legunt τὸ κλῆρον αὐτοῦ διαδέξασθαι: vt infra 175, 40: 201, 42, & alibi. V. 42, incluſa καὶ abeſt a P. Lat. t. v. 20, rectius interpres vertiſſet, *eumque ad patricios introducere*: vt Suet. quoque 18, 24. Octauiam gentem per d. Iulium ad patriciatum reductam ſcribit. V. 38, Gr. *quam ullus vir*. V. 48, *de ſublimi loco*, ſuperfluum eſt.

P. 163, v. 16, pro ἐγγύησεν apud D. 181, eſt ἐγγυῶσιν: quod melius congruit cum præcedẽti ἐβεβαίωσεν. ſed ferri tamen etiam ἐγγύησεν poteſt, ſi ad ſenatum & proceres referatur. V. 28, M. c. ὅπῃ pro ὅτι: quæ ſcriptura notata etiam alibi.

P. 164, v. 3, locus apud D. 184, eodẽ plane modo ſcriptus eſt. ſed congruentior videtur hæc lectio; τὸ τε φῶς τοῦ ἡλίου, ποτὲ μὲν ἐλαττοῦσθαι τε καὶ σβέννυσθαι, ποτὲ δὲ &c. V. 43, ὀλιγοστὸς pro vulg. ὀλίγος repoſ. e P. & M. V. 37, incluſum λογίσας abeſt a P. c. Apud D. 210, pro eo legitur ἀνθρώπους, eadem ſignif.

P. 165, v. 19, λήψεται eſt etiam in P. & apud D. 213. nec male; ſi ad Cæſarem Octauianum referatur.

P. 166, v. 4, aoriſta κατηγάσασθαι & χρήσασθαι poſita pro futuris; vt ſupra 149, 4. V. 7, rectius apud D. 217, πλὴν τῆς Βονωνίας, *præter Bononiam*. V. 30, pro καταβαλὼν apud D. 218 eſt καταλαβών: minus conuenienter. V. 33, νὺξ legitur etiam apud D. ſed aduerbialis genitiuus νυκτὸς ibi omiſſus eſt. Lat. t. v. 34, Gr. ita ſonant; *lupus in caſtra & in tentorium eius, cœnam ibi adornantis, ingreſſus, menſam deiecit; vires ſimul & difficultatem inde ſubſecuturam præſignans.*

P. 167, v. 7, incluſum αὐτῶν nec Dio agnoſcit 220, nec fert ſententia. Contra, incluſum πῶς v. 18, a P. omiſſum, idem D. agnoſcit. V. 20, rectius apud D. ἀπώλλυτο, præterito imperf. V. 29, apud D. inter ἄλλους & ἀλλήλους interiecta eſt particula αὖ: minus

minus tamen neceſſaria. V. 40, pro ἐκπηδήσαντα idem D.221 habet ἐκπηδήσαντα, *exſiliens.*

P. 168, v.7, P. ὑπὲρ τοῦ ἀνδρός, *pro marito ſuo*: quod etſi aliquo modo videtur ferri poſſe, conuenientius tamen ὑπό, vt declarant ſequentia. atque ita eſt etiam apud D.221. V. 23, τὸν μὲν γὰρ apud D. quoq; 222 ellipticώs legitur, ſubaudito ex preced. ἀκριβ... μένον τὸν ἔστιν: atque adeo γὰρ ibi poſita pro γοῦν. Lat. t. v.36, *ſellam* pro *lecticam* reponit Lipſius Elect. lib. 1, c. 19: ſicut & Gloſſis vet. δίφρος eſt *ſella*; & διφροφόρος, *ſellarius.* V.49, Gr. ita ſonant; *cumq. finxiſſet ſe herum fugientem occidiſſe, fides ei partim e ſpoliis, partim e ſtigmatum notis eſt habita.*

P. 169, v.11, P. γινόμενον pro γινόμενον: & v.32, ἐναυξεν pro ἐσώσεν. V.43, τοὺς ὠνητὰς ἀπήλαυνον etſi ferri aliquo modo poteſt, vt ſit, *a venalib. depellebant*, i. a venalium emptione: tamen verior fortaſſis eſt hæc loci ſcriptura; τοὺς μὲν ἄλλους τοὺς ὠνησομένους, ἀπήλαυνον, *ceteros quidem qui emere cuperent, depellebant.* Eius certe lectionis veſtigia ſunt apud D.224,3,6. L.t.v.3, Gr. ita ſonant; *atque ita & illum ſimul conſeruauit, & ipſe honore eſt affectus.* Paulo poſt, v. 7, Blancus ita verterat; *In eadem cauſa etiam is eſt qui, quo patri ſ.* appellatiue ſcilicet accipiens ὁσίως vocabulum: pro quo in P. & M. c. ſcriptum ὅσιος, dempto fine. ſed eo modo & ſententiæ & ſtructuræ vis inferretur; immo ipſi etiam auctori; qui ſuperiorum exemplorum nomina interiiſſe, ſequentium exſtare ſignificat. quamobrem etiam Xylander in ſua verſione pro *quoque* rectius dixiſſet *autem*; ſic; *Oſius autem Geta.* V.31, Gr. ita ſonant; *Claſſis enim imperator creatus, marique imperio aliquamdiu felici ſucceſſu vſus, poſt quã & ipſe proſcriptus eſt, Siciliam occupauit: Italiaque ex propinquo incubans, cum & iis qui proſcriptorum aliquem ex percuſſorum manibus ſeruauiſſent, duplam pecuniæ ſummam promitteret, & illis ipſis receptacula honoresque deferret, multos conſeruauit.*

P. 170, v.40, W. legit τοὺς περὶ τὸν Βροῦτον καὶ τὸν Κάσσιον: non male; vt patet ex D.226. V.42, incluſa, in vulg. lib. omiſſa, agnoſcit idem D. ibidem, ſed repetita præpoſitione atque articulo, ſic, παρὰ τε τὴν τοῦ Ἁρμοδίου καὶ παρὰ τὴν τοῦ Ἀριστογείτονος. Lat. t. v.13, Gr. vox ἡρῷον non *ſepulcrum* ſignificat, ſed *monumentum heroicum*; ſeu fanũ id fuerit, ſiue ſepulcrum. Paulo poſt, v.15, Blancus verterat, *ad hos in quibus fuerat occiſus, ad alnum purgãdam relictis.* Sed Xylandri verſionem probat quod apud D.225 legitur, τό τε οἴκημα ἐν ᾧ ἐσφάγη, ἀποκλεισθῆναι ἐκέλευσε, *& conclaue in quo fuerat iugulatus, confeſtim occluſe runt.*

P. 171, v.2, P. ἐχρῆτο τε, *vtebaturque.* V.31, P. ἐπὶ πολλῶν. ſed ἐπὶ πολλοῖς legitur etiã apud D.234.

P. 172, v.6, incluſa καὶ, addita e P. & D.235, 41. Ibidem mox vulg. l. atque adeo D. ipſe 236, 1, habet τὴν σιτίων. noſtram ſcr. e P. c. deſumptam, probat ipſa etiam ſententia. V. 19, P. ἐχρῶντο, plur. num. quod per ſyllepſin ſeu ſyntheſin excuſari poteſt. Mox v.21, idem P. habet πράσσουσι indic. modo. V.38, ſunt qui malint per tranſpoſitionem τῷ τε τῷ πρ. ſed vulg. lectio eſt etiam apud D. 237,4. V. 45, pro ἐσφάχθαι apud D. eſt ἐσφάλθαι, *offendiſſe, cecidiſſe.*

P. 173, v.3, καταπρξάσθαι ſupra quoque pro futuro vſurpatum 149,4: 166,4. ſed apud D. hic diſerte ſcriptum καταπρξάσεσθαι, 237, 22. V. 5, q. e. κατακλεισθείς: vt Blancus quoque verterat, *intra munitiones concluſit.* ſed κατέκλεισε eſt etiam apud D. V.13, X. mauult μάχῃ κριθῆναι τὰ ὅλα, *prælio de ſumma rerum decernere.* V.23, Bruti exclamatio iiſdem plane verbis apud D. eſt 238. Ad verbum Latine ita ſonat; *O miſera virtus; fabula vtique eras aliâs: ego vero te vt rem colebam. ſed enim tu fortunæ iugum ſubiſti.* Eius exclamationis priorem partem Florus inuertit; 421,27; *non in re, ſed in verbo tantum eſſe virtutem*: poſteriorem Plutarchus ſic interpretatur, τὴν τύχην ἰσχυροτέραν ὑπὲρ τῆς παιδείας: & Florus ſic, *fortunam efficaciorem eſſe quam virtutem.* De eadem viſe & Petri Victorii adnotationem Var. lect. lib 23, c. 2.

P. 174, v.30, P. ἐκ τοῦ δήμου, ſing. num. itemq; Dio 242. Lat. t. v. 12, ita potius ſonant Græca; *quod Cæſar initio totam Italiam (niſi ſi quis emeritorum aliquid aut dono accepiſſet, aut ex publico emptum teneret) vna cum ſeruitiis & cetero inſtrumento, dominis ademerat, militibusque dederat.* Sic v.27, *agrum quem aliqui eorum tenebant.* Et v.46, *Et quid hæc miretur aliquis, cum & enſem accingeret, & teſſeras militibus daret?*

P. 175, v.18, vacuum ſpatium in P. c. aliquid deeſſe indicat; ac ſuſpicionem auget quod in altero periodi membro eſt ſingulare verbum ἐδύνατο, in altero plurale καθεῖλον. attamen & apud D. 245, totus locus ita legitur, absq; vlla defectus nota: tantum poſt ὅσα τε, v.17, apud D. inſerta eſt καί: pro τῷ vero, v. 19, in vulg. ed. eſt τό, perperam. Ibidem v.18, pro ἐδύνατο M. c. habet δυνατὸν, l. τῶ. V. 32, nota præpoſterum nominum ordinem; & mox v. 36, rectum. Lat. t. v.1, ita ſonant Gr. *vt ſe diremptores (ſeu pacificatores) indicesve præberent controuerſiarum quæ inter ipſos eſſent.* V.49, *interius quidem leuibus eas virgis diſtinguens, exterius autem crudum bonis corium, orbiculati clypei in morem, obducens.*

P. 176, v. 40, pro τά τε P. habet τότε, *tunc*; hoc ſenſu, *cetera omnia quæ trans Ionium ſinum tunc in Europa & Aſia Romanis parebant.* Vulgata ſcriptura exſtat etiam apud D. 251, 6.

P. 177, v.3, pro λιμὸς apud D. 252, 5, ſcriptum λοιμός, *peſtilentia*: minus recte. V. 11, incluſa δὲ, abeſt a P. Lat. t. v. 45, ita ſonant Gr. *ineoque & conſalutabant ſe mutuo natantes, & inter amplexandum aquis mergebantur*; præ lætitia ſcilicet factæ tam deſideratæ pacis.

P. 178, v.4, P. ἀδελφῷ, *fratri*: falſo: recte D.255 ἀδελφιδῷ, *nepoti ex ſorore.* V.19, lacuna eſt etiam in P. c. ac ſequentia de Domitio Caluino, non de Ventidio a Dione ſcribi, notauit X. Locus apud D. eſt p.256,257. Lat. t. v. 16, ita potius ſonant Gr. *atque is Parthos munito loco caſtra metatos, præter Labieni voluntatem ob ſuperiorum victoriarum ſucceſſus ſeſe adortos, magna vi in fugam vertit.* Et v. 47, *quem Cæſar ſuſtulit, & ad patrem miſit. ille autẽ non multo poſt moriens, & Druſo huic & Tiberio Cæſarem curatorem reliquit.*

P. 179, v.24, pro δύο σιαυ... quidam legunt σιαυτοῖν. quod apud D. quoque legitur 260; ſed cum additamento vulgatam lectionem exæquante. V. 29, τοὺς Γαλάτας προεστολισμένους, exſtat ibidem. ſed Xyl. datiuo caſu mauult τοῖς Γαλάταις προεστ.

V. 42, σωτηρίους pro vulg. σωτηρίους repoſitum ex eodem D.

P. 180, v.13, pro ἄσκησιν D. 261 habet ἄκεσιν, *medicationem*: rectius. Ibidem pro εἰσὶν ἐπιτήδειοι ſcriptum εἶναι ἐπιτηδειότατα: non male; ſi ad ἀμφότερα τὰ σώματα referas. V. 24, προσωποῦται legitur apud D. quoque ibidem: at P. & M. & alii c. habent προσω...: vt infra 325,35. ſed vel προσωποῦται vel προσφωνεῖται huic

loco videtur conuenire melius. V. 40, poſt ἐφύτευσεν addendum e D. commation hoc; ἣ ἐρριζωθεῖσα ηὔξησεν, *quæ & radicibus actu creuit.*

P. 181, Lat. t. v. 28, ita ſonant Gr. *& ad terram breuia habentem, quorum imperiti erant, allabi (ſeu impingere) reformidabant.*

P. 182, v. 1, M. c. συμμαχίᾳ: quod tamē pro conflictu non eſt vſitatum. V. 42, rectius cum W. legemus καταλογισθέντα, accuſ. caſu. Lat. t. v. 6, aptius ita verteris Gr. *nec tamen feliciter ea occaſione eſt vſus.*

P. 183, v. 21, incluſum ἐκ, additum ex D. 268. Lat. t. v. 19, rectius, *ad Cæſarem ſe contulerunt*; i. in Cæſaris partes tranſierunt. V. 35, *quod cladem Craſſi ductu ſuperiore anno acceptã, ipſe anno ſequenti eodem die Parthis rependiſſet.*

P. 184, v. 20, incluſum πάντα, non habet P. ſed agnoſcit D. 273. V. 26, ἀξιοπιστίας aliquo modo corruptum videtur: ſed ſi ante ὅπη ſubaudiatur τὸ, τι, recte & ſenſus conſtabit & ſtructura.

P. 185, v. 26, pro ὀχλῶντο apud D. (281, 9) legitur aoriſtum ὀχλησάν: nec male ante hoc ipſum participium ex eodem D. addetur τὸ Μάρκιον ὀνομαζόμενον: vt non generaliter aqua, ſed ſpecialiter aqua Marcia intelligatur. V. 38, locum mutilum eſſe, notat X. Videntur tamē quæ apud D. interiecta ſunt, a Xiphilino velut parenthetica, data opera omiſſa eſſe. V. 43, incluſum articulum τὸ, nec P. agnoſcit, nec Dio. Lat. t. v. 18, Gr. ita ſonant, *Armeniorum regem, dolo ac fraude captum, quod ſibi in bello contra Parthos non tuliſſet auxilia, argenteis catenis circumduxit; poſt & aureis catenis vinctum ad Cleop. adduxit.*

P. 186, v. 13, apud D. 284, plurali numero eſt ἐψηφίσαντο: rectius. nec enim ad Cæſarē Octauium, ſed ad S. P. Q. R. id verbum refertur.

P. 187, v. 15, incluſum commation τετρήρης τε, non agnoſcit P. nec Blancus interpres: Dio 292 hoc ipſum τετρήρης habet pro πεντήρης: atque alterum abeſſe debere, res ipſa ſatis declarat. V. 22, εἰ μὲν, ſine redditione vſurpatum: ſubaudiendum καλῶς ἔχει, vel ſimile quid. plena ſtructura eſt paulo poſt, v. 35. V. 26, incluſa, ἐπεὶ μάλα ἄλλως, abſunt a P. c. ſed agnoſcit ea Dio quoque 296. ac ſimilis vſurpatio particulæ μάλα eſt etiam infra 189, 34.

P. 188, v. 29, P. ἐν αὐτῆς. ſed ſingulare αὐτοῦ legitur etiam apud D. 299. Lat. t. v. 24, ita ſonant Gr. *cumque ita velis confeſtim ſublatis in aquor euecti, ventum ſecundum forte fortuna eſſent nacti, Antonius ea re viſa, & ipſe ſubſecutus eſt.* V. 28, *lapide quadrato a fundamento exſtruxit.* V. 48, *capite inclinato* (ſeu incuruato) *proſpectantem.*

P. 189, v. 6, ἐπεμπλήσθη legitur etiam apud D. 301. alioqui maluerit fortaſſe aliquis ἐπήλθε, *aduerſus eũ venit.* V. 24, pro τῶν Dio 305 habet τούτων: & mox P. ὡς pro οἷος. ſed vulgata lectio proba eſt. V. 36, D. melius cum articulo habet ἐς τὴν γλῶ. Lat. t. v. 9, ita ſonãt Gr. *Cum porro Cæſar Alexandriã iam teneret, ipſamque Cleopatram intra regiam in libera cuſtodia ſeruaret, ſupplicabat ea Cæſ.* Et mox v. 15, *negligentiam ſeſe ornans, (nam e lugubri habitu mirifi cus ei decor accedebat) in lecto conſidebat.* Paulo poſt pro *Statuis* mallem *Imaginibus, Simulacris, Signis.* V. 28, *Hac cum diceret, palpebris oculisq; in Cæſarem leniter intortis, modulatos quosdam edebat eiulatus, delicataque eum voce alloquebatur.*

P. 191, v. 11, incluſum τι, abeſt a P. c. ſed agnoſcit illud etiam D. 311. V. 39, plusquamperf. ἐπεφύκει legitur etiam apud D. 334: habita ratione non temporis potioris, ſed perſonæ. Lat. t. v. 15, malim, *in ipſo naſo affixum habet.* V. 25, ita ſonant Gr. *Atque hæc partim ſub regum, partim ſub populi, partim ſub principum imperio, ſeptingentis & viginti quinque annis Romani vel fecerunt vel paſſi ſunt. Exinde rurſum mero vnius imperio regi cœperunt.* Et v. 35, *vt imperium deponeret, efficeretq; vt æquo iterum iure omnes eſſent.*

P. 192, v. 9, pro ἀδελφοῦ Dio 336, 10, habet ἀδελφιδῆν, *ſororis ſuæ filiam*: quam Xylander Marcellam vocat in Annotationibus & Stemmate Cæſaris. Poſt eidem Agrippæ idem Auguſtus, Marcello defuncto, Iuliam filiam vxorem dat, 199, 21. V. 11, ὁμοίως τῷ ἑαυτοῦ legitur etiã apud D. at P. habet τῷ αὐτοῦ. V. 37, P. δημοτικόν. ſed δημοκρατικόν, agnoſcit etiã D. 340. V. 44, apud D. 341, 6, ſcriptũ ἐν ὡς, *etiã ſic*, id eſt etiam in abſoluta imperii maieſtate. Lat. t. v. 34, Græca vox καλλωπιζόμενος ſonat, *velut inſigni ornamento in ſeſe venditans ſeu iactitans.* V. 42, *vt accurato ſeptus eſſet præſidio.*

P. 193, v. 6, P. καρπῶται; & tamē in ſequenti membro ἔχει: qualis modi diuerſitas eſt etiam pag. ſeq. v. 34. Dio (341, 12) vtrobique optatiuo verbi modo habet καρπῷτο, & ἔχοι. V. 12, incluſa ὡς, e P. & M. addita, ſi retinēda videatur, commation iſtud coniungendum erit cum verbo ὑπέσχετο. Lat. t. v. 15, interpres legit ἐγκληρωθέντα. ſi ἐκκληρωθέντα cum vulg. libris retineamus, ſenſus eſt; *quin & gentes ſorte ſibi aſſignatas redditurum ſenatui poſt decennium.* Sic v. 33, Gr. ſonant; *atque ibi prætorium habebat.*

P. 194, v. 32, pro ἀρχῇ malet fortaſſe aliquis ἐξ ἀρχῆς: inquit Stephanus. ſed ſine præpoſitione hęc vox apud Dionem quoque legitur, & pag. ſeq. v. 11 eodem modo repetitur, quanquam cum articulo; aduerbiali videlicet ſignificatione pro *plane, omnino*: itidemque alibi ſæpe. V. 34, ἀγαπῴη, & ſequenti membro αἰδοῖντο, leguntur etiam apud D. 345, 13: cum ſyntaxeωs regula poſtulet ἀγαπῷεν, ſubiunctiuo verbi modo. Lat. t. v. 15, malim, *vt piaculi reus*, ſeu *vt piacularis.* Et mox ita ſonant Gr. *Atque hæc iſto modo & per appellationes iſtas acceperunt; vt nihil, niſi datum ſibi, habere videãtur. Sed inſuper etiam aliud, quod nulli veterum Romanorum tributum fuit, ſunt adepti. legibus enim ſoluti ſunt, vt Latina verba ſonant.*

P. 195, v. 20, particula ἐ ante πᾶσιν, etſi pro intenſiua *etiam* accipi poteſt, rectius tamen poteſt omitti, vt apud D. 346, 2. V. 22, αὐξήσεις & ἴξεις leguntur etiam apud D. at in P. c. αὐξήσει & ἴξοι. V. 38, D. ἐκείνῳ ἥρωας, communi more. V. 43, ἀποδεικνύει) habet idem D. at P. & M. ἀποδείκνυσι): ſtructura minus vſitata. Seq. v. διώκων, habet etiam D. & P. at q. ed. διώκειν, ſignif. plane diuerſa.

P. 196, v. 36, ἀρκτους τε τετρακοσίους habet D. quoque 349: genere tamen fœminino, τετρακοσίας. at P. c. ἄρκτους τετρακοσίας, *vrſos quadringentos.*

P. 197, v. 4, interpres legit προεχώρει, *proceſſit.* V. 15, aptius præteritum, ἐπεφέροντο. Dio 350 habet ἐσυμπροσεκινδύνευσε. V. 38, incluſum ὡς, in P. c. præteritum, exſtat etiam apud D. V. 43, τά τε τῆς ψυχῆς ἔργα, habet idem Dio 351, 4: at P. ψυχῆς, *animi, ingenii*: minus conuenienter. Lat. t. v. 6, ita ſonant Gr. *ita vt maior exercitus pars interierit. Non erat autem morbus iſte ſimilis conſuetis morbis; ſed in caput ingruens, exareſaciebat illud, ægroſque confeſtim perimebat: ſi qui vero eluctarẽtur, eis in crura deſcendebat.*

debat, tranſceyſiſque ceteris corporis partibus vniuerſis, etiam illa infeſtabat.

P. 198, v. 3, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Μούσα, eſt etiam apud D. 351. alioqui mallet fortaſſe aliquis ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Μούσα, *ab eodem Muſa.* V. 35, incluſa, αἰτίαν ἔχοντες, addita ex D. 354. itidemque ὑπ v. 41. V. 45, pro ἄχρι τῆς χώρας τῆς Ἐλεφ. Dio 355 habet μέχρι τῆς πόλεως τῆς Ἐλεφ. *vſque ad vrbem Elephantinen:* cuius Herodotus quoque aliquoties meminit lib. 2.

P. 199, v. 18, mutilum eſſe locum, notat X. Apud D. ſane plenius ac dilucidius ita hæc leguntur, 356: ὥστε καὶ ἐκ τούτου διαδειχθῆναι, ὅτι ἀδύνατον ἦν δημοκρατουμένους σφᾶς σωθῆναι. μικροῦ γοῦν τινος ἔν τε ταῖς ἀρχαιρεσίαις καὶ ἐν ταῖς ἀρχαῖς αὐταῖς κοινωνοῦντες, ἐθορύβουν. id eſt, *vt inde quoque manifeſtum fieret, fieri non potuiſſe vt ſub populi imperio ſalua maneret reſp. quippe quod populus, etſi parum iuris ac poteſtatis ei erat reliquum, in comitiis ſcilicet atque ipſis magiſtratibus; tamen in iis ipſis turbas ciebat.* Epitomes verba melius conſtabũt ſi legamus, μικροῦ γοῦν τινος κοινωνοῦντες μορίου, ἐθορύβουν: *quippe qui, cum exigua adhuc iuris parte potirentur, tamen tumultuarentur.* V. 21, in vacuo ſpatio deeſſe θυγατέρα, *filiam*, patet ex ſeq. 201, 44: 205, 18: 206, 4. V. 27, incluſus articulus τοῦ, abeſt a P. V. 39, pro vulg. Κοιλίου Camerarius repoſuerat Μαικήνας, *Mæcenas.* ſed Κυζικηνοὺς cũ Xyl. legendum eſſe ex D. 357, 6, manifeſtum eſt etiam ex ſeq. 235, 4. V. 41, pro τι P. habet σι: e quibus compoſitione facta legendum videtur τισὶ, *quibusdam.*

P. 200, v. 13, pro ἐνδημίαις legẽdum videtur ἐκδημίαις, *egreſſu ex vrbe:* vt ex ſeq. colligitur. V. 19, interpres legit ἐν οἷς καὶ Μυρλέας. apud D. 360 aliter hæc leguntur, tam quod ad ſubiectum, quam quod ad prædicatũ attinet. Seq. v. pro ἐδίκαζεν apud eundem D. eſt ἐδικαίωσε, vt pag. præced. v. 42. Lat. t. v. 30, Gr. ſonant; *vt propter potentia dignitatiſque commutationem, plus ludibrii probrique incurreret.* V. 38, *erat enim ex generoſioribus*; non ortu dumtaxat, ſed etiam animo. Et 44, *cum a domeſticis laribus liberam de his loquendi copiam afferre non poſſet; vt qui & cum pluribus mulieribus coiret, & Liuia (vt perhibetur) ſubiectus eſſet; quam & ipſam, viuo eius marito priore, vxorem duxerat.*

P. 201, v. 5, P. θυσιάζοντες. Ibidem mox liquidior erit ſtructura, ſi præpoſita continuatiua legamus, ἐπειδὴ ὁ Καῖσαρ ὠργίζετο. V. 20, poſt εἰσφοραὶ ex D. 363, inſerendum κατὰ μῆνα, *ſingulis menſibus.* V. 30, πολλὰ legitur etiam in P. c. & apud D. 364. ac ferri aliquomodo poteſt, hoc ſenſu; *cetera quoque magno numero aceruatim congeſta ſeu conſtructa.* alioqui ſimplicior eſſet lectio, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα.

P. 202, v. 2, pro ἐπιβουλεύοιτο apud D. 362 eſt ἐπιβουλεύηται, ſubiunctiuo verbi modo. V. 19, παρ' αὐτοῦ agnoſcit etiam interpres; apud D. 367 non legitur hoc commation: nec video quid huc faciat: niſi forte Cornelium iſtum ab Auguſto cenſore notatum ob vxoris mores intelligamus. Lat. t. v. 6, ita ſonant Gr. *quamquam Romani nummos argenteos, alii plures, alii pauciores, ei, primo anni die adeuntes, ob beneuolentiam donabant.* qua de re & Suet. 31, 17.

P. 203, v. 11, pro ἔδοξε q. l. ἔδειξε. vulg. lectioni patrocinatur quod apud D. eſt, 362, λόγον τινὶ παρέσχε. V. 17, omnino contra exemplarium conſenſum legendum ἐκ ἀταλαιπώρως, ex D. 373, 10. V. 38, incluſus articulus τὸ, abeſt a P. c. ſed exſtat etiam apud D. 374. Lat. t. v. 12, ita ſonant Gr. *id non forte fortuna, ſed ſtudio & prænotione quadam ab eo factum eſſe.* V. 44, *qui ſine probabili aliquã cauſſa e ſenatu emanerent.*

P. 204, v. 2, mutilata vox apud D. quidem integra legitur, 374: ſed præcedens καὶ ibi non exſtat. forſan ea in articulum verſa legendum, ἀλλὰ ἡ αὐκτωρίτας λεγομένη ἐγίνετο, *ſed fiebat ea quæ dicebatur Senatus Auctoritas:* id eſt, declarabatur quid patribus auctoribus decretum eſſet. Blancus ita locum verterat; *quamquam ſine effectu erat, quod rata non eſſet ſine Cæſaris auctoritate; hoc eſt, niſi certa eius ac manifeſta acceſſiſſet voluntas. nam ea eſt verbi ſignif.* V. 13, pro συνελθεῖν apud D. eſt ἐλθεῖν, 375, 1. V. 25, κατὰ δεσπότην legitur etiam apud D. 375: at P. μετὰ δεσπότου, *cum domino*; perperã. Hic vero Dionem a Tacito diſſentire, notat Lipſius Comment. in Tacit. Annal. lib. 2. V. 25, τῶν pro vulg. τινῶν repoſitum e P. c. ſed verius fortaſſe τούτων. Mox ſane v. 27, pro αὐτοῦ rectius apud D. eſt αὐτὸ, *id.* Idem D. ſeq. v. pro διὰ τούτων habet διὰ τοῦτο, *propter hoc.* V. 41, in P. c. duplex eſt ſcriptura: primum μόνη; deinde finali ſyllabæ ει ſuperſcriptum οι.

P. 205, v. 7, incluſa δὴ, addita e P. V. 11, χαμμάτων eſt etiam apud D. 376. P. & M. habent χάμματα: quod etiamſi vertas in adiectiuum χαμματικά, tamen vulgata ſcriptura melior eſt. V. 15, rectius D. 377, τῇ ἰδίᾳ τῇ ἀρχῇ, geminato articulo. Lat. t. v. 15, vt Blancus στενωπάρχους interpretatur *curatores angiportuum*, ita in Vrbis deſcriptione apud Aurelium Victorem leguntur *Curatores*, bini fere in qualibet vrbis regione. videntur tamen στενώπαρχοι eſſe potius *Vicorum magiſtri*, ſeu *Vicomagiſtri*, vt idem Victor nominat, & Sueton. in Auguſto indicat, cap. 30. V. 39, ita ſonant Gr. *vt & conſpectu & factis e medio eis cederet:* id eſt, vt e medio digreſſus, nec conſpectu eos nec factis offenderet. V. 48, *ſingulis ſexaginta drachmas dedit:* eorum ſcilicet quibus frumentum e publico dabatur.

P. 206, v. 46, ἄστρων habet etiam D. 378. P. pro eo habet ἴσων, & in marg. ἔργων: nihil ad rem.

P. 207, v. 5, συνήνεγκεν exſtat apud D. ibidem. in P. eſt tantum præpoſitio συν: ceterarum ſyllabarum relictum eſt ſpatium vacuum. V. 33, rectius apud D. τὴν παρὰ τοῦ δήμου οἱ γενομένην. V. 40, rectius apud D. & in M. c. τότε μὲν οὐδὲν λύπων. Lat. t. v. 35, ita ſonant Gr. *vel etiam quod pontificis erat, ſ. ea domus.*

P. 208, v. 14, incluſa καὶ, addita ex D. 379. V. 28, incluſa ἐν, abeſt a P. c. Apud D. expreſſa quidem eſt ea præpoſitio, ſed omiſſum participium ὑπαρχόντων, ellipſi vſitata & eleganti. V. 33, incluſa καὶ, addita ex D. 380. itidemque ἢ & καὶ v. 45. Lat. t. v. 33, ita ſonant Gr. *nec perſuadendo nec cogendo poſſis exſtirp.*

P. 209, v. 1, P. ἡμᾶς, accuſ. caſu: minus conuenienter. V. 10, incluſa καὶ, abeſt a D. 380. contra, eadem ex eodem addita, v. 24. Idem D. ſeq. v. pro τύχῃ multo rectius habet ψυχῇ, i. *puro curarumque ac ſuſpicionum vacuo animo.* V. 29, incluſa, τίς γε, addita ex D. Sic mox καὶ & σὺ, v. 36: & contracte τἀγαθὰ pro τὰ ἀγαθά. V. 39, P. c. οὐ γάρ τι ἔστι: nullo ſenſu idoneo. vulgata lectio exſtat etiam apud D. ac ferri aliquo modo poſſe videtur, ſi priore membro ἔστι accipiatur pro ἔτι, & membro poſteriore καὶ redditiue capiatur pro *etiam.* tamen multo veriſimilior eſt Stephani coniectura, vel αἰεὶ γάρ τι ſcribendum; vel pendere ſententiam vſque ad φέρει μετὰ. Schottus e M. c. adnotat ἰόν: quod plane corruptum eſt. V. 45, ἐπ' ἀνδρίαν habet etiam P. c. at

D. ἐπ' ἀνδρείας: rectius W. ἐπ' ἀνδρίᾳ, datiuo caſu.

P. 210, v. 4, incluſa καὶ, addita ex D. V. 12, D. 381, ἐκ ἐκείνοι, ὅτι φοβέμενοι, μισοῦσι: minus conuenienter. V. 28, incluſa, αὐτῶν, & τι, addita ex D. V. 36, pro δή τινα P. c. habet etiam alteram lectionem, δή τούτων. Incluſa quæ ſequuntur, addita ſunt e D. V. 38, D. φύσει τοι ἀναλισκόμενα ἐκάτερον αὐτῶν χρῆται. V. 43, incluſa ἐ, addita e D.

P. 211, v. 2, pro articulo τῇ P. c. habet τι, *aliquid*: valde conuenienter. Seq. v. incluſa ἐ, addita e D. V. 7, cum πάντα ſubaudiendum participium ἀμφισβητούντων. V. 8, incluſa ἐ τι, addita e D. V. 20, D. πολλοὺς μὲν φθόνῳ, πολλοὺς δὲ ἐπιθυμίᾳ χρημάτων, ἄλλους ἀνδρίας φόβῳ, ἐ μάλα ἄλλους εὐγενείας δόξῃ κτείνειν δοκοῦμεν. V. 26, incluſa ἐ & τι, addita e D. itemque μὰ v. 30. V. 31, pro ὅ τι Dio habet ὅτι τι. V. 39, poſt χρὴ defectus ſignum eſt in P. c. at non item apud D. V. 41, P. c. ἐκ τούτων, plur. num. Seq. v. incluſum πολλοὶ additum e D. Lat. t. v. 31, ita ſonant Gr. *eos qui talia ſpeculantur & auſcultant*: ſeu, talia oculis & auribus inſidioſe cõſectantur; vt ad principẽ deferant.

P. 212, v. 4, incluſa δὴ, addita e D. 382. V. 8, apud D. eſt παύσεις: cum quo verbi modo ἂν frequentius conſtruitur. V. 11, incluſa, αὖ, δεῖ, addita ex D. Ibidem idem D. habet πάθοι: & tamen in ſeq. membro ἴδῃ. V. 16, incluſa γὰρ, addita e P. & M. at σφᾶς v. 18, ex D. V. 25, D. ταῦτά τι, *& hæc*. Idem mox ἀκούσαντα & βλέψαντα, temp. aor. Seq. v. rectius apud eundem eſt δή τινα τι. alioqui legendum foret τούτων τι, *horum aliquid*. V. 29, rectius D. ὑπ' ἀλλήλων, *a ſe inuicem*. V. 32, D. τὸ πάντας, αὖ οἷόν τε ᾖ, σώζεσθαι δύνασθαι, *omnes homines, ſi fieri queat, conſeruare poſſe*. V. 34, D. infin. δεῖν. V. 37, incluſa τι, addita e D. Lat. t. v. 31, ita rectius ſonant Gr. *vt nihil neque a ſe inuicem, neque ab exteris hominibus damni capiant*.

P. 213, v. 12, incluſa, ἀπ' αὐτῶν, addita ſunt e D. 383. Sic v. 24, αὖ & ἐ: & rurſum αὖ v. 39. V. 18, congruentius fortaſſis, αὖ ἐ τὰ μάλιστα μάθῃ τις: ſubiunctiuo ſcilicet modo. V. 30, pro articulo οἱ P. habet coniunctionem εἰ: itemque Bl. interpres: minus congruenter. V. 35, incluſum μὲν, additum e D. Lat. t. v. 33, ita ſonant Gr. *Qui autem veniam ſunt conſecuti, eos & delicti pœnitet, & iniuriæ aliquid benefactoribus ſuis deinceps facere pudet: quin immo, ad referendam eis gratiam, in multis gnaua præſtant officia, vberiorem obſequii remunerationem inde ſperantes*.

P. 214, v. 6, poſt τρία ἐ εἴκοσι apud D. 384, addita hæc parẽtheſis, ἤ, ὥς γε ἕτεροι λέγουσι, πέντε ἐ εἴκοσι. id eſt, *vel, vt alii dicunt, quinque & viginti*. V. 16, P. εἰ ἐ, *etiamſi*. Ibid. mox vulg. l. οἵ τι, pro οἱ δὲ. V. 18, D. ἐ οἱ δέκατοι, οἵ τε ἐν τῇ Παννονίᾳ τῇ ἄνω, οἱ Δίδυμοι, ἐ οἱ ἐν Ιουδαίᾳ. τὸ τὸ ἰνδ. ſicut etiam in Golzii Antiq. eſt *Legio* x *Gemina*, & *Legio* x *Suriaca*. V. 22, incluſum commarion ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου, additum e D. itidemque mox v. 26, τὸ δίδυμον. V. 33, μύριοι, additum e D. In P. & M. c. pro eo vocabulo relictum erat ſpatium vacuum; haud ſcio an per dubitationem. V. 46, pro ἑξακισχιλίοις Dio 385 habet ἑξακοσίους, *ſexcentos*. Lat. t. v. 31, ita ſonant Gr. *Inſuper & Prætoriani milites ad tutandum Auguſti corpus, decem milia, in decem ordines tributa: tum ad vrbis præſidium, ſex milia, quadrifariam diuiſa*.

P. 215, v. 3, incluſus articulus ὁ, additus e P. & M. Sequentia vero incluſa, nõ leguntur apud D. 386, 13. V. 10, ἐ, addita e P. V. 42, eadem ἐ addita e D. 397. V. 45, P. μεταστῆναι: minus recte.

P. 216, v. 17, D. 399, ὅτι πολιτικὴ οἱ ἡλικία ἀξιόλογος ὑπελέλειπτο, *neque ex vrbana iuuentute quidquam, quod quidem alicuius eſſet momenti, ſupererat*. V. 38, ὑφ' ὧν, *ſub quibus*, legitur etiam apud D. 400: & repetitur infra in Vita Seueri 421, 18. alioqui maluerit fortaſſe aliquis ὑφ' ἣν, *ſub qua*. Lat. t. v. 39, ita ſonant Gr. *vatibus interdictum eſt ne de morte vel ſeorſum cuiquam, vel aliis cum eo colloquentibus, vlla reſponſa darent*. V. 47, *& ſenatum Tiberio commendauit. recitauit autem eum libellum non ipſe, (neque enim clara voce loqui poterat) ſed Germanicus, vt conſueuerat*.

P. 217, v. 7, incluſum articulum τῶ non agnoſcit P. nec D. 401. V. 9, τὸ τίμιον repoſitum ex P. c. In vulg. l. eſt τιμὴν τίμιον: itemque apud D. atq; adeo ſimile ſtructuræ genus eſt apud Pæanium ſupra 93, 26. ſed P. c. lectio & clarior eſt, & vſitatior. V. 11, pro οὐδὲ P. & D. habent ἔτι, *amplius*: recte. V. 13, D. καθ' ἕκαστον μῆνα, *ſingulis menſibus*: Xyl. καθ' ἑξάμηνον, *in ſemeſtre*: recte, vt patet ex 195, 32: vbi diſerte ſcriptum ἐς ἑξάμηνον. V. 26, pro αὐτὸν apud D. eſt αὐτῶν: minus congruenter. V. 23, P. μηδέ τι αὐτῶν. ſed μηδέτερον agnoſcit etiam D. 402. Lat. t. v. 1, ita ſonant Gr. *ſi nõ amplius cum eis epularetur. nam vt plurimum, præſertim autem quoties eſſet conſeſſus, alias in foro, interdum etiam in ipſa curia, cum intrantem eum, tum rurſus abeuntem ſalutabant*.

P. 218, v. 8, locus apud D. iiſdem plane verbis legitur 402. ſed poſt τὴν deſiderari vel numeralem notam ρ', vel numerale nomen ἑκατοστῇ, *centeſima*, perſpicuum eſt cum ex ſequentibus, tum ex Suet. 40, 21: vbi oſtentum hoc eiſdem prope verbis recenſetur. V. 23, Auguſti dictum alludere videtur ad Græcam hiſtoriam. nam eodem prope modo Themiſtocles apud Ariſtoph. Equitibus, Athenienſium vrbem ἐποίησα μεστήν, εὑρὼν ἐπιχειλῆ. V. 27, vulg. l. & D. 402, ἐπὶ μόνου τοῖς πλουτοῦσι. ego cum P. πλουτεῖ malui: quia id loquendi genus & melius ſonat, & apud Dionyſ. Halicarn. aliquot in locis a me obſeruatum eſt: immo hac ipſa p. v. 17, itidem habemus ἐπὶ δένδρεις εἶτ' εἶπεν.

P. 220, v. 6, τυραννίδος τις ἐπιθυμήσῃ, legitur etiam apud D. 404: at P. c. τυραννίδα τις ἐπιθεὶς ἦν, *tyrannidem reip. imponeret*. Lat. t. v. 26, Lipſius mauult *curru pompali*; vt notatum in πομπικῷ. V. 30, ita ſonãt Gr. *tum ceterorum Romanorum, qui quacumque re primatum obtinuerant, imagines ferebantur, facto ab ipſo vſque Romulo exordio*. V. 48, *deinde equites, partim ii qui ex equeſtri erant ordine, partim ceteri omnes; tum reliqui ad præſidium vrbis armati milites, in orbem curſitarunt*.

P. 221, v. 2, pro ἐπιβάλλοντα ex D. 408 reponendum ἐπιβάλλοντος: ſi conſtare ſtructuram velis. V. 30, τῷ ἀργυρίῳ ſignate dictum, nempe τῷ ἐπικηρυχθέντι: vt interpres vertere debuerit, *atque inſuper pecunia illa ſumma eum ditauit*; ea nimirum quæ capiti eius publico præconio erat impoſita.

P. 222, v. 22, ψηφισθὲν pro vulg. ἐψηφίσθη repoſitũ ex D. 410. V. 26, incluſa ἐ aut tollenda eſt, aut mutanda in pronomen οἱ, *ei*. V. 29, pro δήμοι legendum eſſe δήμαρχοι, & res ipſa dictat, & confirmat Dio.

P. 223, v. 5, ἀφύλακτος cum W. legendum eſſe pro vulg. ἀφύλακτος, res ipſa ſatis arguit. V. 7, αὖ λαμβάνοντος, P. c. lectio eſt: vulg. l. & D. 411, ἀναλαμβάνοντος, minus recte. Paulo poſt, v. 8, cum eodem P. accuſ. caſu ſcriptum τὸ πάνυ πόθεν, & ſeq. membro τὸ μὴ ἐφιέσθαι: quæ apud D. leguntur datiuo caſu, τῷ: pullo

nullo tamen ſenſus diſcrimine. V.14, pro ὅτι W. in ſuo cod. ſcripſerat οἵ τι. ſed vulg. ὅτι legitur etiam apud D.412. V.18, pro Ῥώμης apud D. eſt Νώλης. vt intelligatur id ſtatim poſt obitũ Auguſti factũ, antequam corpus eius Romam ad ſepulturam eſſet translatum. Lat. t. v.8, ita ſonant Gr. *Ac ſi ea tantum habuiſſet Tiberius, facile ſibi ab eo cauere potuiſſent qui morum eius experientiam ceperant.*

P.224, v.34, ἤ τι legitur etiam apud D.414: cum ſenſus requirat ἢ ὀλίγον τι, *vel paruum aliquid.* Lat. t. v.29, Græca vox ſonat *ſubligaculis.* ſed & caligas eo nomine ſignificari, ſupra quoq; notatum ad 157,1.

P.225, v.16, incluſa ᾧ, abeſt a P. c. ſed exſtat ea etiam apud D.415. V.38, M. c. ἐκκεχυμῆσαι: corrupte. fortaſſe librarius ſcribere voluit ἐκ χειμῆς γε. vulgata lectio ἐκ χειμῆς, exſtat etiam apud D. 416,14. V.39, αὐτῶν legitur & ipſum apud D. ibidem: at P. h. αὑτοῦ ἰδίως ὡς, *ſibi vt proprium adſcribebat.* Ibid. τῶν πρώτων οἰκοδομησάντων habent omnia exemplaria, id eſt, *eorum qui primi ædificauerant.* quod moneo ne quis forte malit aduerb. πρώτως. Lat. t. v.6, Græca vox ſonat *Præſes.*

P.226, v.26, P. ἐπὶ τὰς θύρας, *ad fores*: nihil ad rẽ: D.417,3, ἐπὶ τὰς θέας, *ad ludorum ſpectacula.* Blanc. interpres θυσίας maluit. quod cum mox v. 35 repetatur, Dionis lectio videtur eſſe verior. V.30, συναπώλετο eſt etiam apud D. at in P. corrupte συναπώλετο. V.39, incluſus articulus τῆς, abeſt a P. c. Apud D. breuius eſt, ἐξ οἰκίας τῆς ἀπελευθέρου τινός. V.40, P. ἰδεῖν: congruentius. Ibidem mox W. legit ὑπηρετοῦντι: germana lectio eſt ἀπαντῶντι apud D. 416,41. V. 44, W. οἴκοι ὄντα: D.417 οἴκοθεν. Lat. t. v.16, ita ſonant Gr. *Atque in ſumma, tantum ſtudebat moderationi, vt, cum aliquando Rhodii magiſtratus, datis ad eum litteris, non ſubſcripſiſſent quod ſubſcribi de more ſolet, vota ei facientes.* Moderationis autẽ vocabulo vtitur in hac ipſa narratione Suet. quoq; 49,32. V. 32, *ſed etiam vt plebs (ob ſuã præſentiã) modeſtior eſſet.*

P.227, v.10, P. ἐψηφίζοντο: D.417 ἐσηγήσατο. V. 12, de vtraque nominandi ratione meminit etiam Pauſanias in Achaicis, 213,5: & copioſiſſime Sigonius in lib. De nomin. Rom. V.15, ἀπήλαξε legitur apud D. quoque: haud ſcio tamen an verius ſit ἀπήλασε, *ſubmouit, depulit.* V.44, pro incluſis αὐτῶν εἴη in P. eſt ſpatiũ vacuum. aptior hæc lectio, αὐτάγγελος ἐκείνῳ αὐτὸς, ὥς που ἐν ἐπιστολῇ εἴπε, γένηται: vel, vt apud D. eſt 418, αὐτάγγελος αὐτοῦ, ὥς που ἐν ἐπιστολῇ εἴπε, γένη.

P.228, v.2, pro ἑξήκοντα X. legit ἑβδομήκοντα. V. 19, calidam ardentibus infundi iubet Druſus; quaſi conuiuii res eſſet, non incendii: vt copioſe Lipſius explicat Elect. lib.1, c.4. V.23, incluſum χρῆσθαι, abeſt a D.419: & mox pro νομίζειν apud eundem eſt νομίζειν: itemque in P. c. V.33, πολλαὶ habent etiã P. & D. alioqui maluerit fortaſſe aliquis πολλά, *multa.* V.38, incluſum συνήθως, additum ex D. V.44, P. μαντείαις: D. μαντεία τινί. V.46, P. & D. δοῦναί τινι, *dare alicui.* Lat. t. v.18, Blancus verterat; *hominibus ardentibus, eoſdem aquam poſtulantes, feruenti aqua iuſſerit perfundi*: perperam, vt Lipſius declarat loco iam citato.

P.229, v.8, Suet. in Tiberio, cap.71, de duobus vocabulis Græcis meminit. ſcribit enim *monopolium* eum cum veniæ deprecatione vſurpaſſe: *emblema* vero in quodam decreto ſenatus commutari iuſſiſſe. V.15, M. Pomponius Marcellus, ſermonis Latini exactor moleſtiſſimus, cũ ex oratione Tiberium reprehendiſſet, affirmãte Ateio Capitone, & eſſe illud Latinum, &, ſi non eſſet, futurum certe; Iam inde mentitur, inquit, Capito. Tu enim Cęſar ciuitatem dare potes hominibus, verbis non potes: vt ex Suetonii Grammaticis illuſtribus adnotauit Schottus. V.18, incluſa δή, addita e P. & D.420. Sic τῷ, v.43.

P.230, v.19, ἐλᾷ eſt etiam apud D. 421: at infra in Nerone 287,2, ὀλεῖ, *perdet.* Adhæc coniunctio τε poſt Συβαρίτης, abeſt a D. ed. Pro ἀφροσύνα vero W. mauult ἁβροσύνα, *delicia, luxuria.* V.33, de inſidiarum modo meminit etiã Cornelius Tacitus; teſte Schotto. Lat. t. v.16, ita ſonant Gr. *Et oraculum quoddam, velut Sibyllinum, quod aliás quidem ad tempus* (i. annos) *vrbis non congruebat, ſed ad præſentia accinebatur, haud leuiter eos commonebat.* V.27, *libroſque omnes qui vaticiniorum aliquid continerent, inſpexit: eorumque alios, vt nullius momenti, reprobauit; alios, in probatorum numerum recepit.*

P.231, v.9, mathematicorũ ſtudiis ob hoc temp. tunc vexatam fuiſſe, ex Tacito adnotat Schottus. Lat. t. v.29, ita ſonant Gr. *cũ alia in ea præfectura inſtituit, tũ cohortes quæ ante, vt nocturnorum vigilum, diſparata erant, in vnum murum coëgit; vt imperata & omnes ſimul, & cito acciperent; omnibuſque, velut intra vnum murum degentes, eſſent formidabiles.*

P.233, v.1, de Lutorio Priſco meminit etiam Tacitus; teſte Schotto. V.15, Dionem & Zonaram a Tacito hic diſſentire, notat Lipſ. Comm. ad lib. 4 Annalium Taciti: ac veriſimilius eſſe, palma quã pugno Druſi os percuſſum a Seiano. Sed cum Dio ſupra 228,15, Druſo Caſtoris agnomen a nõnullis tributum ſcribat, quod exemplo Caſtoris & Pollucis, qui πὺξ ἀγαθοί celebrantur a poëtis, equiti plagas inflixiſſet, non abſurde ſuſpicetur aliquis, Seianum ad euertendũ id Druſi agnomen, pugnũ ei ipſi voluiſſe impingere, nõ palmã. Bl. vero, L. t. v.18, vertere debuiſſet, *vt ei etiã pugnum aliquãdo impegerit.*

P.234, v.4, καὶ τότε, pro vulg. ἐν τῷ repoſitum e P. & M. & ex Dione ipſo 423. At v.14, pro Ἀσίας P. minus conuenienter habet ἰδίας. Lat. t. v. 25, ita ſonant Gr. *Decennio imperii elapſo, etſi ad reſumendum imperium nullo ei ſenatuſconſulto fuit opus: (nec enim neceſſe habebat interciſo principatu, vt Auguſtus, imperare) tamen decennalis celebritatis ſolennia ſunt peracta.*

P.235, v.41, de Sabini cane meminit etiam Plin. lib.8, c.40; teſte Sch. Lat. t. v.3, ita ſonant Gr. *Illo igitur tempore, cum hæc memoratu digna cõtigerunt, tum Cyzicenis iterum libertas eſt erepta, quod ciues quoſdam Rom. in vincula conieciſſent, & heroicum Auguſti fanũ, quod inchoarãt, nõ abſoluiſſent.* V.16, *accuſatus principi inſidias feciſſe, (aderat .n. coram) magnos cachinnos ſuſtuliſſet; Tiberius, admurmurãte nonnihil ſuper ea re ſenatu, Ne viuere quidem amplius mereor, inquit, ſi & Lentulus me odit.*

P.236, v.1, προσίεσθαι legendũ eſſe pro vulg. προΐεσθαι, & Lipſius e Luciano docet Elect. lib.1, c.6: & cõfirmat ſimilis huius Epitomes locus ſupra 159, 43: & infra 397,26: itidemq; Herodiani 540,15,34. Itaq; & Blancus vertere debuiſſet; *neq; defunctam ipſe propoſuit.* Et v.5, *eamq; inter diuos referri diſerte vetuit.* Rurſum Gr. t. v.6, αὐτῷ, pro ἐπ' αὐτῷ, legitur etiam apud D. 425. V.25, interpres poſt μὲ inſerit οὐκ: quę ellipſis alibi quoq; haud infrequenter occurrit, præſertim apud Herodianum.

P.237, v.4, locus & in vulg. l. & in P. corruptus eſt. primum enim P. habet σπαν . . . σον: vulg. l. σπαταγίσαντα, corruptius: deinde mox, τιά

ἐξουσίαν αὔξοντα. Tum paulo poſt, v. 7, pro καθ᾽ ὃ vulg. l. habent καθ᾽ ἕν: in P. autem pro eodem eſt ſpatium vacuum. Noſtra lectio petita eſt ex D. 425. V. 8, malet fortaſſe aliquis ἐπὶ πλεῖον. Præterea coniunctio τε deeſſe membrũ aliquod innuit. vt talis quæpiam loci requiratur lectio; ἀλλ᾽ ἐκείνῳ τε, ἵνα ἐπὶ πλεῖον κακωθείη, θαρσεῖν ἐκέλευσεν, καὶ τῇ βουλῇ ἐπετείλατο ὅπως ἂν φ. V. 11, ἀτιμίᾳ legitur etiam apud D. alioqui conuenietius fortaſſis ἀθυμίᾳ, *mœrore*. cui paulo infra oppoſitum ἡδονῇ, v. 18. V. 15, ἑταῖρος e P. repoſitum eſt. in vulg. ed. & D. legitur ἕτερος, *alius*. Lat. t. v. 2, ita ſonant Gr. *nam vno eodemque die, & apud Tiberium conuiuio exceptus, de amicitia poculo bibit, & in ſenatu condemnatus eſt.*

P. 238, Lat. t. v. 8, *ſedes aureas* mauult Lipſius Comment. in lib. 2 Annalium Taciti. In præcedenti membro, ſi γραφαὶ pro picturis accipere malis, ſenſus eſt; *& in picturis ambos ſimul pingebant.* V. 8, ita ſonant Gr. *moleſte ferunt, quaſi calumniis infamentur; iraſcunturque, quaſi grauibus afficiantur iniuriis.*

P. 239, v. 37, ἐπῄνει legitur etiam apud D. 427. ad ſequẽs tamen καθῄρει melius per antitheſin quadrare videtur ἐπῄρει, *attollebat.* V. 43, incluſa ἐ, addita e P. & D. Lat. t. v. 25, ita ſonant Gr. *non conſulatus, ſed imperii collegam ſignificantes.*

P. 240, v. 4, rectius D. 427. ἐπῄνει δὲ ἀφαιρεθ. τῷ κλῷ. V. 7, τε poſt ἐκείνῳ vel tollenda, vt otioſa; vel in καὶ mutanda. Seq. v. incluſa ἐ, addita e D. Lat. t. v. 8, ita ſonant Gr. *& alia enim ſibi, & ſacra quoque faciebat.* V. 32, *Macro prætorianos, quibus partim ipſe, partim ſenatorum conſeſſus erat ſtipatus, ſua eis poteſtate patefacta, litteras quoque ſe a Tiberio ferre dictitans quibus eis donatiuum aliquod tribueretur, in caſtra dimiſit: vigilumque excubiis pro illis circum ædem diſpoſitis, intrat; redditaque conſulibus epiſtola, iterum exit, antequam quidquam recitaretur.*

P. 241, v. 17, pro εἰ δὴ, apud D. 429 legitur εἰ δὲ μὴ, repetita negatiua. Ex eodẽ D. & P. additum incluſum τε. V. 22, D. προσκαλέσας δὴ τε. P. c. προσκαλέσας quidem agnoſcit, ſed omiſſa particula τε. V. 26, incluſa ἐ, addita e P. & D. ſed D. ibidem mox rectius διαγνωσθείσης. V. 38, incluſa, addita ex eodem D. Lat. t. v. 8, ita ſonãt Gr. *acclamationibusque vtebantur, præcipientes ea quæ ſperabant.* i. inter acclamandum talibus honorum titulis eum ornabãt, quales ei obuenturos eſſe animo præcipiebãt. V. 12, *heſitare admodum, vultumque deiicere.* V. 18, *iam vero ea quæ hucuſque lecta fuerant, quaſi leuia eſſent ac ſola, contemnebat; ſperabatque vel nihil præterea, vel, ſi omnino, nihil ſaltem graue de ſe mandatum eſſe.* V. 26, *cum ergo tandem aliquando ſurrexiſſet, interea & Laco in conſeſſum ingreſſus ei adſiſteret: ac demum perlecta epiſtola, cœp. omn.* V. 42, *& quem ante coronis dignabantur.*

P. 242, v. 7, δημίῳ pro δήμου repoſitum e D. 430. V. 30, incluſus articulus τῶ, additus e P. & M. & D. 431. Lat. t. v. 46, rectius ita verteris Gr. *ſed etiam plane ſe intellexiſſe diſſimulantes.*

P. 243, v. 8, vulg. l. & D. 433 habent πλουτοκρατοῦντες. noſtrum πλουτοκρατοῦσι, e P. c. repoſitũ, melius quadrat cum præced. datiuo ἡμῖν.

P. 244, Lat. t. v. 14, poſſis etiam vertere, *condemnatus ob tragœd.* vt ſupra 233, 36.

P. 245, v. 15, pro ἑπτακοσίας Dio 439 habet πεντακοσίας, *quingentas.* Viſe Suet. 67, 22. V. 41, P. c. ὑπερπάλλων: itidemq; Bl. interpres: cum tamẽ & temporum diſcrepantia, & antitheſeως ratio, mendi eam ſcripturam arguant. V. 45, Suid. infra 858, 29, laudatis huius loci habet πεπλώκασιν. Lat. t. v. 36, ita ſonant Gr. *resque alias maxima celeritate aggrediebatur, alias perſequebatur lentiſſime; pecunias & profuſiſſime cõſumebat, & ſordidiſſime colligebat: blandientibus & libere loquentib. æque nũc delectabatur, nunc offendebatur: multos ob grandia delicta non puniuit; multos contra, qui nihil commiſiſſent, trucidauit: ſodalium alios vltra modum adulabatur, alios extremis afficiebat contumeliis.*

P. 246, v. 15, incluſum ὄντας, abeſt a P. ſed exſtat etiam apud D. 441. V. 21, ὑφ᾽ οὗ ἐγεννήθη, legitur apud eoſdem, & confirmatur a Suet. 74, 7. V. 23, ἐβούλευσε pro vulg. ἐβασίλευσε cum Xyl. repoſitum ex eodem Suet. 74, 11, 19, contra exemplarium conſenſum. Viſe infra 257, v. 31. V. 37, P. & M. ὀνομαζομένῳ: corrupte.

P. 247, v. 8, συγγενείας legitur etiam apud D. 442. ſed haud ſcio an verius εὐγενείας, *generis nobilitate.* V. 21, D. 443, ἐν αὐτῇ τῇ νουμηνίᾳ αὐτῇ: vt interpres quoque, *ipſis kalendis Ianuariis.* V. 30, ἐπιτιμήσαντα habet idẽ D. 443: at P. ἐπιτιμήσαντι, temp. aor. Seq. v. idem P. compoſite habet περιελάσωσι. Lat. t. v. 13, ſic ad verbum ſonãt Gr. *vt nullum vmquam qui ab eo prouocaſſet, iudicare vellet; ſed ipſi rurſus talia cõmitteret omnia.*

P. 248, v. 29, P. ἐπ᾽ αὐτοῦ: & mox ἀρχὴν πεντακοσίων, fœm. gen. V. 35, προγείρῳ legitur etiam apud D. 446, & quidem præmiſſo articulo τῷ. at P. c. ὑπὸ χρώματος τοῦ προγείρου.

P. 249, v. 18, πεντακοσίους legitur etiã in P. c. apud D. vero 447, πεντακοσίων. At paulo poſt, v. 22, P. minus apte habet περιπέσῃ. V. 42, ἐζεύγνυ agnoſcit etiã D. 448: at P. ἐζεύγνυσαν: perperam. Lat. t. v. 47, ita ſonant Gr. *equi certatores victoria digniſſimi.*

P. 250, v. 4, incluſa τε, addita e P. & M. & D. 448. Lat. t. v. 15, ita ſonant Gr. *natura lunarem figuram habeat.* Et mox, *cibo meroque vltra ſatietatem differtus.* V. 33, *nihil dignum ſupplicio poſſediſſe*, (id eſt, non poſſediſſe tantas opes ob quas interfici debuiſſet) *admirandum adiecit elogium; Decepit me, inquit, & fruſtra interiit. viuere enim potuiſſet.* V. 47, *quo ſignificabat, Caium ag.*

P. 251, v. 18, αὐτοῦ pro vulg. αὐτῶν repoſ. e P. V. 22, incluſa δὴ, abeſt a P. ſed exſtat etiam apud D. 449. V. 35, ὁπότερον αὖ τε νικήσωσι, legitur apud D. quoque 450. P. coniuncte habet αὖτε νικήσωσι. ſed rectius fortaſſe particulam τε vel tollemus, vel in πότερον mutabimus. V. 40, ἐπεὶ δὲ pro vulg. ἐπειδὴ repoſ. ex Stephani adnot. Paulo poſt, v. 43, οὐκ poſt μὲν, non agnoſcit D. 450. Lat. t. v. 35, ita ſonant Gr. *motis iis qui tunc erant magiſtratibus*: conſulibus ſc.

P. 252, v. 5, P. μονομαχίας κριθέντα: parum ad rem. V. 12, leg. πέντε γὰρ καὶ εἴκοσι, ex D. 451. V. 33, ἀλβίον repoſitum ex D. 453. vulg. ὀλβίον, quod in P. quoq; legitur, aliquomodo alludit ad Albionem, Britanniæ inſulam Ptolemæo. Lat. t. v. 12, ita ſonant Gr. *ſed cum in alia de more abſumebat, tum in exercitus. nam ducenta quinquaginta militum milia collegerat.* V. 22, *popoſcit Gallicanas deſcriptiones*; (i. rationariũ Galliæ, in quo quantus cuiusq; cenſus eſſet, perſcriptũ erat) *ex iisque ditiſſimorum quorumq, nece imperata, ad colluſ. rem.* Ibidem mox pro drachmis Latinius dixiſſet denarios. V. 30, *propter cognomẽ.* V. 33, *niſi cõtempſiſſet hominẽ: quippe qui & natura & de induſtria magnã præ ſe ferret ſegnitiẽ.* Et mox, *Ad Oceanũ porro cũ veniſſet, quaſi etiã in Britanniã ducturus exer-*

rus exercitum, omnibus militibus in litore diſpoſitis, triremem conſcendit: paulumque a terra ſoluens, mox remeauit. poſt, conſcenſo excelſo tribunali (ſeu ſuggeſtu) *ſignoque militibus velut ad pugnam dato, ac ſubarum clangore concitatis animis, derepente conchylia eos legere iuſſit. Sumptisq́; his ſpoliis, (nam exuuiis ſcilicet ad triumphalem pompam erat opus) magnos tollebat ſpiritus, quaſi ipſo etiam Oceano ſubacto; militibusque largiebatur multa.*

P.253, v.1, μηδιμιᾶ pro vulg. μιᾶ repoſ. e P. & M. & D.453. V.16, περιφέρειν agnoſcit etiam D. at P. περιφέρειν, *praferre.* V.20, incluſum ἂν, additum e P. & D. Lat. t. v.28, ita potius ſonant Gr. *ne quis ad eum pertingeret.* V.48, *Ita & veſtitu ceu numeroſa compoſitione, & appoſititiis circumpoſititiisque ornamentis, exquiſite ſe variegabat; omniaque potius quam homo videri volebat.*

P.254, v.9, αὐτῶν legitur etiam in P. & apud D. 454. ſed omnino cũ Steph. legendũ αὐτοῖς, *ipſi.* Mox etiam rectius, θυσίαις δὲ, *atque adeo etiam ſacrificia.* V.17, melius ἐδικαιώσε τι ἦν), expuncta particula τι, apud D. V.31, P. pro poſteriore ὑπὸ habet ἀπό. V.39, ante τινὶ ex D. inſerere potes καί. V.43, idem D. ἀλλήλους ὁρᾶν, accuſ. caſu. Lat. t. v.39, ita potius ſonant Gr. *atque interim ſubinde & Deum appellare, & adorare; tandem etiam vouere, ſi ſeruaretur incolumis, ſe illi ſacra facturum.* V.48, *exilique ac ſubmiſſa voce, Vobis diis, inquit, ſolis licet vos mutuo videre.*

P.255, v.1, pro ἐπαχθεὶς P. & D.454 habent ἀχθείς. poſſemus etiam legere ἐπαρθεὶς, vel ἀρθείς. V.6, participium προσεισκαλέσας, pro infin. προσεισκαλέσαι repoſitum ex eodem D. V.28, Homeri locus exſtat Il. ψ. Lat. t. v.17, ita ſonant Gr. *edeque Caſtoris ac Pollucis, qua eſt in foro Romano, diſſecta, inter media ſimulacra eorum, ad.* Qua de re Sueton. quoque 63,19. V.20, *Iouem Latialem ſe nominabat.* V.24, *ipſe ſibi ſacerdos erat, equumq́; ſacerdotis collegam ſibi deſignarat.* V.27, *Tonitribus per machinam quandam tonitrua opponebat, & fulguribus fulgura.*

P.256, v.27, P. c. τῷ πῥαίοντης: forſan pro τοῦ ῥαίοντος, *hoc percutiente.* apud D.455, 40, legitur αὐτῷ συμπεσόντος, *obuiam facto,* ſ. Caio. Lat. t. v.2, ita potius ſonant Gr. *quoties ordo eum tangeret.* V.13, *dilatusque, vt breui poſt daturus pœnas, ſeruatus eſt incolumis.* V.18, *ſimul cibum capiebat, ad pedes eius aſſidens; & identidem eos inclinato capite deoſculabatur.*

P.257, v.43, Schottus legẽdum putat κομίζονται, *portantur.* ſed νομίζονται ferri poſſe, alia in Indice loca declarant. V.45, incluſum οἰκείων nec P. agnoſcit, nec D.456: Suidas vero, in citatione huius loci, etiam præcedens τὸ ὁμοίων omittit, 859,8. Lat. t. v.36, ita potius ſonant Gr. *nullo vmquam in imperio ſuam reip. probaſſet operam.* V.43, *ſed & ſella operta primus Romanorum eſt vſus: atq́; exinde nunc quoq́; non Imperatores modo, ſed etiam nos conſulares ſella vehimur; ante vero & Auguſtus & Tiberius lecticulis, (ſeu grabatis) qualibus matronæ etiamnum vti ſolent, interdum vehebantur.* qua de re viſe Lipſ. Elect. lib. 1, c.19.

P.258, v.34. pro τοῖς in vtroq; membro apud D. 461, legitur τὸ, & παρόντι pro παροῦσι: relato ſcilicet articulo ad ſubſtantiuum ἀδεσμίας. Lat. t. v.47, τῇ ὥρᾳ ſignificat potius *æſtiuo tempore* quam *opportunis temporib.* vt patet ex ſeq.

P.259, v.3, αὐτὸν legitur etiam apud D.461: ac referri ad τὸ λιμένα poteſt. ſiquis tamen αὐτὸ malit, relatione ad ἀνάλωμα facta, non refragabor. V.6, rectius apud D. τῆς Ῥώμης ἄξιον. V.17, q. c. καταχαλκωθομένους: nihil ad rem. καταχαλκωθομένους, *concidentes ſe,* agnoſcit etiam D.462, & confirmat Sueton. 81,23. V.37, συνέπλασε habet etiam D.463. at P. c. συνέπλασε, temp. aoriſto. Lat. t. v.28, ita fere ſonant Gr. *nam & alios eius generis, magna cum voluptate ſpectabat, & eos in primis qui horis inter ſpectacula interiectis circa prandii tempus ſeſe concidebant.* qua de re viſe Sueton. loco paulo ante indicato.

P.260, v.12, D.464, πρόπυρος χαλκεῖον: itemque Homer. Odyſſ. φ, & alibi. Seq. v. P. & D. περιφῆσ-χεν, præt. imperf. V.20, incluſam τι nec P. agnoſcit, nec D. Pro ſeq αὐτὴν apud D. eſt αὐτοί. conuenientius αὐτὸ, vel αὐτὴν, ſ. τὴν πολιτείαν, *ius ciuitatis.* V.25, pro τι Stephanus mauult τις. apud D. exſtat vtrumque, ſic; καὶ ὑάλινά τις σκεύη συντεθρυμμένα δῷ τι, *etiam ſi aliquis alicui vitrea vaſa confracta dediſſet.* alicui nempe vel cæſariano, vel alii cuicumque Romano. vt ſignificetur, cuiuscumque, etiam viliſſimi homuncionis, interceſſione ius ciuitatis tũc impetrari potuiſſe.

P.261, v.21, τινι P. c. ſcriptura eſt. ſed vulg. ὅτιπερ, etiam apud D.469, melius congruit cum præced ὅτι & ſeq. ὅπως. V.26, ex eodem D. legendum, ἔχοντα, καθότι κατεῖπε μ. V.27, incluſum ἴσως, abeſt a P. c. ſed agnoſcit illud etiam D. Seq. v. D. ἐν πλάτει, ſine articulo; vt in præced. membris κατὰ μῆκος, & κατὰ βάθος. V.34, οὐδὲ legitur apud D. quoque. ſed fortaſſe in τοῖς δὲ mutandum; vel potius τοῖς δὲ ante οὐδὲ inſerendum. Lat. t. v.32, ita ſonant Gr. *tunc ſplendorem eius, quem in terram demittit, aliis magis, aliis minus obtegit; quibuſdam ne minimũ quidem occulit. nam ſol ſuum perpetuo proprium ſplend. hab.* V.47, *per media;* ſeu, *per intermedia.* V.49, *qualis eſt ipſa per ſe.*

P.262, v.4, τι expungenda, vel ex D.470 huic membro attexendum iſtud, καὶ ἀπηλογεῖτο. niſi forte malis θαῦμά τι: vt ſit, *miraculi cuiuſdam loco habebat.* V.21, incluſum ἂν addidit Xylander. ſed idem cum vulg. editionibus, cumque P. & D. omitti poteſt, ſi περιέμενον accipiamus pro *emanebant.* Lat. t. v.46, ita potius ſonant Gr. *apud eum reus factus eſt.*

P.263, v.36, Μόσου habet cum vulg. ed. etiam Blancus interpr. itemque P. c. & D.471: Xyland. Μόσου reponit: itidemque Paul. Leopard. Emend. lib. 9, c.18; & Lipſ. Comment. ad Annal. Taciti lib. XI. ſic enim ibi Tacitus; *Inter Moſam Rhenumque, trium & XX milium ſpatio, foſſam produxit.* Vbi etiam nota XXIII *milia* pro CLXX *ſtadiis* Dionis: quamquam (vt ibidem ex Plutarcho, Suida, & aliis, idem Lipſ. docet) ſtadia CLXX conficiunt miliaria XXIII, duobus ſtadiis & ſemi minus; ſeptem ſc. ſtadiis & dimidio pro vno miliari captis. V.43, P. c. δὲ: ſed δὴ etiam Dio 471. Lat. t. v.28, ita ſonant Gr. *hoc tantum exclamans, O beatos duces veteres! vt ſignificaret, illis quidem ſine periculo licuiſſe fortitudinis ſpecimina edere; ſe vero ab Imperatore per inuidiam fuiſſe impeditum.* V.38, pro XXI Tacitum habere XXIII, adnotatum paulo ante. V.41, rectius, *cellam habebat,* ex vet. Gloſſ. V.44, *ſecundum leges ſcilicet,* id eſt, idq; per legitimam copulationem, ſeu, eo ritu quo leges matrimonia volunt contrahi.

P.264, v.15, interpres nomin. caſu legit ἀδιάφθορος

contra exemplarium conſenſum illud quidem, ſed tamen congruentius. V.35, τὸ pro datiuo τῷ repoſitum ex P.c.

P.265, v.5, incluſam δὴ ſunt qui expungendam putent, velut ſuperuacuam: ſed agnoſcit eam D. quoque 472, pro *ſcilicet.* V.7, συσφαιρίστης apud eundem D. legitur: P. habet συγχειρίστης, minus apte. Narrat autem iſta & Sueton.78,20. V.28, rectius apud D. πλησίον αὐτοῦ, *prope ipſum*, ſ. Tiberim. Lat.t.v.8, Gr. participium ſonat *perituri*, ſeu *mox interituri.* V.25, l. *Iulio Gallico oratori:* ex Zonara 187.

P.266, v.20, fortaſſe rectius legemus τότε, *tunc*; contra exemplarium conſenſum. V.42, pro γὰρ rectius δὲ P. & D.473. Lat.t.v.31, poſt *apertum eſt*, inſerendum hoc oſtentum ab interprete omiſſum; *& apum examen in caſtris ſeſe conglobauit.*

P.267, v.3, hucusque Dionis editiones vulgatæ. ſequentium Imperatorum vitæ, in eis deſiderantur. Lat.t.v.11, ita ſonant Gr. *corporisque vigore etiam ſupra annorum numerum florebat.* V.19, *quid enim aliquis & ceterorum caſus queritetur?* V.21, *radii enim eum, dum partu ederetur, ſub auroram, ex nulla ſolis affulſione manifeſta, circumdederunt.* paulo aliter Suet.85,13. V.45, *quia ſenium ſerpentes propterea exuere putantur.*

P.268, v.14, P. ἐδυσχέρανε, temp. aor. V.23, ἐπιδεξιώσει pro vulg. ἀποδεξιώσει repoſitum e Legationum volum. 390: & mox v.26, ὀκφαυλίσαι pro vulg. ὀκφλῶσαι. quamquam & ὀκφῶσαι ibi retineri poteſt, ſi accipiatur ſignif. neutrali, aut neutropaſſiua. V.38, P. ἀπεδιαφθείρετο.

P.269, v.19, αὐτῇ pro vulg. αὐτοῦ repoſitum e P. V.20, in commatio iſto, πολλῷ δὲ δῆλον, ſubaudiendum aduerbium μᾶλλον, ellipſi ſat frequente. Sequenti verſu defectus ſignũ eſt etiam in P. Lat.t. v.3, ita ſonant Gr. *ambitioſius contendere ne vel matre, tamquam præſtantiore, inferior haberetur; vel a Seneca & Burro, tamquam prudentioribus, ſuperaretur.* id eſt, ne vel a matre dignitatis gloria, vel a Seneca & Burro prudentiæ laudibus ſuperari videretur. V.41, *grauius & petulantius inſultarent.* V.45, *quique ruſſo cultu erant:* vt in quadam inſcriptione Prænest. AGITATORI PRIMO FACT. RVSSAT.

P.270, v.17, P. & M. compoſ. διαγομένη. V.31, pro φυλάξ perperam in P. ſcriptum φύσιν, cum ſpatio vacuo, defectus indicio. nihil tamen deeſſe videtur, nec γύναξ pro φυλάξ cur quis ſubſtituere malit, liquido apparet. Lat.t.v.33, ita ſonant Gr. *non tamen etiam diuulgabãtur omnia; ſed ex coniecturis alii de aliis ſpargebantur rumores. nam pro ipſorum improbitate ac nequitia, & ea quæ cõtigiſſe poterant, contigiſſe ſpargebantur; & quæ dictu erant probabilia, tamquam vera credebantur.*

P.271, v.13, pro ἐν συντυχίας in P. eſt ἐν τῷ τ . . . vt fortaſſe ſcriptum fuerit ἐν τῷ τεαράχῳ, *in tumultu.* V.16, ἀνεγνοὺς poſitum pro ἀγνοῶν. Seq.v.P. diuiſe habet ἐκ ἔτι: in ceteris nihil diſcrepat. verior eſſe videtur hæc lectio; ἐκ οὖν ἤδη, Νέρωνα τύπτων, αὐτὸν κατακέχρηται; *Nondum ergo, qui Neronem verberat, ſe interfecit?* V.20, pro κτείνων ſi κτάνοι malis, non refragabor. Lat.t.v.13, ita ſonant Gr. *Nec quidquam inde mali ad eum redundaſſet; (Nero enim, vt qui forte fortuna in tumultu ſe læſum putabat, nihil irarum gerebat) niſi ille per epiſtolam veniam ab eo petiiſſet.* V.29, *accuſatus etiam Seneca, cum de aliis, tum quod cum Agrippina conſueuiſſet.* V.44, *& ſuper iis conuiuia agitabat. id enim cum dixero, cetera quoque quæ huic ſunt conſequentia, ſignificauero, libidines ſcilicet quas admiſit.*

P.272, v.16, ἐκεῖνο pro vulg. ἐκείνῳ repoſ. e P.c. Seq.v. interpres ſingulariter & fœm.gen. legit αὐτῆς. V.37, rectius P. ἐπιτεθεράπευτο, *demulſa erat.* Lat.t.v.6, Gr. ſonant, *Sic me Cæſarem videas.* vt ſc. apud Horat. *Sic te diua potens Cypri, Ventorumque regat pater.* V.19, *meretricem quandam Agrippinæ ſimilem Nero hanc ipſam ob cauſam ſummopere dilexit: & dum vel ipſe cum ea luderet, vel aliis eam oſtenderet, dicebat ſe cũ matre habere conſuetudinem.*

P.273, v.3, P. ἐπεὶ δεῖν ταῦθ᾽. ſenſus requirit, ἐπεὶ δ᾽ ἐχρῆν ταῦθ᾽, aut aliquid huiusmodi. V.23, pro ſingulari τοῦθ᾽ idem P. pluraliter habet ταῦθ᾽, *hac.* Lat.t.v.7, ita ſonant Gr. *Mater, inquit, vale mihi, ac ſalua eſto. nam & in te viuo, & per te regno.* V.46, *vt ſcilicet multa eiuſmodi fieri optarent: datiſque ad ſenatum litteris, enumerauit cum alia quorũ ſibi fuiſſet conſcia, tum etiam quod ipſi ſtruxiſſet inſidias.*

P.274, v.2, rectius ἐπίστελλεν, vt pag. præced. v. penultimo. V.24, malet fortaſſe aliquis, τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπερκολακεύουσιν αὐτόν. V.30, vulg. l. ὁ ἐμὰ Νέρων ἀποκτεῖναι μὲν δυνάται: P. vtrobique habet μέν. Vera lectio procul dubio hæc eſt; ἔλεγεν ὅτι, Ἐμὰ Νέρων ἀποκτεῖναι μὲν δυνάται, βλάψαι δὲ οὔ. cuius generis ſtructuræ cum alibi paſſim exſtant, tum in hoc ipſo Nerone 269,19: 270,9: 273,41. V.44, P. σχεδὸν γὰρ ἐν αὐλαῖς. quæ ſcriptura ſi mendo caret, σχεδὸν accipiendum erit pro aduerbio σχεδίως. Lat.t.v. penult. Bl. vertit; *vnde ille nullam eiuſmodi actionẽ admiſit.*

P.275, v.16, νικητήρια agnoſcit etiam Blanci verſio, *tropæa:* ſed procul dubio verior lectio eſt οἰκητήρια, hoc ſenſu; *in quibus etiam mox habitationes magnificas ædificauit.* V.18, incluſa δὴ abeſt a P. V.23, δεῖξαι legitur etiam in P.c. Aptius δ᾽ ὄψει: ſed longius paulo a vulgatis veſtigiis remotum: & εἶξαι in ſignificatione τοῦ ἰδεῖν non eſt receptum. V.39, vulg. l. Μεμμίον: itemque P.c. & hic, & infra 297,22: perperam; vt cum ex aliis hiſtoricis clarũ eſt, tum ex Eutropio ſupra, 89,30. In ſequentibus, nominandi ratione inſolentiore obſcurata eſt nonnihil ſententia. itaque paucis ea explicetur. Siculi ergo M. Claudium Marcellum oſtendebant; Eutrop. 82,30: Epirotæ, Appium Claudium Pulchrum, 96,36: (vel potius L. Æmilium Paullum, 88,15) Afrani, L. Scipionem Aſiaticum, 86,20: 87,3: Hiſpani, P. Cornelium Scipionem, cum Cnęo fratre, 81,26: 82,27: Carthaginenſes, P. Cornelium Scipionem Africanum, 89,9. Lat.t.v.35, ita ſonant Gr. *ac digitis eos alter alteri monſtrabãt, & dicebant, Macedones quidem,* Hic eſt n.

P.276, v.12, haud ſcio an rectius πάντα συντεθεῖσαι. Lat.t.v.2, ita ſonant Gr. *per notas quaſdam* (ſeu *teſſeras*) *dabat.* ſic enim apud Sueton. teſſeras nummarias & frumentarias legimus: Lampridius Sortes vocat 203,31,36. V.28, *qui propter ſenectutem aut morbum ſeparatim* (i. ſoli ac per ſe) *nihil facere poterant, in choro canebant.* V.45, *Et quoniam dignum actui colophonem imponi oportebat, ipſe quoque Nero in theatrum prodiit, Gallionis præconis voce nominatim citatus: Cæſarq; primum in ſcena conſtitit, citharœdico indutus cultu: mox, Domini mei, inquit, fauentibus animis me audite: citharaque Attin quendam aut Bacchas cecinit Auguſtus.*

P.277, v.19, εἰς ὡς Πύθιος, agnoſcit cum m.ſ.c. etiam Blancus interpres. Infra 298,29, ὡς præponitur nomini εἰς. quam lectionem ſi hoc etiam loco ſequi

ſequi velis, ſenſus eſt, *Quam vnus es Pythius*, ſeu Pythionices: V.46, Bl. interpres legit οἰκίας τινάς, *ædes quaſdam*: & mox ὕφυδροι. Simile quid in Albano etiam lacu viſi narrat Dionyſ. Halic. 57,29. Lat. t. v.6, ἀνασεῖσαι interpres plauſus ſignif. accipit. tu viſe an hic potius verborum ſit ſenſus; *ac cum loqui aliquid vellet, & ipſi manus veſteſque attollebant, & alios ad idem faciendum pertrahebant*. vt ſcilicet intelligatur non applauſus poſt habitam orationem, ſed ſilentii attentioniſque præparatio ante orationem; qualis infra 353,38. nam futuro temp. auctor ait φθέγξοιτο, non præterito φθέγξαιτο. V.9, ita ſonant Gr. *Nam & peculiare quoddam ſibi agmen compararat, ad quinque milia militum, qui Auguſtales nominabantur. Is laudes incipiebant: cogebanturque illis acclamare ceteri quoque omnes vel inuiti, Thraſea excepto. is enim numquam ei eſt obſecutus: ceteri vero, in primis autem nobilitas, magno ſtudio, non tamen ſine gemitu, confluebant, & omnia quæ Auguſtales præirent, etiam cum lætitia quadam ſignificatione conclamabant.* V.33, *omnibus vt indignis victoria euocatis*, ſeu prouocatis. V.46, *cum tamen nemo hominum nec loqueretur nec gemeret*. Et mox, *in Tameſa fluuio ſub aquis viſebantur*.

P.278, v.7, incluſum χιλίας, abeſt a P.c. V.29, rectius forſan ἠπάτητο: & v.40 προεῖσθαι. Lat. t. v.3, ita ſonant Gr. *quæ Claudius primariis eorum donauerat; & oportebat etiã ipſa, vt quidem Decianus Catus inſulæ procurator dicebat, nunc mitti denuo.* V.41, *nonne præter paſcendi arandique labores, & cetera quæ ipſorum cauſa exantlamus omnia, etiam corporum ipſorum annua tributa pendimus?* (id eſt, etiã tirones e noſtro corpore annui tributi loco dare cogimur) *Ac quanto erat melius, ſemel aliquibus eſſe venditos* (ac mancipatos) *quam ſub inani libertatis vocabulo quotannis ſe redimere?* Et mox, *cum ne mori quidem apud illos abſque multa liceat*.

P.279, v.27, aptius ἡμᾶς, *nos*. V.29, ἴσως pro vulg. ὡς repoſitum e P.c. V.40, interpr. l. ὑμῶν, ſecunda perſ. Lat. t. v.20, ita ſonant Gr. *peculiaremque terrarum orbem habitantes*.

P.280, v.10, rectius καταφεύγουσι, indicatiuo modo. V.30, incluſa, abſunt a P.c. eorumque loco relictum ſpatium vacuum. V.36, ἔργον, ſi mendo caret, ellipſin habet præpoſitionis κατά: vſitatius enim dicitur, ἔργῳ δὲ γυνή ἐστι. V.42, pro τὴν αὐτὴν perperam in vulg. ed. ſcriptum τῶν ἐς τήν. Noſtræ lectionis veſtigia erant in P. & M. V.44, pro αὐτῶν Pal.c. habet αὐτῷ: verior lectio eſt, αἰτῶ, *peto*.

P.281, Lat. t. v.47, Græcum καθ' ἕνα rectius verteris *vno agmine*, ſeu *coniunctis copiis*. Seq. v. interpres participium πλησιάσας, præcedenti membro tribuendum, attribuit ſequenti. ita enim ſonant Gr. *neque rurſum vno agmine, ne circumdatus concideretur, confligere auſus; trifariam diſtribuit copias; vt pluribus e locis ſimul pugnarent.*

P.282, v.8, P. οἱ πατέρες ἡμῶν, *patres noſtri*. itidemque v.16, ἡμᾶς, *nos*. V.19, P. προῶνται, ſubiunctiuo modo: & ſeq. v. ἡμῖν, *nobis*. V.22, rectius μιᾶς ταύτης μάχ. V.27, αὐτοὶ pro vulg. αὐτὰ repoſitum e P. Seq. v. nõ male cum interprete legemus πάντων αὐτῶν. At pro ſeq. commatio ὄλεθροί τε, ſenſus requirit προπετείαις ἀγωνισάμενοι, vel tale quidpiam. ac fortaſſis ὄλεθροί τε exegema fuit ſequẽtis clauſulæ, τοιαῦτα αὐτῶν παθεῖν, & e margine in vacãtem locum per librarii inſcitiam intruſum eſt. Quin & Latina ita potius ſonare debent; *Itaque cum in manibus veſtris ſit vel omnibus hominibus ſecure imperare, quos partim maiores veſtri vobis reliquerunt, partim ipſi vos adquiſiuiſtis; vel omnibus illis priuari; eligite potius ſtrenue dimicando imperium, opes, felicitatemque vobis parare, quam per ignauiam contraria illis ſubire.* V.40, P. ἡμᾶς, *nos*: itemque mox v.42 ἡμῶν: rectius, opinor. ſequitur enim primæ perſonæ verbum κεχρώμεθα, v.45. V.45, ἠλήσαντες legitur etiam in P.c. ſed procul dubio corruptum. αὐτήσαντες non multum a veſtigiis diſcedit: at verius fortaſſe ἤλυς γεῶντες, aut ſimile quid. Adhæc, vt primũ periodi membrum, ita & ſequentia ſuas quæque habent parentheſes, atque ita diſtinguenda eſſe videntur: νικήσειν ἡμᾶς ἐλπίζω, καὶ τῇ παρὰ τῶν θεῶν συμμαχίᾳ, (τοῖς γὰρ ἀδικουμένοις ὡς τὸ πολὺ συναίρονται) καὶ τῇ πατρίῳ ἡμῶν ἀνδρίᾳ, (Ῥωμαῖοί τε ὄντες, καὶ ταῖς ἀρεταῖς ἁπάντων ἀνθρώπων κεκρατηκότες) καὶ ταῖς ἐμπειρίαις, (καὶ γὰρ αὐτοὺς τούτους τοὺς νῦν ἀνθεστηκότας, ἠλήσαντες κεχρώμεθα) καὶ τῷ ἀξιώματι. vt Latina quoque verſio talis eſſe debeat: *victuros nos ſpero, fretus & deorum ope atque auxilio, (quippe qui iniuriam patientibus plerumque opitulentur) & patria fortitudine noſtra, (Romani enim ſumus, virtutibuſque noſtris omnes homines imperio noſtro ſubiecimus) tum crebra experientia, (nam hos ipſos qui nobis nunc obſiſtunt, etiam ante, licet numero inferiores, ſubiugauimus) & poſtremo dignitate.*

P.283, v.3, P. & M. αὐτομόλους: perperam. V.15, P. ἦρε τὸ σημ. actiua ſcilicet forma. V.19, P. βα . . . τῶν πολ. relicto ſcilicet ſpatio vacuo pro ſyllaba δλω. vulgati libri pro iſto aduerbio habent καὶ δήμῳ, nullo ſenſu. Seq. v. pro ἐπιρράξαντες P. habet ἐξάρξαντες: ſed verius fortaſſis ἐπαλαλάξαντες, vt ſupra 139,42. Lat. t. v.17, ita potius ſonant Gr. *atque exinde ſunt congreſſi: barbari quidem, multo clamore minacibuſque cantilenis vtentes; Romani autem, ſilentio & decenti ordine, quouſque ad teli iactum perueniſſent. ibi enim, hoſte pedetẽtim in eos procedente, vnanimi barritu per ſignum ſublato, tota viriũ contentione in barbaros incurrerunt.* V.44, *Bunduica morbo exſtincta, illam quidem vehementer luxerunt, magnificeq; ſepelierunt: ipſi autem, vt vere tunc ſuperati, ſeſe huc illuc diſperſerunt.*

P.284, v.7, τῇ παῤῥησίᾳ pro vulg. αὐτῇ repoſ. ex P.c. margine: eandemq; lectionem e Merulæ codice notauit etiam Schottus. V.14, neſcio an rectius σὺν ἑταίρων ἑνί, *cum vno e ſodalibus*. V.17, conuenientius οἱ ἄλλοι πάντες, *ceteri omnes*. V.43, incluſa καὶ, addita e P.c. V.45, rectius, opinor, παραχεομένου πολλοῦ. Lat. t. v.32, Græcum vocabulum ἔτνος *pultem* ſeu *pulmenta* potius ſignificat quam *legumina*. V.44, ſunt qui malint; *publice ſumptuoſa cœna epulatus eſt*. quia ſcilicet Tigellinus, non ipſe Nero, ἑστιάτωρ eo epulo fuiſſe dicitur: & P.c. ibi neutraliter habet ἐδείπνησε, non actiue ἐδείπνισε.

P.285, v.9, rectius ἐξεκαλίσαντο καὶ ὠμαρίσαντο, fœm. fine, vt mox αἱ συνεφύσαντο, contra exemplariũ conſenſum. Lat. t. v.14, ita ſonant Gr. *Itaque, velut promiſcua vulgi multitudo, ſimul & potabant citra ſaturitatem, & petulanter laſciuiebant.*

P.286, Lat. t. v.4, ita ſonant Gr. *interea multi, pars ſua exportantes, pars etiam aliena rapientes, palabundi inter ſe confundebantur, & in ſupellectilibus fallebantur*. id eſt, palantes inter ſe concurrebant, & ſupellectilibus ea concurſatione confuſis, in ſuis dignoſcendis partim errabant, partim diſceptabãt.

P.287, v.17, perperam vulg. l. ἐσκευασμένα, itemque P.c. V.46, rectius cum interprete legemus πάντων θαυμαζόντων. Lat. t. v.21, ita potius ſonant Gr. *is enim, vt quiuis alius e primariis Roma-*

nis, non tantum genere clarus, & corpore robuſtus, ſed animo etiam vegetus erat: magnaque erat & fortitud. V. 34, *ita enim eum pro illo Imperatorem habere cupiebant, vt etiam malum eſſe iſta dumtaxat in parte vellent*: id eſt, probitatis leges tantum in Nerone tollendo tranſilire; cetera, probitatis ſtudium perſequi.

P. 288, v. 1, pro ἠπάτη ſententia requirit potius ἠπίστη, vel aliud eiuſmodi verbum. V. 22, malet fortaſſe aliquis ἀήθειαν, *inſolentiam*: ſed ἀλήθειαν tamé explodere nolim. ſenſus enim eſt; nihil a quoquam confingi potuiſſe criminis, quod non in Neronis factis eſſet verũ, ſeu, quod nó re vera in Neronis factis deprehenderetur. V. 32, conuenientius fœm. genere legemus τῆς ἐκείνης, ſ. τῆς γυναικὸς, vxoris ſuæ. V. 39, in P. c. legitur tantum φερ: pro altera compoſitionis parte, φερόμενος, relictum ſpatium vacuum. Lat. t. v. 9, ita ſonant Gr. *Sulpicius Aper centurio, & Subrius Flauius tribunus, e ſtipatorum* (ſeu prætorianorum) *numero, etiam coram ipſo Nerone ſunt confeſſi.* V. 36, *quam & librum, quem conſcribebat, correxiſſet, & cetera apud aliquos depoſuiſſet: metuens ſcilicet ne, ſi Neronis in manus veniſſent, interirent.*

P. 289, v. 21, pro incluſo αὐτὸν in P. c. relictũ ſpatium vacuum. nec ſane huc congruit pronomen, ſed potius verbum, ὁρῶν, aut aliud conſimile. Lat. t. v. 19, ita potius ſonant Gr. *neque vllum ludicri ſpecimen exhibuerat.* ſic enim ἐπιδεῖξαι accipiendum eſſe hoc loco, patet ex ſuperioribus, 276, 21, & ſeq. V. 29, *tabernas elocaret*, ſeu mercede locaret. Et mox, *imaginem Caſſii.* V. 47, *inauratis reſticulis* (aut soleis) *calciatas.*

P. 290, v. 2, P. ἀνόμασεν, temp. aor. V. 5, γεγαμημένος legẽdum, nomin. caſu; i. *nuptus*: vt e ſeq. clarum eſt, 295, 25: & 299, 23. ſenſus enim eſt, Neronem in Sabinæ defunctæ locũ duxiſſe Sporum, puerum exſectum; licet Pythagoræ cuidam liberto (vel, vt Lipſius mauult, libertino) nuptus eſſet: atque ita eum Sporo fuiſſe maritum, Pythagoræ vxorem. V. 18, καὶ περὶ legendum eſſe pro vulg. καίπερ, monuit etiam Stephanus, & confirmat infra loquendi genus ſimile, 303, 42. V. 23, vulg. l. τεβακοσίων βιβλίων: cum quibus etſi ſubaudiri poteſt accuſatiuus ἱστορίαν, ego tamen Pal. c. lectionem vt ſimpliciorem ſequi malui. V. 33, mutilus eſt locus: ac talis quæpiam requiri videtur lectio; ὁ νικητήρια αὐτοῦ (vel aduerb. αὐτοῦ, *ibi*) μὲν ἐκρότουν, τοῦ τῶν κιθαρῳδῶν διδασκάλου αὐτὸν στεφανοῦντος. μετὰ δὲ τὴν ἀγῶνα τοῦτον, τὸ Πλαύτιον θέας ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ποιήσαντος, ἡνιόχησε. id eſt, *& ceu victor plauſu excipiebatur, citharœdorum magiſtro coronam ei imponente: poſt, cum in circo Tigellinus adornaſſet ſpectacula, currus etiam agitauit.* Diuiſe autem initio periodi legendum eſſe ὁ τε, declarat in ſequentibus redditiuum ὁ δὲ. Viſe infra 292, 32. Lat. t. v. 19, ita ſonat genuina Gr. lectio & verſio; *ac de librorum conſcribendorum numero, antequam quidquam eorum compoſuiſſet, deliberabat, aſſumptis cum aliis, tum Annæo Cornuto.*

P. 291, Lat. t. v. 9, rectius, *pro velo.* V. 11, *vehiculis a Nerone miſſis.* V. 16, *alternatisque manibus*; ſeu manu manui ſuperpoſita: quod vulgo *cruciatis brachiis* dicitur, i. crucis in modum iunctis. V. 19, *Munerarius fuit Patrobius.* V. 24, *&, cum Patrobio aliquis ob hæc eſſet habendus honor, Teridates deſuper e ſua ſede ſagittis feras iaculatus eſt.*

P. 292, v. 4, aor. φθέγξαιτο & πλήξαιτο pro fut. φθέγξοιτο, πλήξοιτο. V. 16, P. c. βασιλέας, *reges.* V. 28, πωτριάσι pro vulg. ἀπιρίαις repoſitum e Xyl. c. V. 46, aptius, opinor, πρὸς τοῦτο, *eam ad rem.* Lat. t. v. 8, ita ſonãt Gr. *& ero quod tui fuſi fila mihi attribuerint: tu enim mihi & Parcæ es & Fortuna.* V. 39, *Bonum, Domine, mancipium habes Corbulonem*; ſeu, Bonum tibi, Domine, Corbulo eſt mancipium.

P. 293, v. 12, particula ὅτι vel expungenda eſt, vel in aliam conuenientiorem mutanda, ὅλως ſcilicet, ἅπαξ, aut ſimilem. V. 55, incluſum ὡς abeſt a P. c. Lat. t. v. 12, ita potius ſonant Gr. *ac tandem, cum ei Nero moleſtiam inſtando faceſſeret, reſcripſ.* Et mox, *Si ergo in Aſiam veneris, tunc de congreſſu inter nos conueniet.*

P. 294, v. 30, P. νικῴη, optatiuo modo. alioqui ποιεῖ & νικᾷ abſolute quoque poſſunt accipi, vt in formali verborum alienorum allegatione. V. 34, ἔτι pro vulg. ὅτι repoſ. ex Steph. adnot. Lat. t. v. 5, ita potius ſonant Gr. *vt in citharœdorum certamine vinceret, in Cæſarum certamine vinceretur. Ac quid ſola iſta in eo queritetur aliquis, cum etiam embatis conſcenſis de Imperatoria maieſtate deciderit; perſonaque induta, principatus dignitatem abiecerit; vinciri ſe vt fugitiuum paſſus ſit; ducendum ſe vt cæcum præbuerit, prægnans fuerit, pepererit, inſanierit?* V. 21, cum adiectiuis iſtis *Pythicum, Olympicum, Periodicum*, ſubaudiendum eſt e ſequentibus ſubſtantiuum *victorem.* V. 36, *Ac ſi ſola ea ita fuiſſent, pudori tantum ludibrioque citra periculum res fuiſſet: nunc aut.*

P. 295, v. 37, P. ὀλυμπιονίκαις, alluſione ad ὀλυμπιονίκας facta: perperam. Lat. t. v. 18, ita ſonant Gr. *etſi erat mulier, eaque nobilis.* V. 30, *præter cetera, etiam Domina, & Imperatrix, & Hera nominabatur.* V. 35, *Et tales igitur turpitudines admittebat Nero, & ſenatores quoque in florea tunicula, ſindoneque collo circumpoſita, ſalutauit.* V. 49, *Cirrhæum agrum abſtulit.*

P. 296, v. 19, incluſus articulus τὰ, additus e P. c. V. 30, vulg. l. ἀνέκλυσε: noſtrum ἀνέβλυσεν, e P. repoſitum, longe conuenientius. Lat. t. v. 3, ita ſonant Gr. *e quo ſacer ſpiritus aſcendebat.* V. 18, *ſenatorius es*, i. ſenatus ſtudioſior. V. 22, *ſtudioſeque auſcultabant, & clara voce exclamabant, laudabantur & honorabantur.* V. 41, *quippe qui pariter & magnas res inceptaret, & grandes largitiones faceret.*

P. 297, v. 3, ſuſpectum eſt νοία: conuenientius συννοία, ὁμονοία, vel ſimile quid. V. 7, ἐξεκλήματος λαβόντες partitiue dictum videri poteſt. ſequẽs tamen relatiuum οἷα, videtur potius poſtulare ἐγκλήματα. V. 20, ſunt qui malint, τότε γὰρ δὴ, τότε πρῶτον ἐπίστευσεν. V. 26, Καρινὰς reponendum eſſe pro vulg. ὁ Κίνας, docuit Lipſ. Comment. in XIII Annal. Taciti. V. 22, pro Sulpiciorum cognomine Πυθικοὶ, vt quidem hoc loco eſt ſcriptum, in Latinis faſtis eſt *Peticus*, per e ſimplex, ſine aſpiratione: eademq; ſcriptura exſtat etiam in Græcis Faſtis; niſi quod, extrema ſyllaba variata, ibi primum Πετίκου, mox Πετίκοι legitur. Lipſius Comment. ad lib. XIII Annal. Taciti, mediam inter hæc ſcripturam mauult, Ποιτικοί: quia ſcilicet diphthongus οι ad vocalem υ propius accedit. V. 46, ἐξεφόβησε pro ſimplici ἐφόβησε repoſitum e P. c. vt ſupra quoque 258, 13, pro vulg. φοβοῦντες idem P. habet ἐκφοβοῦντες: idemque compoſitum repetitur etiam 259, 26.

P. 298, v. 10, rectius fortaſſis, οὓς ἀπῆρεν, *quos retulerat*, ſ. Nero. V. 27, ſi poſt poſterius οἷα, & ſeq. v. poſt Ἀπόλλων, punctum ſuſpenſum colloces, maior apparebit membrorum ſimilitudo. poſt προδόντας

ἀντίως autem ſubauditur verbum εἰ,σι. V.37, Blancus interpres ſingulariter legit ἅρμα ᾧ νικήσας. V. 44, αὐτὸ pro vulg. αὐτοῦ repoſ. e P. & X. Lat. t. v. 45, ita ſonant Gr. *In theatrum tamen nihilominus ingreſſus, & cithara cecinit, & tragœdias egit. equis vtique non modo non certabat aliquoties, ſed nonnunquam etiam volens ſe vinci patiebatur.*

P. 299, v. 4, pro incluſis ὧν τις relictum in P. ſpatium vacuum. V. 36, ἐπιθυμίας agnoſcit etiam interpretis verſio: ſed conuenientius eſſe videtur ἐπωνυμίας, *appellationes.* Lat. t. v. 31, *vidi eum vinciri, vidi trahi: vidi denique vterum ferre, ac parere.* V. 38, *horum enim perſonas agit; & horum pro illis* (patriis ſcilicet atq; auitis) *appellationes ſibi imponit.*

P. 300, v. 3, P. τοῦ Βίνδικι, omiſſo participio ἀποκτείνασα: vt ſupra 169, 28. Zonaras 189, vulgatam ſcripturam confirmat, cum ait, ἐπικηρύξαντος τοῦ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κομίσοντι τοῦ Βίνδικος. V. 13, pro incluſo μισθοὺς relictum in P. ſpatium vacuum. V. 41, incluſum ἄλλοι, additum e P. c. ſed ita potius inſtituenda videtur lectio; ὑφ' ἧς οἱ ἄλλοι πάντες ἐπεσπάσθησαν: vt legit etiam interpres. Lat. t. v. 39, ita ſonant Gr. *nam & efficax gnauusque erat, & copias magnas pariter promptasque habebat. ac milites, detractis confractisque Neronis imaginibus, ipſum Cæſarem Auguſtumque nominarant: cumque refragaretur, militum quidam vni e ſignis iſta celeriter inſcripſerat. ſed ipſe, & deleuit illa; & vix tandem ſedatis perſuaſit vt penes ſenatum populumque rem eſſe paterentur.*

P. 301, v. 1, ſtructura non conſtat, niſi pro infin. μεταπέμψασθαι reponatur participium μεταπεμψάμενος. V. 4, τέρας non abſurde ſuſpicetur aliquis e marginali adnotatione in textum irrepſiſſe. ſi tamen iuſtum habet locum, ſignificabit ὁ πελώριος Νέρων: & Latina ita reddẽda erunt; *Talia tunc quoque ludebat portentum*, ſeu monſtrum illud hominis; *nec curabat quod ambæ fores, & Auguſtei monumenti, & ſui cubiculi, eadem nocte ſua ſponte patuiſſent.* V. 6, incluſum αὐτῷ, abeſt a P. c. V. 10, pro Λυκίας ſunt qui malint Κιλικίας. V. 17, incluſa τι addita e P. c. ſed proxime ſequens aduerbium πάνυ, nec interpres agnoſcit, nec Zonar. 189. V. 24, pro ὡς rectius cum interprete & Xyl. legemus τισί, *quibusdam.* V. 39, rectius fortaſſe τῷ παριόντι. Latina quoq; ibidem ita potius ſonant; *omnesque qui præterirent, quaſi aduerſum ſe venirent, ſuſpectabat: & ad quamcumque vocem, quaſi ab ea requireretur, trepidabat: ac, ſi vel catulus latraſſet, vel anicula cantaſſet, virgultumve aut ramulus ab aura quaſſatus ſtrepuiſſet, vehementer conſternabatur.*

P. 302, v. 9, apud Sueton. 96, 5, plenius eſt, Θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ: matrisq; vmbram ei præ ceteris obuerſatam fuiſſe veriſimile eſt. V. 15, τὸ ἄφθονον, ſi Dionis eſt ſcriptura, alludit ad metaphoricam bonorum decoctionem ſeu profuſionem. alioqui legendum fuerit potius ἀφανῆ. ſic enim Suet. 96, 40, *Hac eſt Neronis decocta.* V. 23, προσιόντων αὐτῶν αἰσθόμενος, in margine P. ſcriptũ eſt; in contextu autem, προσιόντας αὐτοὺς αἰσθόμενος: vt ſupra 300, 17, & apud Zonar. 190. Seq. v. P. c. ἑαυτὸν ἀποκτεῖναι: Zonar. ἑ ἑαυτὸν καὶ σφᾶς ἀποκτεῖναι. V. 28, iambus erit ſi legamus, Ὦ Ζεῦ θεοί θ', οἷος τεχνίτης ὄλλυμαι! Apud Suet. 96, 50, abſque metro eſt, *Qualis artifex pereo.* V. 33, pro καὶ σφᾶς ſenſus requirit ὅσφ καθ' αὑτὸ, vel ſimile quid. De Iuliorum autem in Nerone defectu, hæc adnot. Camerarius: Antonii & Octauię maioris, filia fuit Antonia maior & minor. maior, nubſit Domitio Aenobarbo, & peperit filiũ Domitium; qui ex Agrippina Germanici filia ſuſcepit Neronem. Minor Antonia, nubſit Druſo, Tiberii Neronis & Liuiæ filio, ac peperit Germanicum & Claudium. Germanici filia fuit Agrippina, Domitii vxor, Neronis mater; & filius Caius. habuit igitur Nero auunculũ Caium. & ita Iulia gens, quos Æneadas vocarunt, in Nerone defecit. Hæc ille, & plenius Xylander in ſtemmate Iuliorum Cæſarum.

P. 303, v. 29, P. c. margo, μὴ δι' ἄλλης: perperam. V. 34, ὑπ' αὐτοῦ, ſi mendo caret, ſignificabit *eo nomine, ea de cauſa.* ſed poſſis etiam legere ἐπ' αὐτοῦ, *eo tenente imperium.* Lat. t. v. 19, ita ſonant Gr. *Ipſe porro, cetera quidem, moderate gerebat imperium, neque onerosus erat; ratus ſcilicet non captum a ſe, ſed datum ſibi eſſe imperiũ: quod etiam identidem dictitabat. verum erat in coac. p.* V. 37, *tam dementi eo principe fuerunt inſolentia*: vel, *ob eius indulgentiam eo inſania ac dementia proceſſerunt.*

P. 304, v. 23, incluſum αὐτοῦ, abeſt a P. c. V. 27, P. c. diſtinguit poſt οὕτως. ſed conuenientius forſan ἐνταῦθα, *hic.* V. 36, ſenſus poſtulat, ἀγανακτήσας ὅτι μὴ αὐτός, atque adeo ita eſt apud Zonar. 190. Sic v. 38, pro ἑ ſenſus requirit compoſitum καθ' ἑ, ſeu καθ' ὅσφ. Lat. t. v. 21, poſſis etiam vertere *ſub Ruſo, ſub Ruſi ducatu.* & mox, *ſub alio, ſub alius principatu.* Et v. 22, *ſub Nerone emerſerant*, ſeu eminuerant. Blancus verterat, *ex obſcuris clari euaſerant.*

P. 305, v. 44, incluſum ὡς additum e P. c. Paulo ante v. 41, dictum Othonis a Sueton. 105, 11, ita refertur, τί γάρ μοι ἑ μακροῖς αὐλοῖς; elliptica orationis forma. vel enim ſubaudiri poteſt καὶ σοὶ ἴδιον, vt hoc loco: vel, κοινὸν ἐστι, vt in euang. Ioann. τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; *quid mihi & tibi communionis eſt?* De prouerbio autem illo viſe Turneb. Aduerſ. lib. 5, c. 1.

P. 306, v. 1, pro incluſa ἐπὶ relictũ in P. ſpatium vacuum. V. 27, ἐκβιάσαντο pro ſimplici ἐβιάσαντο repoſitum e P. c. Seq. v. pro incluſis vacuum eſt ſpatium in eodem c. P. V. 44, rectius forſan ὄντα. Lat. t. v. 39, *ipſius amore*; ſeu, *pro ſua erga ipſum beneuolentia.*

P. 307, v. 4, rectius ἐπειδή τις: Zonaras 191, nec τι habet, nec ὡς. V. 10, incluſum με, add. e P.

P. 308, Lat. t. v. 37, ita ſonant Gr. *de nocte ſcripto propoſito denuntians vt e vita excedat intra eum diem quo mortuus eſt.*

P. 309, Lat. t. v. 18, ita ſonant Gr. *vt Vitelliana etiamnunc ex eo & liba & alia quædam edulia nominentur.* V. 38, *pauco & exili* (ſeu vili) *inſtrumento.* V. 48, *alii pocœnia*, id eſt, poſtcœnia: quæ Germani noſtri vocant *hypnopoſia*; pocula ſcilicet ante ſomnum, ne anima hæreat in ſicco. Et ſeq. v. *paucorum dierum interuallo.*

P. 310, v. 18, ἀπ' αὐτῶν retineri poteſt: ſed poteſt tamen & ſingulariter legi ἀπ' αὐτοῦ, ſ. τῆς τῆς Θεοδώρης ἐπιφοιτήσεως. Lat. t. v. 10, rectius, *adorari ab omnibus.*

P. 311, v. 1, fortaſſe leg. καὶ οἱ ὁ Μυκ. ἰσχυρῶς προσέκειτο, *eique valde inſtabat*, ſeu *eumque valde inſtigabat.* Seq. v. ἐκεῖνος pro vulg. ἐκεῖ repoſ. e St. & Xyl. V. 40, incluſa τι, addita e P. c.

P. 312, v. 2, pro σφᾶς P. c. habet aduerb σαφῶς, *manifeſte.* V. 22, P. c. ἀπολομένων, præterito aoriſto: itemque Legationum volumen pag. 395. Lat. t. v. 28, ita ſonant Gr. *vel etiam baſiis incumbentes*, (circumfuſis ſcilicet brachiis: vt infra in Herodiani Commodo, 489, 15) *aut ſedentes.* V. 31, *prouocare ſe mutuo.*

P. 313, v. 16, pro ὄντες ſtructura & ſenſus poſtulant ὄντας: & mox ἀσπασαμένων pro ἀσπασαμένοι. V. 39, congruentius ἐπιπίπτοντας P.c. V. 41, incluſa ἐ abeſt a P.c. Lat. t. v. 16, ita ſonant Gr. *Orto ſole, cum milites tertiæ legionis quæ Gallica nominatur, (ea in Syria hibernat, tunc autem forte fortuna in Veſpaſiani partib. erat) ipſum derepente ſalutaſſent, vt conſueuerant; ſuſpicati Vitelliani adeſſe Mucianum, mutati ſunt animis: clamoreque victi, fuga ſe mandarunt; (vt ſæpe vel leuiſſima, præoccupatos laſſitudine animos grauiſſime conſternant) regreſſique intra mœnia, protenſis manibus ſupplices orabant.*

P. 314, v. 4, commation iſtud εἰς Ταρρακίνας, abeſt a P.c. ſed repetitur infra 316, 2. V. 15, ἰδημιούργει pro vulg. ἰδημιούργη repoſ. e P.c. V. 20, conuenientius περιέβαλεν αὐτοῖς: vel περιέβαλεν αὐτὰ: vel etiam aduerb. αὐτοῦ, ibi. Et mox, τύς τε δορυφ. Lat. t. v. 1, *ſacra* (ſeu *victimas*) *diſperſerunt.* V. 42, *male accepti diſcedunt.*

P. 315, v. 14, ἔπαι pro vulg. ἔπαι cum St. & X. legendum eſſe, ſtructuræ norma oſtendit. V. 28, Legationum volumen 396, τὸ τοῦ Τιβέριος χειρὸς ῥᾳδίως διεξῄει τῆς. V. 36, vulg. l. τῶ συγῶν τῶ μεγάλων: perperam. noſtra lectio petita eſt ex Legat. vol. 396. V. 39, incluſa ἐς, addita ex eod. vol. Lat. t. v. 15, ita ſonant Gr. *Illi enim primũ per internuntios quoſdam, nunc in defunctorum loculos, nunc in corbes fructuum plenos, nunc in aucupum arundines iniectis litteris, omnia quæ in vrbe fierent, edocebantur.* V. 40, *prætendebant. Sed multi etiam ipſorum, tegulis ex ædium tectis impetiti, & in vicorum anguſtiis obſiſtentium multitudine truſi, perierunt.*

P. 316, v. 21, rectius ὡς μόνως δύναμαι, *qua ſola ratione poſſum.* quamquam μόνος, *ſolus,* apud Zonar. quoque legitur 194, 3. Lat. t. v. 25, ita ſonant Gr. *ſed trahebatur in carcerem, ſicut etiam ipſius ſtatua, multis cum ridiculis tum probroſis adiectis dicteriis.*

P. 317, v. 32, aptius ἤγαλλεν: vel, vt Xyl. legit, ἠγάλλετο. V. 36, ἐπιχαρόμενος legitur etiam apud Zonar. 194, 18. alioqui mallet fortaſſe aliquis ὑπογραφόμενος, *ſubſcribens.* cuius ſubſcriptionis crebra mẽtio apud Suetonium & ceteros Auguſtæ hiſtoriæ ſcriptores Latinos. Lat. t. v. 22, ita ſonant Gr. *atque ipſe Nero viſus aliquando in ſomnis Iouis currum in Veſpaſiani ædes inuehere.* V. 29, *vt & alii nonnulli, ad princ.* V. 32, *magnopere namque ſe iactabat, vt qui & ipſe Veſpaſiano principatum contuliſſet, & frater ab eodem appellaretur, hab.*

P. 318, v. 38, incluſus articulus τῷ, additus e P.c. Lat. t. v. 8, Gr. ſonant, *primus Lingonum,* ſeu *vir inter Lingones primarius.*

P. 319, v. 2, P.c. πηλὸν περιχρίσας. vera lectio fortaſſe, τοῖν ὀφθαλμοῖν πηλὸν περιχρίσας, *inſputo in oculos luto*; ſeu, luto ſputo ſubacto, cæcique oculis illito: ad imitationem ſc. Chriſti, Ioann. 9, 6. Lat. t. v. 4, rectius, *manu alterius calcata.* V. 13, *nam cum aliis multis rationib. pecunias ab eis exegit, nullo quæſtus genere prætermiſſo, etiamſi mendicus aliquis foret; tum præter cetera ex ipſis etiam ſacris pecunias collegit.* V. 25, *Pro quibus cum Titus deprecatus eſſet.* V. 30, *neque enim nouit Cæſarem agere.*

P. 320, v. 2, pro τε non minus apte legas τι. Et ſeq. v. τὸ αὐτὸ τοῦτο, cõuenientius quã plur. τὰ αὐτὰ ταῦτα. V. 8, Xyl. mauult ὅμως γε τοῦτο. V. 22, fort. cum præpoſ. leg. ἐ ἐν τῷ αἰ. vel contracte καί. V. 37, incluſum αὐτὸν, add. e P. & M. Lat. t. v. 22, *porta palatii,* ſeu portæ Imperatoriæ domus. V. 26, *Quæque ipſe præ ſenectute legere non poterat, aut quæ ſenatui abſens per litteras mandabat, per filios ſuos plerumque recitari iubebat: hac quoque in re ſenatui honorem deferens. Conuiuasque cum ex hoc ipſo ſenatu, tum ex aliis quotidie multos adſciſcebat.* V. 38, *ac, ſi ſcripta quæpiam (vt aſſolet) incerto auctore in Imperatores, quæ probrũ ipſi afferrẽt, proponerentur, ip.*

P. 321, v. 1, Ἀρσάκης vſurpatum videtur pro Οὐολόγαισος ὁ Ἀρσακίδης, *Vologaſus Arſacides.* niſi Arſacis nomen commune fuit omnibus Parthiæ regibus, aut cognominis loco vſurpatum, vt apud Latinos *Cæſar Auguſtus.* V. 24, incluſa δὴ, e P.c. addita eſt: contra τοι, v. 27, ab eodem abeſt. V. 41, P.c. ὅσα δὴ ὑπαγορεύσης μοι: rectius.

P. 322, v. 11, αὐτὸ pro vulg. αὐτοῦ repoſ. e P.c. V. 39, P. ἐξήλασεν, *extruſit.* Lat. t. v. 23, *in theatris.* V. 38, *eam dimiſit. nam cum ab aliis multa ſpargebantur, tum rurſum cynici quidam ſophiſtæ in vrbem irrepſerant: ex quibus Diogenes quidem, prior in theatrum magna hominũ multitudine refertum, ingreſſus, poſt multa in eos iactata conuitia, flagris cæſus fuit.*

P. 323, v. 23, incluſus artic. ὁ abeſt a P.c. Contra, v. 27, incluſa ὁ αὐτοκράτωρ, ex eodem P. addita. V. 24, pro δὴ vulg. l. hab. δέ, omiſſo etiam articulo ante αὐτοκράτορα: perperam.

P. 324, v. 4, fortaſſe cõuenientius γενομένας, temp. aor. V. 15, rectius ἄλλῳ, vel pluraliter ἄλλοις. V. 21, ἐν ἰσοτελείᾳ, pro παρ' ἐν, vel ᾧ, alibi quoque inuenitur; vt cognoſces ex Indice. V. 22, incluſum ἔχειν, abeſt a P.c. At ſeq. v. pro αὐτὸν in eodem eſt αὐτοῦ: minus conuenienter. V. 26, P.c. ab impreſſis nihil variat: ſed rectius ex Zon. 195 ita legemus, δύο τε γὰρ ἔτη μετὰ τὴν αὐταρχίαν, ἐ μῆνας δύο, ἡμέρας τε εἴκοσιν ἔζησεν, ἐπ' ἐννέα ἐ λ. id eſt, *nam ex quo imperium iniuit, biennium vixit, menſesque duos, & dies viginti; ſupra ætatis annum nonum & trig.* Lat. t. v. 15, ita ſonant Gr. *qui iuxta principes cum potentia ſunt*; id eſt, qui ſecundum principes potentia & auctoritate pollent; vt Cæſares ſcilicet, præfecti prætorio, & ſimiles.

P. 325, v. 5, pro βιβασθῆναι ex Zonara 195 repone δοθῆναι. ſic enim & Sueton. 118, 21, *beneficia a ſuperioribus conceſſa principibus.* Sequenti etiam verſu congruentius fortaſſe, ὥστε μὴ, καθ' ἑκάστους αὐτῶν αἰτουμένων, αὐτοῖς πράγματα ἔχειν: vel, αὐτοῖς τε ἅμα ἐ αὐτῷ πρ. ἔχει. i. *ne, dum ſingulatim peterentur, & ipſis pariter & ſibi faceſſeretur negotium.* V. 25, P.c. δι' αὐτὰ ταῦτα, *propter hæc ipſa.* V. 36, Zonar. τὸ δὲ μέσον, δαπανηθὲν τῷ πυρὶ, κοῖλον ἐκ τοῦ συνιζάνειν ἐγένετο: *medium vero, dum igni conſumptum, magis ac magis ſubſedit, concauum eſt redditum.* In vulgata ſane lectione præpoſitio ἐν perperam e præcedentis participii fine videtur repetita. Lat. t. v. 15, *centurionibus ſuis ac tribuno.* Et paulo poſt; *atque ex vlteriori parte ad caſtra quæ illic erant, non animaduertentes* (ſeu præter opinionem) *appulerunt.* (i. non conſiderato nauigationis curſu, præter opinionem, ex vlteriori parte quam petiuerant, in orbem reuerterunt ad caſtra quæ deſeruerant) *vnde Agricola, aliis quoque ad nauigationis orbem experiundum emiſſis, etiam ex illis inſulam eſſe comperit.* V. 37, *ea parte tantum igni obnoxius eſt,* ſeu igni exæſtuat. V. 47, *ambitus vero, igni eſt dicatus: atque interdiu fumum, noctu flammam emittit.* Vltimo verſu pro *nec* puto interpretem ſcripſiſſe *ac.*

P. 326, v. 1, incluſa ἐ, addita e P. & M. V. 5, ἔχων maſc. fine legitur etiam in P.c. Refertur igitur non ad τὸ ὄρος, ſed ad ὁ κύκλος, ὁ τῷ πυρὶ νενεμημένος, pag. præced. v. 41. V. 28, Stephanus cum interprete

legit

legit ἐξημέρας, vt mox ſequitur ἐκ φωνῆς. In ſequentibus, incluſa βοῆ & ἐ, abſunt a P. c. itidemq; v.46. Ad illuſtrationē autem v. 44, pertinent hæc Plinii lib.3,c.5; *Litore autem hoc Neapolis, Herculaneum, Pompeii; haud procul aſpectante monte Veſuuio, alluente vero Sarno amne.* de quib. & Dionyſ. Hal. 35, 15. L.t.v.13, ita ſonant Gr. *Sic enim res habuit. Viri multi & magni, omnem naturã humanam excedentes, quales ſcribuntur pinguntúrq; gigantes, partim in monte, partim in agro circumiacente atq; oppidis, interdiu & noctu, cum terrã obeuntes, tũ aerem percurſantes viſebantur. Poſt hæc cõſecuta ſiccitas horrẽda, vehementesq; derepente terræmotus, vt etiam totus ille campus quaſi feruore quodã vibraretur, ſummaq; cacumina ſubſultarent. tũ ſonitus, partim ſub terra, tonitrib. ſimiles; partim ſuper terra, mugituum quadam imitatione edebantur. Mare cõfremebat; cælumq; & ipſum vna inſonabat: indeq; fragor immanis derepente exaudiebatur, perinde ac ſi montes corruerent;* vel, quaſi montes inter ſe colliderentur.

P.327, v.10, pro γὰρ malet fortaſſe aliquis δὲ. ſed poteſt tamen hæc periodus etiã parentheticῶs accipi: vt præcedenti μὲν reſpondeat δὲ periodi ſequentis. V.29, Zon.196,14, πολλὰ δὲ τῶν δημοσίων ἔργων αὐτὸς οἰκοθεν: i. *multa etiã e publicis operib.* (incẽdio ſcilicet cõſumptis) *priuato ſumptu inſtaurauit.* vt hic talis quæpiã requiri videatur lectio; αὐτὸς δὲ & τὰ ἐν τῇ πόλει ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέστησε. Lat.t.v.8, ita ſonãt Gr. *Cinis ergo iſte nihil magnopere tunc eis incõmodauit: (poſt enim, grauem eis peſtilentiam inuexit) ſed alius ignis ſuper terra coortus anno inſequenti magnam admodum Romæ partem depopulatus eſt, interea dum Titus ad Campaniæ calamitatem viſendam profectus erat. nam Serap.* V.25, *Titus ergo Campanis quidem duos e conſularib. miſit conditores:* (ſeu opidorũ & ædificiorum inſtauratores duumuiros conſulares) *pecuniasq; eam ad rem cum alias donauit, tum eorum qui ſine herede eſſent mortui.* Et mox v.29, *Omnia etiam* (quæ in vrbe deflagrarant) *ex iis quæ ſuppetebant* (i. partim ſuis partim publicis pecuniis) *reſtituit. Et in ceteris quidem* (dedicandis) *nihil ſingulare præſtitit: at cum theatrum venatorium & denominatum a ſe balneum dedicaret, multa fecit, & mirabilia.* V.38, *quæ mulieres quoque, non tamen nobiles, vna confecerunt.* i. ad quas conficiendas mulieres quoque præter viros acceſſerunt.

P.328, v.34, forſan aptius diuiſe αὖ ἴγεω. Lat.t. v.1, Gr. ſon. *primo die gladiatorius ludus, cædesq; beſtiarum f.* Interpres ναυμαχίᾳ pro μονομαχίᾳ maluiſſe videtur, quia id innuunt præcedentia. ſed ſi ſequentia conſideremus, mutatione haud opus eſt. Monumentum autem v.9 dicere videtur Caii & Lucii, eo in luco exſtructum.

P.329, v.9, θεῶν pro vulg. θεὸν repoſ. e P.c. V.19, incluſum τὸ, add. e P. & M.c. Contra, incluſum ὄντα, v.28, abeſt a P.c. V.35, P. καί τι pro καί τι: & mox αὐτός γε pro αὐτός τι. Lat.t.v.22, Gr. ſon. *maximam pecuniam acquiſiuiſſent.* V.27, *ſuperauit in paternorum fraternorumque amicorum ignominioſa & exitioſa tractatione.*

P.330, v.34, P.c. προσκατασκήνωσε: minus apte. V.38, αἰτία excuſari poteſt: ſed congruentius tamẽ αἴτια. Lat.t.v.5, Gr. ſon. *& floribus & vnguentis honorari.*

P.331, v.25, δύο additum e P. & M. Contra τε, v.35, a P. abeſt. V.33, interpres ſingulariter μανδύας legit: ſed plurale agnoſcit etiam Zon.197. V.44, P.c. ὁμοίας, *ſimiles.* Lat.t.v.6, Gr. ſon. *ſed & cladi apte mederi*; ſeu, cladem probe ſarcire. V.23, *imagines ſtatuaque cum argentea tum aurea.*

P.332, v.1, vulg. l. παρφοδῆ. ſed παρφοδῆ cum P. & X. legendum eſſe, ſatis declarant ſequentia. Sequenti etiam verſu congruentius ὧος, maſc. gen. V.28, τοιαῦτα pro vulg. τοσαῦτα repoſ. e P. & M. V.30, incluſus artic. τῆ abeſt a P.c. Lat.t.v.18, Gr. ſ. *prius abire iuſſit ipſorũ famulis.* V.34, *Domitianus igitur eiuſmodi triumphalia, vel (vt vulgus quidem appellabat) parentalia, ob eos qui partim in Dacia, partim Romæ interierant, celebrauit.*

P.333, v.3, P.c. ἐπ' αὐτῶν. V.23, poſt ἀφεὶθη deeſſe videtur ἐγὼ δὲ, vt declarat in præcedenti membro ὁ μὲν. Lat.t.v.2, rectius, *in regiam eius*, ſingnum. V.47, *ſeſe exuerat.*

P.334, v.2, pro ὅτι ſententia poſtulat ἀλλ' ἔτι. V.11, P. συνεγράφετο δὲ αὐτῆς & τοῖς κατ. In qua lectione vt & aptiore loco poſita eſt, ita minus apte aoriſtum pro imperfecto ſubſtiturum. Seq. v. τῆς inſertum ex eodem P.c. & ὡς v.18. atq; adeo aduerbiũ iſtud ibi requiri, declarat paulo poſt, v.23, ſimile cõmation, ὡς αὐτοκράτωρ. V.20, P. & M. Κλαύδιόν τι & Παρθένιον: cum tamen de vno eodemque agi ſit perſpicuum. Lat.t.v.11, Gr. ſon. *excerpſiſſet, & lectitaret.* V.18, *ſæpenumero & vinctis ſolus loquebatur, vincula eorum manib. ſuis tenens; (nec. n. aliis credebat quæ illi eſſent dicturi) & illos ipſos, etiã vinctos, metuebat.* V.33, Bl. verterat, *poſt cenſoriam dignitatem.* ſed primum honorũ gradum fuiſſe ταμιείας, non τιμητείας, complurium teſtimonio clarum eſt. V.38, *qui inter primos cum quibusdam aduerſus eum coniurauerat.* V.47, *multosq; & indicabo tibi, & coarguam.*

P.335, v.10, καὶ poſt ἄλλα vel tollenda videtur, vel poſt ſequens οἷα collocanda. V.20, malim τῷ Νέρωνος, ſ. ἐξελεύθερον. Lat.t.v.7, ita ſonant Gr. *quo crimine alii quoque multi, qui ad Iudaicos ritus defecerant, condemnati ſunt.* V.21, *quos etiam in ipſa præfectura curabat reos agi.* V.49, *quas cum puſio quidam, ex eo genere qui nudi ad garriendum ali ſolent, eo interdiu* (i. meridie, infra 337,1) *dormiente ſubreptas teneret manibus, neſcius quid ferret.* Quæ iiſdem prope verbis de Commodo infra narrãtur ab Herodiano, 486,38. Suetonius hac de re nihil: Zonaras Dionem noſtrum ſequitur.

P.336, v.1, εἶχεν pro vulg. εἶλεν repoſitũ e P.c. V.15, ἐκ ἐόντων defendi poteſt, ſi referamus ad geneſeως dies & horas. poſſumus tamen etiã cum interprete legere ἐκ τῶν ἐλπιζόντων. V.26, pro εἰκτῶν P. & M. & Zon. habent μετρίων, congruentius. L.t.v.27, Gr. ſ. *non paucos qui ea ex re ne ſperauerant quidem ſe cum aliqua fore potẽtia.* V.21, *Et, cum tantarum rerum nihil improuiſum accidere ſoleat; ipſi quoque cum alia euenerunt ſigna, tum ipſe per ſomnum vidit & Ruſticum ad ſe cũ gladio accedere, & Mineruam, quã in cubiculo ſtantẽ habebat, armaturã abieciſſe, & [ſe] ſuper nigrorum equorum curru in vaſtũ hiatum incidere.* poſtremum .n. hoc membrũ potius ad ipſum Domitianũ q̃ ad Mineruã pertinere videtur.

P.337, v.1, τὸ μεσημβρινὸν legitur etiã in Suidę collectaneis infra 864,16. itidemq; pag. præced. v.1, μεθ' ἡμέραν, *interdiu*: apud Zon. autem 197,59, τὸ μεσημβρινὸν, *meridie.* V.7, aptius forſan ὅτω δὴ, *ita demum*, ſeu *tunc demũ.* V.43, interpres paſſiue legit συνεφαπτηθέντων. Lat.t.v.2, ita ſonant Gr. *primum Parthenius ferrũ gladii, qui ſemper ſub eius ceruicali iacebat, exemit, ne eo vteretur.* id eſt ferrum gladii exemit, vaginam dumtaxat reliquit. V.43, *ſed & delatorum multi adiudicati ſunt morti: inter quos fuit etiam Seras philoſophus. Cum ergo turba exſtitiſſent*

haud vulgares, ex eo quod omnes omnib. accuſare permitteretur, aiunt Front. conſ.

P. 338, v. 19, malim cum articulo τὰ δαπανήματα. V. 27, Ruſi epitaphium Latinum Camerarius & Schottus e Plinii minoris epiſtolis citant ſic; *Hic ſitus eſt Rufus, pulſo qui Vindice quondam Imperium aſſeruit, non ſibi, ſed patriæ.* de Vindicis autem interitu Dio ipſe paulo aliter ſupra 300, 22. V. 30, incluſum ποτὶ, add. e P.c. V. 36, Neruæ quod tribuitur, Victor tribuit Tito Cæſari 513, 52. Sequentia confer cum Victoris Epitome 536, 34.

P. 339, v. 5, non male ex Zonara legemus, διὰ τε γήρας βαθὺ καὶ τρόπων χρηστότητα καταφρονούμενος, *cum & ob grandē ſenectutem & ob morum bonitatem cōtemneretur.* alioqui pro ἔτι reponendum foret ἤδη, aut ſimile quid. V. 11, verſus qui citatur, deſumptus eſt ex oratione Chryſis ſacerdotis ad Apollinem, Il. α. Lat. t. v. 29, *tunica & toga purpurea.* V. 42, *multa faciebat quibus partim remp. corrigeret, partim bonis gratificaretur. nam & illam diligenter procurabat; adeo vt ciuitatib. Italicis ad liberorū ſuſtentationē multa largiretur; & his multa cōferebat beneficia.*

P. 340, v. 41, pro μὲ γὰρ rectius leges μὲν οὖν, ex Zon. 199, 60. Lat. t. v. 40, ita ſonant Gr. *Venationum namque, conuiuiorum, dicteriorum,* (ſeu iocorum) *quin & conſiliorum operumque ſocium ſe illis præbebat: ac ſæpenumero etiā quartus vehebatur: domosq; nonnullorum vel absque cuſtodia ingreſſus, hilaritati cum eis ſeſe dabat.*

P. 341, v. 10. vulg. l. τοῖς πόνοις. ego cum P. τοῖς Τάφοις malui, vt ſupra 332, 41. V. 19, aptius καταπεμπῶν legemus ex Suidæ collectaneis infra, 864, 45. V. 21, incluſum αὐτὰ, abeſt a P.c. Ibid. mox ſuperuacua eſt præpoſitio ἐπὶ, vt declarant hæc Zonaræ, 200, 15; ἐπεὶ δὲ τὰ ἄκρα κατέλαβε, *poſtquam ſumma cacumina occupauit.* V. 28, P.c. τῶν προςταχθέντων, *eorum quæ propoſita fuerant.* cum vulgata lectione congruunt hæc in Legat. volum. 401, πάντα τὰ ἐπιταχθέντα ποιήσειν. idemq; loquendi genus repetitur 341, 26. Lat. t. v. 15, Gr. ſon. *ſociorum cum alios tū Burros Traianū hortari, vt retro verſo itinere pacem colat.* V. 21, *ſed in faſcias eam ac turundas concidiſſe.* V. 44, *captiuorumque ritu iunctis manibus, ſupplices quædā proloquebantur: deinde pace ſolenniter firmata, arma receperūt. Traianus porro, triūpho ob victoriā acto, acceptoq; Dacici cognomine, in theatro gladiatores cōmiſit; quib. delectabatur: & ſaltatores quoq; in theatrū reduxit, quod vnū ex iis Pyladem amaret.*

P. 342, v. 2, incluſa τῇ, addita e P.c. Lat. t. v. 7, ita ſonant Gr. *& iis qui ante aduerſati ei fuerant, clades inferre.* V. 31, *Traianus mediū quoddam reſponſum dedit, e quo appareret, neque magnā admodum, neque prorſus exiguā Longini rationem haberi, cur eum aut perire aut magno redimi vellet. Vbi cū Decebalus aliquantū cūctatus diſpiceret q̄d facto opus eſſet, Lōginus interea, facta ſibi veneni copia, eo epoto mortē oppetiit.*

P. 343, v. 1, incluſum πολλοὶ abeſt a P.c. V. 14, τε ſuperuacua eſt, & forſan e fine præcedentis copulatiuæ ē repetita. Lat. t. v. 1, Gr. ſ. *in fluuio magno, & aqua verticoſa, ſoloque limoſo.* V. 4, *Latitudinem porro fluuii dixi, non quod tanto ibi ſpatio ſinat. (nam alicubi duplo & triplo maior reſtagnat) ſed quod anguſtiſſima pontique faciēdo iis in locis aptiſſima pars, tanta ſit: quanto autem magis ibi e ſpatioſo ſtagno deſcendens, rurſumque in maius inde ſtagnum procedens, in anguſtum concluditur, tanto & rapidior fit & profundior. vt id quoque pontis fac.*

P. 344, v. 11, incluſa δὲ, addita ex Steph. adnot. V. 20, rectius συνεχώνευσε, *conflauit.* V. 30, in P.c. nullū eſt defectus indiciū; itidemq; Zon. habet, τὸν ἰατρὸν τοῦ Σύρα ἐκάλεσε, καὶ δι' ἐκείνου τοὺς ὀφθαλμοὺς, διὰ δὲ τοῦ κουρέως ἐκείνου τὸ γένειον ἐξύρησε. vt ipſe quoq; verbū ἐξύρησε ad vtriusq; mēbri accuſatiuos retuliſſe videatur: quaſi videlicet Traianus per Suræ medicū oculos, (h. e. oculorū ſupercilia) per tonſorem vero mentū radi iuſſerit. alioqui poſt ὀφθαλμοὺς deeſſe videtur ἐκαθάρθη, ἐθεραπεύθη, vel aliud cōſimile verbum. V. 38, P. & M. διαγνωσθεισῶν: ſignificantius. V. 41, pro τῷ Bl. legerat αὐτῷ, & ad Suram retulerat. Xyl. vulgatam lectionē exprimere maluit. cum qua facere videntur etiā hæc Zonaræ, 201, 4, ἔπαρχον μὲν τῶν δορυφόρων προχειρισάμενος, καὶ ὀρέγων αὐτῷ τὸ ξίφος. Et Victoris breuiariū 515, 1, poſt mentionē de Sura, *Præfectum prætorio,* inquit, *Saburanum nomine, cum inſigne poteſtatis, vti mos erat, pugionem daret, crebro monuit*-- Vbi *Suranum* fortaſſe aliquis malit, vt in Conſularib. faſtis Panuinii, p. 35. Lat. t. v. 16, Gr. ſ. *in quibus ferarum pecudumque altilium ad vndecim milia iugulata ſunt, & gladiatorum x milia decertarunt.* V. 21, *nummosque monetæ exſoleſcentis* (ſeu fugientis) *conflauit omnes.* V. 47, Bl. verterat, *huic etiam principió*-- cū ita ſonet vulgata Græcorū lectio; *Quin & cum primum ei qui prætorianis erat præfuturus, gladium porrigeret, quo eum accingi oportebat.*

P. 345, v. 27, ἀποθανόντας ſuſpectum videri queat. nec certū tamen an verius ſit ἀποχαλώντας. Lat. t. v. 6, Gr. ſon. *re ad ſenatum delata.* V. 35, *nonnunquam falſos diſſeminabat nuntios, & proſpeculatorem agebat: vt milites & ordines ſeruare ſtuderent, & ad omnia parati atque impauidi eſſent.*

P. 346, v. 42, κλιθέντων pro vulg. κλιθ. repoſitū e P.c. V. 35, τε poſt εὐθὺς vel ſuperflua eſt, vel aliud poſt ſe membrū poſtulat. Lat. t. v. 9, ita ſonāt Gr. *poſt, conſecuta terræ quaſi bullientis violentiſſima ſubſultatio, & partim tellus ipſa tota ſurſum eiectabatur, partim ædificia ſubſiliebant: eorumque alia in altum elata, rurſum e ſublimi collabentia frangebantur; alia, huc illuc velut ſalo iactata, ſubuertebātur, magnamque etiam ſubdiualis ſpatii partem præoccupabāt. & dum ligna, lateres, ac lapides confringebantur, crepitus fragorque terribiliſſimus exſiſtebat.* V. 42, *aut in fornicato aliquo intercolumnio incol. ſeru.* Cum hac porro terræmotus deſcriptione confer Ammian. Marcell. 347, 41.

P. 347, v. 3, P.c. περὶ μακρὸν, ſing. num. V. 17, incluſus articulus τὸ, additus e P. & M. V. 23, P. ἔζευξεν αὐτὸν, ſ. τὸ ποταμὸν, *ponte illum iunxit, pontem in eo fecit.* V. 34, fort. l. καὶ ταῦτα δὲ περὶ αὐτὰ: vt ſignificet, eas quoque vrbes eſſe Aſſyriæ. Lat. t. v. 11, Gr. ſ. *ita vt leniter admodum ictus, e periculo euaderet. cum vero ad complures dies terræmotus duraret, in circo ſub diuo agitabat.* V. 38, *Adiabeneq; omnem in ſuam poteſtatem redegerunt, (ea Aſſyriæ circa Ninum pars eſt) Arbela item, & Gaugamela, ad quæ Darium vicit Alexander. ea quoq; ſunt Aſſyriæ: eaque ipſa, etiam Atyria propterea barbarico more appellata eſt, duob. ſſ in t transmutatis.* Sed quorſum feratur commation iſtud διὰ τοῦτο, *propterea,* obſcurum eſt.

P. 348, v. 17, malet fortaſſe aliquis παρέχοι. ſed iſtiuſmodi enallage, paſſim obuia eſt. V. 36, vera lectio eſt, τὸ Στάσεις καλούμενον, expuncta ſyllaba τε: vt cum Pintiano legit Paulus Leopard. Emend. l. 8, c. 2, ex Plinio, Ioſepho, Stephano Byzantio, & aliis. Lat. t. v. 1, Gr. ſonant, *ferro validus,* ſeu firmius. V. 23, *itaque tractoriis machinis* (ὁλκοὺς *Græci vocant*) *transportatis nauibus.* V. 39, Blancus verterat,

qui

qui vallum Teſpaſini habitabant, (nam ita ab incolis appellatur) erantque in d. Merula rectius aliquanto *Vallum Spaſinum.*

P.349, v.1, aptius fortaſſe plusquamperf. κεχείρωτο: & v.14, ἐδίδαξεν, pręt. imperf. V.39, ſi pro τι ſubſtituas copulatiuā τε, & pro ποιούμενοι reponas ποιῶνται vel ποιῶνται, paulo melius & ſtructura conſtabit, & ſententia. Latina quoq; ſic melius ſonabunt; *& cū propter hac ipſa diu a magna multitudine obſideri nequit, tum a ſole, cui etiam ſacra eſt, defenditur.*

P.350, v.22, pro ὑδεν, procul dubio legendum ὑδενί, *nulli.* V.37, exiſtimarit fortaſſe aliquis, legendum potius κατ' ἔθος, *de more.* ſed vulgatam lectionem confirmat hæc Zonaræ metaphraſis 202, 2, *ſi* ἐπέχετο αἵματος ἐκκρίσεως αὐτῷ ἐκκρινομένης διὰ γαστρός, *ob retentionem ſanguinis qui ei quotannis per ventrem excernebatur.* V.43, incluſa τι, addita e P.c. Lat. t.v.17, Græca iſta, τὰ ἔντερα αὐτῶν ἐνεδιδύσκοντο, ſi mendo carent, non ſignificant *edunt viſcera*, vt Blancus vertit; ſed, *inteſtinis eorum ſe redimiebant*; id eſt, inteſtinis eorum ceu faſciis quibusdā ſeſe coronabant. V.42, *vt etiam parte aliqua corporis enervatus atque exſolutus fuerit.* vbi diſcrepat a medicis Dio. ἀποπληξίας enim medici totius corporis; παράλυσιν autē ſeu μέρους, partis dumtaxat νέκρωσιν atque ἀναισθησίαν definiunt, i. cum pars tantum corporis, vitiatis neruis motuque amiſſo, quadamtenus emoritur.

P.351, v.23, interpres paſſiue legit ἐπεποίητο. ſed actiuum verbum retineri poteſt, ſi præcedens ἐπὶ accipiatur pro ἐν, hoc ſenſu; *quod in nullo alio* (i. alia nulla in re) Plotina *fecerat.* alioqui paſſiuæ lectionis ſenſus foret; *quod ſub nullo alio Imperatore factum fuerat*; vt ſc. Auguſta pro Auguſto ſubſcriberet. V.36, pro ſingulari αὐτὴ antecedens plurale αἱ θέαι requirere videtur αὐταί. ſi tamē αὐτὴ germana auctoris ſcriptura eſt, referetur ad τὴν κατ' ἔτος θέαν, i. ad ſpectaculum quod ſingulis annis exhibebatur. V.43, pro οἷς P.c. habet οἱ μὲ. ſed cum idem οἱ μὲ paulo ante pręcedat, hic repeti nequit: niſi forte membra quæpiam loco deſint. Lat.t.v.12, Gr. ἐν πρώτοις (i. *in primis*) ambiguum eſt. nam & *primis annis* ſignificare poteſt, vt interpres accepit; & *inter primos conſules*: vt primi conſules, intelligantur ordinarii, quique in annorum notatione nominantur; ad differentiam ſc. ſuffectorum & honorariorum conſulum. V.15, Gr. ſon. *& Plotina ex fauore amatorio, Cæſarem pariter & Imperatorem creauerunt.* ſicut & Spartianus 127, 27, *nec deſunt qui factione Plotinæ, mortuo iam Traiano, Adrianum in adoptionem adſcitum eſſe prodiderint, ſuppoſito qui pro Traiano feſſa voce loqueretur.*

P.352, v.16, rectius τοὺς ἀνταγωνιστὰς infra in Suidæ collectaneis, 865, 23. Lat.t.v.10, Gr. ſon. *& quedā pedeſtri oratione, necnon verſib. poëmata omne genus reliquit.* V.20, *Inde etiam Fauorinum Gallum ac Dionyſium Mileſium ſophiſtas, conuellere aggreſſus eſt, æmulos atque aduerſarios eorum extollendo.* V. 29, *veritusque eſſet ne & cauſa caderet, & inſuper contumelia afficeretur.* V.47, *libertatem qua ille tum in dicendo vſus fuerat.*

P.353, v.4, ἀφανέστερον, ſi neutro genere ab auctore ſcriptū, referendum erit ad τὸ κατεσκευασμένον. alioqui propinquius ναὸς, poſtulat maſc. ἀφανέστερος. V. 17, incluſum ταῖν, add. e P.c. V.38, P. ὄντως ποικίλως. mallem, ἐξ αὐτοῦ ὄντως ποικίλως αὐτοῦ. Lat.t.v.21, Gr. ſon. *Hæc ergo ei vitio vertebantur, & nimis exacta omnium rimatio, curioſitasq; & verſipelle ingeniū:* (ſeu morumq; & ingenii varietas) *quæ tamen corrigebat ac compenſ.* V.34, *militares ordines accuratiſſime excoluit, atq; ita, vt quantumuis pollētes, nec immorigeri eſſent, nec iniurioſi. Vrbes ſocias pariter ac ſubditas, magnificentiſſime iuuit. ex quib. multas vidit, ac plures quam vllus alius Imperator: omnesq; ferme adiuuit; aliis aquas, aliis portus, frumentū, operave aliqua vel pecunias, aliis alios honores conferens.* V.47, *nec enim vmquam ad præconis vocem conticeſcunt.*

P.354, v.2, P.c. ἀφαιρῶν, indic. modo. V.16, ὅσων pro vulg. ἴσων repoſ. e P.c. V.32, aptius fut. λέξω. Lat.t.v.14, Gr. ſon. *conſulibusq; cum in iudiciis non numquam aderat, tum in circenſib. honorem habebat. Domum cum rediret, lectica ferebatur; ne cui, ſi forte comitari vellet, moleſtia faceſſeretur. Diebus qui nec feſti eſſent nec publici, domi manebat: nec quemquam vel ad ſalutandum admittebat, niſi forte aliquid incidiſſet neceſſarium; ne omnino vllum cuipiam faceſſeretur negotium. Semperque, Romæ pariter ac foris, optimos quosq; circum ſe habebat, & cum iisdem etiam conuiuiabatur: ac propterea etiam quartus ſæpe vectabatur*; ſicut ſcilicet apud Ammianum Marcell. legimus a Conſtantio Iulianum, & a Iuliano rectorem prouincię in conſeſſum vehiculi fuiſſe adſcitum. Interpres ad conuiuia reſpiciens, legit συνεχῆ, i. *quartus ſæpe epulabatur.* V.41, *quidquid vel imperatorio vel publico populi Ro. fiſco debebetur.* ſeu, *quidquid vel principis fiſco, vel populi ærario deb.*

P.355, v.14, aptius μετοικίσαντα, vt Zon. quoque 203, 17, dicit, μετοικίσας ἐκεῖσε πρὸς τὸ βέλτιον. V. 19, conuenientius πάντα. Sic v.22, concinnius γυμνῇ αὐτῇ, datiuo caſu. V.26, ſi pro ἀχθεῖσα malis παχθεῖσα, non multum refragabor. V.33, plurale ἃ confirmāt iſta Zonaræ, ἐφ' ὧν ἐρώντας. interpres cum Suida maluit ſingulare ὃ. Lat.t.v.23, Gr. ſon. *diligenter inſpexit & inquiſiuit: multaq; vel in vita vel in ſtructuris delicatius inſtituta, ad concinni cultus normam reuocauit.* V.31, *ideoque, maxime autem pacis tēpore, plerumque inter exteros degebat.* V.45, *ſine imperatorio tamē apparatu.* V.48, *in ea enim & clauiculam fregit, & crure propemodū mutilatus eſt.*

P.356, v.22, incluſus articulus ὁ, abeſt a P.c. itéq; mox incluſa πρὸς, v.16: belle quidē hæc, ille autem parum concinne. Lat.t.v.37, Gr. ſ. *ac demum cum ipſe diceret ſtellam ſe quādam velut Antinoi videre, tum familiares ſibi ea de re fabulantes libēter audiebat; quaſi videlicet ex Antinoi anima vere ſtella iſta exorta eſſet, ac tum primum apparere cœpiſſet.*

P.357, v.18, geminatū τὴν agnoſcit etiam P.c. & vehemētiam quandā habet ea geminatio: Xyl. tamen poſterius expungit. V.45, incluſa δὲ, addita e P.c. Lat.t.v.24, Gr. ſ. *eos ſingulatim militū legatorumq; numero aliquo adoriens, claudensque & commeatu prohibens, ferire quid.* V.35, *indagari multitudo non potuit.* Et mox, *Salomonis, quem illi ſ.*

P.358, v.7, pro ἅψαμενος apud Zonar. 204, 12, legitur ἧψατο μὲν. vera lectio procul dubio eſt, ἧψατο μόνον, *tantum attigit.* In fine periodi, v.10, ex eodem Zonara, ipſaque adeo ſtructuræ ratione, leges, φοβηθέντων, & ἐπαύσατο. quod Stephanus quoq; in ſuis Notationibus animaduertit. Rurſum v. 8, pro Ἀλανῶν q. c. habent Ἀλαμανῶν: quem errorem ſatis arguit nationum diſtantia. V.20, incluſum πολλά, abeſt a P.c. V.22, congruentius ἐν τῇ θέᾳ: vel ἐν ἐκείνῃ θέᾳ. Simile porro factum Tiberii narratur ſupra 226, 30. Lat.t.v.16, malim *patriaque ipſis veſte*, ſeu *vernacula ipſis veſte.* ad verbum, *veſte regionis vſitata.* V.42, *vt Adrianus, cum mortem obire cupiet, non poſſit.*

P. 359, v. 20, ἀξιωμάτων legitur apud Zon. quoq; 204, 35: cum aptius eſſe videatur ἀξιωμάτων vel ἀξιώματι. V. 31, vel αὐτῷ legendū, retinendo ἐπέγραψεν, quod ſit *Inſcripſit*, pro *Inſcribi iuſſit*; vt docte vertit interpres: vel ἐπέγραψαν legendum, retinendo αὐτοῖς. ſed altera lectio mihi quidem magis placet: inquit Steph. Lat. t. v. 6, rectius, *qui & ſtatuis honorati ſunt.* V. 13, *vtique & Cornelius Fronto qui tunc inter Romanos in cauſſis dicendis primas ferebat, profunda nocte aliquando domum a cœna reuerſus, cum e quodam, cui patrocinium erat pollicitus, intellexiſſet, eum* (Adrianum ſc.) *ius dicere, in cœnatoria veſte, ita vt* [*tunc*] *indutus erat, in dicaſterium eius ingreſſus eſt, ac ſalutauit; non matutina compellatione* SALVE, *ſed veſpertina*, VALE, *vſus.* V. 29, *Turpe eſt Caſar, te, præfectis foris ſtantibus, loqui centurioni. Idemque prætorianorum præfecturam & inuitus tunc accepit, & mox acceptam depoſuit.*

P. 360, v. 3 & 4, incluſa, add. e P.c. Ex eodem P. ibidem ἡμῶν repoſitum pro vulg. ἡμῖν. V. 19, P.c. Μάρκον Ἄννιον Βῆρον: (itemq; Zon. 204, 57) at mox v. 21, ὁ Ἄννιος Μάρκος. E quib. coniicere licet, veram ſcripturam eſſe Μάρκον Ἄννιον Βῆρον: ſicut idem mox Ἄννιος Βῆρος ἔγγονος appellatur etiam in P.c. necnon apud Spartianum 133, 36, & 149, 47: adſtipulantibus etiam membranis veteribus. Verum hic incidit ſcrupulus. nam, qui Commodus a Dione nominatur, Spartiano eſt Annius Verus: & qui Dioni eſt M. Annius Verus, Spartiano eſt Marcus Antoninus. Sed eam diſcrepantiam explicat idē Spartianus 140, 45; dū ſcribit Marco Antonino & patrem, & auum, immo & proauum, fuiſſe Annium Verum: & rurſum 149, 47, collegam eius fratremque adoptiuum, L. Ceionium Commodum, ex Adriani voluntate Ælium appellatum eſſe; ex Antonini coniunctione, Verum & Antoninum. Vnde intelligimus, natiua & primitiua eorum nomina fuiſſe L. Ceionium Commodum, & M. Annium Verum. poſt, illum partim ex Adriani voluntate, partim ex fratris coniunctione, appellatum eſſe L. Ælium Verum; vtrumque autem, ex Antonini Pii adoptione, Antoninum eſſe dictum. cuius cōmutationis argumentum etiam in Eutropio ſupra 115, 29.33. V. 27, incluſa ἐ, abeſt a P.c. Idem P. ſeq. v. Βαλβινοῦ pro Ρωμαϊκοῦ: præpoſtere. V. 42, P. c. ἀποδείξειν. Lat. t. v. 18, Gr. ſonant; *Commodum Commodi filium ſibi adoptauit; atq; inſuper M. Annium Verum; deſignare ſcilicet volens, qui quam diutiſſime poſt ſe imperarent. Erat porro hic M. Annius, qui Catilius ante nominabatur* [ex auo materno,] *nepos Annii Veri, qui ter conſul & tribunus militum fuerat.*

P. 361, v. 7, P.c. τῆ βασιλεία. ego plur. βασιλεῖς malim: vt ſit iambus prouerbialis ab Adriano vſurpatus. V. 19, cum coniunctione legendum videtur, εἰ δὲ καί τ. Lat. t. v. 4, Gr. ſonant, *tandem omiſſo accurato diata regimine, ſumptiſque eſculentis & poculentis minime conuenientibus, vitam finiit.* V. 23, *hiſtoriam Antonini Pii*: ad verbum, *qua de Antonino Pio*, ſ. memoriæ ſunt prodita.

P. 362, v. 7, incluſum τὸ, abeſt a P.c. Contra, τῷ, v. 15, ex eodem P. huc inſertum eſt. V. 37, ὀκχυθῆναι pro vulg. ἐκκλυσθῆναι, repoſitum e P. & M. Diluuii huius non meminit Capitolinus inter aduerſa quæ Pii temporibus prouenerunt, 139, 21. Lat. t. v. 24, Gr. ſonant, *Fertur Antoninus diligens fuiſſe in quarendo, ac ne in paruis quidem & triuialibus ab exacta rimatione deſtitiſſe: vnde & Cuminiſectorem eum deriſores vocitabant.* vt infra 836, 3.

P. 363, incluſa v. 9 & 15, abſunt a P.c. V. 21, interpres legit τῷ Σεβηριανῷ, gen. caſu. Mox v. 23, conuenientius ἀθροίζων τοὺς ἐν. V. 46, P. ἐκάλεσεν, *vocauit*: minus apte. Lat. t. v. 13, Gr. ſon. *& ad audiendas Hermogenis diſſertationes rhetoricas ſtudioſe veniſſe: maxime autem Stoicorum decretis addictus fuit.* V. 22, *totumque Romanum exercitum, Seueriano commiſſum, ad Elegiam* (*Armenia locum*) *vndique concluſerat, & vna cum ipſis ducibus aſſidua ſagittarum immiſſione confecerat, Syriaque vrbes ſubinde magno numero magnoque terrore incurſarat.*

P. 364, v. 15, cum Blanco leges εἰς ἀποδειχθῆναι, vel ſaltem εἰς ἀποδείξεως paſſiua ſignif. accipies. V. 21, Μάρκον accuſ. caſu agnoſcit cum m. ſ. etiam Blancus: alioqui mallet fortaſſe aliquis Βινδικα τὸν Μάρκου ὑπαρχεῖ ὄντα, *Vindicem Marci legatum.* V. 39, ἰσχύρρην agnoſcit etiam Blancus interpres: Xyl. mauult ἰσχύρρην, numero ſingulari. Lat. t. v. 35, Gr. ſon. *ſuper viſceribus eius.* V. 47, *vt hac quoque memoria dignemur.*

P. 365, v. 8, aptius Camerarius legit ἀνεκάλεσέ τις. V. 10, P. ὦ χιλίαρχε: & tamen v. 5 ἔπαρχος. V. 17, P. ἐν δέκα πολλάκις & ἐν δώδεκα ἡμέραις, *decem ſæpenumero & duodecim diebus.* Seq. v. aptius fortaſſe, & τὸ νικῆσαι ἐστὶν ὅτι. Lat. t. v. 8, Gr. ſon. *Hunc vitem arbuſtinam aliquando frondantem inclamauit quidam: & cum ad primam poſtulationem non ſtatim deſcenderet, increpans eum, Saltem ergo præfecte, inquit, deſcende. quo dicterio ille quidem ſuperbum eū in humili conditione notauit: fortuna tamen iſtam ei dignitatem poſtea contulit.* Senſus autem dicterii eſt; Si proprio nomine rogatus deſcendere dedignaris, ſaltem præfecti honoratiore titulo compellatus, deſcendere ne grauare.

P. 366, v. 16, ἀποκαλυπτόμενοι retineri poteſt. admitti tamen poteſt etiā ἀποκαλυπτόμενοι. Paulo poſt cōgruentius ὑπεροψίαν ἀγωνίας. V. 22, P. cum vulg. l. poſt ἀπέπεμψε habet, ὅτι δὲ τοὺς ἐπιπέμψαν, ὅπως μὴ ἴδιν, ἀρχόμενος δὲ & ὅτι. regrediens ſcilicet ad 357, 45, vnde aberrarat. V. 24, malit fortaſſe aliquis ἀνεδέξατο: inquit Steph. Lat. t. v. 8, *atque exinde conſertis manibus, ſeſſores pariter & equos deiiciebant. præ violentia enim lapſationi non amplius obniti poterant.* i. propter vim Romani irruentis, a lapſu tueri ſe non poterant. V. 35, *vt labore*, (ſeu laſſitudine) *vulneribus, ard.*

P. 367, v. 26, incluſa μὴ, abeſt a P.c. Pro αὐτῷ autem, v. 31, Stephanus vel αὐτῶν legendum cenſet, vel αὐτόν. V. 33, pro αὐτοῖ, etiam P.c. cum vulg. l. habet αὐτῶν: errore manifeſto. V. 44, ἀλλ' e P.c. repoſita pro vulg. καὶ. Lat. t. v. 7, Gr. ſon. *atque hac tunc & Romanis ſalutis, & barbaris exitii fuit cauſa; non Arnuphis magus. neque enim magorum conſuetudine præſtigiisq; Marcum delectatum fuiſſe, vllis hiſtoriis eſt proditum.* V. 25, *Graci*, Chriſtianis peculiari more, intelligendi hoc loco ſunt pagani. V. 42, *& hi quidem humectabantur ac bibebant; illi autem igni exurebātur & interibant: nec vel Romanos ignis contingebat, ſed, ſicubi forte ad eos appropinquaſſet, ſtatim exſtinguebatur; vel barbaros iuuabat pluuia, ſed magis etiam immiſſas eis flammas, velut oleum, excitabat.*

P. 368, v. 23, incluſa δὲ, addita e P.c. Lat. t. v. 23, Gr. ſon. *qui ſibi gratulabatur* (ſeu magni beneficii loco ducebat) *ob rhetoricæ peritiam ad Ægypti præfecturam perueniſſe.* V. 30, *quippe quod Commodus iuuenis adhuc & ſimplicioris eſſet indole.*

P. 369.

P.369, Lat.t.v.1,Gr.ſon. *conuocauit eos, ac talia recitauit*; i. atque in hanc ſententiam e ſcripto verba fecit.

P.370, v.8, Xyl. mauult neutro gen. μέγα: quia ſcilicet ἆθλον nomine hic non labor ſignificatur, ſed laboris præmium. V. 12, omnino præpoſitione repetita legendum, πρὸς πίστιν καταλύσασθαι, πιστὸν διαγενέσθαι. In P.c. nō tantum præpoſitio hic omiſſa, ſed etiam adiectiuum πιστόν. Lat.t.v.31, Gr.ſon. *nam in Caſſium ambulantem irruit Antonius centurio.*

P.371, v.6, vulg. l. & P. ἐπικεχωρισμένον. ego Camerarium ſequi malui. V.8, P. ἑαυτῶν: alii αὐτῶν, *ipſorum*. ſed ἵνα ἑαυτόν, *vnum ſe*, probat etiam interpres. V.20, P. ἀπαύδω, præſ. temp. V.24, P. τότε, *tunc*. V.45, vulg. διηκολίακε, augmento parum vſitato. Lat.t.v.28, Gr.ſon. *in ea gente vnde antiquitus eſſet*: i. e qua per maiores ortum duceret.

P.372, v.24, χρήματα ἔχοντα, plurali vtrumq; numero, etiam P.c. Lat.t.v.3, Gr.ſon. *Quibus peractis, etiam iis qui vel imperatorio vel publico fiſco aliquid deberent, omnibus omnia remiſit debita, a quadraginta ſex annis, abſque ſexdecim annis Adriani.* V.10, *eamque & ſenatori prætorio* (ſeu prætura functo) *inſtaurandam demandauit.* V.30, *inquit, ſenatum alloquens*; ſeu, ad ſenatum verba faciens. V.34, *in templo Bellonæ.* Ritum autem iſtum haſtæ iaculandæ, a Perſis quoque vſurpatum tradit Ammian. Marcell. 365, 18.

P.373, v.3, neſcio an rectius ἄριστα δὴ πάντων τ. Suidæ ſane collectanea talem quampiam lectionem innuunt, 867, 10. vbi tamen Pio Antonino hæc, non Antonino philoſopho tribuuntur. τῇ εὐψυχίᾳ vero quod peculiare nomē a Marco datum fuerit, nondum comperi: niſi forte ſit Æquanimitas, cuius ſignum tribuno a Pio moriente datum refert Capitolinus 140, 22: & 142, 39. V.34, incluſum αὐτῶν, additum e P. & M. V.39, malet fortaſſe aliquis, αὐτοῖς ἐς πάντ' ἴσα τοῖς ἀνθρώποις χρῆσθαι, *eis ad omnia, non ſecus atque ceteri homines, vti.*

P.374, v.6, incluſum τὸ, abeſt a P. V.10, pro κατημβλωμένην aptius (opinor) legemus κατιωμένην, *rubiginoſam*. Præcedenti etiam verſu rectius fortaſſe, ἀπὸ χρυσῆς τῆς βασιλείας. nam ἐκ nullam in ſeq. redditionem habet. V.17, Steph. legendum cenſet οἱ καί τις, aut ὡς καί τις. illam tamen quam hanc lectionem mauult. V.44, incluſum οὐ nec P. c. aut Zonaras agnoſcit, nec Herodianus 473, 11: nec item Lampridius 158, 3. atque adeo ſimilis infra locus oſtendit abeſſe negationem debere, 391, 2. Lat.t.v.11, Blancus verterat, *in ferreum, & in ea facta qua Romanos qui tū fuere, nosque ipſos arguunt, delab.* Xylander eam verſionem paulo melius interpolauit. ego hanc ſinceriorem puto; *de quo iam dicendum, ab aureo ad ferreum rubiginoſumque imperium, vt rebus tunc populo Romano, ita nunc nobis delapſa hiſtoria.* ſignificare namque auctor vult, vt tunc reſp. R. ex aureo Marci principatu ad ferreū, eumq; rubiginoſum, Commodi dominatum fuit deuoluta, ita ſuæ quoq; nunc hiſtoriæ eandem eſſe περιπέτειαν. V.26, Latinius, *admonitionibus valere iuſſis, facta cum barb. pace.* V.41, *quod patrem aliquando profundo luto impactum, equo adacto liberaſſet.* Sequentia paulo aliter narrat Herodianus 472, 21. nec cōſiſtere videtur Dionis hiſtoria, niſi de Pompeiani filio hic intelligantur quæ ab Herodiano tribuuntur Quadrato. Dionem tamen Zonaras quoque ſequitur 209, 33.

P.375, v.14, P.c. ἐπειδή. quæ lectio cum ſequentibus quidem congruit; ſed cum antecedentibus nequaquam cohæret. ſi locus nō eſt mancus, paulo melius hęc lectio quadrat; ἔπειτα καὶ ἐκεῖνοι βιαίως ἀποθνήσκοντες. V.34, poſſis etiam tranſpoſita καὶ non minus apte legere, ἤσθετο δὲ καὶ ἐς αὐτὸν φέροντας ὄντ. φάρμ. Lat.t.v.1, Gr.ſonant, *vt etiam cum eo conuiuaretur, & iuueniliter colluderet.* V.10, *Sed & Marcia quadam, vnius ex tunc interfectis pellex, & Electus cubicularius; hic quidem Commodi quoque factus cubicularius; illa vero, Commodi primum pellex, dein Electi vxor: poſt & ipſi violenta morte perierunt.* Vereor tamen ne mutilus aut deprauatus ſit locus. Cōmodo ſane hos ſuperuixiſſe, immo eos necem ei ſtruxiſſe, declarant ſequentia. vt fortaſſe poſt γυνή, *vxor*, hoc ſenſu deſideretur commation, θανάτου αὐτῷ γενόμενοι αἴτιοι, *morte illi conciliata.* V.28, *Inter omnes enim, qui vmquam memorantur, horum amor mutuus, fuit egregius; adeo vt ne in magiſtratibus quidem a ſe inuicem ſeiuncti fuerint. Sed & locupletes fuerunt ac prædiuites; magiſtratusque ſimul geſſerunt, & alter alteri aſſeſſorem ſe præbuit.* cuiusmodi fratrum par ſupra quoque narratum in Nerone, 296, 44. V.44, *ſublatusque, vt confeſtim moriturus, in cellulam deportatus eſt: atque ipſe quidem e conſpectu ſe ſubduxit; arietis vero corpus, in loculum coniectum, pro eo crematum eſt.* quam rem & Lampridius attigit, ſed admodum breuiter, 158, 16. de verueeis pelle cremata, diuerſa hiſtoria eſt apud eundem 157, 23.

P.376, v.15, incluſum ἰδεῖν, add. e P. Lat.t.v.14, Gr.ſon. *plurimum impegit, cum, quid diceretur, ne intelligere quidem poſſet. Id ergo tunc præſens audiui: poſt vero & aliud huiuſmodi vidi. Eſt Malli, Ciliciæ opido, Amphilochi oraculum, per ſomnia reſponſa dans.*

P.377, v.2, locus hic a Suida citatur in Μάρκελλος & quidem plenius ac luculentius. quare illum inde huc tranſcribam totum: Μάρκελλος, στρατηγὸς ἐπὶ Κομόδου. ὃς δωροδοκίας τοσοῦτον ἀπεῖχεν, ὅσον τι φιλανθρωπίας καὶ ἡμερότητος μετεῖχεν. ὅπως γὰρ δὴ διὰ πάσης τῆς νυκτὸς ἐγρηγορέναι δοκῇ, καὶ κατὰ τοῦτο μηδὲ τῶν ἄλλων τις τῶν συνόντων οἱ καθεύδῃ, δώδεκα γραμματεῖα, οἷά γε ἐκ φιλύρας ποιεῖται, καθ' ἑκάστην ἑσπέραν, ὡς εἰπεῖν, συνέγραφε· καὶ προσέταττέ τινι ἄλλο ἄλλῃ ὥρᾳ κομίζειν αὐτοῖς· ἵν' ὡς καὶ ἀεὶ ἐγρηγορὼς θαυμάζηται. ἦν μὲν γὰρ καὶ ἄλλως ἀϋπνομαχεῖν πεφυκώς· ἐπὶ πλεῖον δὲ αὐτὸ καὶ ἐκ τῆς τροφῆς ἤσκει. τά τε γὰρ ἄλλα ἥκιστα ἄδδην ἐσιτεῖτο, καὶ ὅπως μηδὲ τῶν ἄρτων διαπιμπλῆται, ἐκ τῆς Ῥώμης αὐτοὺς μετεπέμπετο· οὐχ ὡς οὐ δυνάμενος τῶν ἐπιχωρίων ἐσθίειν, ἀλλ' ἵν', ὑπὸ τῆς παλαιότητος αὐτῶν, μὴ δύνηται μηδὲ σμικρῷ πλέον τοῦ πάνυ ἀναγκαίου φαγεῖν. τὰ γὰρ οὖλα αὐτοῦ, κακῶς ἔχοντα, ῥᾳδίως ὑπὸ τῆς τῶν ἄρτων ξηρότητος ᾑμάσσετο. ἐπετήδευε δ' οὖν ἐπὶ μεῖζον αὐτὸ πλάττεσθαι, ἵν' ὡς μάλιστα διαγρυπνεῖν δοκῇ. V.28, P. ἀπαντήσει, fut. tempore: minus apte. V.37, idem P. οἱ στρατιῶται. ſed veriſimilius eſt, Commodum in iſta trepidatione συστρατιώτας quam ſimpliciter στρατιώτας appellare maluiſſe. V.42, P. ἴπαρχον, vno π. verior ſcriptura ὕπαρχον, ſeu ἔπαρχον, *præf. prætorio*: vt patet ex v.20. V.45, pro ἐκεῖνον rectius fortaſſe legemus ἐκεῖνοι, *illi.*

P.378, v.2, cum coniunctione legendum vel, καὶ ὁ μὲν: vel, ὁ μὲν οὖν. aut aſyndeton hic ſtatuendum. V. 8, W. interſerta copulatiua legit, τῷ δὲ Κομμόδου καὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. alioqui ſane ſuperuacuum eſſet pronomen αὐτοῦ. V.10, non minus apte legas ἀπαλλαγέντες, *liberati.* V.11, in P.c. omiſſum eſt πῦρ: vnde ſuſpicetur aliquis, veriorem lectionem eſſe πωλοῦντες, *vendentes*: vt pag. ſeq v.5. Lat.t.v.46, malim plusquamperf. temp. *deductus fuerat.*

P.379, v.11, Wolf. legit ἐς ἐνιαυτοὺς πέντε καὶ εἴκοσιν, *in annos* x x v. ſed vulg. lectionem & tuentur & explanant hæc Zonaræ 210, 16, ὑπάτους εἰς ἕνα ἐνιαυτὸν εἴκοσι ἐ πέντε ἀπέδειξεν: & hæc Ælii Lampridii 158, 55, *tuncque primum vigintiquinque conſſ. in vnum annum; venditaque omnes prouinciæ.* V.29, P. ἀχρειώσειν, fut. Att. Lat.t.v.37, aptius, *torua viſu*: vel, *trux aſpectu*.

P.380, v.2, incluſa τι, abeſt a P. at non item ſupra 377, 40. Contra, incluſum τὸ, ſeq. v. ex eodem P. additum. V.8, rectius ἐπὶ κοινοῦ, ſine articulo: vt apud Zonar. 210, 38, ἐπὶ δόξαις. V.17, forſan inſerta copula legendum τινὰ τι ἑαυτοῦ, vel ἐ τινὰ ἑαυτοῦ. V.21, incluſa γὰρ, addita e P.c. V.23, P. ἐλαῖον, maſc. gen. per ſyntheſin. V.30, commation iſtud δι αὐτῶν, Wolfius vt ſuſpectum aſteriſco notarat. ſi ad τὰ βέλεας referas, nihil ſuſpicionis videtur ſubeſſe: vt declarat ſup. 333, 34. Lat.t.v.16, Gr. ſon. *atque is quidem, quod & leonem ex equo confeciſſet iaculis. qui etiam, poſtquam percuſſeras adeſſe ſenſit, & illos noſtis interemit, & Emeſenorum (vnde oriundus erat) inimicos, ſuoſque inſuper interfecit omnes.* V.35, *acus enim paruas* (haud ſcio an rectius μακρὰς, *longas*) *venenis illinebant; luemq; per illas in alios mercede inductis immittebant.* V.48, *Romamque æternam felicem coloniam, & orbem orbis terrarum* (*quippe qui ſuam eam videri vellet coloniam*) *appellauit.*

P.381, v.3, menſium appellationes Commodianæ, leguntur etiam apud Zonaram 210, 47; & quidem eodem ordine: in Suidæ autem collectaneis infra 869, 6, ordine paulũ mutato. Cum eiſdem confer Lamprid. 160, 19. V.16, Ῥωμαῖος, Ἡρακλῆς, apud Zon. quoq; diſtinctione ſeparata ſunt: apud Lampridium autem 159, 31, *Romanus Hercules* abſque diſtinctione. V.19, δημαρχικὸς, *tribunicius*, legitur etiam apud Zon. 210, 55. Interpres maluit δημάρχης, *tribunus pl.* V.25, malim, ἐ γὰρ ἐπὶ ἐκείνῳ: vel, ἐ ἐπὶ γὰρ ἐκ. *nam hoc quoque appellabatur nomine.* V.29, P.c. in margine habet vulg. ſcripturam, in textu autem, κατὰ δραχμὰς, omiſſo nomine ἄνδρα. V.37, P. c. ἐ τὰς πέντε δρ. vnde coniicio, ſcribendum κατὰ πέντε δρ. *ſingulos quinas drachmas.* ſicut alibi quoque apud hunc ipſum auctorem, κατὰ pro ἀνὰ in hoc loquendi genere poſitum legitur, & quidẽ hac ipſa pagina, verſu modò citato. V.42, incluſa δὲ & τι, addita e P. V.45, W. mauult ἰδιαὶ, plur. num. Pleonaſmũ præpoſitionis in ſeq. commatio, ἐν ξυρῷ παρέσωσε, notauit idem W. & vſurparunt præter Euripidem ac Lucianum, etiam ſacri ſcriptores aliquoties. Lat.t.v.45, ita ſonant Gr. *Beſtias quidem certe multas & domi trucidauit, & in publico. Quin & gladiatorio more depugnabat: ac domi quidem ita, vt etiam non nullos interficeret; (nouaculaque, velut pilos adempturus, aliis naſum, aliis aurem, aliis aliud præcideret) in publico autem, ſine ferro, & ſine ſanguine humano. Induebat autem, priuſquam in theatrum intraret, tunicam manicatam ſericam, albam, auro interſtinctam: eoque ipſum habitu amictum ſalutabamus. cum vero ingreſſus eſſet, ſumebat purpuram auro conſperſam, chlamydemque ſimilem more Græcanico.*

P.382, v.2, ἐπιδοὺς, pro vulg. ἐπιδοῦναι, repoſ. e P. V. 21, vulg. l. diuiſe ῥοπάλῳ τῷ: itidemq; P. c. perperam vtrique. Lat.t.v.24, Gr. ſon. *& in medio certamine laſſatus bibebat calice in clauã formato, vino dulci refrigerato e mulieris manu ſumpto, vno hauſtu.* V. 39, *partim quod neminem aliũ ex iis qui aliquid memoria dignum litteris mandare poſſunt, ea tam exacte, vt nos, rimatos eſſe noui.* V.48, *poſt, a prandio, gladiatorium certamen ſubibat. in quo exercendo, vtebatur armatura eius quem Secutorem appellant; clypeum dextra, gladium ligneum ſiniſtra tenens.*

P.383, v.26, μὲν τι, pro vulg. μένει, repoſ. e P. V. 37, in P. c. νικᾷς geminatum eſt. quæ ſcriptura ſi vera eſt, εὐτυχέστατος νικᾷς erit *feliciſſimus es pugnis*. apud Zon. 211, 12, ita legitur hoc exclamationis membrum; ἐ πάντων εὐτυχέστατος νικᾷς νικῶν, καὶ Ἀμαζόνιε νικᾷς. quæ lectio aptior erit, ſi clauſula ex epitome noſtra ſic legatur, ἀπ' αἰῶνος Ἀμαζόνιε νικᾷς. vt hæc efficiatur ſententia; *Et omnium feliciſſimus vincis victorias; ab æterno vincis Amazonie.* Lat.t.v.13, Gr. ſon. *pugnata iſta vmbratili pugna.* Et mox, v. 16, *ac primo die ipſe omnes illos e ſuperiore loco, toto Mercurii habitu cum inaurata virga ſumpto, conſcenſoque ſimili ſuggeſtu, commiſit.* V.19, *oſtenti loco.* V.42, *E reliquo autem populo multi ne intrabant quidem in theatrum: nonnulli obiter introſpectantes diſcedebant; partim pudore eorum quæ gerebantur; partim etiam metu: quippe quod rumor percrebuiſſet, eum ſagittis quoſdam conficere velle, vt Hercules Stymphalidas.*

P.384, v.11, P.c. δράσαι, opt. modo. Lat.t.v.7, Gr. ſon. *Fecit inſuper & aliud tale apud nos ſenatores: e quo præſentiſſimum exſpectabamus interitum. occiſo enim ſtruthocamelo, amputatoque eius capite, accedebat eo vbi ſed.* V.11, *caput ſubridens mouit.* V.39, *primam enim apud eos cellam, velut vnus ex ipſorum numero, habebat.* Inſcriptionem porro quæ ſequitur, confer cum Herodianica 485, 17.

P.385, v.7, rectius ἐπίσημον, ſeu ἐπισημότατον, vt in Domitiano ſupra 337, 9. V.11, ἰδίαν pro vulg. ἐβίουν repoſ. e P. V.34, legendum videtur, ὡς ὑπομνήσεις μου τῇ ἱστορίᾳ, *vt quod ſuperſtitem eſſet relicturum meam hiſtoriam.* Lat.t.v.47, fortaſſe rectius, *ſedibus ſuis excita*: vel, *inauſpicatis ſedibus*. diras aues dicit Lamprid. 161, 25.

P.386, v.22, pro ὑπόμνημα ſi reponatur ἱκέμιον, fuerit ἱκέμενος τὸ ἀρχαῖον, perinde ac ſi diceretur ἱκέμενος χάμματα ſeu ἀγγελίας περὶ τῆς ἀρχῆς: inquit Stephanus. alioqui legendum fuerit ἐμήνυσαν, *indicarunt.* V.35, P. c. σὺν ἡμῖν, *nobiſcum.* V.42, incluſa ἂν addita e P. Lat.t.v.4, Gr. ſon. *ſcripta quæ ad Imperium pertinebant*: i. quibus rationes Imperii R. cõtinebantur. *breuiarium Imperii* dicit Sueton. in fine Auguſti, 42, 2.

P.387, v.13, αὐτὸν vel tollendum, vel in ſequens membrum transferendum eſſe videatur. ſed ſi pro præpoſitiuo accuſatiuo accipiatur, nulla erit opus tráſpoſitione. hic enim erit ſenſus; *nemo enim eum appellabat Commodum neque Imperatorem.* V.16, fortaſſe tranſpoſita ἐ rectius legerimus, ἐφοίνισεν ἐ μάλιστα ἐκ τε Κ. φοβηθεὶς τε. vel ἐ in γε mutanda. V.26, vulg. l. Λίβυς: (itemque Zon. 212, 21) P.c. Λίμος. ſed veram ſcripturam eſſe Λίβυς, tum ſequentia hic declarant, tum Iulius Capitol. 163, 42. V.28, κατὰ τὴν in alterutro membro vitioſum eſſe videtur, ac pro μετὰ ſuppoſitum. Interpres in priori membro legit ἐ κατὰ τὴν, *eamque ob rem*, ob litterarum ſc. cognitionem: in poſteriori omittit κατὰ τὴν. V.31, τὸν pro vulg. τὸ repoſ. e P. V.36, duplicata præpoſ. ἐπὶ τὸ βάθρον ἐπὶ τὸ συνέδριον legitur etiam in P.c.

P.388, v.16, τῇ ἐσχάτῃ pro vulg. ἡ ἐσχάτη repoſ. e P. c. vbi τῇ ἐσχάτῃ per ellipſin præpoſitionis ita vſurpatum, vt paulo poſt v.20, τῇ πλευταίᾳ. V.44, incluſa nota numeralis, ρ', abeſt a P.c. Lat.t.v.15, Gr. ſon.

Gr. ſon. *ac ſuperiores partes* (id eſt terga) *inaurata pelle ornatum.* V. 25, *ceteraque conuenientes appellationes accepit.*

P. 389, v. 9, vulg. l. & P. λέγεται: perperam. V. 16, ὑπὸ τῷ Κομμ. retineri poteſt, ſi ὑπερπλουτοῦντας paſſ. accipiatur pro *ſupra modum ditatos.* alioqui legendum fuerit ἐπὶ τῷ Κομμ. *ſub C. imperio.* V. 20, vel ἰσχυρῶς cum P. legēdum, vel ἰσχυρῶς, vt ἰσχυρῶς 293, 39. V. 30, pro τι, ſententia requirit vel γε, vel ἔτι ἢ ποτε, vel aliud quid conſimile. V. 38, incluſum αὐτοῖς, abeſt a P. V. 42, non male interpres legit ἄοπλοι, *inermes.* Lat. t. v. 41, Gr. ſon. *immo ne in Palatio quidem eum educabat; ſed omnibus ſuperiorib. facultatibus primo ſtatim die depoſitis, eas inter liberos distribuit; (nam & filiam habebat) & apud auunculum eos degere iuſſit, ac raro admodum cum eis fuit; idque vt pater, non vt Imp.*

P. 390, Lat. t. v. 13, Gr. ſon. *praeclari illi Caeſariani.* V. 22, *Laetus vero, e Falconis negotio nactus occaſionem, multos militum, quaſi ille* (Imperator ſc.) *iuberet, interfecit. Quo animaduerſo, ceteri, veriti ne & ipſi inſuper interirent, tumultuati ſunt.* Blancus quoque verterat, *quaſi id faceret iuſſu principis, occidi iuſſit.* Xylander ad Falconem hæc referre maluit; cum verius ad inuidiam Pertinaci conciliandam a Læto facta ſint. V. 34, *ſine inconſiderato.*

P. 391, v. 10, membrum deeſſe, declarat τι. talis ergo quæpiam requiritur lectio; περί τι δέρυ περιέχεσθαι, ἢ δίχα τῆ πόλεως περιελαύνεσθαι: vt ſupra quoque 380, 7. apud Zon. 215, 5, breuius eſt, δίχα τῇ περιέχεσθαι περιέχειν. V. 16, Zon. ἰδίω, ſine præpoſitione: rectius. V. 46, incluſum ἰδίων, add. e P. Ibid. mox & vulg. l. & P. c. ὅτι τι Ιουλιανόν: loco e ſequentibus corrupto. noſtram & Xyl. lectionem probant etiam hæc Zon. 215, 23, λεγόντων ἑκατέρω, ὅτι πόσον ἔδωκε ἢ πόσον ἐκεῖνος δίδωσι. Lat. t. v. 30, Gr. ſon. *pecuniarum & coaceruator inſatiabilis, & dilapidator prodigus.*

P. 392, v. 5, cōgruentius fœm. gen. ταῖς πεντακισχιλίαις, ſ. δραχμαῖς: vt patet e pag. præc. v. 44. V. 17, rectius fortaſſe προσεγκαλέσαντες. V. 21, nihil hic diſcrepat P. c. niſi quod pro οἱ ἐπιτήδειοι habet ἢ ἐπιτήδειον. vnde coniicio veram ſcripturam eſſe, ὅσοις τι ἦν πρὸς τὸν Περτίνακα ἐπιτήδειον, *quibus aliquid erat cum Pertinace neceſſitudinis.* V. 23, conuenientius paſſ. ἐπιβουλευόμενοι. V. 28, P. προσεπήλθομεν, *prodimimus.* Lat. t. v. 3, Gr. ſon. *tantum promittit.* V. 45, *& conſcientia nos de rebus ſuis admonebat; vnde & odium aduerſus eum & metus nobis oboriebatur.* i. & dum nos conſcientiæ de ſuis rebus admonebat, odii contra ſe metusque anſam præbebat.

P. 393, v. 34, legendum videtur ὡς ἀπελευθέροις: vel aduerbialiter ἀπελευθέρως. V. 42, pro οἱ in P. c. ſcriptum δέ: ita tamē vt ε e δ factū videatur. Wolfius legit τι σοί. ſed non minus aptum fortaſſe ποί, *aliquibus.* Lat. t. v. 7, Gr. ſon. *ficto quodammodo & figurato vultu.* i. vultu ad fictitium quendam habitum compoſito. Et mox, *populus vero tetricū vultum aperte praeferebat.* V. 12, *velut ex compoſito conclam.* V. 21, *militibus imprecari.* V. 26, *ibique totam noctem, diemque ſequentem, ſine cibo & potu perſeuerarunt, clamore accerſentes cum ceteros milites,* (vel duces; ſi στρατηγοὺς legas) *tum in primis Nigrum Peſcennium, & eos qui cum eo erant in Syria. opem ab eis & auxilium petentes.* V. 34, *illiberaliter res capeſſebat.*

P. 394, v. 8, W. l. δεινὴν ἦν. Lat. t. v. 44, Gr. ſ. *quod palatium cancellis & ianuis validis munierat.*

P. 395, v. 21, poſt οὐδὲν, & mox poſt τῷ Περτίνακος vacat in P. c. ſpatium vnius vocabuli capax: cum tamen integra ſit ſententia. V. 27, παιδινομένοι pro vulg. παραδιδομένων repoſ. e P. Lat. t. v. 9, Gr. ſon. *perinde ac ſi aliquid eorū quae futura erant, ſi ea praenoniſſet, auertere potuiſſet.*

P. 396, Lat. t. v. 45, Gr. ſon. *vitaque conuerſatione agreſtium.*

P. 397, Lat. t. v. 21, Gr. ſon. *monumentum heroicum;* quale ſc. heroibus ſeu diuis ſolet fieri. V. 28, Blancus verterat, *tribunal ligneum coloris lapidei.* cum χρῶ, non coloris, ſed cutis ſignificationē habeat; ſignificans, ligneum illud tribunal ſeu ſuggeſtum, contigue ſuper lapideo ſtructum fuiſſe, ita vt eius ceu cuti inſideret. Et mox, *Super eo, cella, quā col.* Eadem fere apud Herodianum eſt deſcriptio, in Seueri ἀποθεώσει, 541, 1.

P. 398, Lat. t. v. 7, Gr. ſon. *& a collegiis quae in vrbe erant.* V. 23, *& nonnulli plangebant,* (i. pectora palmis percutiebant) *alii lugubre quid ſubmiſſe canebant tibiis.* V. 29, *quem Pertinax agitabat:* ſine aduerbio temporis. V. 38, *magiſtratus & equeſter ordo; conueniente ſibi cultu: militesque cum equeſtres tum pedeſtres, circum rogum vrbanos pariter & bellicos* (ſeu *bellicos pariter & poeticos;* ſi legamus πολεμικὰς τε ἅμα ἢ ποιητικὰς) *numeroſis voluminibus peragebant curſus. poſt, conſſ. rog.* V. 47, *vtebatur belli legato inter ceteros Aemiliano; quod is omnibus eo tempore ſenatoribus intelligentia & rerum experientia praeſtare videbatur, & in multarum gentium praefecturis ſpectatus ac probatus erat.*

P. 399, Lat. t. v. 5, Gr. ſon. *nam aquila militare ſignum inſederat, & licet abigeretur, tamen ita permanebat, vt etiam caperetur: apesque, & circum ſigna militaria, & maxime circum eius imagines, fauos finxerant.* V. 13, *inter Nicaeae Ciique anguſtias.* Et mox v. 16, *e ſuperioribus dextramque iuuantibus locis.* V. 18, *Initio igitur vincebant Seueriani, ducente Candido, locisque e quibus pugnabant, velut ad dextram eminentibus, non parum adiuuantib.* V. 32, *maxima & acerrima committitur pugna.* V. 47, *propter ſiluam quae impernia erat.*

P. 400, v. 27, P. δὴ pro ἤδη. Ibidem mox legere poſſimus etiam τούτων, *horum.*

P. 401, Lat. t. v. 27, Gr. ſon. *& promontorio alluitur.*

P. 402, Lat. t. v. 30, *nonnulla etiam dicrota* (ſeu *biremes*) *erant ac roſtrata: & quaedam ex eis vtrimque, a puppi pariter & prora, gubernaculis erant inſtructa, duplicesque gubernatores ac nautas habebant, vt ii, nulla conuerſione facta, & adnauigarent & recederent, hoſtesque tam abnauigando quam adnauigando ſubuerterent.*

P. 403, v. 33, q. c. διαδυτοῦντες, *perforantes;* teſte Schotto. Lat. t. v. 21, Gr. ſon. *Atque horum quidem res eo loco erant. alteri vero, poſtquam naues, etiam ſupra ipſarum vires, onerassent, ſoluerunt, magna etiam tunc obſeruata tempeſtate. quae tamen nihil eis profuit.*

P. 404, v. 38, vulg. ἰχνῶ ſecutus fuerat etiā Blancus, dum verterat, *vocem machinamque.* ſed conuenientius P. c. habet ἠχῶ. Præterea verſionē loci admodum contraxit Xylander. Græca enim ita ſonant, Lat. t. v. 38. *Quod ſi quis in primā turrim aut voces aliquas emiſiſſet, aut lapidē iniecisset, cū ipſa per machinam quādam loquebatur, tum ſequēti idipſum tradebat faciendum: atque ita illud per omnes eodem modo peruadebat: nec alterae turbabant alteras, ſed per vices quaque a proxime antecedente ſonum vo-*

cemque acceptam ad ſequentem transmittebant.

P. 405, v. 7, incluſus articulus τῇ, abeſt a P. Ac ſequentis vocabuli duplex in eo ſcriptura eſt, ἀπνίας & λοιπίας. Et fortaſſis vtrumq; in verſione poteſt exprimi, hoc modo; *poſtquam vero ſe conſpectui obtulit aliquid laticis, nec multo plus quam ſi nihil omnino inuentum eſſet, ad rei nouitatem haeſitans Seuerus, potu abſtinuit: tandem poſtulato calice, & aqua repleto, omnibus videntibus ebibit.* V. 30, fortaſſe legendum ὅτι τὴν Ἄρχλω: & in Lat. verſ. *exercitum tria faciens agmina, & vnum Lato, alterum Anulino, tertium Probo tradens, aduerſus Arcam ea emiſit; quam illi tribus locis adorti, non abſque labore ſubegerunt.* Arcæ autem, ſiue Arcenæ vrbis, meminit præter ceteros etiam Lampridius in Alexādro. Rurſum Lat. t. v. 14, Gr. ſon. *contra ſupradictos barbaros alium alia miſit via: iique hoſtes adorti, & agros eorum populati ſunt, & vrbes ceperunt. Cumq; hanc etiam ob rem magnos Seuerus animos ſumeret, q.*

P. 406, v. 1, vulg. l. & P. c. τὸ αὐτό, præpoſtere. V. 8, congruentius εἰς ζωὴν, *in vnum.* V. 11, incluſum π, abeſt a P. c. V. 25, ὅτι hoc etiam in loco eſt pleonaſtica, vt paſſim in dictorum citatione. Wolfius diuiſe legit ὅ π. Seq. v. P. ſine præpoſitione habet ἐξάπινα. Lat. t. v. 11, Gr. ſon. *amici mei ope.* Cleandri autem circenſes, cum quib. hi comparantur, ſupra expoſiti ſunt 379, 28. V. 24, pro *Immortalem* Ammianus Marcellinus paſſim *Æternam* dicit. V. 27, *tandem exclamant, Ita eſt.* V. 42, *obluit areos aliquot nummulos.* V. 47, *neſcio quo conſilio.*

P. 407, v. 20, incluſus articulus ὁ, additus e P. c. V. 47, aptius cum Hœſchelio pro φάλαγγα legemus φάραγγα: itemq; in Lat. t. *in profundam conuallem,* ſeu *profundum barathrum.* In eodem textu L. v. 36, pro *iratis* malim *indignati.*

P. 408, v. 12, ἢ pro vulg. εἰ repoſ. e P. V. 40, W. legit χαρισάμενος. quod cū propinquiore quidem τῇ γλώττῃ ſat bene congruit, ſed non item cum remotiore, τοῖς ὀφθαλμοῖς. itaque χαρισάμενος accipiemus pro *gratificatus*, ſeu *largitus*. ſenſus enim eſt, Seuerum ad Albini cadauer multa & oculis indulſiſſe, in eo contemplando; & linguæ, in eo conuitiis ac dicteriis inceſſendo. V. 43, legendum videtur εἰδεῖν ἔχει, vel εἰδεῖν εἶχε. Lat. t. v. 44, Gr. ſon. *multa & oculis & lingua gratificatus*, ſeu *largitus*; eo ſenſu quo paulo ante expoſui.

P. 409, Lat. t. v. 9, malim *moderationem* ſeu *clementiam.* V. 38, *is enim equitem virib. ſuis fretum, ipſumque proſternere aggreſſum, impetu ſuo intereremerat; ac vix tandem a multis militibus comprehenſus & iugulatus, (triginta enim numero fuerant qui eum comprehenderant) ad Seu. perlatus erat.*

P. 410, v. 2, verba iſta, τὰ κατασκευασθέντα ταχέως, vt ſtructura ſibi conſtet, iungenda erunt cum ſuperioribus, τῇ νῆας ὀξύπλοα, & ταχεῖα, καὶ εὖ ἐσκευασμένα. Zonaras 216, 19, breuius dicit, & πλοῖα κατασκευάσας ἐν τῷ Εὐφράτῃ, τὴν τε Σελεύκειαν & τὴν Βαβυλῶνα ἐκλειφθεῖσας ἔλαβε. V. 12, cum τετριμμένα parum commode ſubaudiri poteſt ἡμέρα. quamobrem interpres, eo vocabulo in duo dirempto, legit τῇ τετρίᾳ τρίτῃ, ſeu τῇ τετρίρᾳ ἐπιτρατείᾳ. V. 33, φόνον pro vulg. φόβον: & ſeq. v. περιεῖπεν pro plur. περιεῖπον, repoſ. e X. & W. V. 43, ſi π poſt ὀξίας collocetur, melius conſtabit ſtructura. Lat. t. v. 24, aptius vertas, *per alluſionem recitarat Maronis poetæ carmen.* nam παρῳδῆσαι ſignificat ita ſonare ſeu recitare, vt id aliquo detorqueas. Extat aūt Virgilii locus Æn. 11, his verbis; *Scilicet vt Turno contingat regia coniux, Nos animæ viles, inſleta inhumataque turba, Sternamur campis.*

P. 411, Lat. t. v. 10, Gr. ſon. *ex alto ſuggeſtu.* V. 17, *conuentionem* (ſeu pactionem) *facturos.*

P. 412, v. 14, pro & reponendum ὡς: vel in fine periodi finite legendum ἐτραύζει. V. 18, P. θαυμάσει, indic. modo. Lat. t. v. 25, Gr. ſon. *qui ſecundum Seuerum plurimum poterat.* V. 38, *id enim vnum cum dixero, omnem me illius curioſitatem atque inſatiabilitatem ſignificaſſe puto.* V. 40, *ciues Romanos ingenuos:* vt Lipſ. vertendum cenſet. V. 44, *atque licentia.* Vltimo verſu legendum videtur & πατέρας & ἀνδρας: Latinaque ad Gr. ſic conformanda; *Eoſdemq; homines vidimus eunuchos & maritos, patres & exteſtes, exſectos & barbatos.* ſunt enim in hac triplici ſyzygia copulata inter ſe contraria.

P. 413, v. 4, copula interiecta legendum videtur, ἀνδριάντας αὐτοῦ & εἰκόνας, *ſtatuas ipſius atque imagines.* V. 7, P. & M. ἰδιωτῶν ἢ δήμων μόνον, *nec ſolum a priuatis, & populi ordinibus.* V. 33, pro ὅτι procul dubio rectius legemus ὅ π, id eſt & ὁ. itemque in Lat. t. v. 35, *Quique lites ſub eo dici ſolitas ordinabat, iuſſus aliquando a Seuero otioſa litem aliquam introducere, noluit; dicens, Non poſſum id facere, niſi mihi Plautianus iuſſerit.* V. 40, *& quæſtiones aduerſus eam, torturasque aduerſus nobiles matronas inſtituit.*

P. 414, v. 3, leg. videtur ἀγῶνι γυμνικῷ, vel ἀγῶνι γυμνικούς. plures enim certaſſe mulieres, declarant ſequentia. V. 6, pro ἀλώμεναι *palantes*, P. habet ἀλλόμεναι, *ſaltantes.* V. 14, ἴσως pro vulg. ἴσαι repoſ. e P. c. Seq. v. malim cum articulo, τὰς εἰκόνας αὐτοῦ. V. 17, pro relatiuo ὃ vulg. l. hab. negatiuum οὐ: perperam. ſubaudiendum autem cum relatiuo hoc commatio, redditiuum iſtud, τοῦτο ἐστι. Lat. t. v. 5, Gr. ſon. *in quo athletarum tanta conuenire multitudo coacta eſt, vt mirarentur omnes quemadmodum eos ſtadium caperet. Atq; adeo & mulieres in eo certamine poſt agreſtiſſimas ſaltationes pugnarunt; ita vt etiā in ceteras matronas nobiliſſimas ab eis deſumpta iacerentur ſcommata; eamque ob rem vetitum ſit ne vlla vmquam mulier, vndecumque orta, gladiatorium certamen ſubiret.* V. 35, *ceti effigies.*

P. 415, v. 1, Xyl. ἐν αὐτῷ: ſicut etiam interpres, *in quo.* V. 10, P. & M. τῶν πεζῶν. V. 34, P. c. ἔφη, & κίνησ), perſona tertia: & tamen ἄρχεις, perſona ſecunda. Lat. t. v. 9, Gr. ſon. *ex præcepto inter ſe colluctati ſunt:* vel etiam, ex inhortatione committentium. V. 40, *id autem non ad illum, ſed aliàs (inter ſe) dicebant.*

P. 416, v. 30, P. ἠπήχθη: corrupte. Blancus legerat ἦλθε, *venit.*

P. 417, Lat. t. v. 9, Gr. ſon. *magis quam ipſos principes;* iuniores præſertim. V. 13, *ſublatus tandem.* V. 23, *non plenam fidem.* V. 37, *cum Plautianus aliquando piſces quoſdam, e Tiberi egreſſos, ad pedes ſibi accidiſſe per ſomnum vidiſſet.* V. 47, *cum vino refrigerato ſe impleſſet*, ſeu ingurgitaſſet.

P. 418, v. 29, non male cum Stephano legemus αἰτίαν ἔχει, vt mox v. 41. Wolfius maiori mutatione legit, ὅς τε Πλαυτιανοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχει. Lat. t. v. 40, Gr. ſon. *facto ſuffitu.*

P. 419, v. 15, fortaſſe leg. ἐν ἀποκρύφῳ μέλω, *haud vtique celabo.* In P. c. duo hic cola omiſſa ſunt. Lat. t. v. 44, Gr. ſonant; *orationem habuit affectibus pleniſſimam.*

P. 420, v. 4, ſtructura paulo conſtabit melius, ſi pro εἰ δὲ δὴ reponamus ἤδη δὲ: vel ſaltem ἤδη δὲ.

V. 41,

V. 41, pro ὅτι W. cum interprete reponit ἵνα. ſed ὅτι hoc etiam in loco eſt pleonaſtica, vt ſupra 406, 25, & alibi paſſim. Lat. t. v. 42, Gr. ſon. *plurimos enim cæſarianorum habebat; quorũ alii exigua, alii etiam nulla prorſus mercede meruerant.* Intelligi autẽ ſtipendium non a Felice latrone, ſed ab Imperatore datum, declarat Felicis reſponſum paulo ante.

P. 421, v. 9, in P. eſt ὁπαιδὸς, articuli & nominis vitioſa compoſitione ac truncatione. V. 31, poſt αἰεὶ diſtinguit etiam P. cum tamen id verbũ potius ad ſequentia feratur quam ad præcedentia. Lat. t. v. 5, Gr. ſ. *tribunum ex corporis ſui cuſtodib.* V. 9, *vt, ſi impunitatẽ vellet conſequi, ſe adiuuaret.* V. 22, ſi *conclauium* ſeu *cellarum* malis pro *ædium*; & mox *pictum* pro *ſcriptum*, per me licet. V. 35, *permultas etiam ſecum* (ad id bellum) *eduxit pecunias.* V. 45, *e paſtura & venatione.*

P. 422, v. 31, incluſus articulus τὸ, abeſt a P. c. V. 33, pro ἀπίσιν procul dubio reponendũ ἀπῆσαν γε. γε autẽ ab ἢ μήν per tmeſin alibi quoq; ſæpe dirimi, oſtendet Index. Lat. t. v. 1, Gr. ſ. *Sunt vero & pediti*; (i. colunt vero & pedeſtrem militiam) *& vt curſu perniciſſimi, ita in ſtataria pugna conſtantiſſimi.* V. 7, *frigusque, & ærumnas omnes.*

P. 423, v. 32, vulg. l. ἔρρωσαι γὰρ ἔγωγε, καὶ γέρων εἰμί: ſenſu plane corrupto: quem ego e P. reſtitui. E ſequenti etiã membro tollenda negatiua οὐκ. Et Lat. t. v. 32, locus ita interpolandus; *virib. enim polles, ego autem ſenex ſum, & taceo. Quod ſi id detrectas, manumque mihi inferre times, adſtat tibi Papianus præf.* Et mox, *Omnino enim omnia quæ abs te, tamquam Imperatore, mandata fuerint, perficiet.*

P. 424, v. 1, incluſus articulus τὸ, additus ex Homeri editionibus; in quibus locus hic exſtat Il. ζ, in Agamemnonis ad Menelaum oratione de Troianis. Pro φύγοι autem & ὑπεκφύγοι P. c. habet φύγῃ & ὑπεκφύγῃ. qui verbi modus cũ prohibitiuo μὴ bene quadrat. Primam perſ. ἡμετέρας, agnoſcit cum Homeri editionib. idem P. c. V. 6, vulg. αὐτοῦ, *iſtic*, probat etiam Blanci verſio: P. c. habet αὐτοῖς, *eis* ſeu *ipſis*: itemque Zon. 218, 20. Seq. v. ſingulare τὸν ex eodem P. repoſitum pro plurali τῶν. V. 24, P. & M. τὸ σῶμα βραχὺ, *corpore breuis*. Quibus cum refragentur iſta Spartiani 175, 45, *ipſe decorus, ipſe ingens, promiſſa barba, cano capite*: non reiicienda videtur lectio vulgata βραδὺ, quam interpres quoque ſequitur; procera enim corpora, tardiora ſunt quam breuiora. V. 27, disiunctiuam ἢ ante καὶ δέ... W. expungit. ſed fortaſſe potius poſt eam omiſſum eſt μετεῖχε, aut ſimile quodpiam verbum. vt ſententia ſit; *eruditionis enim ſtudio maiore quam excellentia fuit præditus. ideoq; ſententioſus erat magis quam verboſus*: vel, ideoque conſiliis magis abundabat quam verbis. V. 38, συμφρονοῦσι, pro vulg. φρονοῦσι repoſ. e Xyland. & Stephano. Et ſeq. v. ὄντες pro οὖσαι.

P. 425, v. 8, ἐβάδιζεν, e P. pro vulg. ἐδίκαζε repoſitum, agnoſcit etiam Zonar. 218, 29. V. 11, aptius accuſ. αὐτὸ, nempe τὸ δικάζειν. Seq. v. contractum ἀνῇει pro vulg. ἀνίει repoſ. e P. V. 17, ἀσθενὴς excuſari poteſt, ſi ad pedum imbecillitatem reſpiciatur, qua laborauit Seuerus. alioqui conuenientius cum interpr. legemus ἀκριβὴς: vt apud Zonaram quoque ἀκριβῶς. V. 36, αὐτοῖς pro vulg. αὐτῆς repoſ. e P. & Zon. 219, 60. V. 43, pro δὲ congruentius cum interpr. legemus γάρ. Lat. t. v. 8, Gr. ſ. *eo vtebatur vitæ ordine: omnino aliquid noctu ſub diluculũ agebat: poſt deambulabat, vel diſſerens vel audiẽs quæ ad Imperii vtilitatem pertinerent. deinde ius dicebat; niſi cũ magnum aliquod eſſet feſtum. idq; peragebat optime.* V. 17, *poſt, aliquo exercitii modo vſus, lauabat: prandebat autẽ vel ipſe per ſe, vel cum liberis; nõ tenuiter. Inde plerumq; dormiebat.* V. 34, *Agitedum; date, ſi quid facere poſſumus.* V. 49, *nã Euprepem aurigã, q.*

P. 426, v. 6, vſitatius tráſpoſita copula legemus, ἄλλως τε καὶ ὅτι τὸ εἶδ. Et ſeq. v. εἰς τὴν Ῥώμην. Sed ordinis illa inuerſio repetitur etiam infra 437, 13. V. 32, rectius cum præpoſ. legemus ἐφ' ᾧ, ſignificationẽ cauſſali: (vt Zon. 220, 7, ὅτι κατέλαβεν) vel cum Stephano, ἐν ᾧ, ſignif. locali. V. 37, non minus apte cum W. legas προκαταφυγόντα. niſi forte ſignificarẽ vult, Getam ante ad matrem confugiſſe, quam à percuſſoribus apprehenderetur. Lat. t. v. 19, Gr. ſ. *nec miniſtri conſulem inuenire potuerunt.*

P. 427, v. 8, articulus τοῦ rectius expungetur: vt ſcilicet non regnantis, ſed defuncti Imperatoris vxor intelligatur. V. 15, legere poſſis etiam ἐπέφραξε. V. 23, vulg. l. & P. δὴ δὲ: nihil ad rem.

P. 428, v. 19, cõgruentius fortaſſe aduerb. ὁμοίως. Lat. t. v. 14, Homeri verſus, in Græco vſurpatus, Virgilianis verbis ita poſſet exprimi, *At non cunctorum cõprendere nomina poſſim, quotquot e clariſſ. viris ille nullo iure interfecit.* V. 33, *Alexandri porro adeo demẽtis ducebatur ſtudio, vt etiam armis quibusdam & poculis, quaſi illius fuiſſent, vteretur.* V. 44, *haſta longa, cuſpis breuis.* Et mox, *Neq; his contentus, eundem illum etiam Orientalem auguſtum appellabat.* V. 49, *Quin & philoſ. q.*

P. 429, v. 17, ἐσήμαινε pro vulg. ἐσημαίνετο repoſ. e P. & M. idemq; agnoſcit etiã interpres. Ab eodem P. ibidem abeſt incluſum ὁ. V. 20, W. mauult πολλὰ δὲ δεινὰ δέδρ. V. 26, P. ἀπολελύσαι, terminatione præteriti, accentu futuri temporis. interpres legit ἀπόλωλας, *periiſti.* V. 44, P. παρ' ἡμῖν, *apud nos*: minus apte. Lat. t. v. 18, Gr. ſon. *eumque ſtatim reliquis militaribus officiis decorauit: nec multo poſt inter prætorios ſenatores retulit*; ſeu inter ſenatores prætura functos. V. 26, *Niſi tuebitur te Alexander, abſolutus es*, ſeu actum eſt de te.

P. 430, v. 5, P. c. προσεκύνει. ſed vulg. προσκυνῶν probat ſimilis infra locus 447, 8. vt fortaſſe ſignificetur, eum, aurigarum exemplo, munerarium ceterosque ſpectatores opulentos flagelli ſubmiſſione quadam ex inferiori loco veneratũ eſſe; eaq; ſubmiſſione aureos ab eis, velut vnum ex abiectiſſimis agitatoribus, emendicaſſe. V. 19, οὐδὲν, pro vulg. οὐδὲ ex P. repoſitum, agnoſcit etiam Zon. 220, 38: ſed omiſſo ſequẽte accuſ. χρήματα: recte. alioqui enim, ſi χρήματα retineamus, pro οὐδὲν legendum fuerit οὐδέποθ', i. *numquam nos deficient pecuniæ.* V. 27, ἐχόμενον pro vulg. ἐχομένης repoſ. e P. ſed pro ν perperam in eodem ſcriptum ς. V. 29, incluſus articulus τὸ, additus e Suidæ collect. infra 871, 39. itemq; mox v. 36. Lat. t. v. 25, Gr. ſon. *quod, cum dicax eſſet, etiam inuitum ſe ad iaciendum in eum cauillum adduci paſſus eſſet. aiebat enim eum iraſcenti ſimilem eſſe: quoniam ad iracundiorem quendam vultus habitum ſeſe componebat.* V. 38, *ſeque natando etiam inter fluctus exerceret.* i. in mari fluctib. agitato. V. 42, *Sed nec infacundus aut heb. ingenio erat.* V. 47, *ſæpenumero ſcopum attingebat.*

P. 431, v. 5, P. πρὸς τῇ γένει: parum apte. Incluſa καὶ & δὴ, v. 36 & 38, addita e P. Lat. t. v. 48, Gr. ſ. *ne interea manus ab illis cædendis auerterent*; i. ne interea manus eorũ ab illis cædendis diſtinerẽtur. *Quin & victoriæ nomine magnis ei pecuniis vendito,*

permiſerunt vt in Germaniam ſaluus ſe reciperet.

P. 432, v. 1, incluſum ὅπως repoſitum e P. & M. c. Wolfius νίκης in ſuo libro ſubſtituerat: interpres ἐλευθερίας. V. 8, P. & M. τὸ νόμισμα κίβδηλον ἦν, τό τε ἀργύρεον καὶ τὸ χρυσίον, ὃ παρεῖχεν ἡμῖν. τὸ μὲν γὰρ, οὐκ μολ. V. 14, incluſa γε, addita e P. c. V. 20, poſt ἔπειτα deeſſe aliquid putat W. Fortaſſe nihil deeſt; ſed hæc eſt ſententia; *Poſt, aliud ei datum reſponſum; & in eius fine iſtud hemiſtichium,* χρυσ. In eodem autem verſu melius conſtabit metrum, ſi tranſpoſitione facta legas, πάντεσσιν ἔχων κρυφίοισι διαλύσια νῶσιν. V. 25, incluſa δὴ addita e P. & M. V. 28, legendum videtur ἢ ὀλίγον ἔτι, ἢ οὐδέν.

P. 433, v. 7, rectius fortaſſis, παρόντων τῶν ὑμῶν καὶ ὀρ. V. 22, incluſum δημοσίᾳ, additum e P. & M. In præced. periodo reſpicitur ad epiſtolarum exordium, cuius formula in Adriano ſupra legitur 357, 42. Lat. t. v. 26, Gr. ſon. *quid enim referre opus eſt, eam perinde atque illum, omnes primarios publice ſalutare conſueuiſſe?* V. 37, *heroicum monumentum* (vt dino) *fac.* V. 43, *eaque ex re milites in bello plurimum adiuuerat: quippe qui eos præ vehementi frigore deficientes confirmaret ſolum in unus ſe conijciens, in eiſdem vltro citroque ſe volutabat.*

P. 434, v. 11, vel hic cum præpoſ. legendum ἐν μεγάλοις: vel mox compoſite συνών aut συζῶν. Zonar. 221, 13, dicit ἐν μεγάλοις πόνοις ἐξεταζόμενον καὶ καρτερῶν. V. 16, pro ἀρίστου W. legit ἀρίστου, Camerarius ἀρίστοις, vt Zonar. 221, 13. V. 25, malim cum articulo τοῖς ὑπάρχοις. V. 36, φάσκων pro vulg. φαίνων repoſ. e P. c. Lat. t. v. 15, Gr. ſon. *otioſum eſſe, nec prompte conuenire, nec v.* Et mox, *Scio, inquit, mea vobis non placere. propterea & arma & milites habeo, vt rumores qui ſparguntur, minime curem.* V. 32, *ſurſum deorſumque diſcurſabat ad victus neceſſaria partim comparanda, partim cauponanda.* Et mox, *Theocritumque neſcio qua re offendiſſet.* V. 48, *cum arcanis quibuſdam ſacris.*

P. 435, v. 12, pro γε aptius legemus καὶ: vel hanc ipſam particulam καὶ poſt γε inſeremus. V. 26, καὶ pro vulg. καὶ repoſ. e P. c. V. 32, pro poſteriore διαπειραθῆναι ſubſtituendum διαληφθῆναι, διαφυλαχθῆναι, vel ſimile quid. V. 35, pro τοῦ cum Stephano legendum αὐτοῦ, vel ſaltem τοῦδε. Lat. t. v. 23, Gr. ſ. *Atque horum maiorem partem Antoninus ipſe præſens atque inſpectans gerebat; nonnulla etiam e templo Serapidis aliquibus mandabat. In eo enim fano degebat etiam ipſorum homicidiorum noctibus ac diebus.* V. 30, *Alexandriam muro in duas partes diuidi.* Et mox, *in miſeram Alexandriam perpetrauit Auſonia fera. ſic enim clauſula oraculi de ipſo dati, eum nominauit.* V. 38, *quamquam multos prætextu illius oraculi, velut ab ipſis prolati, interfecit.*

P. 436, v. 21, pro ἐνέδυσε P. habet ἐνέδυνεν: Legationum volumen 416, ἐνέδυεν. cum ſequenti aoriſto ἐκέλευσε non male congruet alterum aoriſtum ἐνέδυ. prius enim aor. ἐνέδυσε, actiua magis quã neutra ſignif. vſitatum eſt. V. 23, incluſa οὖν, addita e P. V. 26, ἐν οἰκίᾳ pro vulg. ἀνοίκια repoſ. e P. c. Wolf. in ſuo libro repoſuerat ἐν οἰκίαις. V. 27, vulg. l. & P. ἐπόρθησαν, *vaſtarunt*: minus apte. V. 29, malim διαπολεμῆσαι, *debellare, bellum conficere.* V. 35, concinnius duplicato articulo legerimus, τοῖς δὲ ἐν αὐτῇ στρατ. ἄρχουσι. V. 36, τὴν Ἀντιόχου periphraſtica ellipſi dictum pro τὴν Ἀντιόχειαν, id eſt Antiochi πόλιν: vt infra 596, 40, τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν, *Alexandriam.* V. 41, pro ἔπεμψε W. reponit ἐπέμψατο: & mox ὀρθὴν notat aſteriſco. Sed ſi ἔπεμψε referas ad antecedens γράμματα, & cum ὀρθὴν ſubaudias ὁδὸν, nihil hic erit ſcrupuli. Lat. t. v. 19, Gr. ſon. *Nec vero ceteras ſolum vitæ diſciplinæque leges tranſiliebat, etiam in ipſis expeditionibus; ſed et.* V. 47, Blancus verterat, *qui tum multis exigendis præerat.* ad verbum ſonat; *cui tum cenſiones erant commiſſæ.* vt intelligendæ videantur cenſiones facultatum: quæ veteris cenſuræ pars erat; vt in Valeriano docet Trebellius Pollio 247, 35. viſe & infra 817, 9.

P. 437, v. 4, malet fortaſſe aliquis ὅτι καὶ: & contra, v. 13, καὶ ὅτι: ordine ſcilicet vtrobique inuerſo. V. 14, ὡς prima fronte otioſa videtur; ſicut Blancus quoque verterat, *variis de cauſſis honore priuauerat.* ſed ſi parentheticũs accipias cõmation hoc, ὡς καὶ τιμῶν, *velut eos etiam iſta re honorans*; recte ſibi conſtabit & ſtructura, & ſententia. V. 24, incluſa ὑπ' αὐτοῦ, abſunt a P. c. recte. aut enim tollendum hoc commation, aut ἀπ' αὐτοῦ, id eſt *ex eo*, legendum. V. 29, Legationum volumen 418 habet ἡμέρας δύο, *dies duos*: Zonaras indefinite, 221, 37, ἐπὶ δύο μῆνας καὶ ἡμέρας τινάς, *ſupra duos menſes & dies aliquot.* V. 36, P. κέκλινται: Legat. vol. κέκλεινται: verbi quidem forma congruentiore, ſed minus conueniente ſententia. clauſæ namque portæ hic ſignificantur, non inclinatæ; vt ex aliis hiſtoriarum locis eſt perſpicuum. Lat. t. v. 1, Gr. ſon. *Quare Macrinus, cũ litteris ad Imp. ſcriptis moram interueniſſe; quæ vero ad ſe perſcripta erant, mature ad cognitionem ſuam veniſſe conſideraret: timuit ne hanc ipſam ob rem ab illo necaretur; præſertim quia etiam Serapio quidam Æg.* V. 41, *Exinde & per portam quandam exiit, nihil moratus ne leonem quidem, qui, Acinaces ab eo dictus, in menſæque ac lecti conſortium ab eo adſciſci ſolitus, exeuntem ita retentabat, vt etiam veſtem ei dilaceraret.*

P. 438, v. 2, P. ἀπεφάγχε: ſed rectius fortaſſis ἀπεσφάγη, præterito actiuo. V. 11, incluſus articulus ὁ, additus e P. V. 26, Euripidis locus exſtat in fine Alceſtidis & Medeæ. Immo Euripidis eſt etiam iſtud colon, τοιόνδ' ἀπέβη τὸ πρᾶγμα: quod Dionis eſſe putauit etiam interpres. V. 32, τοῦτον additum e P. V. 37, Homeri locus eſt, Il. β. V. 40, P. οὐδ' ὡς οἴκαδε πᾶς: contra metrum. Lat. t. v. 5, Gr. ſonant; *Martis ſignum in ſolenni pompa decidit.* V. 10, *quaſi ex compoſito.* V. 33, *Multæ ſunt formæ diuinorum conſiliorum: Multa contra ſpem perficiunt dii; Ac, quæ futura videbantur, non ſunt effecta; Quæ vero non videbantur euentura, iis exitum reperit Deus. Atque hic rei fuit euentus. Tunc enim quaſi alio quopiam modo nugans, carmen illud recitare videbatur. Sed cum n.*

P. 439, v. 1, P. ἐπλανεσίας, DCC: itemque Legationum volumen 418. V. 8, Legat. vol. 420, καὶ Ταραύταν, ἐκ μονομάχου τινὸς προσηγορίας, τό τ' εἶδος καὶ σμικροτάτου καὶ κακοειδεστάτου, καὶ τὴν ψυχὴν καὶ θρασυτάτου καὶ μιαιφονωτάτου: id eſt, *& Tarautam, e gladiatoris cuiuſdam appellatione; qui vt corporis ſpecie breuiſſimus erat & deformiſſimus, ita etiam animo audaciſſimus ac ſanguinolentiſſimus.* Zon. breuius 221, 4, ἐκ μονομάχου τινὸς εἰδεχθεστάτου καὶ μιαιφονωτάτου, *a gladiatore quodã deformiſſimo & ſanguinolentiſſimo.* V. 16, in Legat. vol. nulla eſt defectus nota: neque deeſſe quidquã videtur: Palatini tamẽ codicis veſtigia ſequi libuit. V. 19, interpunctio poſt ἐκαῦθα videtur aptiorẽ habere locũ quã ante. V. 27, incluſum Σικελίας nõ agnoſcit Legat. vol. 421, 1. Zon. 221, 51, Σικελίας quidẽ agnoſcit, ſed non itẽ Καισαρείας. ſic. n. ibi; τὸ μὲν ἔτος Μαῦρος τυγχάνων ἐκ Σικελίας, καὶ ἑσίων ἀσημοτάτων.

quaſi

quaſi videlicet parentes eius, aut maiores, e Mauritania in Siciliam cõmigrarint, ibiq; ipſum genuerint. ſed quid ſi verior fortaſſe lectio, Μαῦρος ἀπὸ τῆς ἐν Σιτιφίᾳ Καισαρείας, *Maurus e Cæſarea Sitifenſi?* nam Cæſaream in Sitifenſi Mauritania, non in Sicilia, agnoſcunt Geographi. Lat. t. vltimo v. Gr. ſon. *qua maxima pars eſt Imperatoriæ functionis, ſummaque rerum prouiſionis.*

P. 440, v. 13, pro ὅτι τινι legendum opinor ᾧτινι, *cui.* V. 24, pro Ταρχύνου Xyl. reponit Τάρχυνος, vt pag. præced. v. 22. ſed pariſyllabam quoque huius nominis flexionem inueniri, oſtendet Index. V. 25, conuenientius cum Xyl. leg. ἀκοῇ, *auditione*: vt Zon. dicit, τὸ θάνατον τὸ ἐγὼ μαθοῦσα.

P. 441, v. 8, vulg. l. & P. διαστῆναι: ego cum W. malui act. διαστῆσαι. V. 10, incluſum ἐκέλευε additum e Legat. vol. 415. V. 24, pluraliter legendum eſſe ἐνωτίζεσθαι, nõ ſingulariter ἐνωτίζεται, vt habet cum vulg. l. etiam P. codex; ſatis arguit ipſa ſtructuræ ratio. V. 29, vulg. ἄει ſecutus erat etiam Blancus, dum verterat, *audit Iupiter.* ſed aptius cũ Xyl. legemus ἄϋε, *ſonuit* ſeu *tonuit.* V. 34, P. συνῳκηκότων, plur. fine, per ſyllepſin. Lat. t. v. 27, Gr. ſon. *Sub eoſdem dies ſidus quoddam, extremam caudam ab occaſu orientem verſus per multas noctes tendens, vehementer nos exterruit.* V. 38, *Eutychianus, vnus e cæſarianis libertis, qui ludicris gymnaſiiſque fauorem ſibi conciliauerat; viſo militum aduerſus Macrinum odio; inſuper etiam partim a ſole, quem Heliogabalum vocant & magnopere colunt, partim ab aliis quibuſdam oraculis perſuaſus; aggreſſus eſt & Macrinum conuellere, & Lup.*

P. 442, v. 17, pro πάντα vel πάντως legendum, id eſt, *omnino*: vel πάντες, *omnes*: quam poſteriorem lectionem probant ſimiles exclamationes in Latinis Auguſtæ hiſtoriæ ſcriptoribus, 285, 33: 292, 33. V. 21, Διαδουμενοῦ vocabulum e v. 17, huc irrepſit: ac vel Διαδουμενὸς pro eo reponendum, vt ſupra 436, 34: vel Διαδουμενιανόν, vt Legat. vol. 438. V. 30, vulg. l. σωφρονισθεὶς κτλ. perperam. noſtra ſcriptura petita e P. & M. c. atque adeo ex ipſa ſententia. V. 42, τι poſt ἀπὸ, addita ex iiſdem cod. V. 43, P. ἀπίχνιον: ſed ἐπίχνιον probat etiam Legat. vol. 439. Lat. t. v. 8, Gr. ſon. *puerulum & perculſum*; ſeu dementem, vecordem. V. 14, *Adſcripſit etiam in eis litteris tale quiddam; Scio multos qui ingulari magis quam viuere Imperatores cupiant.* V. 34, *clypeos imbricatos*; ſeu clypeos imbricis forma factos. V. 38, *nobis recitarentur.* V. 44, *queritanteſque ac lamentantes, a fuga eos retentant.*

P. 443, v. 2, αὐτοῦ pro vulg. αὐτὸν repoſ. e P. & M. c. & ex Legat. vol. 439. V. 15, incluſus articulus τῷ abeſt a P. c. & Zon. 222, 35. V. 19, P. κατελείφθη: itemq; Blancus, *remanſit*; vel *derelictus eſt.* V. 31, Homeri locus eſt, Il. θ. Lat. t. v. 7, Gr. ſon. *cædibus per vias.* V. 20, *Chalcedone deprehenſus*, ſeu comprehenſus.

P. 444, v. 6, rectius καὶ γὰρ ἐς ταύτην: vel ſaltem καὶ ταύτην γὰρ τὴν πρ. vt mox v. 18. V. 16, de annis Pſeudantonini, deq; eiuſdem & Comazontis facinoribus, plenior narratio eſt in Legat. vol. 443. De Comazonte autem narratum etiam ſupra 441, 34. V. 33, pro ἰταλίαν Legat. vol. 445 habet ἰταλίαν.

P. 445, v. 7, incluſus articulus οἱ, additus e P. c. V. 35, pro ὁ ὑπὸ vulg. l. vitioſa contractione habent ὑπὸ: ſicut etiam paulo poſt, pro ἐπὶ κοινὸς in P. & M. c. ſcriptum ἐπίκοινος: & ἀέτωμα pro αἰέτωμα. De huius aũt loci emendatione atq; explicatione agit etiam Paul. Leopard. Emend. lib. 7, c. 2: vbi αἰέτωμα *pinnaculũ* interpretari mauult. V. 46, & προσχάψαντες retineri poteſt, & προχάψαντες pro eodem reponi. Lat. t. v. 28, Gr. ſon. *& illa Veſtalium maxima, lib. d.* Sed & v. 19, pro *ſpectaculis ſupplicationum* rectius fortaſſe repoſuerimus *ludis votiuis.*

P. 446, v. 18, interpres καμιοῦσα legit, fut. tẽpore. V. 42, οἱ pro vulg. ὁ repoſ. e P. & Zon. 223, 21: vbi hæc pene ad verbũ leguntur. Lat. t. v. 8, reddere poſſis etiã, *amuletis innumeris.* V. 32, pro cubiculo cellam mauult Briſſonius in lib. De iure connubiorum. De nudatione autem meretricum, tradit idem Briſſ. eodem tractatu, paulo poſt.

P. 447, v. 1, pro γὰρ paulo aptius leges γοῦν: vel ſaltem γὰρ pro γοῦν accipies, i. *quidem certe.* Seq. v. talem quampiam lectionem poſtulat ſententia, ἐνῆν φανερῶς τοῦτ᾽ ἰδεῖν, *licebat hoc palàm videre.* V. 23, vulg. l. & P. c. δὲ ὡς, ſententia minus apta. V. 31, conuenientius ἐδωρήθησαν, *muneribus ornati ſunt.* Pro ſequenti συνεπαναστάντες malet fortaſſe aliquis συνεπόμενον, aut ſimile quid; vt infra, 449, 36, τῶν συνεπαναστάντων αὐτῷ. ſed nulla mutatione opus eſſe, oſtendit clauſula hiſtoriæ, 450, 26. ſignificat enim eos qui cum ipſo aduerſus Macrinum inſurrexerant, vt Eutychianus Comazon, & alii. V. 38, pro πόνῳ requiritur potius adiectiuum πρῷ. σιωπηνῷ, vel aliud conſimile: aut certe aduerbium πάνυ. Lat. t. v. 9, Gr. ſonant; *ipſos venerantem*, ſeu adorantem. V. 19, *poſtea pilis ſe nudabat: vt hac etiam re mulierem ageret.* V. 30, *mater eius, ſerua adhuc, Romam per milites adducta.* V. 42, *illum ergo non leui aliquo impetu, ſed adeo intenſo profundoque amore diligebat, vt non ſolum talia non ægre ferret, ſed contra, ob ea ipſa magis eum diligeret, ac reuera Cæſarem declarare vellet, auiaque eo nomine ſibi obſtanti minaretur, & milites propter eundem haud leuiter offenderet.*

P. 448, v. 26, ἀστασίᾳ συσχεθεὶς ſecutus erat etiam Blancus in ſua verſione; *quietem non cepiſſet.* Sed melius vidit Xylander legendum eſſe ἀστυΐᾳ. nam ob veretri ἀστυΐαν, non ob animi ἀστασίαν, honoribus orbatus & plane relegatus fuit Zoticus. eſt autem vt στύεσθαι *arrigere*, ita ἄστυος *arrigere non valens*: & ἀστυΐα, *arrigendi impotentia.* Eam porro eſſe genuinam lectionem, probat hæc Zonaræ paraphraſis 223, 55, ὡς ἐπὶ πᾶσαν τὴν νύκτα μεῖναι πρὸς μῖξιν ἀνίκανον. V. 39, pro ὃς καὶ, ſtructuræ ac ſententiæ ratio poſtulat καὶ ὡς, *& quaſi.* vel relatiuum ὃς plane tollendum. Lat. t. v. 7, Gr. ſonant; *vt qui etiam athletica daret operam.* V. 17, *more partim collo muliebriter inflexo, partim oculis pellaciter intortis.* V. 20, *mox, cum vna lauiſſent, atque illum nudato corpore fama reſpondentem inueniſſet, marem pati ardens, in eius pect.* V. 33, *Sed erat Sardanapalus etiam ipſe digniſſimum impuritate ſua non multo poſt reportaturus præmium.* V. 42, *ſeque, vt tanti filii extemplo factum patrem, eoque ætate longe ſuperiorem, beatum prædicaret; dix.* Et mox; *nam Heliogabalum id ſibi præſtitiſſe, Alexandrumq; eum agnominari iuſſiſſe.*

P. 449, v. 1, ὡς vel pleonaſtica eſt, vel pro ἕως ſubſtituta. V. 16, incluſa ἐν abeſt a P. c. V. 18, rectius cum Xyl. l. Χαλκηδονίᾳ γῇ. Χαλκηδὼν enim, vicina eſt Byzãtio: Καρχηδὼν autem, nimis longo inde ſpatio diſſita. V. 19, incluſum ἄνω abeſt a P. V. 45, rectius fortaſſe tranſpoſita copula leg. ὡς καὶ ὄντως ἐξ αὐτοῦ γεγ. Lat. t. v. 6, Gr. ſon. *ferret cultum*, ſeu habitum. V. 10, *thyrſis hinnuliniſq; pellib. inſtructi erant.*

V. 17, *ſed velut in pompa quadam, interdum, præmiſſis aduentus ſui nuntiis,* (vel, indicta ſuis in dies profectione) *Byzantium vſq, peruenit.* Et mox v. 19, *vbi nocte ſacris quibusdam peractis, ligneoque deſeſſo equo, diſparuit.* V. 44, *nam & auia eum oderat, qui talia patraret, ac ne Antonini quidem eſſet filius; atque in Alexandrum, quaſi vere ex illo ortum, erat propenſior.*

P. 450, v. 2, rectius φυλαττόμενον ἑαυτὸν, *ſe obſeruari.* V. 5, incluſum πως abeſt a P. c. V. 20, pro τὸ P. habet articulum τό. ſed ei locus eſſe non poteſt, niſi ſubaudiatur ex ſequentibus εἰςφέρεσθαι τινάς. V. 23, aptius fortaſſis ἐπ' αὐτοῦ, *ſub eo principe, eo rerum potiente.*

P. 451, v 12, poſt μεγάλη deeſt τοῦ δήμου: vel genitiuus τῶν ἐν τῇ πόλει, aut ſimilis. id & ſequentia indicant, & hæc Zonaræ 224, 45, στάσις μέσον τοῦ δήμου & τῶν δορυφόρων ἐγένετο, *ſeditio inter populum & prætorianos exorta eſt.* V. 20, πλεῖον, ſi mendo caret, accipiendum erit aduerbialiter pro μᾶλλον, *maiori ex parte.* V. 26, incluſa &, abeſt a P. V. 41, δοκεῖ poſitum pro ἐδόκει: quæ temporis enallage facta etiam in ſequentib. Lat. t. v. 1, Gr. ſon. *non potuerim ea accuratione, qua præcedentia, componere,* i. conſcribere. V. 22, *in Cretam abductus, ſupplicio affectus eſt.* V. 44, *licentia, reprehenſionum impatientia*, vel, reprehenſionum contemptus.

P. 452, v. 5, congruentius fut. temp. ἐπαινέσοντα. V. 7, pro αὐτῷ rectius legemus αὐτό: vt relatione ad τὸ ἀνάλωμα facta, intelligatur *ſumptus ipſe*, ſeu *impenſa ipſa.* cuius modi humanitas M. Antonini erga Proculum narratur a Capitolino 141, 13. V. 8, conuenientius ἐφοβήθη, tertia perſona: itemque in Lat. t. *timuit*: vt ad Alexandrum de Dionis ſalute ſollicitum feratur: quod declarant etiã ſequentia. V. 20, Homeri locus eſt, ex Il. λ. In fine P. c. additur hæc periocha: Τὰ ὀνόματα τῶν καισάρων τῶν ἐξελεγχομένων τῷ βιβλίῳ τούτῳ· Ἰούλιος Καῖσαρ, Αὔγουστος Καῖσαρ, Τιβέριος, Γάϊος, Κλαύδιος, Νέρων, Γάλβας, Ὄθων, Βιτέλλιος, Οὐεσπασιανός, Τίτος, Δομετιανός, Νέρβας, Τραϊανός, Ἀδριανός, Ἀντωνῖνος ὁ εὐσεβὴς Μάρκος Ἀντωνῖνος, Κόμμοδος, Περτίναξ, Ἰουλιανός, Σευῆρος, Ἀντωνῖνος ὁ καὶ Καρακάλλος, Μακρῖνος, Ἄβιτος, Ἀλέξανδρος.

IN HERODIANVM.

HERODIANI quoniam m. ſ. exemplar nanciſci haud licuit, propterea ex impreſſis optimæ quæque editiones a nobis fuerunt comparatę. Inter quas etſi Stephanea integritatis nomine principem locum iure ſibi vindicat, tamẽ ceteras quoque interdum conſuluiſſe non pœnituit. Quemadmodum igitur in textu ſupra, in hic ita notationibus ad Stephaneam editionem adhibebitur primum Aldina minor, quę octaua forma prodiit anno Chr. 1524: deinde duæ Baſileenſes; altera, Henrici Petri, eadem forma; altera, Ioannis Walderi, forma enchiridii. His addẽtur Henrici Memmii aliorumque doctorum virorum notationes, & quæ ſupra in textui adiunctis ſcholiis minus commode poni poſſe videbantur; tum ea quæ poſtea ſe quaſi per ſpicilegium obtulerunt, vel ab aliis vel a me ipſo deprehenſa. ex quo numero ſunt quæ diligẽtiſſimus antiquitatis inſtaurator Andr. Schottus ex Hiſpaniis ad me nuper miſit, e vet. m. ſ. codice deprompta. Vt igitur inſtitutum huius operæ curſum perſequar, pag. 463, v. 2, incluſum ἱστοριῶν cum Petrina editione agnoſcit etiam Stephanea: ſed ab Aldina & Walderiana genitiuus iſte abeſt; & rectius, meo quidem iudicio. vt βασιλείας idem hic ſit quod βασιλικῆς ἱστορίας, *hiſtoria auguſta.* Ceteram inſcriptionis formam & Græcam & Latinam, probant quæ auctor paulo poſt de ſe ſcribit, 465, 9. Prooemium autem Herodiani, cõferri & cum aliorum hiſtoricorum exordiis poteſt, & cum exordio Fl. Ioſephi· In eodem quædam deſumpta ex Thucydideo prooemio, quædam etiam cum Salluſtiano aliqua ex parte congruunt. Taxari autem videntur cum alii, tum Herodotus, Theopompus, Timæus. De quibus tamen multa hic agere, nõ eſt noſtri inſtituti; qui tantum genuinæ lectionis curam nunc ſuſcepimus. V. 17, rectius cũ Pol. legemus πλείω, plur. num. quod notauit etiã Schottus.

P. 464, v. 4, ἐπιμελέστερον cum Schotto vel aduerbialiter accipiendum pro ἀκριβῶς: vel in fœmin. ἐπιμελεστέραν transformandum. V. 20, Βρεταννικὸν Verum Cæſarem appellatum fuiſſe, ex Capitolino Schottus adn. qua de re in Indice. Seq. v. pro μετ' ἄλλης alibi dicitur μετ' ἄλλων: vt idem Sch. adn. Magiſtrorũ nomina Lãpridius exprimit initio Commodi, 157, 16. V. 25 pro τε Politianus legit δέ.

P. 465, v. 2, ad gnomen de principum ſtudiis, faciunt hæc a Schotto adnotata; Claudianus, *Regis ad exemplum totus cõponitur orbis.* Cic. 3 de Legib. *Licet videre, ſi velis replicare memoriam temporum, qualeſcumque ſummi ciuitatis fuerint, talem ciuitatem fuiſſe.* Martialis, *Sint Mecenates, nõ deerunt Flacce Marones.* Et Solinus cap. 2, Auguſti tempore multos claros atq; eloquentes fuiſſe viros prodit. V. 6, longioris periodi redditio eſt v. 24, in οἱ δὲ. quæ, cum caſus variationem habeat, a nominatiuo ἰδιῶται v. 18, tranſiliens ad accuſatiuum ἀνθρώπους v. 24, efficit quoddã ἀνακόλουθον. Sed eiuſmodi ἀνωμαλίαι huic ſcriptori non ſunt infrequentes; atque adeo paulo poſt, non multum abſimilis vſurpata variatio, 468, 8: 485, 23. In quarum poſteriore, ob multiplices parentheſes, duplex eſt epanalepſis: prior, v. 35, ταύτης δὴ τῆς ἑορτῆς ἐνεστώσης: poſterior, v. 40, πάντων ἑορταζόντων. Itaque recte in talium hyperbatorum redditione vſurpatur epanaleptica particula δὴ ſeu οὖν, ſicut apud Latinos *igitur.* Mox etiam poſt hanc ita variatam periodum, ſequitur alia, parentheſi & ἀναπληρώσει etiam ipſa transfigurata, 486, 6. V. 32, Briſſonius in lib. De iure connubiorum, Herodiani loco huic opponit locũ Dionis ex lib. 42, in quo Ptolemæus & Cleopatra ex teſtamento patris συνοικῆσαι ἀλλήλοις κατὰ τῶν Αἰγυπτίων τὰ πάτρια & βασιλεύειν iubentur: quaſi videlicet Herodianus aut ignorantia, aut incogitantia ſeu obliuione hic ſit lapſus. Sed nihil hic fortaſſe aut lapſus eſt, aut diſcrepantiæ; cum Herodianus hoc contra Macedonũ & Grecorũ leges admiſſum ſcribat; Dio autem, ex Ægyptiorum conſuetudine factum referat. alii enim aliis populis mores ſunt & leges. Viſe Pauſan. Atticis, 6, 30: & Ant. Muret. Var. lect. lib. 7, c. 1.

P. 466, v. 20, mallet fortaſſe aliquis ἢ ἔτι. ſed & & retineri & cũ πλεῖον coniungi debere, dictat ipſa ſententia. Paulo poſt etiam, v. 26, nihil mendi habet vulgata lectio; ſed tantum brachylogia quadam Attica figurata eſt; vt in illo Platonis, μάχεται περὶ ὧν ἄν τινι: & iſto Ariſtot. ἀντιπαραταττόμενός τε αὐτοῦ [illegible]. ſimplex enim ſtructura & ſententia eſt, ὅτι ἐκ [illegible] ὑπὲρ τούτων ἂν ἐπίχῃ. (ὑπὲρ autem pro περὶ alibi quoque vſurpari, tum alii oſtendunt Indices no-

ces noſtri, tum Dionyſiani) Sic paulo ante, v.17, *ἄχθεσθαι ἐφ' οἷς ὀρέγεταί με διαχειμένον*, pro, *ἐπὶ τούτοις ἃ διαχειμένος με ὀρέγεται*. itemque rurſum v.21.

P. 467, v. 5, poteſt etiam trāſpoſita diſtinctione *ἐπιθυμίαις* coniungi cum ſequentibus; hoc ſenſu, *Difficile autem eſt modum ſineq́, ponere, vbi poteſtas cupiditatibus miniſtrat.* V.12, paulo aliter hæc, & fortaſſe verius a Capitolino narrari, Schottus adnotat.

P. 468, v. 38, *τῆς ἡλικίας* relatiue dictum. refertur enim ad genitiuos illos, *νέας ἡγεμονίας*: atq; idem eſt ac ſi demonſtratiue dixiſſet, *τῆσδε τῆς ἡλικίας*, vel *τῆς ἡμετέρας ἡλικίας*.

P.469, v.20, Pol. pro *δὲ* legit *δή*. Quod vero paulo ante de Iſtri ripis dicitur, idem de patria ſua prædicat Heſiodus.

P.470, Lat. t. v.40, Gr. ſonant potius, *vt pecunia, cui non parcebat, ſecuritatem redimeret.* Fuiſſe autem Commodum in donando liberalem ac largum, teſtatur præter Herodianum etiam Dio ſupra, 381, 19.

P.471, v. 36, Sch.m.ſ. *καταυγάζοιτο* pro *καταλάμποιτο*. Lat.t.v.29, Gr.ſon. *ſic vt quidam et prodeunti auri ſcobem inſpergi putarent.* quemadmodū Lampridius quoq; 161, 41, tradit Commodum fuiſſe capillo ſemper fucato, & auri ramentis illuminato.

P.472, v.15, ſiue *αὐτοῦ* legamus, ſiue *αὐτοῦ*, participium *διαχειρισάμενος* ad Commodum; pronomen *αὐτοῦ*, ad Perennem referetur aptius; vt arguit pag. ſeq. v.24. V.20, poſt *νόσωμεν* Sch. in m. ſ. lacunulam eſſe notat: deeſſe autem *φύσιν γενναίαν, ψυχήν*, vel ſimile ſubſt. V.31. de igni auguſtis præferri ſolito, viſe Turnebi Aduerſ. lib.1, cap. 29. V.41, *συνεδρίας* ferri poteſt, ſi queri Lucilla intelligatur, quod, cum antehac primam tenuerit ſedem, nunc reiiciatur ad ſecundā; e *προέδρου* ſcilicet facta *σύνεδρος*.

P.473, v.3, aliter res narratur a Lampridio 157, 54: quod notauit etiam Schottus. V.21, Sch.m. ſ. *ἅπαντας* pro *πάντας*.

P.474, v. 4, poſt *θαύματί τι* deſiderari *τέχνης*, *σοφίας*, vel ſimilem quempiam genitiuum, cum e ſequentib. eſt perſpicuum, tum ex Sueton. 86, 42: 123, 28. *μόνος* infra dicit auctor in narratione de ludis ſecularibus, 527, 17.

P.475, v.14, in illo commatio, *μείζονα καλεῖν ἐλπίσαι αὐτόν*, ellipſis eſt præpoſitionis *ἐπὶ*, vt patet ex 464, 23: 470, 28. Aliter hæc narrantur a Lamprid. 158, 43. V.29, pro commatio iſto, *πρὸς τὴν βασίλειον ἐπιθυμίαν*, infra 479, 15, vſitatiore loquendi forma legitur, *πρὸς βασιλείας ἐπιθυμίαν*: & rurſum 513, 22.

P.476, v.4, Sch.m.ſ. *προσιόντος*: rectius. V.13, ad *ταχείας* alludit etiam Politiani verſio, *compendia*. ſed verius fortaſſe *τραχείας καὶ ἀβάτου*, *per aſpera & inuia itinera.* V.40, *μέρος* abeſſe a vet. cod. teſtatur Schott.

P.477, v.16, ſtructuræ lex nom. caſu poſtulat *ἡ ὕλη*, ſeu *τὰ τῆς ὕλης*. aut in accuſ. *τὴν ὕλην* inſolens eſt præpoſitionis ellipſis. V.24, *περὶ ὁδοῦ* agnoſcit eadem P. verſio, *de via*. ſed veriſimilior Iſaaci Caſauboni coniectura; qui Adnotationib. ad Strabonis lib. 1, p. 37, *ὅρων* ſeu *ὁρίων* mauult, vt certamen fuerit de finibus ſeu limitib. ſicut infra 557, 14.

P. 478, v. 3, de nauis miraculo iſto meminit & Valer. Max. lib. 5, c. 4: & Aurelius Victor in Viris illuſtrib. c. 46. V.9, ſi *δὴ* in ſequentem periodum transferatur, & ex eadem huc traducatur *δὲ*, aptior erit orationis cohærentia. V. 17, fortaſſe congruentius *ἱστορείσθω*, *narrata ſunto*: tempore præterito. V. 24, peſtilentiæ huius meminit etiam Galenus in libris De ſimplic. medic. poteſtate: vt adnot. Memmius. V.34, rectius Schott. *ταῖς τῶν δένδρων ἰδέαις σκιαῖς*.

P. 479, v. 7, Pol. legit *κατ' αὐτὸ*, *eodem tempore.* V.16, *εἰπεῖν πλεῖστον* ea forma vſurpatum qua 481, 21, *εἰς τὸ μέγιστον ὕψος*. V.36, concinnius tranſpoſita τι legerimus, *τοὺς ἐντυγχάνοντας ἐβιάζετό τι καὶ ἐπηρεάζειν*. Seq. v. Sch. m. ſ. *οὐδὲν αἰτιᾶσθαι*: vt ſit *nulla ex parte*, ſeu *nullo modo.*

P. 480, v. 26, in ſuperioribus editionibus ſcriptum *ἀπολλύμεθα*: errore ambiguo. noſtrum *ἀπολύμεθα* eam ſtructuræ formam habet qua mox v. 39 dicitur, *ἐσόμενον ὅσον οὐδέπω*. Poteſt tamen & *ἀπολλύμεθα* legi, vt mox itidem præſenti tempore ſequitur *ἔρχεται*. Politianus præterito tempore legiſſe videtur, *ἀπωλόμεθα*, *occidimus.* V. 40, abſolutæ ſtructuræ forma vſitatior per genitiuum, *εἰπόντος, ῥηξαμένης τι τὴν ἰσθ*. Aliter hæc a Lampridio narrantur 159, 9.

P. 481, v.21, ſtructuræ illius, *εἰς τὸ μέγιστον ὕψος*, exemplum notatū etiam paulo ante, 479, 16. V. 36, *μεμνημένος* habet etiam Ald. ed. at Baſil. ambæ *μεμνημένος*, *memor*: minus apte.

P. 482, v. 17, congruentius *κεκοσμημένον*, *ornatum.* V. 32, concinnius *καὶ ἄλλα πλεῖστα*, *& alia plurima.*

P. 483, v. 13, poſſis etiam vniusmodi forma legere, *τὸ Ῥωμαίων καὶ βασίλειον σχῆμα*, *Romanum pariter & Imperatorium habitum* ſeu *cultum.* Infra tamen 485, 1, eodem fere modo habemus, *τὸν εὐγενῆ καὶ Ῥωμαίων βασιλέα*, *nobilem illum virum, & Romanorum Imperatorem.* *ὑπεστρώννυτο* ſeq. v. agnoſcit etiā Pol. verſio, *leonis pellem ſubſterneret*: & Suidæ collectanea infra 869, 10. alioqui conuenientius fortaſſis *ὑπεστρώννυτο*, *inſternebatur*, ſeu *inſternebat ſe.* Pro *φέρον* ſeq. v. aut *φέρων* legendum, aut *ἔφερεν*. V.16, pro *καὶ* aptius legas *ἅτε*, *veiut.* niſi forte deeſſe aliquid exiſtimandum eſt. V.18, Sch.m.ſ. *μέν τι* pro *μὲν δή*: minus apte. Menſium nomina recenſet Dio ſupra 381, 4: & Lamprid. 160, 19. V.25, *αὐτοῦ*, elegans eſt. poteſt tamen & *αὐτοῦ* legi caſu generio. V.38, ad Mauruſiorum iaculatorum præſtantiam pertinet, quod in Odis canit Horatius, *Non eget Mauris iaculis, nec arcu*: Turneb. Aduerſ. lib.17, c.5. Lat.t.v.11, Græca generalius ſonant, *paternam appellationem*; eoque referri videntur quæ ſequuntur, *Commodus Marci filius*, ſeu, *L. Aurelius Commodus Antoninus.*

P.484, v.1, Sch.m.ſ. *ἐβάλετο*. Lat.t v.36, Græca ſonant potius, *ita ferire maturauit*: ad verbum, *iaculo præuertit* Viſe Pauli Leopardi Emēd. lib. 5, c. 5.

P. 485, v. 8, *ὡς* recte a Stephano eſſe additum, & ipſa ſententia docet, & confirmat ſimilis in Caio locus ſupra, 251, 13. V. 22, de cohærentia longæ iſtius periodi, dictum ſupra, ad 465, 16. planius & ſimplicius hæc exponūtur in Dionis epitome 384, 31, 44. V.31, pro *Ἰταλιώτας* Polit. legit *Ῥωμαίων*: quia ſc. mox ſequitur *Ἰταλίας ἔθη*. V. 35, Sch. m. ſ. *προσιόντος*, *accedente, inſtante.* Lat.t.v.33, Gr.ſ. *more Italico concelebrant.*

P.486, v.1, *ἐβούλευσε* agnoſcit etiam Pol. verſio, *ſtatuit.* ſed non minus apte legemus *ἐβούλετο*, vt in Dionis epitome ſupra, 384, 32: præſertim cū Herodianus ipſe paulo poſt, v. 10, dicat *τὴν ἀνοητὸν βούλησιν αὐτοῦ*. V. 6, periodus aliquantum perturbata eſt, & parentheſi videlicet, & triplicata relatiui

vſurpatione, eaque ipſa figurata: quippe quod ſecundo in loco pro copula ἐ, tertio in loco pro cognato pronomine αὐτῇ relatiuum ſit poſitum. V. 27, γραμματεῖα ἐπαλλήλοις ἀνακλάσεσι ἀμφοτέρωθεν ἐπτυγμένα, Turnebus Aduerſ. lib. 28, c. 32, e Latinis ſcriptoribus interpretatur *tabulas duplices*: ſed fuiſſe tamen & quadruplices & quintuplices, docet ibidem. V. 30, concinnius geminato articulo legemus, τῷ τῆς συγκλήτου προηγουμένῳ. V. 31, in Ald. & cet. ed. λοιπὸν ſcriptum: nec male, ſi aduerbialiter pro *deinceps* ſeu *in ſumma*, accipiatur. quo modo cum a Dione frequentiſſime vſurpatur ſupra, tum a Polybio 280, 11. vt ſenſus ſit, *ſeniores enim, atque in ſumma cunctos amicos paternos deinceps amoliri volebat*. ferri tamen & λοιποὺς poteſt, ſi præmittatur articulus, vt cum alibi paſſim, tum ſeq. p. v. 17. Lat. t. v. 5 & 20, Gr. ſon. *ex gladiatorum diuerſorio* ſeu contubernio. V. 41, *neminem eò introiturum*.

P. 487, v. 31, plurale αὐτοῖς reſpicit Marciam & Electum; quos conſultandi gratia conueniſſe, manifeſtum eſt e præcedentibus. V. 34, in iſto loquendi genere, φθάσαι ἢ δράσαντες ἢ παθεῖν, incluſa eſt ſignificatio aduerbii πρότερον. ideo illud addere non eſt neceſſe. idem enim eſt ac ſi dixiſſet, πρότερον δρᾶσαι ἢ παθεῖν: vt cum ex aliis locis eſt perſpicuum, tum ex 516, 35.

P. 488, v. 22, Suidas ἀμάσιον habet; locum hunc ſine auctoris nomine & abſque interpretatione citans. ſed quidnam ſibi eo vocabulo velit, non video: nec vulgata lectio mutatione opus habet. niſi forte γυμνάσιον aliquis malit, ex Dionis epitome, 385, 7.

P. 489, v. 2, incluſum ἱππέων ſola Stephani editio hic retinet; itemque in ſequentium librorum titulis: rectius ceteræ omittunt; vt ſupra notaui ad 463, 2. V. 21, ἀλσῶν agnoſcit etiam Pol. verſio: & Memmius ex huius hiſtoriæ lib. 4, colligit fuiſſe ſepulcrum principum. ſed rectius fortaſſe προαστείῳ, *ſuburbanum*: quo Commodum delectatum fuiſſe, patet ex præced. 479, 27: itemque Seuerum infra, 535, 1.

P. 491, v. 33, redditio periodi a συγκαλέσας incipienda eſt: aut, ſi redditio in præcedenti membro ſtatuatur, hic copulate legendum συγκαλέσας τε: vel relatiue cum Politiano, οὓ συγκαλέσας. V. 37, οἱς expungendum, vt ſuperfluum: vel enclitice legendū σωτήριά οἱ, (id eſt αὐτῷ) *ei ſalutaria*: vt Sch. adn.

P. 492, v. 5, pro ἀδελφίζειν aptius legemus πρεσβεύειν, vt paulo poſt, v. 38: & ſupra 489, 35, atque alibi paſſim. V. 14, Sch. m. ſ. ἐπιπαίζον). V. 24, ſi participium δαφνηφορούντες retineamus, addendum erit ἑώρταζον, aut ſimile quodpiam verbum. Politianus inſerit παρέπεμπον, *proſequebantur*.

P. 493, v. 26, rectius διοικοῦσι ſeu διοικήσουσι: vt congruat cum præced. ἀμύνουσι. V. 39, vulgatæ lectionis, ſi retineatur, hic ſenſus eſt; *Quanto autem ea qua in præſens fiunt, maiori odio ſunt, vt mala; tanto futura, tamquam bona, ſperantur magis*. vt per γινόμενα intelligantur præterita ad præſens vsque tempus durantia; & μεγάλως comparatiue accipiatur propter comparatiuę particulę in vtroq; membro ellipſin.

P. 494, v. 9, τὸ ante πλέον ab Ald. & vtraque Baſil. ed. abeſt. nec male; ſi præcedens τὸ vertatur in τι, & relatiuum αὐτῶς referatur ad generale antecedens ἕως, ſeu ἑκάστως ἕως. V. 33, rectius προπεμφθείς, *deductus*.

P. 495, v. 19, retineri vulgata lectio poteſt, abſque articuli repetitione; hoc ſenſu, *gratulantibus omnibus Romano ſub Pertinace imperio*; i. omnibus Romano imperio gratulātibus, quod Pertinacem inueniſſet principem.

P. 496, v. 27, poſt κρατήσαντες deſiderari videtur ἐνδιαιτήσεις, aut ſimile quodpiā vocabulum. vel præcedens τε vſurpata eſt pro τοῦτο, *idque*. Politianus id comma cum ſequenti coniungere maluit.

P. 497, v. 37, mancus eſt locus; vt cū ex ſequentibus eſt perſpicuum, tum ex Dionis epitome 390, 44. Talis igitur quæpiam requiri videtur lectio, ἐπεὶ δὲ ἀλλαλοῦντα τὸ πρεσβύτην, ἐπιπεσόντες ἔπρος ἕως, ἡγουμένου τινὸς τῶν τολμηροτάτων, φονεύουσι: ſicut etiam Capitolinus 166, 2, refert, Tungrum quendam, militibus in iram & timorem loquēdo adductis, haſtam in pectus Pertinacis obieciſſe; poſt ceteros eum confodiſſe. vel ſaltem pro ἐπὶ reponendum ἔπρος, *alii*.

P. 498, Lat. v. 11, Gr. ſon. *numine afflatis ſimiles*; ſeu, *diuino inſtinctu agitatus ſimiles*.

P. 499, v. 17, pro δὲ Pol. legit δή. V. 31, idem P. videtur legiſſe ἐπικαθεσθείσαις: vt Iuliani imagines pro Pertinacis imaginibus ſubſtitutæ intelligātur. Sed vulgatum ἀποκαθεσθείσαις retinere, Commodique imagines vna cum eius nomine reſtitutas intelligere, nihil, vt quidem videtur, vetat. V. 37, haud ſcio an verius διαβοῶν: ſicut videlicet v. 8, ἐβόα πάντα δοῦναι. καταβοῶν ſane a Thucydide ea forma vſurpatum. V. 39, in φράξαντες ſubaudienda etiam quædam τῷ πήξαντες ſignificatio, & Gr. ſic vertenda; *Sumptis igitur armaturis, corporibusque vndique ſeptis, & in aciei formam diſpoſitis, vt, ſi opus eſſet, etiam bellarent*.

P. 500, v. 17, pro αὐτῆς rectius cum Sch. legemus αὐτοῖς, *ipſis*: ſ. militibus. V. 29, pro αἰτίας paulo fortaſſe aptius legemus ἀλαζονείας ſeu ἀλαζονίας: & mox v. 33, προϊόντα, *prodeuntem*. Schottus ſane mauult προϊόντα, *prodeuntem*: Pol. παριόντα, *prætereuntem*. V. 38, Nigri conſulatus, bellum eius anteceſſit annis nouem, a. v. 937. fuit tamen is conſulatus non ordinarius, ſed ſuffectus; vt docent Faſti Panuiniani.

P. 501, v. 20, ad γνώμη alludit etiam Politiani verſio; ſed ita vt veriorem etiam lectionem φήμη ſimul exprimat.

P. 502, v. 17, rectius ἔχει legi, cum e ſeq. commate perſpicitur, tum e v. 30.

P. 504, v. 21, Seuerum inuitum & repugnantem a Germanicis legionib. Imperatorem eſſe factum, tradit Spartianus 171, 25: vt not. Schottus. V. 36, rectius idem Schott. πρὸς τοὺς πολεμίους, *aduerſus hoſtes*.

P. 505, v. 20, non male cum Sch. poſt τὸ Ἰλλυρικὸν inſeremus στρατεύματα τε. V. 36, cum μέχρι καιροῦ ſubaudiri poteſt τινός: vt ſit *aliquamdiu*. ſententia tamen requirit potius μέχρι τοῦ νῦν καιροῦ, vel μέχρι τοῦ νῦν, *vsque ad hæc tempora*.

P. 506, v. 5, Ald. & Baſ. ὑμῖν, ſecunda perſona; non male. Ibid. mox οἱ δὲ redditiue accipiendum, vt apud Pauſaniam haud infrequenter, pro οὗτοι ſeu οὗτοι: vel ab initio periodi pro ἐπεὶ ſubſtituendum ἔπειτα. V. 12, pleonaſmus eſt præpoſitionis ἐν, vt alibi ſæpe: aut cum Sch. legēdum εὐανδρίᾳ. Et contra in ſequenti membro, ante verbum ἐγγεγύμνασθε, deeſt aduerbium compar. πλέον ſeu μᾶλλον. Sic v. 33, poſt εἰκασμῶν deeſſe οὐ, vel ſimile quid, facile aſſentior Schotto. V. 39, ſi ἡγεμόνα pro ἅμα reponatur, plena erit & ſtructura & ſententia. niſi forte accuſatiuum iſtū Seuerus de induſtria omiſiſſe, ſeque

ſeque intelligendum præbuiſſe putandus eſt.

P.507, v.21, Sch.m.ſ. τῶν ϛρατιωτῶν: itemq; Pol. Lat.t.v.38, fortaſſe Politianus ſcripſit *Italicæ nationes*.

P.508, v.15, rectius copula tràſpoſita legemus, ἐκ δημοσίων τε ἱερῶν τόπων, *e publicis & ſacris locis*. V.16, ὡς ἂν paſſim copulantur ab Herodiano, cum alibi, tum 501, 19: & 509, 34: 513, 41. alioqui putarit aliquis hic legendum eſſe, ὡς ἀνακτήσαιτο, *vt recuperaret* ſeu denuo conciliaret. V.25, non male expleri videtur ſententia, ſi legamus, ἔρυμα ἄρρηκτόν τε καὶ διεδίδαξεν αὐτῷ προβεβλῆσθαι. qua de re viſe & hunc ipſum auctorem infra 609, 21: & Amm. Marcell. 327, 29. V.32, pro ὑπηρετῶν Politianus legit ὑβριστὰς ἔχει, vel ſimile quid.

P.509, v.32, q. ἀποδέξασθαι, *recipi, probari*. Lat. t.v.4, Ald. ed. habet, *quod ageret*. ſed rectius e Gr. leges, *quid ageretur*.

P.510, v.36, ἀξίαν & nominis & aduerbii vim hoc loco habet. æque enim aduerbium atque nomen huc admitti poteſt.

P.511, v.18, ſi verbis in participia mutatis legamus ἀτιμάζων καὶ διαμνύμενος καὶ προαγορεύων, apta erit membrorum cohærentia, & minor coniunctionũ multitudo. Quod ſi præcedens verbũ προσηγόρευε in participium mutare malis, minor erit mutatio. V.38, ad καθέντες melius quadrat ὑπερείδοντες. V.40, Sch. m.ſ. μόνον pro μὲν δή: vt ſupra etiam 483, 18: minus apte.

P.512, v.10, maior erit commatum congruentia, ſi aoriſto tempore ſcribamus προσηγόρευσεν. V.28, Sch.m.ſ. poſt ἱκανώτατος inſerit coniunctionem τε: recte. vt præcedentia infinitiua referantur ad participium εἰδώς. V.32, commation iſtud μεγαλοφρόνως τε ἐπιπλεῖσαι, Politiani verſio præterit, vt mancum & minus apte huc inſertum.

P.513, v.4, καὶ ante πανταχόθεν, niſi pro *etiam* capiatur, ſuperflua eſt: &, cum ſeq. v. poſt ὡς, in Ald. & Baſ. ed. non ſit copula τε, fieri poteſt vt librariorum vitio perperam e poſteriori membro in præcedens fuerit translata. V.8, Sch. c. ἐκέλευσε, præterito aoriſto; vt v.3. aptius tamen vtrobiq; legi ἐκέλευε, declarant cetera ibidem imperfecta. V.23, rectius copulatiue legemus θαρρῶν τε πλούτῳ. Seq. v. γνώσει τῇ παρὰ Ῥωμαίοις, ferri poteſt, ſi paſſiue capiatur, pro, *nominis ſui apud Romanos nobilitate*, ſeu famæ celebritate; vt Politianum quoque accepiſſe, verſio eius indicat.

P.514, v.3, legere queas etiam οὐδ' ἔτι, *neque amplius*. Sequenti ſane verſu aptius eſt διωκῆσθαι, tempore præterito. V.14, pro ἑβδομήκοντα ſupra 464, 7, legitur ἑξήκοντα, *ſexaginta*: rectius. nam Faſti etiam, ab vltimo anno Marci, vſque ad primum Gordiani iunioris, ſexaginta ſolum annos numerant. niſi forte vnius adhuc decennii ſcribere hiſtoriam auctor voluit. V.31, pro τε malet fortaſſe aliquis τοι: vt ſit pro καίτοι ſeu μέντοι, *quamquam, tamen*. ſed alibi quoque paſſim apud hunc ſcriptorem copulari μηδὲν τι ſeu μηδ' ἔτι τι, docebit Index.

P.515, v.29, Suidas in Βυζάντιον, datiuo caſu habet μυλίτῃ λίθῳ. e qua citatione hoc etiam cognoſcitur, vulgatam ſcripturam probam eſſe, nec cum Politiano intelligendum lapidem Mileſium, ſed cum Brodæo lapidem molarem. V.35, pro poſteriore ἀρχὴν aptius cum Pol. legemus ἀκμὴν vel ἰσχύν, *robur, vires*.

P.517, v.11, rectius fortaſſe πρὸς ἀλλήλων. De Græcorum autem morbo iſto meminit etiam Pauſanias in Achaicis, & Xenophon in Hellenicis; vt Sch. adn. V.24, congruentius συνέβαλον, temp. aor. & v.31 ἀθροίσαντες, temp. fut.

P.518, v.5, ἀλλήλους excuſari poteſt metonymica syntheſi. alioqui ſtructuræ lex poſtulat ἀλλήλας, vt pag. præced. v.6. V.38, pro τι aptius legemus γε, vel hoc comma præcedenti præponemus. Lat. t.v.15, rectius *vtrique vrbi*, vel *ambab. vrbibus*.

P.519, v.22, de campo Iſſico, & Alexandri cum Dario ibidem conflictu, meminit etiam Pomponius Mela lib.1, c.13: & Cic. epiſtol. famil. lib.2, vt adn. Sch. V.38, metaphora de fortuna iudice ſeu arbitra, repetitur infra 524, 13.

P.520, v.8, rectius γινόμενα, vel ἀφικνούμενα. V.27, aptius ἐπανήγαγε, *reduxit*. V.30, conuenientius ἐπ' ἐκεῖνα, ſeu ἐπέκεινα, *vlteriorum barbarorum*, id eſt, transtigritanorum: quod vidit etiam Sch. V.34, incluſum μόνους, abeſt ab Ald. & Baſ. nec male. V.43, vulgata lexica in citatione huius loci ſcribũt ἐπιχαλῆ ἀμφοτέροις φιλίαν Νίγρῳ. ego Herodianum potius ἐπιχαλῆ ſcripſiſſe arbitror, vt infra 522, 13.

P.521, v.28, Sch.m.ſ. ὑποπλεύσαντος τῇ τε. quæ tamen coniunctio nullam in ſequentibus redditionem habet: niſi ea per epanalepſin ſtatuatur v.36, in iſtis, τὸ ἐκεῖ ὕπουλον: vt intermediæ duæ periodi ſint quædam quaſi parentheſis.

P.522, v.33, rectius coniuncte προσαδικούμενοι, *inſuper iniuria laceſſitum*: vel potius προαδικούμενον, *ſi prior iniuria illata prouoceris*. Schottus quoq; vel compoſite προσαδικούμενον legendum cenſet; vel ἀμυνόμενος πως ἀδικούμενον.

P.523, v.7, incluſa καὶ abeſt ab ed. Petrina. ſed agnoſcit eam etiam Ald. nempe pro καὶ ταῦτα. *idque*.

P.524, v.16, ἡ πλευταία, reſpicit ſequentia ſubſtantiua μάχη, συμβολή. alioqui, ſi ad præcedens ferretur, ſcribendum fuiſſet ἐν δὲ πλευταίᾳ. Porro qui pro Lugduno in Gryph. ed. & hic & pag. ſeq. v.17, Londinum reponẽdum cenſuit, parum vidit. nam in Gallia, non in Britannia cõmiſſum eſſe hoc prœlium, cum Herodianus ipſe hic declarat, tum alii confirmant. Et quamquam Latini ſcriptores in vrbis nomine variant, dum Spartianus ad Tinurtium pugnatum tradit, 173, 17: Capitolinus apud Lugdunum, 184, 9: Dionis tamẽ epitome ſcrupulum omnem eximit, dum & Lugduni ſimul & Rhodani mentionem facit, 407, 15: 408, 35. V.23, fortaſſe rectius ὑστέρων ſeu ὑστέρων: & mox v.26, τὸ Ἀλβινιανὸν ϛρατὸν, *Albiniani exercitus*.

P.525, v.29, periodus membrorum tranſpoſitione perturbata videtur, & tali quodam modo reſtituenda; ἵνα δὲ ἀνὴρ, τῷ τε ἐν Ῥώμῃ ϛρατῷ σοφίᾳ περισοφίσηται, καὶ τρεῖς βασιλέας ἤδη κρατοῦντας καθῃρηκέναι, τὸν μὲν, ἐν τῇ βασιλείῳ αὐλῇ ὄντα· τὸν δὲ, τῶν ἐν τῇ ἀνατολῇ κρατοῦντα πάλαι, καὶ ὑπὸ Ῥωμαίων βασιλέα καλοῦντα· τὸν δὲ, & quæ ſequuntur. is enim membrorum ordo, & aptã ſtructuræ habet cohærentiam, & cum ipſa hiſtoria cõgruit. Itaque Latini quoque textus membra ſic diſponenda & interpretanda erunt; *ſed qui vnus vir Romanum exercitum calliditate circumuenerit, treſque Imperatores iam rerum potientes conuulſerit, vnum quidem, palatium iam tenentem; alterum, iamdudum oriente potitum, Imperatoremque a Romanis appellatum; tertium*, & cetera. In eadem verſ. L.v.22, Gr. ſon. *cum Seueri pugnas aut vict.*

P.526, v.31, rectius cum articulo, πρὸς τοὺς ἄρχοντας. De corruptela vero diſciplinæ militaris, quando ea inualeſcere cœperit, ſupra quoq; auctor diſſeruit, 500, 8.

P.527,v.1, ſi copulatiua τε, e ſeq. verſu tranſlata, poſt πάντως hic collocetur, apta erit membrorũ cohærentia. πάντως autem latius extẽdi videtur, etiam ad exteros ſenatores. & ſenatum iis temporibus non Europæis dumtaxat, ſed etiam Aſianis patrib. conſtitiſſe, docet infra Seueri filiorum de imperii diuiſione conſultatio, 543,1. Contractius hæc infra leguntur in Suidæ collectaneis 870,41. V.18, pro μαθηταὶ aptius fortaſſe legemus ἀσκηταὶ ſeu μιμηταὶ: id eſt ἀθληταί. ſupra ἰσχύος ἀγωνίσματα dicit auctor in Capitolinorum ludorum expoſitione, 474,4. De ſecularibus autem ludis meminit etiam Suetonius in Claudio & Domitiano: ſed omnium accuratiſſime Zoſimus eos perſequitur infra initio libri ſecundi, 667,16: & nominatim de ſecularibus a Seuero inſtitutis, 669,31: & 671,38. V.36, poſſis etiam πεζῶν legere: idque vel in aduenien-di, vel in tranſeundi ſignificatione.

P.528,v.7, rectius fort. τὴν δὲ ποταμῶν μέσην, τὴν τε Ἀδιαβηνῶν χώραν: aut ſalcem, τὴν δὲ ποτ. μέσην τὴν, & τὴν Ἀδ. χώραν. Periphraſi autem illa ſignificatur ἡ Μεσοποταμία, non hic tantum, ſed etiam ſupra in Eutropii metaphraſi, & infra in Zoſimo frequentiſſime. Politianus quoque *Interamnanam* ſeu *Interamnem* vertit; quia inter duos amnes media interiacet. V.14, Pol. tranſpoſita copula legit, πλῆθει τε ἀνδρῶν τοξ. Sed fortaſſe auctor ſcripſit, πλήθει τε τῶν ἐπιτηδείων & ἀνδρῶν τοξοτῶν ἀκμάζουσα: vt non tantum ſagittariorum, ſed etiam annonæ copia floruiſſe Atra ſignificarit. V.35, διαφορουμένα retineri poteſt, ſi ad exercitum referatur. alioqui ſi ad Imperatorem referre malimus, nomin. caſu legendum fuerit διαφορῶν.

P.529, v.14, qui *Artabanus* hic dicitur, ſupra in Dionis epitome 410,7, *Vologaſus* appellatur. V.26, ſi poſt δήμῳ interpungas, τε in γε tranſmutare non opus erit. V.34, poſſumus etiam ἐκείνων legere, relatione ad τὸ χωρίον facta. V.43, rectius inſerta copula leg. ὑπό τε τοῦ ἐν Π. τρυφ.

P.530, v.21, pro αὐτὸν rectius fortaſſe legemus ὅσον: vt ſequens & ſignificet *etiam*. Sic v.24, congruentius fortaſſe πρὸς φύσιν, genit. caſu. V.33, ἀρχόντων reſtringendum videtur ad τοὺς ὑπάρχοντας, id eſt, *præfectos*. itemque Lat. t. v.33, *omnibus omnium temporum præfectis formidabilior*. & quamquã Politiani verſioni aliquo modo patrocinatur quod in Dionis epitome legitur, 417,8: tamen ibi eius ætatis ὑπάρχους nominãtur, hic autẽ omnes qui vmquam exſtiterunt, lata ſignificatione comprehenduntur.

P.532, v.11, non minus apte legas καταγηρασόμενος, fut. temp. V.40, vel expungenda eſt &, vel ea in καὶ verſa, legendum καὶ καταλύσαντος αὐτοῦ.

P.533, v.26, Pol. pluraliter legit οἱ δ' ἀκούοντες: quia ſcilicet pluralia verba ſequuntur, non ſingularia, vt v.1. V.32, ὑμέτερον cum A. & P. legendum eſſe, ipſa orationis dictat ſententia.

P.534, v.10, pro οἱ æque aptum erit δ', id eſt τε. V.24, pro ἀπήγετο haud ſcio an conuenientius legerimus ἐπήγετο ſeu ἐπήγετο, *adducebatur, flectebatur.* V.38, malim ὑπὸ τῶν μισούντων, cum articulo. V.39, aptius fortaſſe ζέοντας, a them. ζέω, *feruere.* V.41, Memm. l. ἀπλέτῳ ὑπηρεσίᾳ, *immenſo vſu ſeruitio*. ſed verior eſt Stephani lectio ἀπίστῳ ὑπηρεσίᾳ, *infido miniſterio*. quia ſcilicet a Saturnino, quem ſibi omnium fidiſſimum pollicebatur, fuit proditus.

P.535, v.8, haud ſcio an verius διεσπάσθης, *distrahebas.* V.11, ſunt qui tranſpoſito accuſatiuo malint, ἰδεῖν δὲ τὸν πατέρα, & ἐφυβρίζειν πράξαι τι αἰκισμ. ſed ferri tamen & vulgata lectio poteſt: vt πρᾶξαί τι τὸν πατέρα Attico loquendi more dictum ſit pro *facere patri* ſeu *patrare in patrem.* V.14, Pol. legit τὸν υἱὸν αὐτῆς. ſed ἀδελφὸν agnoſcit hic etiam Dionis epitome 418,11: 425,40. nec eam ex alio prolem ſuſcepiſſe probabile eſt; multo minus ex Antonino, qui nec lecti eam, nec laris conſortio dignatus eſt, 530,38. V.22, neutra illa, πάντα πλήρη, ferri poſſunt, quia & præcedentia ſubſtantiua rerum inanimarum ſunt, & hæc ſequentia referri poſſunt ad generale χρημάτων: hoc ſenſu; *theſauroſque ac templa, omnia denique ærarsa pecuniis referta oſtendebat*. cuius aſyndeti exemplum ſupra 379,6. θησαυροὶ vero & ναοὶ copulantur etiam infra 544,34: quoniam in templis quoq;, nominatim Saturni, æraria fuerunt publica. V.24, ſi poſt ἐκ τῶν ἔξωθεν inſeras οἵαν, ſat bene conſtabit ſententia: id eſt, *nec vllas opes vllamve potentiam talem fore qua extrinſecus* (id eſt, ab exteris nationib.) *inſidiari eis poſſet.* V.26, ad præced. τοσαύτης μὲν, melius quadrabit τε δὲ, quam & τε. V.29, ante πλὴν inſerendum videtur μὴν, ſicut in ſeq. commatiis. Lat. t. v.19, Gr. ſon. *filios Antonii, qui hoſtis ipſi fuerat.* breuius, *liberos Antonini, hoſtis ſui.*

P.536, v.28, poſt παντὸς inſerenda videtur copulatiua τε. V.40, in ἀπορίαις ἐμπεσὼν, propterea fortaſſis omiſſa eſt præpoſitio ἐπὶ, quia peius ſonuiſſet geminatio iſta, ἀπορίαις ἐπιπεσών.

P.537, v.10, fortaſſe leg. γραφαῖς ποικίλαις, καὶ ζώων παντοδ. εἰκόσιν, vt infra 541,7. de quo Britannorum more apud Melam quoq; mentio eſt. De aere autem Britannico mentio apud Tacitum in Agricola, & Minuciũ Felicem in Octauio; teſte Schotto. V.32, & poſt ἐκεῖ ſuperflua eſt. Lat. t. v.18, Gr. ſ. *vaporibus craſſitieque cal.*

P.540, v.1, ante ὑπάρχοις deſiderari videtur χωρὶς, ἰδίᾳ, vel ſimile quid. V.5, εἰ poſt δημοσίᾳ tollenda videtur: aut poſt καὶ omiſſum eſt χεῖρον, vel aliud verbum conſimile. vt ea parentheſi ſignificetur, *ſi quando eſſet opus.* V.8, locutio illa, ὅτι διαδόχους παρέσει, vſurpata etiam 538,12. Sequentem funeris deſcriptionem confer cum Dionea ſupra 397,24.

P.541, v.3, ad præced. ἄλλης μὲν, aptius quadrat μόνης δὲ-- Sequentem οἰκήματος vocem Polit. Lat. t. v.5, *tabernaculum* vertit; cũ potius *domicilium* ſeu *habitaculum* ſonet, & pro loco, *domicilii conclaue* ſeu *cellam.* V.34, aduerbiorum alterum, vel ῥᾳδίως, vel εὐμαρῶς, librariorum vitio irrepſiſſe ſuſpicio eſt.

P.542, v.1, præpoſitio ἐς vereor ne perperam e præcedentis nominis fine repetita ſit, ideoque expungenda. V.17, Pol. ſuperlatiue legit πλείστας. V.23, vſitatius tranſpoſita coniunctione legeris, ὡς δὲ προσιόντας τοὺς ἀδ.

P.543, v.5, καὶ poſt πολὺ non agnoſcit Sch. m.ſ. inueniri tamen in aliis multis huiuſmodi locis, Index oſtendet infra.

P.544, v.1, mutilatum eſſe locum, ipſa hiſtoriæ circumſtantia indicat: ac Politianus coniecturam magis quã Græci textus verba eſt ſecutus. Tu Dionis epitomen hic conſule, 426,30: & Spartianum 185,43. V.17 & 43, de caſtrorum templo, ſigniſque & imaginibus caſtrenſibus ibidem adorari ſolitis, viſe Turn. Aduerſ. l.30, c.15. V.40, congruentius φυγόντων, temp. aor.

P.545, v.34, mutilatus eſt locus, atque ita procul dubio interpolandus; ὑπὸ Γερμανῶν τινὸς Τιβερίου, Βρεταν-

Βρεττανικὸν τὸν Νέρωνος, & Τίτον τὸν Δομετιανοῦ: vt cum e Dionis epitome ſupra, tum e Zonara cognoſcitur, 173, 41: 188, 14. Itaque & Lat. t. v. 36 ſcribendum, *Taceo Germanicum Tiberii, Britannicum Neronis, ac Titum Domitiani fratres.* De Marco autem quod dicitur, attingit etiam Capitolinus 145, 23: & ſub finem Veri, 152, 50.

P. 546, v. 35, ad Antonini facinus, quod Herodianus nullum vmquam principem auſum fuiſſe ſcribit, quam proxime accedunt ea quæ de Caio Caligula narrat Dionis epitome ſupra, 248, 23: & 247, 30.

P. 547, v. 6, aptius tranſpoſitis coniunctionibus cum Polit. legemus διαῦτα δὲ μεγάλων: & mox v. 11, ἀπάρας δὴ τῆς Ἰταλ. V. 7, rectius forſan σωματικῶς. V. 16, A. & B. εὐόπτως: vt & Memm. vertit *clementer*. ſed conuenientior lectio Stephanea, præſertim ſi aduerbium vertatur in nomen εὐϊδής. eamque lectionem confirmant quæ Dionis epitome refert ſupra 430, 36: & Suidæ collectanea 872, 2. V. 25, veſtium ſimilitudine amorem conciliari, e Taciti lib. 1 notat Sch. De Germanis vero ipſis viſe eiuſdem Schotti Melam 6 & 7 libro.

P. 548, Lat. t. v. 13, Gr. ſ. *Romamque in Capitolio & aliis fanis, repleuit ſtatuis & imaginibus ſua cum Alexandro coniunctionis. Nonnumquam etiam riſu dignas pictur.as vidimus, vnius ſcilicet corporis, ſub vnius capitis circumferentia, duas facies dimidiatas,* (ſeu per medium ſectas) *Alexandri & Antonini.* cuiuſmodi ſectionibus noſtri quoq; pictores aliâs ſacerdotem & militē, aliâs alia profeſſionis genera plane diuerſa, in vnum concorporant. V. 23, λόχος apud Dion. Hal. plerumq; pro *centuria* capitur: hic ta[illegible]ctius fortaſſe verterimus *Pitanatē cohortē.* [illegible]50, v. 15, cōgruentius cū Sch. legemus ἐπώνυμον, ſing. num. vt feratur ad φάλαγγα. V. 29, Sch. m. ſ. εὐχῆς: quod in hac ſignif. minus vſitatum eſt.

P. 552, v. 9, vt tempore congruant verba, omnino legemus ὑπισχνεῖται, *pollicetur.*

P. 554, v. 1, malim ἀεὶ δὲ. Seq. v. Sch. m. ſ. ἐπιβουλεύοντας οἱ χρησμ. V. 35, in commatio iſto, ἐπιλύει ἐπιπολαιά, ſuſpecta eſt prior præpoſitio.

P. 555, v. 1, fort. leg. τοιοῦτό τι: vt Pol. quoque vertit, *tale quiddam.* Seq. v. Sch. m. ſ. Μαρτιάλιος ἦν τὸ ὄνομα αὐτοῦ: rectius. V. 19, aptius leg. προσχθεὶν τῆς πόλεως: ex Spartiano 187, 5, 11. e quo etiam loco intelliges quomodo conciliari poſſit quæ inter Herodianum hic, & Dionem ſupra 437, 19, videtur eſſe diſſonantia. V. 22, ὡς ἐδόκει μείζω χρῆζειν, quod Politianus omiſit, ſignificat, *ita vt profectione* (ſeu itinere, ad id viſendum) *eſſet opus.* Spartianus medio inter Carras & Edeſſam itinere occiſum Antoninum ſcribit.

P. 556, v. 27, rectius cum articulo leg. τῷ χιλιάρχῳ. Mox etiam v. 29, malim τοῦ Μακρίνου, dandi caſu. V. 37, cum δόξαντι ſubaudiendum μαχομένης, aut ſimile quodpiam participium: vt infra 558, 1. V. 40, auctor συγκαλοῦντων ſcripſiſſe videri poteſt; vt v. 6: & ſupra 547, 40.

P. 557, v. 3, δὲ ante δόξαν, vt ſuperflua, rectius expungetur. V. 5, rectius forſan ἡμᾶς, prima perſona, vt v. 2. Politianus tamen vtrobique ſecundam perſonam maluit. Seq. etiam v. cum eodem Pol. pro δὴ melius legemus δέ. V. 21, haud ſcio an verius προσεχθέντες ἠθροισμένων, vel ἀθροισμένων. quia ſcilicet Parthus non conſcriptos & ordinarios habebat exercitus, ſed, cum opus erat, ſubditos cogebat atque armabat, 515, 1. V. 26, congruentius, Ῥωμαίοις ἀρίστων καὶ συνήθεις, vt v. 36.

P. 558, v. 8, congruentius fortaſſis ἐξυβρίσαντας ἐξοχάς. V. 16, Sch. m. ſ. ῥᾳδίως ἀλίσκοιτο), pro ῥᾷστα.

P. 559, v. 15, Sch. legendum coniicit, θανάτου τοῦ ἀξίου πεπλημμελημένου, *digna exitium morte.* ſed, ne quid diſſimulem, gloſſema eſſe hoc membrum, innuit declaratiuum ὅτι ἐστί.

P. 561, v. 19, A. & B. κατήγγελλον. præterito imperf. Seq. v. tranſpoſito adiectiuo legendum puto, ἥ τε Ῥωμαίων πόλις, & σχεδὸν πᾶσα ἡ ὑπὸ Ῥωμ. οἰκουμένη. In ſequentibus deinceps membris nulla opus eſt mutatione: ſed periodi redditio accipienda poſt ἡσυχαζόντων: vt nos diſtinximus. Et ne inſolens tibi ſit nominatiuorum abſoluta poſitio, vſurpatam ſcias etiam ſupra 480, 40, ab hoc ipſo auctore: & rurſum infra, quamquam per prolepſin, 565, 18. Latina quoq; ad eā diſtinctionē ſic conformari poterunt; *Vrbeq, ac toto propemodum orbe Romano ab improbis hominib. repurgato; atq, horum aliis punitis, aliis expulſis; ceteris, quibus latere contigiſſet, timore quieſcentibus: in magna ſecuritate, ac libertatis quadam imagine, viuebatur illo anno, quo ſolo Macrinus imperauit.* V. 38, rectius πῶς δέ. V. 40, ſtructura illa, πόρπαις καὶ ζωστῆρσι χρυσοῖς πεποικιλμένοις, etſi per ſyllepſin excuſari poteſt: tamen auctor fortaſſe pluraliter ζωστῆρσι ſcripſit; vt ſupra 549, 28: aut ibi quoq; ſingulariter ζωστῆρα dixit.

P. 563, v. 38, πλασσομένη agnoſcit etiā A. & W. Petrina editio cur πεπλασμένη maluerit, neſcio. In ſeq. duob. mēbris modi eſt facta variatio; vt alibi ſæpe.

P. 564, v. 5, ἀναπαύσαιτο habet etiam A. & B. nec male, ſi ad Mæſam id verbum referatur. alioqui, ſi referatur ad milites, pluraliter ſcribendū fuerit ἀναπαύσαιντο. V. 33, pro προθυμία legendum potius ῥᾳθυμία, ex 561, 38, & ſeq. ac rurſum 566, 41.

P. 566, v. 28, reſpexit huc Lampridius, cum in Diadumeno 195, 3, ſcribit; *Diadumenum cū patre Opilio Macrino Antoninū & Imperatorē dixit exercitus:* & paulo poſt, v. 36, *Herodianus Græcus ſcriptor, hac præteriens, Diadumenū tamū Cæſarem dicit puerum a militib. nuncupatum, & cū patre occiſum.*

P. 567, v. 5, vulg. ſcr. ἐξώρχετο tueri poſſunt quę ſupra de ſacris choreis Heliogabali narrata ſunt 563, 25: & infra 568, 14: & hæc item Ammiani Marcell. 467, 51, *pedes huc & illuc exſultando cōtorquens, ſaltare, non incedere videbatur; dum ſtudebat inter altaria celſius gradientes* (*vt quidam memorant*) *imitari Brachmanas.* Cum tamen ſuſpectum ſit tempus illud, (potius enim imperf. ἐξώρχεῖτο requiritur) fortaſſe aliquis ex accentus veſtigiis malet ἐξήρχετο, *auſpicabatur.* Seq. v. legere queas etiam πολυτελέσι τοῖς, relatione ad χήμασι. V. 8, lectio illa, σφαίλω χ. & λήξεις ἡμῖν πολλῶν, congruit cum eo loco qui ſupra in Macrino eſt 561, 39. V. 13, Polit. Σηρῶν legit. ſed vulg. Σύρων tuetur Parthicarum telarū laudatio ſupra 551, 32.

P. 568, v. 12, phraſin illam, τῶν βωμῶν προχεῖν, confirmant hæc Virgilii Æn. 7, *Hoc pater Anchiſes auro libabat ad aras:* & hæc Macrobii Saturn. 3, 11, *libatio apud mēſam, quę cum ara maxima fuerat dedicata.* vt ſcilicet ibi ante arā & ante mēſam libatio facta intelligatur. Alioqui etiā in arā & in menſam fiebat libatio: vt Æn. 12, *paterisq, altaria libāt:* Æn. 1, *in menſa laticū libauit honorē:* Æn. 8, *In menſam læti libant, diuosq, precantur.* & apud Macrob. loco iam ante citato, in huius libationis declaratione; *cū non in menſam, ſed in aram, ſecundum morem, libare debuerint.* Rurſum Virg. Æn. 6, *Ignibus imponit ſacris*

libamina prima: & Georg. 4, *Ter liquido ardentem perfudit nectare veſtam.* qua ſignif. hic ſcribendum eſſet, τὴν βωμῶν χαλάζιον: vel potius τοῖς βωμοῖς ἐπιχέων. V. 38, rectius appellatiue, τῆς ἑστίας, hoc eſt τῆς ἱερᾶς Ῥωμαίων ἑστίας, *a ſacroſancta populi R. veſta*, i. foco: ſicut Virg. loco proxime citato, *Ter liquido ardentē perfudit nectare veſtam*, i. focum, ignem.

P. 569, v. 4, incluſam ἡ agnoſcit etiam A. & W. at P. omittit. V. 24, rectius τῇ θεῷ, *dea*. quapropter & Latina ſic reddenda potius; *pecuniasque ingentes dea dotis nomine dari praecepit.* Porro de byrſa & Cæleſti dea inter alios viſi iubet Sch. Strabonem, Tertullianum, Seruium in 2 Æn. V. 34, παίγνια pro παιδιῶν poſitum.

P. 570, v. 15, rectius ἐπ' αὐτοῖς, accuſ. caſu. De ſortium autem ſparſione iſta, meminit etiā Lamprid. 203, 31, 36. V. 21, pro στρατῶν Pol. legit στρατιωτῶν, *militum*.

P. 571, v. 1, τὸ πάντων ὀνόμαζες ea forma hic poſitum qua ſupra 524, 26, ἡ φάλαγξ ἡ Ἀλβανῶν στρατῶν: cum poſſeſſiue potius, vt illic τῶν Ἀλβανῶν στρατῶν, ita hic τὸ πάντων (aut παρὸν) ὀνόμαζες dicendū fuerit. V. 37, haud ſcio an conuenientius legerimus τῆς τι ἐξετάσεως τῆς εἰς τ. quæ lectio ſi placeat, Latina ſic reddi poterunt; *Rurſum etiam alium e ſcena itidem detractū, inſtitutioni & diſciplinæ iuuentutis, cenſuræq; eorū qui ſenatorium aut equeſtrē in ordinem cooptandi eſſent, præpoſuit.* Si tamen mendi expers eſt ſcriptura, ἐπιτιμίας nomine accipietur *ſubſtitutio, ſuffectio*. Eiuſdem Lat. t. v. 19, pro *artibus* interpres fortaſſe ſcripſit *actibus*, cum in Gr. ſit ἔργοις.

P. 572, v. 36, Sch. m. ſ. & Pol. ἀπέλυεν, *quæ volebat*. Lat. t. v. 3, Gr. ſ. *conſulares prouinciarum poteſtates committebat*, i. conſulares prouinciarū creabat, prouincias conſularibus dari ſolitas eis cōmittebat: ſicut etiam in Latinis Auguſtæ hiſtoriæ ſcriptoribus legitur *Conſularis Syria, conſularis Pannonia, conſularis Bætica*, & ſimilia.

P. 573, v. 3, pro μὴν aptius fortaſſe μηνὶν legerimus. V. 7, rectius cum articulo ὁ τοῦ ἱερῶς, vt mox v. 16. V. 23, Forſan auctor τοῖς συμμαχίαις ſcripſit cum præpoſitione, vt v. 20. V. 28, A. & B. καταλείφθησαν, *relicti erant*. V. 35, non conuenit Herodiano cū aliis; qui partim trienniū, partim bienniū, partim quadrienniū imperii Heliogabalo tribuūt: inquit Memmius. V. 37, Pol. legit οἱ δὲ σρατ.

P. 574, v. 30, pro ὑπάτοις ſententia requirit potius ἐπαρχικοῖς, εἰρηνικοῖς, aut aliud huiuſmodi: (vt 585, 28: 638, 25: 643, 4: 712, 7: 826, 16) & v. 39 νεανικῶν pro φρονιμῶν. V. 40, Suidæ lectio τῶν ἀρχῶν, parum apta eſt: vulgatam αὐλῶν confirmat & ſententia ipſa, & ſimilis ſupra locus 571, 25.

P. 575, v. 9, locus hic a Capitolino citatur 220, 10: *diadema* *imperium eius*, (inquit) *cum fuerit durus & tetricus, idcirco vocatum eſt, quod ſenatorem nullum occiderit; vt Herodianus Græcus ſcriptor refert in libris temporum ſuorum.*

P. 576, v. 43, pro δὲ malim τι.

P. 577, v. 12, aor. χρήσασθαι poſitum pro fut. χρήσεσθαι: vt ſupra quoq; non raro. V. 20, incluſa ἐν abeſt ab A. & B. nec male, ſi legamus τῆς Ἀσίας ἁπάσης νεμηθείσης κατ' χώρας. *Aſia tota regionatim diuiſa*; ſeu, diuiſis inter ſe Aſię regionib. V. 39, non minus apte legeris ἐς τὴν στρατείαν, *ad expeditionem iſtam*. V. 41, rectius, κίνησις τι μεγίστη πᾶσι τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένετο, δυνάμεως ἰσορρόπου οὔσης.

P. 578, v. 19, Pol. legit ἡμετέρων, prima perſ.

P. 580, v. 20, pro τοῖ ἀρετῆς Sch. legendum cenſet τοῖ ἰσχύϊ, vt pag. ſeq. v. 19. V. 31, barbaros non vt milite conductitio, confirmat idem Sch. e Strab. & Petri Victorii var. lect.

P. 581, v. 14, modi variatio aliquoties notata in ſuperioribus: hic vero accedit etiā numeri diuerſitas, vt perſpicuum eſt e verbis φαίνεται & καταβῆναι.

P. 582, v. 7, poſt ἀνηγόντες deſideratur copulatiua τι. Sic v. 28, cum μὲν ſubaudienda οὖν vel δὴ: vt cum alibi ſæpe apud hunc ſcriptorem, cum 585, 9: 590, 1. V. 29, verbi ὑπερπετασθῆναι latior apud Zonaram paraphraſis eſt hæc, 225, 30, δεχθέντων γὰρ ὄντων τούτων, οἱ τῶν ὀδοιπορούντων πόδες, ἐκεῖ δὲ χεῖρες, ἐκ τῶν ψύχους ὑπερπετασθέντες, ἐμαράνθησαν ἢ νεκρωθέντες. V. 34, Herodianus a Latinis ſcriptoribus diſcedit; vt docent hæc Lampridii, 221, 25; *Hæc nos & in Annalib. & apud multos reperimus. ſed quidam dicunt, a ſeruo ſuo eum proditum, non viciſſe regem; ſed, ne vinceretur, fugiſſe. quod contra multorum opinionē dici, non dubiū eſt iis qui plurimos legerint. nā & amiſiſſe illum exercitū dicunt fame, frigore, ac morbo; vt Herodianus auctor eſt; contra multorū opinionem.* Vbi cum Lampridius dicit *fame, frigore, ac morbo*, pro vulg. πολέμῳ v. 37, legiſſe videtur λιμῷ.

P. 583, v. 4, pro δὴ Pol. legit δὲ. V. 40, in ἄν, & præcedente καταβῆναι, ea eſt modi variatio quæ ſupra 581, 14.

P. 584, v. 20, caſtris & caſtellis cluſas quoq; ſeu cluſuras communitas fuiſſe, adnotat P. Pithœus Aduerſ. lib. 1, c. 14.

P. 586, v. 23, Sch. putat verius fortaſſis eſſe μὴ πάντα. V. 28, congruentius τὸν μόνιμον, ſc. κίνδυνον: vt infra 596, 24. excuſari tamen & τὸ μόνιμον poteſt, ſubaudito πάθος, σύμπτωμα, aut alio conſimili ſubſtantiuo generali.

P. 587, v. 17, Schott. cum Pol. mauult [illegible], *accedit, aduentat*. V. 35, commation iſtud, παρεχόντων τι, abeſt ab A. & W. ed. fortaſſe rectius ἐν παρεχόντων τοῖς σρ.

P. 588, v. 9, Pol. legit μετ' ὀλίγον, *paulo ante*. V. 33, διεμένεν agnoſcit etiam Pol. ſed non minus aptum fortaſſe διεμένεν: vt apud Zon. 226, 41. V. 40, cōuenientius fortaſſe αὐτῷ τύχην, *eius fortunam*. V. 42, forſan verius διεβεβαίωσε.

P. 590, v. 1, inter τῷ & μεγάλης deſideratur copulatiua τι. V. 40, rectius poſt πάμπλειον diſtingues. nā πλεῖστον ad ſequētia pertinere, manifeſtū eſt ex 584, 41: 585, 2: 608, 38. itaq; & Lat. ſic potius legenda; *maximusq; præterea numerus iaculatorum Mauruſiorum, & ſagittariorum partim Oſroenorum, partim Armeniorum.*

P. 592, v. 2, poſt Ῥωμαίων μὲν, deſideratur numerale adiectiuū δύο, τέτταρες, aut indefinitū ἀριθμόν, vel aliud conſimile. Lat. t. v. 15, interpres fortaſſe ſcripſit, *ipſe ſua manu*.

P. 593, v. 14, lōgæ iſtius periodi, ἐπεὶ δὲ ὁ Μαξιμῖνος, poſt multas parētheſes, redditio eſt v. 29, ἐπιβουλεύει δὴ: vt recte adnotauit Steph. V. 22, rectius fortaſſe, καταλείπομαι τῆς πόλεως: aut καταλείπομαι τῇ πόλεως: & mox item nomin. caſu, ἡ ὅλη νόμισμα πάσης δυναμένη. V. 27, poſſis etiam legere χεῖρας ἀνατεῖναι, vel ἀνατεῖναι.

P. 595, v. 6, idem T. Quinctio accidiſſe, ex Liuii libro 7 notat Sch.

P. 596, v. 5, ſi verba ἀπαλλάξεις & εὐδοκιμήσεις in nomina ἀπάλλαξις & εὐδοκίμησις transmutentur, accuſatiuo πάθος in genitiuū πάθους verſo, membrorum quidē maior efficietur cōgruentia, ſed phraſis reddetur inſolentior. Pol. ἀπαλλάξεις ad vtriusq; membri accuſatiuos μόνος & πάθος retulit, & τὸ Μαξιμίνου

μόνοις ſeu μόνος, pro τὸν τυχηρὸν Μαξιμῖνον accepit: ſententia quidem non male conueniente, ſed minus cohærente ſtructura. Mutilationis ſuſpicionem aliquam mouet quod articulus τὸ τι legitimam in ſequenti membro redditionem non habet.

P.598, v.12, poſt τῶ οἰκείων ſubaudiendum e præcedenti membro participium ὄντων.

P.599, v.2, pro τι aptius ſubſtituemus articulum τοῖς. V.19, βουλεύσιον agnoſcit etiam A.& W. & ferri aliquo modo poteſt, hac ſententia, *iis qui communi patriæ & ſenatorum conſeſſui conſultum cuperent*. ſed tunc pro τῶ aptius legeretur τοῖς. alioqui legi etiam poſſet & τοῖς ἐν συνεδρίῳ βουλεύουσι. V.32, pro τι Pol. legit δ.

P.600, v.5, non minus aptum προςήκειν: quod vidit etiam Sch. Infra ſane, v.25, pro πλεῖον rectius legemus πολύ. V.37, melius conſtabit ſententia, ſi diſtinctionem poſt ὁμότροπον tollas, & poſt ἐκείνου colloces; hoc ſenſu; *illius vero in vita intemperantis morum ſimilitudo, nobis anteponitur*. id eſt, ille, quia in vitæ morumq; intemperantia ſimilis eſt populi Romani, mihi antefertur.

P.601, v.5, Pol. ὑμῖν legit, ſecunda perſ. V.8, fortaſſe auctor ſcripſit ἱκετηρίας θαλλούς. In ſeq. certe ſtructuræ lex poſtulat hanc lectionem, & τέκνα προτείνοντες, ὑποσχήσειν αὐτοῖς τ. V.11, καὶ poſt ἐμοὶ τε ſuperuacua eſt. V.14, pro ἂν ſubſtitui poſſet ὁμοῖα. ſed fortaſſe potius in οὖν vertenda ea particula, & in ſeq. periodo poſt αὐτῶ, μὲν collocanda. Lat. t. v.8, ita potius ſonant Gr. *Nam, vt ego quidem exiſtimo, maior pars, & ferme omnes, modo Italiam ingreſſi fuerimus, ramos ſupplices liberosque ſuos prætendentes, pedibus ſeſe noſtris ſubſternent: reliqui, præ metu & ignauia, fugam capeſſent. atque ita futurum, vt & ego illorum facultates omnes vobis dilargiar, & vos iis a me acceptis ſecure perfruamini.*

P.602, v.1, rectius fortaſſe, ὁ Γορδιανὸς ἀπηχθῶς προςέκειτο & αὔνδην: tranſpoſita videlicet &, & προς in vicem verſa. in ipo ius ſcribendum δίκειν: vt pag. ſeq. v.18. V.43, concinnius, μετὰ τοῦ τε Γ. σῶμα τὸ ὑπ. vt articulus ad σῶμα feratur, non ad Γορδιανοῦ.

P.603, v.36, niſi τῶ αὐτὸ referas, vt ſit pro αὐτοῖς, membro mutilata videbitur periodus. Seq. v. non abſurda eſt Schotti lectio; οἱ γὰρ & φύσει ἀπόβιοις καὶ ἀπηχθῶς πρὸς αὐτοὺς διέκειντο, τότε & τῶν ἐυλ. αἰτ. Lat. t. v.24. Pariſienſis edit. Badii, rectius habet, *ceteros exſilio afficiebat*.

P.604, v.1, poſt ἑαυτῶν Politianus inſerit δύο: nec male, vt partim ſequentia declarant, partim hæc Zonaræ, 227.8, δύω προβάλλοντα, ſτρατηγοὺς, Μάξιμόν τε & Ἀλβῖνον. Sic & Zoſimus infra 640,10. V.10, fortaſſe legendum διακριθεισῶν τε τῶν τῆς πλείστης (vel ἐκ τῶν πλείστων) τῶν γνωμῶν. vt ſit quod vulgo dicitur, *discretis pro ſuffragiorum pluralitate ſententiis*. Schottus αἱρετόντες legit. ſed tunc talis requireretur loci mutatio; διακριθεισῶν τε τῶν γνωμῶν, & τῶν πλείστων μόνους Μάξιμόν τε & Βαλβῖνον αἱρετόντες. Idem Sch. v.19 hanc lectionem adnotat, non malam; ἐκείνους αἱρετούσι. De ſenatuſconſulto, cuius ibidem mox fit mentio, idem Sch. viſi iubet Fului Vrſini notas in Polyb. fragm. cap.92, ex Liuio & Val. Max. V.29, legi etiam poteſt, διότι στερρότερον ἔοικε τῆς πόλεως: vel, ὡς στερρότερον τῆς πόλεως ἐπάρξαι ἄν. πάνυ γὰρ τὸ ὅπλον.

P.605, v.1, ſi πάλαι mendo caret, tranſpoſitione facta ſcribendum videtur, ἐκ τῶν ἱππικοῦ τάγματος νεανίας, τοὺς τε πάλαι στρατευσάντας, οἱ ἐν P. vt ſenſus ſit, ad equeſtris ordinis iuuentutem adſcitos fuiſſe etiam veteranos milites. quos ad ſimiles vſus ſæpe fuiſſe adhibitos, cum alia in Indice loca commonſtrabunt, tum is qui proxime ſequitur v.23. V.2, pro τι requiritur potius μὲν: vel ea ipſa particula in ſeq. v. collocanda poſt ξυλῶν.

P.609, v.28, ſuperiores editiones habent ἀποῤῥώγοτα: vulgata lexica in huius loci citatione ſcribunt ἀποῤῥῶγας ſeu ἀποῤῥῶγας. ſed procul dubio vera lectio eſt, κρημνοὺς εἰς βάθος μέγιστον ἀπερρωγότας. *præcipitia ingenti altitudine prærupta*, ſeu *altiſſimarum rupium immania præcipitia*. V.37, εἰς τὸ ſτρατόπεδον agnoſcit etiam Politiani verſio, *in caſtra*. ſed haud ſcio an verior lectio ſit εἰς τὸ πεδίον, *in campeſtrem planiciem*; vt pag. ſeq. v.1. Lat. t. v.21, Gr. ſ. *qui montes excelſiſſimi, veluti murus quidam Italiæ a natura ſunt excitati; in altum adeo exſurgentes, vt nubes ſuperare videantur; in longitudinem vero ita porrecti, vt totam Italiam intercipientes, in dextro eius latere ad Tyrrhenum pelagus; in ſiniſtro, ad Ionium ſinum pertingant.*

P.610, v.20, A.& W. παρέχει. quod fieri non poteſt, niſi ad remotiorem non ad propiorem nominatiuum referatur. V.18, legere poſſis etiam διὰ χειμῶνας: vt ſit *propter longiores & aſperiores hiemes*.

P.611, v.4, Memmius cum Politiano mauult προχοῶν, *ora & fluuii*; vt infra 6.6,8. V.11, ad anteced. πάντας μὲν, aptius quadrat πάντα δὲ. Ibid. nota ἀπεκλήρωσε: cum paulo ante, v.7, cum regulari & vſitato more vſurpatum ſit ἐκληρώθη. V.24, pro ὁ δὲ non male (opinor) legerimus ὅτι: præſertim cum ea ratione concinnior futura ſit periodorum cohærentia; οἱ μὲν ἐν πρέσβεις -- ὁ δὲ Κρισπῖνος. Ad eam lectionem Latina quoque ſic conformari poterunt, ſenſu haud inepto; *Legati ergo, ſub muris ſtantes, talia quædam alta voce clamitabant, vt exaudiri poſſent quoniam in muro & turribus, præter eos qui ceteras partes cuſtodiebant, maxima populi multitudo ſtabat, auremque iis quæ dicebantur, quiete præbebat*. V.40, Memm. παρ' ἑτέροις, non minus apta fortaſſis hæc lectio; ὡς παρ' ἑτέροις ἐσομένης τῆς ἐπὶ νίκῃ εὐδαιμονίας.

P.612, v.32, rectius tranſpoſita τι legemus διὰ μεγίστου βάθους τε & πλ. Lat. t. v.19, Gr. ſ. *aruſpicum & extiſpicum*. V.28, *in aere*. V.42, vertere poſſes etiam, *æſtate anni ſoluta*; i. æſtiuo anni tempore.

P.613, v.36, periodum illam, μηχαναί τε ἦν, vſq; ad ſeq. πολλῶν δὲ, non habet Sch. m. ſ. agnoſcit tamen eam etiam Pol. verſio.

